PETRI DELPHINI VENETI PRIORIS SACRE EREMI: & GENERALIS TOTIUS ORDINIS...

Pietro Dolfin, Giacomo : da Brescia

Digitized by Google

6
39-a
1

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
25 M
51

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-39.a.1
23.k.16
23
S
17

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL. ROMA · VITTORIO EMANUELE ·

Digitized by Google

Digitized by Google

Vid. Martene tom. 3. Collect. monum. pag. 914. ubi mille Gallicis libris emptum hujus operis exemplar affirmat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI DEL
PHINI

Veneti prioris Sa
cre Eremi: ꝛ Ge
neralis totius
ordinis Ca
maldulenſis Epiſtolarum Volumen.

Ex legato ... Illuſtriss. Comi...



PETRVS·DELPHINVS·GENERALIS

¶ Cū gratia ꝛ priuilegio Illuſtriſſimi Dominij Veneti nequis audeat per decennium imprimere hoc volumen ſub pena in priuilegio contenta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Iacobus Brixianus Prior Sancti Martini de Opitergio lectori Salutem.

NOn te ſtudioſe lector pigeat, has Reuerendiſſimi patris Petri Delphini Veneti, Prioris Sacræ Eremi, totiuſq; ordinis Camalduléſis Generalis, epiſtolas accurate perlegere: quas ex compluribus ipſius voluminibus in Generalatu editas, magno nimirum epiſtolarum aceruo, diligentiſſime colligédas, ac demum pro mea in illum obſeruantia & pietate: qua eum ab ingreſſu meo in religioné, ob illius immaculatá vitá, religioſiſſimos atq; ſanctiſſimos mores, venerádáq; canitiem, ſiné intermiſſióe pſecutus ſum, meis ſumptibus imprimédas, eo licet renitente curaui. Spero.n. fore, tum propter multiplicé materiá, rerúq; varietatem, tum ob ſtili facilitatem: vt plurimum ex earum lectione oblecteris. Multa ſiquidem in eiſdem reperies ad Chriſtianam religionem, ac diuinum cultum pertinentia: multa ad formandos, tam religioſorum q̄ laicorum mores. Complura inſuper ad vniuerſalem rerum ſtatum, queadmodum pro tempore acciderunt, & fideliter commemorata & accurate ſatis deſcripta ſunt. Videbis inſuper q̄ promptus & alacer fuerit in exhortando ad bene beateq; viuendum: q̄ acer & vehemens in corripiendo. Præfuit ad hanc vſq; diem ordini ſuo quadragintaquatuor annos, pie ac religioſiſſime viuendo: vt nunq̄ ei defuerit occaſio, iuxta apoſtolicum præceptum, arguendi, obſecrandi, increpandi, in omni patiétia & doctrina. Atq; vt cætera omnia deſint, quæ commemoraui: non dubito te vel hoc maxime probaturum: inſerta vtiq; eiſdem epiſtolis diuini eloquii teſtimonia: quæ adeo frequenter vſurpat: vt vix vel breuiſſimam ex illis epiſtolis reperias, in qua vnum ſaltem ex ſacris ſcripturis aptiſſime citatum atq; accómodate appoſitum deſit teſtimonium. Qua quidem ex re, haud parum poteris, mi lector, edificari atq; proficere: cum ſit ea proculdubio cœleſtis alimonia, & præcipuum animæ pabulum, ingéti ac ſingulari ſuauitate perfuſum. Si qua vero errata, quæ ſint alicuius momenti legendo tibi occurrerint: ſingula in fine libri caſtigata atq; annotata inuenies: q̄q̄ in tá grádi volumine per pauca ſunt. Cæterum ſi te (vt ſpero) has grate perlegere cognouero: a me etiam nonnullas eiuſdem generalis, ad diuerſos Romanos Pontifices orationes: dialogumq; vnum contra quendam eccleſiæ rebellem: necnon argumenta in ſingulas Ciceronis orationes breui accipies. Valé.

Digitized by Google

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis Petro Barrotio epiſcopo Bellunenſi. Epiſtola. I.

Lectus decima huius menſis die ad Generalatus officiũ a patribus capituli:id tibi primum ſignificandum duxi:ut qui ſemper tecum contuli æſtus meos:nunc quoq; non neſcires quanto mœrore conſtringar. Præfui cœnobio Sancti Michaelis:curis ac ſolicitudinibus(ut bene noſti)haud parum diſtentus. Nũc uero in maximum ac periculoſiſſimum moleſtiarum pelagus immerſus ſum:& qui uni ac priuato gubernando monaſterio idoneus nõ fui:coactus ſum uniuerſalẽ totius adminiſtrãdi ordinis prouintiam accipere. Tanta enim fuit patrum inſtantia, tanta in me eligendo concordia: paucis admodum diſſentientibus:ut reniti conſtantia non fuerit: quin eorum uotis obtemperarem:preſertim ut ſcandala/quæ ſi me ab officio abdicaſſem imminebant/deuitarem. Premor itaq; pater colendiſſime/& grauiter quidem:compluraq; ſe menti noſtræ offerunt dura & aſpera. Conſydero imbecillitatem uirium mearum:difficultatem rei:ac fere in deſperationem præcipitor. Cuperem quidem ſcribere ad te iucunda & læta/ſicut faciebã iuxta dies priſtinos:quãdo priuatus degebam in cœnobio:celebrabãq; in ſolitudine ſabbatum delicatum:& cantabam domino canticum nouum. Cæterum undique difficultatibus & anguſtiis preſſus:non poſſum tibi niſi ſuſpiria & gemitus renunciare. Inter hæc tamen triſtia/quibus confitior/tu mihi ſuccurris:cuius patrocinii ſpe haud parum reficior. Si ſuppoſueris(ſicut ſemper feciſti)amico labenti manũ:non collidetur. Cõmendo itaq; tibi mi pater/& me/& uniuerſam religionem noſtram. Et ſi in expediendis litteris apoſtolicis/aliiſue negotiis/harum lator tua opera indiguerit:eã ſolita humanitate præſtabis. Interim ſanctiſſimas pro mea infirmitate ad dominum preces funde:ut obliuiſcatur peccatorum meorum/quibus iram merui: ac miſericordiæ memor ſit:neq; a me penitus faciẽ ſuã auertat. Vale. Ex fonte bono. Die. xv. Decembris. Mcccclxxx.

Bernardino nouitio. Sancti Michaelis. II.

Actum te de præceptore diſcipulum:gaudeo magnopere. Docturus enim ſapientiã huius mundi/quæ ſtultitia eſt apud deum/ueniſti:ut ueram dei ſapientiam diſceres:quam ſtultitiam huius ſæculi homines putant. Quid nãq; ſtultius(ſi uulgi opinionem ſequimur)q̃ liberum hominẽ/ſponte fieri ſeruum:& natum cæteris imperare/imponere homines ſuper capita ſua? Et tamen ſeruire deo/regnare eſt. Seruus autem ut gratus ſit domino/præ ſe ferre in omnibus humilitatẽ debet:quam doctrinã ipſe humilitatis magiſter diſcipulis ſuis tradidit dicẽs. Diſcite a me:quia mitis ſum/& humilis corde. Hanc ſi & ipſe didiceris:ex diſcipulo iterũ præceptor fies. Perge itaq;/ut cœpiſti:& ambula uocatione/qua uocatus es:ageq; quotidie gratias deo

ꝑ omnibus/quæ retribuit tibi. Nõ enim fecit taliter omni nationi. Scribis/cupe re te nos uidere & alloqui. Ego uero uidendi tui una cum cæteris cariſſimis filiis meis/deſyderio tecum certo. Sum hic Florentiæ tot diſtractus curis: ut ſolitudinem ueſtram magnopere cupiam: ſi forte per dies aliquot ualeam reſpirare. Ora interim ſtudioſius cum reliqua familia: ut hæc nobis optata contingant/expedituſq; aliis negotiis/addies paucos uos uiſam. Quod diuina pietate omnino futurum ſpero. Vale: Florentie Die. x. Iulii. Mcccclxxxi.

Ioanni memmo Priori. III.

n On potui ſuperioribus diebus reſpõdere litteris tuis: quibus mihi/ ꝑ tua in me caritate congratulatus es/de noſtra ad Generalatum aſſumptione. Speras nãq; fore: ut per me reformanda ſit religio noſtra: pluri mũq; ductu noſtro captura emolumenti. Speras quidem/quod cupis. Aegre & enim fers imminentem ordini ruinã. Sed ne Spes tua hæc fruſtraret̃: alius requirebat̃: fueratq; neceſſarius huic nauiculæ præfectus: cuius feliciori ac prudentiori gubernatione deduceretur in portum. Sed quando locum iſtum indignus occupo, demandatũq; mihi eſt præter merita generalatus officium: orationi/obſecro/incumbe pro nobis: ut quod noſtris meritis non ualemus: tuis interceſſionibus facilius aſſequamur. Reuerendiſſimo Patri noſtro Domino Patriarchæ me plurimum commẽda: & Philippum arriminenſem ſaluta meo nomine. Vale. Ex fonte bono. Die. xvi. Ianuarii. Mcccclxxxi.

Venture Abbati Sanẽti Michaelis. IIII.

a Nteq̃ Camaldulo diſcederem: binas tuas litteras accæpi: quibus continuo reſpondi. Sumus modo hic Senis: quo heri peruenimus meridie. Pranſi in noſtro monaſterio Sanctæ Mariæ de Roſa: uiſitauimus Reuerendiſſimum protectorem. Inuitati ab eo/ut ſequenti die ſecum prandere mus: obtemperauimus ei. Vbi a menſa ſurreximus: ſoli inuicem per duarum horarum ſpatium cõfabulati ſumus: Tanta præditum humanitate adhuc uidi neminem. Inter multa contuli de Lemmi negocio. Laudauit ſentẽtiam noſtrã: hocq; nobis conſilium dedit: ut impetrarentur a Dominio noſtro Veneto ad oratorẽ ſuum Romæ/commendatitiæ Litteræ: quo facilius Pontifex annuat uotis noſtris. Se quoq; cum oratore operam daturum: ut hæc fiat Lemmi permutatio. Curate itaq;/ut Illuſtriſſimum Dominium oratori ſcribat: ſignificetq; ei ut impetret a Sanctiſſimo domino noſtro breue: quo nobis permutandi Abbatiam Lemmi cum Sancto Martino de Oppitergio facultas detur. Hoc facto, aut ipſe uenias ad me cum breue: aut procuratorem mittas: ut citius negocium expediatur. Dum Generalẽ habetis propitium: utimini opera eius in rebus ueſtris: ne obſit uobis negligẽtia. Protectorem habemus ſummopere affectum nobis. Verum ea eſt temporum conditio: is rerũ ſtatus: ut minus poſſit/ q̃ cupiat/religioni conferre. Vale. Senis. Die. xvii. Octobris. Mcccclxxxi.

Epiſcopo Bellunenſi. V.

c Vm eſſem Venetiis menſe Auguſto proxime elapſo: ac uiſitaturus ex more monaſteria noſtra/quæ habemus Taruiſii & Oppitergii/nihil magis cuperem/quam te Bellunni conuenire: tecũq; uel biduum trã/

ſigere:

ſigere:impediuit me Sathanas:ne votis meis fieret ſatis.Hoc ipſe ex patre tuo didiceras:cum quo deſiderium meum viſendi tui coram aperte cõmunicaue ram:neq; diſtuliſti excitare me litteris humaniſſimis:ac petere inſtanter:/vt ꝙ pollicitus fueram/reipſa præſtarem.Quid cauſæ extiterit cur non uenerim : ex litteris/quas ad te Oppitergii dedi/potuiſti cognoſcere . Repetenda non ſunt: quæ ſine moleſtia/nec ſcribi a me/nec a te perlegi poſſent.Scio enim quod om nia mihi proſpere ſuccedere/cupias ſicut & tibi.Neq; tamẽ putes ideo me mœ/ rore confici:ꝙ maxima pecuniæ vis a me fuerit iniuſte extorta : quam mona/ chus nũquam magnifeci.Sed ea eſt doloris mei ratio:ꝙ his diſtractus tempo/ ralibus curis/reformandæ religioni vacare non valeo.Infirmatur fere ad mor tem:opem miſera implorat:ne remedia(ſi qua ſunt) differantur petit. Statue/ ram ordinem omnem viſitare:vt poſtea capitulum generale celebraretur : in quo bonæ non nihil ſpei concæperam : & e medio reuocatus itinere.non po/ tui abſoluere,quod cogitaueram.Modo hyeme ſcæuire incipiente exire quoq̃ non licet:& velim nolim/viſitare reliquum ordinis ſi recte agat : in aliud tem/ pus differre non ſine periculo compellor.Sed quando per me nõ ſteterit: quin gregis mihi commiſſi neceſſitatibus citius conſuleretur:ſperare licet : ꝙ haud ægre ad miſſurus ſit dominus excuſationem noſtram. Imperabit forte interea mari & procellis/quibus quatior:& fiet tranquilitas magna:vt facile/quod cu/ pio/exequi valeam.Tu quoq; orando nõ deeris nobis : pulſabiſq; ſanctiſſimis precibus ad oſtium pietatis dei:vt ſi me populo ſuo neceſſarium intelligit: ſi cut bene illi conſulendi promptiſſimam voluntatem tribuit:ita & perficiendi facultatem ſumminiſtret.Interim ſi rediero Venetias futura æſtate(vt mihi eſt animus)te quoq; adibo/domino volente:vt & debito meo erga te ex parte ſa/ tiſfaciam:& tecum conferam æſtus meos.Si bene memini : ſcripſiſti ad me/cũ eſſem Venetiis/edidiſſe te:aut ſaltem compoſuiſſe/ſi nondum edideras/ opuſcu lum quoddam . Eius legendi ſi mihi per te poteſtas fieret : non mediocri fo/ ret ſolatio curis meis . Quamq̃ ſi mihi id non tranſmiſeris:merito ſana hoc paſſurus ſim:qui ad te ne breuem quidem tot elapſis menſibus epiſtolam dedi. Sed non te noui eiuſmodi:qui vlciſci velis negligentiam meam. Parem gratiã in hoc mihi nequaq̃ referes.Vinces in bono malum. Vale.Ex fonte bono. Die xxiiii Nouembris.Mcccclxxxi.

Petro Barrotio Bellunenſi Epiſcopo.V.

q Vas ad me nonis Ianuariis dediſti:eas nudius quartus accæpi.Repleſti me gaudeo & conſolatione : hortatus ſumma(vt ſemper)grauitate tum rationibus/tum exemplis ad tollerãda aduerſa omnia: præcipue ad perferendam molem adminiſtratiõis Religionis noſtræ.Conabor efficere/ vt admones:eũq; me præſtare/qui fatigatus aduerſitatibus nõ ſuccumbam.Ad iuuet dominus gratia ſua:neq; me deſerat in tempore malo.Supponat labenti clementiæ ſuæ manum,ne debilioribus humeris innitens Camaldulus vna mecum pariter ruat.Inter varias &enim difficultates/quibus premor/illud me ſæpius conſolatur:ꝙ ſi me dominus ad Generalatus ſarcinam perferendã vo/ cauit:non dedignabitur forte ſuccurrere imbecillitati mæ.Potens eſt enim/cũ

uoluerit/omnem gratiam abūdare facere in nobis:niſi nos peccatis indignos diuino munere exhibuerimus:pulſantiq; ad oſtium/ut ad cenandum nobis cū ingrediatur/ aperire neglexerimus.Hac fretus ſpe/uiſitaui hucuſq; omnem fe re ordinem. Pauca reſtant uiſitanda monaſteria:quæ habemus uolaterris/Pi/ſis/& Bononiæ.Eaquoq; largiente Domino uiſitabo ad paucos dies:ut proximo uere conueniamus in unum/celebraturi Generale capitulū. Si cuius boni (ut geſtit animus)auctor fuero:dicam deo ex corde. Nō nobis domine nō nobis:ſed nomini tuo da gloriam.Sin minus:porciunculam ſaltē debiti mei per ſoluero:per quem non ſteterit:ut male ordinato ordini bene cōſuleretur.Orabis interim pro me Saluatorem noſtrum:ut in reformanda religione duriora forte futura patrum corda emolliat:ſuſcitetq; filios habraæ de lapidibus. Dici profecto non poteſt:quantum excrucior:cum uideam meſſem multam:operarios autem paucos.Quod uero libellū/quem petieram/malles/ut ipſe accæptū uenirem,neq; id ſolum/uerum etiam emendatum: alterum quidem facturum me polliceor:alterum autem non eſt meum dare tibi.Veniam itaq;(ut ſpero) eſtate proxima ad te:peracturus tecum non menſem(uti me inuitaſti) totum: ſed biduum.Veniam autem emendandus abſte non emēdaturus/quæ edidiſti/ opuſcula:quando neq; mendoſum aliquid te compoſuiſſe arbitror:& ſi qua forte opuſculo menda ineſſet:non ſum is qui/aliena deprehēdere errata queā.Illud per quam moleſte tuli:q; ſcribis complures ad me litteras dediſſe:cum præter has/quas dudum miſiſti/& alteras/quas elapſo dediſti anno: alias abſte nullas accæperim.Nihil profecto mihi gratius affertur:nihil q; me ſoletur magis: q̄ literæ tuæ.Et quod illæ intercipiantur:non ſine ingenti triſtitia audio.Iube in futurum dari litteras tuas aut Abbati noſtro Sancti Michaelis/aut Nicolao fratri,Sic enim fidelius ac citius perferētur. Et/ut hoc crebrius facias:etiam atq; etiam rogo.Vale.Ex fonte bono.Die.xiii.Februarii.Mccccclxxxii.

Bernardino nouitio.Sancti Michaelis.VI.

a Ccipio excuſationem tuam/q; ad me tardius ſcripſeris/fili mi. Satiſfecit mihi uoluntas bona. Scripſi ad te alias: & nunc idem repeto:me nihil aliud cupere abſte/q̄ tuum in hac regularis uitæ inſtitutione profectum.Hoc tamen mihi ſignificat præceptor tuus: hoc litteræ ipſæ tuæ præſeferunt,hoc demum mihi ipſe perſuadeo.Fac omnino:ut nequaq̄ mihi cōtingat fruſtrari ſpe mea.Quod dolere admodum uideris:non meruiſſe te(ut ſcribis)meum eſſe diſcipulum:id ne cures magnopere.Habes enim iſthic exemplar atq; imaginem mei:ad quam te itidem formare componereq; facile potes:præceptorem dico tuum/alioſq; eiuſmodi complures. Si tamē is ſum/quē imitari debeas:& non potius is/quem aliorum uitam imitari oporteat: meaq; ipſius peccata ad meliorem ſpeculum normamq; dilluere.Viſurus te cum reliquis(ut ſpero)ante Aſcenſiōis diem: paucioribus in preſentiarum utar tecū. Tantummodo deum time:& mandata eius obſerua: neq; ulla ſeuerioris uitæ auſteritate frangaris.Perſeuerantiam tuam domino iugiter in oratione cōmenda.In lege dei tui meditare die ac nocte: ſemperque diuinarum ſcripturarum lectione paſcaris.Ita fiet:ut iugum Religionis ſuaue tibi appareat:& onus eius

leue.

leue. Vale. Ex fonte bono. Die. xxviiii. Aprilis. Mcccclxxxii.

Petro de Porticu. Monacho. VII.

a Cripſi ad te ex monaſterio Claſſenſi: neq; adhuc mihi reſpondiſti. Vnas tantum tuas accæpi: quibus doles plurimum: quo die Camal/dulo ſumus profecti/nũq̃ iſthic pluuiam defuiſſe. Nos quidem ægre eadẽ die ad noſtrum monaſterium Inſulanum peruenimus: comitantibus nos (vt confido) orationibus veſtris: ac de multis nos periculis eruentibus. Naui/gauimus Venetias ſecundis ventis: placidoq; ac tranquillo mari. Luimus pre/terea his diebus/Patauium viſitatum. R. Cardinalem Foſcarum: & rediuimus incolumes. Euaſimus tamen manifeſtum periculum: ne ſubmerſa nauicula/ precipiti ac rapido Flumine ſuffocaremur. Vehebamur cymba domeſtica: ac parum peritos remiges hẽbamus. Centies eodem die vno tantum digitulo a morte diſtauimus. Bis confracta eſt funis: qua aduerſo Flumine trahebamur. Tantoq; impetu equus ferebatur: vrgẽtibus preſertim cum aliquot ex noſtris/ qui nauigationis tedio in terram deſcenderant: vt in alterum latus vergente naui/plurimum fluminis excæperimus: trepidi ſane pallenteſq; atq; exangues effecti. Egimus gratias deo: qui nos eruit ſua pietate. Scribere plura inſtituerã: ſed mihi non vacat. Has ſiquidem raptim conſcripſi/multorum etiam inter cæptus viſitationibus: qui mihi aures obtundunt. Saluta omnes meo nomi/ne: & cubiculi noſtri ornandi curam habe. Retulit mihi Ioanninus: te illud te/ctorio nouo illuſtraſſe: & Sacellum iuxta cubiculum fabro lignario perficien/dum, miſiſſe. Spero nos iſthic affuturos ante ſolemnẽ Sanctiſſimi Romualdi/ diem. Vt incolumes redeamus: Ora cum reliquis omnibus. libros quos ſcripſi ſti/vt emerem: mecum feram. Vale. Ex Sancto Michaele murani. Die. xxv. Maii. Mcccclxxxii.

Venture Abbati Sancti Michaelis. VIII.

q Vo die beati Petri abſolutio a; vinculis celebratꝰ. Petrus monachus de Prato veteri cariſſimus filius meus/ ac noſtri itineris ſuauiſſimus comes/carnis vinculis abſolutus/migrauit ad cœlum: tãto ſane nobis deſyderio ſui relicto: vt vix vllam admittamus conſolationem. Erat profe//cto adoleſcens; optimæ indolis: & quem euaſurum monachum religioſiſſimũ/ mirumimmodum confidebam. Raptus eſt mihi e manibus: quo maxime tem pore nihil de illo tale ſuſpicabar: quando nunquam meliori valitudine fuerit/ q̃ cum Venetiis diſceſſimus. Vbi huc aduenimus: fluxu corporis laborare cœ/pit: adeo vt duodecimo poſt die defunctus ſit: perceptis prius omnibus ſpiri/tualibus ſacramentorum ſanctorum remediis: cum ad vltimum vſq; ſpiritum Deo ſe ac Batiſſimæ virgini cõmendaſſet. Den iq; ſicut religioſe vixerat: ita & religioſe demigrauit. Congratulor certe fœlicitati eius ac beatitudini: ad quã illum tranſlatum non dubito. Sed mihi ipſi imperare non poſſum/ quin do/leam: quando optimo filio/ac mihi per omnia obſequentiſſimo/priuatus ſum. Conſoletur nos dominus ſua pietate: ac mœrori finem imponat. Vale. Ex no/ſtro monaſterio fontis boni. Die tertia Auguſti. Mcccclxxxii.

Vrbano Malumbre Monacho. IX.

I eám erga me caritatem haberes:quam litteris tuis præ te fers:factis
s potius/q̄ verbis illam oſtenderes.Patrem me appellas/& Dominum:
& nō memeniſti ſcriptum eſſe.Si ego ſum pater:vbi eſt amor meus?
Si ego ſum dominus:vbi eſt timor meus?Probatio quippe dilectionis/exhibitio eſt operis.Atqꝫ vtinā a principio/ſemota domini perſona/patris tui & vtiqꝫ indulgentiſſimi patris diſciplinam haud reluctanter accæpiſſes:iam profecto/non modo me/immo deum ipſum optimum tibi reconciliaſſes:verum etiam humilitatis tuæ premia facile noſtra opera eſſes conſecutus. Neqꝫ.n.te fugit: quid ipſa veritas Chriſtus dicat qui humilians ſemetipſum/factus eſt obediens patri vſqꝫ ad mortem crucis.Audi quæſo/verba:ſicut a veritate prolata:ita certe & veritatis pleniſſima.Omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Si iuſſa Domini ſaluberrima obedienter impleſſes:non deſyderares(mihi crede) in preſentia/quod promiſit.Haud itaqꝫ immerito perſecutionem te pati conquereris:errare hincinde/ſicut ouis/quæ periit:luporum patere morſibus.Nam mentiri non poteſt Deus:qui humilia reſpicit:& alta a lōge cognoſcit. Diſcite/inquit/a me: quia mitis ſum/& humilis corde:& inuenietis requiem animabus veſtris.Pollicetur tibi requiem pius Dominus/ſed humiliato ac miti. Requies in manu tua eſt.Chriſtum mitem atqꝫ humilem ſequere:& perſequetur te nemo.Vis luporum morſus non timere?Paſtori te ſubiicias:& tunc in te proculdubio ſenties:quod de ſeipſo alius quidam gratulabundus teſtatur.Humiliatus ſum: & liberauit me.Et ne te multis morer:accipe conſilium parentis pientiſſimi: qui profecto cupit mirum inmodum conſulere ſaluti tuæ:a quo nunq̄/niſi bona accepiſti:quem ſemper humaniſſimum atqꝫ deditiſſimum tibi præcæteris expertus es.Priuatus es a nobis triennali adminiſtratione Claſſenſis cœnobii: & iuſte quidem/iudicio meo.Sed eſto/id iniuſte factum fuerit.Nunquid temporalem hanc & momentaneam prelationem/oneroſam profecto rem: & quæ te omnibus fere odioſum effecerat:tanti facere debuiſti:vt malignorum hominū conſilio/a perpetua noſtra beniuolētia & amore/quo nihil unq̄ tibi ſuauius fuit/tam facile auelli paſſus ſis?Nunquid tibi excidit humanitatis meæ:qui nō modo penitentem filium non admittere/verum etiam renitentem prouocare vltro conſueuerim?Quamobrem:vt te ad nos conferas/admonemus:iuſſis noſtris obtemperaturus.Ego ſane tibi polliceor:me tum honori tuo/tum vtilitati & commodo pro viribus conſulturum:cum hoc tamen excæptione(ne forte in hac parte decæptum te putes:) vt nequaquam ſperes/in hanc triennalem adminiſtratiōem Claſſenſis Abbatiæ/quam iniſſe videbaris/noſtra ope & auxilio te reſtitutum iri.Florentiæ ex monaſterio Sancti Benedicti.Die.ii. Ianuarii. Mccccl xxxiii.

Petro de Porticu Monacho.X.

Ediuimus Camaldulum Chriſto duce nudius tertius: triduo/& ægre
r quidem/confecto itinere.Et prima quidem die/qua Florentia diſceſſimus/peruenimus veſperi ad monaſterium Sanctæ Margaritæ.Tantà vero fuit/atqꝫ adeo vehemens ventorum vis:vt vix iumentis conſiſtere poſſemus. Sequenti die ſereno cælo/ac preter hyemis morem/limpidiſſimo/ad vi

neam

neam eremitarum ſero applicuimus: de via tamē plurimum feſſi: eo ꝙ ob glaciem niueſq; quibus operta erant omnia/nunc equites/nunc pedites ingredi/ coacti fuiſſemus. Tandem poſtridie huc venimus/tanto quidem labore ac difficultate: vt deficere interdū nos putaremus. Accerſi eramus famulos noſtros domeſticos: qui nobis iter niuibus inter ſeptum atq; occluſum aperirēt. Vbi Mogionam peruenimus: iumentis ſociū inde trāſmiſſis/reliquum itineris pedites peregimus: deducentibus nos plurimis/ac neceſſario præcedentibus: vt eorum pedum tritu/ſolidior nobis ſubſequentibus conſterneretur via. Quotiens in aſcenſu montium conſtiterim/deficiente ſpiritu: quotiens lapſus e ſemita/licet alicuius ſemper dorſo manibus inniterer/in altiſſimam niuem demerſus ſim/ac in preceps corruerim: credere porfecto vix poſſes. In ſumma hoc tibi pſuadeas: me nūq̄ iter moleſtius/ac difficilius perfeciſſe. Hoc ad te iccirco ſcripſerim: ne me putes facile iterum exorari poſſe: vt quocūq; vel q̄maximi momenti vrgente negocio/hac hyeme Florentiam redeam. Mitto ad te vtrunq; Suetonium. Vbi expedieris quæ tibi iniunximus: redire ad nos maturabis: neq; te niuoſæ alpes/aut horridior hyems terreant. Vale: Ac priorem Camalduli Saluta cum familia omni: vtq; ſolicite curam habeāt diuini Cultus/hortare ex me. Ex fonte bono. Die. iiii. Ianuarii. Mcccclxxxiii.

Benincaſæ Priori Pratalis. XI.

a Ccæpi litteras tuas: quibus & reditum tuum/& filiorum noſtrorum bonam valitudinem mihi ſignificas. Fuit mihi is nuncius iucundiſſimus: omniq; auro præcioſior. Itaq; ipſos tuæ diligentiæ & curæ cómendo: hortorq; vt & religioſis eos moribus inſtituas: & liberalibus imbuas diſciplinis. Erit hoc accæptiſſimum Deo: & nobis gratiſſimum: qui cupimus nouam hanc familiam æducari/in omni ſanctitate & timore Dei: vt locus ſitu horridus & incultus/bonæ vitæ atq; eruditiōis meritis illuſtretur: & vbi eſt ordinis caput/ibi etiam ſit regularis obſeruationis principatus. Vale. Et filios omnes noſtros ſaluta meo nomine. Ex ſancto Michaeli murani. Die. xxv. Maii: Mcccclxxxiii.

Petro de Porticu Monacho. XII.

n On negamus Petre fili/te minime falli opinione: ſi nos mitioris ingenii ac naturæ facilioris arbitraris. Neq; enim ita educatus atque inſtitutus ſum a puero: vt ab humanitate & Clementia vnq̄ abhorruerit animus. Quin potuis (quod ſine mei iactantia dictum ſit) mecum ſemper proceſſu ætatis creuit miſeratio. Quamobrem ſi dudum huius rei periculum feciſti: non me pœnitet: quando id a me facile impetraſti preter multorum/qui me minus norunt/ſpē atq; expectationem: ꝙ ſeuerius ac immitius/q̄ moris noſtri fuerit/viſi ſumus peccatum hominis vindicaſſe. Sumus nāq; hac occaſione/tuā quoq; facilitatem experti: delectatiq; admodum ſumus/& te nobiſcum nature bonitate ad miſericordiā trahi. Docemur ſiquidē hāc amplectendā eſſe virtutē Dñi noſtri Ieſu Chriſti/tū exēplo/tū verbo. Is. n. ſæpius euāgeliſtaꝝ teſtimonio/

in eos/qui vel grauia admiſiſſent facinora/non modo nõ acrius animaduertit: verum etiã clemẽtiſſime pepercit: adeo vt pro pœnis ac ſuppliciis/quibus ſe rei puniendos pro meritis formidauerant/aut mitterentur ad ſacerdotes/abſol uendi a criminibus: aut irent/nec peccarent amplius/admonerẽtur. Meminiſſe etenim te credo: q̃ facile miſera illa miſericordiã impetrauerit: quæ ſe a iudice qui falli non poterat /condemnandam verita ac tremebunda: mitiſſimã illius vocem audiuit cõtinuo. Vade/inquit/& amplius noli peccare. Audi etiam aper tius: quid nos admoneat miſerator/& miſericors Dominus/loganimis/& mul/ tum miſericors. Eſtote/ait miſericordes: ſicut & Pater vester celeſtis miſericors eſt. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos/& pluit ſuper iuſtos/& in iuſtos. Neq; vero ſolum piiſſimus eſt ac indulgentiſſimus: noſq; humaniſſimis monitis ad pietatem prouocat atq; hortatur: ſed duroſquoq; & immites mirũ immodum punit. Nam cum ſeruo illi/qui debebat. x. milia talentorũ/omne de/ bitum remiſiſſet: neq; is miſertus fuiſſet conſerui ſui: qui minorẽ pæcuniæ ſum mam debebat. Serue/inquit/neq̃: omne debitum dimiſi tibi: quoniã rogaſti me. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui? Cui poſtea/quid fecerit/ſileo. Nõ im merito itaq; in calce epiſtolæ odioſum ac moleſtum delatorũ genus inſectaris eorum preſertim: qui non corrigẽdi ſtudio/ſed liuore & odio aliena errata im/ pie detegũt. Hos ſane te cũ pariter odi: quippe qui oẽm videtur exuiſſe huma nitatẽ: atq; in ſtipites & ſaxa cõuerſos haud iniuria crediderim. Quid enim ini quius dici poteſt: q̃ vt conſcius quis propriæ infirmitatis/alienæ/minime com patiatur? Videmus feſtucam in oculo fratris: & in noſtro trabem nõ conſydera mus. Huiuſmodi hominum peſtem quãta dignam confuſione oſtenderit Do/ minus: ex euãgelio licet diſcere. Cum enim iudei cõtra Saluatoris manſuetudi/ nem clementiamq;: qui non venerat vocare iuſtos: ſed peccatores/molirentur inſidias: & deprehẽſam in adulterio mulierẽ/quaſi zelo ducti iuſtitiæ/ſecundũ legem moyſi iudicandam a Domino poſtulaſſent: quid reſpõderit æquiſſimus pariter/& mitiſſimus iudex noſti. Qui ſine peccato eſt veſtrũ: primus in illam lapidẽ mittat. Ex quo facile animaduerti poteſt: erudire nos voluiſſe Dominũ: vt nõ ignari fragilitatis/ac imbecillitatis noſtræ, ſemper ſtuderemus pietatem colere: ac promptiores eſſemus ad miſericordiã. Hanc tu fili nobiliſſimã virtu tem/ac imprimis homine chriſtiano dignam omni ſtudio perſequere: ne a Sal uatoris noſtri deficias inſtituto, Vulgo dicitur. Qui miſericordiã facit: miſericor diam preſtolatur. Nõ poteris & ipſe nõ cõſequi miſericordiã: qui proximi neceſ/ ſitatibus miſericordiã exhibuiſti. Quamobrẽ ſi tua ĩterceſſiõe facile peperci de linquenti: nõ me pœnitet: ſumq; indies contentus magis: tũ quia tibi qui mihi es q̃ cariſſimus/morẽ geſſi: tũ vero quia de homine deſperandũ nõ eſt. Interdũ cui plus dimittitur: plus diligit. Vſus hac noſtra indulgẽtia/referre nobis ſtude/ bit gratiam cumulatiore obſeruantia/& caritate: & tibi qui huiuſce in illum pie tatis fuiſti auctor/erit ſemper obnoxius. Vale. Ex ſacra noſtra. Eremo. Die. xx. Iulii. Mcccclxxxiii.

Petro de Porticu. Monacho. XIII.

r Editum tuum ad nos prorogare diutius nequaquam potes: tum/quo niam quæ iſthic pficiẽda ſunt tibi/paucis abſolui diebus potuerint: tũ

vero

vero ob rerum omnium inopiam charitatemq̃ & annonæ imprimis: qua fiet vt exhauſto pauperculo marſupio nequeas Romæ diutius immorari. Quam/obrem ne ægre feras abſentiam meam: ſi reuerſus Florentiam/me non inuene ris. Has ad te in ipſa noſtra profectione conſcribo: vt aut iter facienti occurrãt tibi: aut ipſas mei vicarias hic offendas. Mihi vero redeundi domum/tum aliæ complures/tum ea imprimis cauſa extitit: vt familiam noſtram/ob patris deſyderium mœrentem/tabeſcẽtemq̃ reuiſerem: vrbiſq̃ deuitata moleſtia/in ſeceſ/ſum illum noſtrum remotiorẽ me conferrem. Neq̃ enim turbulẽtiſſimo æſtu/vndiſq̃ in cœlum tumentibus adeo in mari iactantur nautæ. Sicut nos Florentiæ quottidianis curarum exagitamur procellis. Haud itaq̃ grauiter patiaris: ſi me hic minime repereris, qui vrbanus es totus. Ciuitatẽ pro tuo arbitrio co/las: hominum freq̃ũtiam diligas: liceatq̃ tibi more tuo in celebritate verſari. Mihi detur: vt elongare poſſim fugiens: ac manere in ſolitudine: vrbe procul immorari/quam ſemper duxi pro carcere: trãquilla uitæ ſilentia exigere: et quã ampliſſimis aperti ætheris ſpatiis indulgere. Vbi nullo ſub teſte mihi metipſi viuam: neq̃ tot habeam iudices vitæ meæ: ne dicam inſidiatores. Ero ibidem meus cenſor: deuitatiſq̃ multorũ calumniis/ex meo nutu arbitrioq̃ pendebo. Et licet acrior ſcæuire hyems cæperit: tectiſq̃ illis noſtris pendula diriguerit glacies, niuibuſq̃ operta ſint omnia: nõ deerit/vnde largiſſima lignorum ſtrue ignis perpetuus in ſublime tollatur. Collucebit tota domus crepitãtibus flam/mis: Atq̃ (ut ad familiam noſtram redeam) aderunt omnes: adſtabuntq̃ parẽti. Circundabor grata filiorum corona: & eorum imprimis adoleſcentulorum proborum optimæq̃ indolis: quos noſti/quanta cura/& ſtudio/in timore dei/ac regulari ſanctæ obſeruationis propoſito educare contendam: vt aliquando poſſint & noſtræ (ſi vixerimus) ſenectuti: & labenti religiõi eſſe preſſidio. Denique ſi mihi non omnia pariter ibidem blandientur: complura ſaltem inueniam quæ minus offendant. Ruri itaq̃ agere hyemem totam conſtitui. Si me cupis: in rus tibi concedendum eſt. Vale. Ex Camaldulo Florentino. Die. xxiii. Nouembris. Mcccclxxxiii.

Petro de porticu. Monacho Angelorum. XIIII.

Egi litterarum exemplum: quas ad amicum dediſti: placuitq̃/q̃ non modo grauiter ac ſententioſe/verum etiam acriter in communem aduerſarium inuectus es. Fuit id præter cætera locupletiſſimũ tuæ erga me fidei teſtimoniũ: ſummæq̃ inditium probitatis. Scis autem fili cariſſime: q̃ me nonnulli impie atq̃ iniq̃ perſequantur: q̃ aduerſus innocentem rabide ſæuiant. Nulli nocere: nullum premere cupimus. Dicant ipſi/ſi quem unq̃ præter paternã diſciplinã/aut verbo/aut facto/acerbius offendimus. Nũquid vitio no/bis dãdũ eſt: ſi paulo diſtrictius pſequi uideor improbos aliquot: ſceleratos: facinoroſos: nefarios? Nũquid mihi iraſci iuxta prophetæ admonitionẽ/ſine peccato nõ licet: ac ex officio nobis iniuncto/peccantes corripere atq̃ coercere minime debeo: vt audire tremebũdus dominicam illam increpationẽ pmerear. Errantẽ ouẽ nõ reuocaſti? Qui retribuũt mala p bonis/detrahũt mihi: inſidiantur: machinant dolos. Det mihi dominus ſua pietate: ut perditarũ mentiũ qui

bus inuiſa iuſtitia eſt/æquo animo calumnias perferam:& uirtute animi cōſtan
tiaq; contra illorum nequitiam fortiter repugnem: vt malis quatiētibus/velut
incus/ſtabilitatem agitata percipiat: ac eo firmius roboretur/ſolideturque/quo
fuerit impulſa atq; concuſſa frequentius. Hoc autem illos monitos velim: me
nequaquam iccirco officio meo defuturum. Quin & ardentius pro religione
pugnabo:& vitam pro ea ſeruanda(ſi opus fuerit)intrepide libenterq; profun
dam. Spero tamē in Domino/ protectore uitæ meæ:ꝙ expugnaturus ſit impu
gnantes nos:deduceturq; ad nihilum in conſpectu eius malignus. Ago gratias
vnicæ huic fidei tuæ ac pietati. Abſentē patrem æque ac preſentē defendis:tue
ris:colis. Non expectas vt mittaris: Vltro te inſers:vbi opus eſt:nullum hucuſ
q; pro me/neq; laborem/neq; periculum veritus. Non poterit tibi eſſe nō bene/
tam fideliter pro nobis agenti. Quod vero hortaris de excorde illo ac miſero
placido:neſcio certe/an recte ſentias. Ita nanq; peccauit grauiter:vt nō facile illi
dandam ueniam putem. Impunitas enim audatiam:audatia exceſſum parit:li/
cet/quantnm ad me attinet/mitis ſatis ac placabilis ingenii ſim:atq; ad miſeri/
cordiam facilis. Verum nec ſeueritatem rigidam: nec remiſſam laudauerim
pietatem. Si tamen ita tecum & alii ſenſerint:paratus ſum ad ignoſcendum:vt
qui multis pariter fuit ſcandalo:multorum conſenſu venia dignus iudicet. Ve
niat ad nos, prouoluatur pedibus noſtris:ac humiliter veniā petat: vt facta pæ
nitentiæ fide placatos nos ſentiat:quos tam impie ad iracūdiam prouocauit.
Sed vereor: ne hac noſtra facilitate parum aliis profuturi ſimus: qui nimiū
de noſtra indulgentia ſibi promittant. Quomodocunq; rem cōpoſueritis:ero
contentus:modo non obtundar amplius/vt Florentiam redeā. Preſentia mea
aut in fonte bono/aut Romæ neceſſaria eſt. Quid ſuper hac re conſuluerit. Pro
tector:certiores nos litteris facturus eſt vicarius noſter. Nos optimū factu id
exiſtimamus. Erit.n.ibidem nobis facilius extirpare funditus/ac tollere nocen/
tes/ac neq̄ monachos noſtros, pluſq; illic nominis horror/q̄ Florētiæ meus en
ſis aget. Totiens hoc anno in iſtam Ciuitatem veni: totiens ingredi atq; egre/
di viſus ſum:vt haud parum minuerit preſentia famā. Qui diligere in patria
parentem pium/beneficum humanum nolunt:procul poſitum/ac peregre pro
ctum/tacita forſitā conſcientia reformidabunt. Illuminet Dominus cor/noſtrū:
vt iter hoc arripiamus eius volūtate. Si veneris(quod cupio)Domnum Do/
natum/ac Dominicum ſacerdotem tecum deducas:aut ſaltem ſingula conſcri/
bas/quæcūq; tum Romæ/tum iſtihic egeris. Vale Ex fonte bono. Die.vii. Decē
bris. Mcccclxxxiii.

Vrbano Abbati Claſſis. XV.

Vdius quartus accæpimus litteras tuas:quibus haud parum admira
n tionis cæpimus ꝙ tam cito motus a tuo ſenſu videaris. Diſceſſiſti pau
loante a nobis/pacificatus:& noſti quātum ex animo omnem tibi ex
hibuerimus humanitatem:& nūc noſtras obiicis calamitates:minariſq; quod
aduerſa plura paſſuri ſimns:nihilq; profuturas nobis affirmas orationes no/
ſtras ac ieiunia: niſi te in monaſterium Claſſis reſtituendum curauerimus.
Deſyderare nos cogis modæſtiam tuam/atque patientiam/& humilientatem

imprimis/Sanctorũ omnium familiarem amicãq;:quam minime redolent lit/terae tuae. Si iuſte nos fractae fidei poſſes arguere:facile conuitia tua ferremus. Caeterum ab omnibus iccirco impugnari uideris:quia forte tibi reatus cuiuſ/piam conſcius es. Scripſit enim ad me his diebus Abbas Roſanus Senẽſis:im/petraſſe te Romae Abbatiam Claſſenſem:bullaſque te ſibi oſtendiſſe: & Prior montis Crucum/qui nunc Romae degit/idem ſignificauit nobis: quingentos inſuper aureos te camerae apoſtolicae perſoluiſſe. Si hoc uerum eſt:ſcias me ti bi ad exhibendum fauorem minime amplius teneri. Defendãt ſe patres Vnio/nis:quibus ſane hac in re deeſſe non potero. Nos heri per dei gratiam decreto Magnifici Dominii reſtituti ſumus cum honore in poſſeſſiõem Camalduli no ſtri Florentini:ut ſcias/quia Dominus auxiliator meus:& ideo non ſum confu ſus. Prouocaſti nos:ut acerbiuſcule reſponderemus tibi. Non tamen/ut paria te cum faceremus/hoc egimus: ſed ut te pio affectu moneremus. Deniq; ſi falſa nobis de Claſſenſi impetratione relata ſunt:ut hoc nobis etiam cõſtet/curabis: & tunc me pugnaturum pro te/dubitare non poteris. Sin minus:memento pa cti & compoſitionis noſtrae: & de me iuſte conqueri nulla ratione tibi licebit. Vale:& mutuo amore nos dilige. Ex camaldulo noſtro Florentino. Die.xxv. Decembris. Mcccclxxxiii.

Petro de Portticu. Monacho Angelorum. XVI.

u Bi ſignum Domni Baſilii: quod hodie ante lucem fecit: accaeperis: ſtatim cõuenies medicum:eoq; diligenter cõſulto/referes tecum/ſi po tueris quaecũq; percurando morbo iudicauerit neceſſaria. Atq; ut me/lius nouerit aegri ipſius ſtatum:enarrabis ei/hominis cõplexionem. Praeterea hunc longinqua infirmitate implicitum:ita ut põt primam curationem aeſta/tis praeteritae/uix unq̃ ſatis ualidus fuerit. Febre ſaepiſſime corripitur nocte in/terdiuq;:nunc tertio/nunc quarto quoq; die/nunc etiam aliquot cõtinuatis die/bus:qua interdum ita factus uiribus ac debilitatus uidetur: ut captum omni/bus membris putares. Crura genuaq; debilia & nutantia. Doletcaput: oculiq; imprimis. Aegre ſoluitur aluus. Manuum palmae humectae ſemper: ac iugi ſu/dore conſperſae. Ad haec(ut noſti)triſtitia oppletus: macieq; ac liuido colore confectus ingreditur:adeo/ut nonnũq̃ agere Sibi animã uideri teſtetur. Quae conducere(ut ſcripſi)infirmo ſuaſerit:tecum portabis:ne ingraueſcat dillata curatiõe mala ualitudo. Litteras his annexas reddẽdas curabis:praeſertim quas ad Abbatem de Candiculis dedi. Hortati ipſum ſumus ut ſit Vicarius noſter generalis hic apud Fontem bonum/tãtiſper ſaltem:donec Roma reuertamur. Sententiam eius perueſtigabis coram:ut ſciamus quid agendum ſit nobis: & alium/ſi forte excuſauerit ipſe/quod non credimus/ſubrogemus. Inſulanus Ab/bas leuius ſe habet:conualeſcitq;(ut audio)indies. Sunt tamen:qui ſecus opinẽ tur. Multi currunt:cum unus(ſi contigerit)accaepturus ſit brauium. Et miror certe nonnullorum temeritatem:qui non erubeſcunt peterae id:quo ſunt pro/culdubio indigniſſimi. Egimus heri abſq; te ſolennem diem. Vale. Ex fonte bo no. Die.ix. Februarii. Mcccclxxxiiii.

Venturae Abbati Sancti Michaelis. XVII.

Vrbauit me admodum Vrbani nequitia:tuliq; egerrime tũ impetra/
t tione Abbatiæ Claſſenſis ad uitam:tũ reſeruatã Cardinali Parmenſi
penſionem trecẽtorũ aureorũ. Inſtiti/quantũ potui/& apud pontificẽ:
& apud complures Cardinales:ut reuocaretur/quod fraudulenter fuerat impe
tratum. Verum(ut uideo)nec eſſaria erit ad hoc conſequendum Illuſtriſſimi
Dominii interceſſio:quam plurimum hac in re non dubitamus profuturam:
præſertim confecta(ut ſperatur)pace. Tuum erit curare:ut oratoribus ſuis/qui
Romam Venturi ſunt/a Dominio demandetur commẽdatio negocii Claſſen
ſis coram Pontifice. Hoc pleriq; Cardinales conſulunt. Forte enim hoc pacto
penſio impetrata reuocabitur: & Vrbanus nedum perpetua uerum etiam triẽ
nali adminiſtratione priuabitur. Acturi ſumus Romæ(ſi domino placuerit)
feſta paſchalia. Poſtea redibimus Camaldulum: Vbi per dies paucos cũ fami
lia remorati/ad uos iter aggrediemur. Vale. Ex Vrbe Roma. Die. v. Aprillis.
Mccccclxxxiiii.

Petro de Porticu. Monacho Angelorum. XVIII.

Onſtantem te eſſe in aduerſis:& æquo animo ferre malam ualitudi/
c nem plurimum gaudeo. Satis.n. manifeſtum argumentum eſt cumu
latioris in te gratiæ dei: qua uirtus in infirmitate perficitur. Diligit
te pater indulgentiſſimus. Quis enim filius:quem non corripit pater? Salu/
bris certe uiſitatio/& paterna oino. Infirmaris: uexaris: cruciaris: & tolleran
tiſſime fers omnia. Non negligis diſciplinam:neq; fatigaris/cum ab eo corri/
peris. Fidelis deus non te permittit tentari ſupra uires: ſed facit cum tentatio/
ne prouentum:ut poſſis ſuſtinere. Perſeuera hoc robore animi atq; [illegible]
tia:& ſi corpore haud q̃q̃ ſatis ualidus es: infractus ſpiritu eſto. A[illegible]
imbecillitatem tuam illi commenda:qui in Cruce paſſus/nobis reliquit exem
plum:ut ſequamur ueſtigia eius. Tranſibis per ignem & aquam: & deduceris
in refrigerium. Nouit dominus pios de tentatione eripere: iniquos uero in
die iudicii cruciandos ſeruare. Commendas mihi Camaldulum Florentiæ:
cum apud me commendatione non indigeat. Paratus enim ſum/illi ſemper
opem ferre pro uiribus:neq; q̃tum nobis facultas ſuppetet/in aliquo ei defu/
turus ſum. Parum fortaſſe non nullis curare locum uideor:minuſq; ipſius ne
ceſſitatibus conſulere. Sed me profecto conſcientia nõ reprehendit: quin/quic
quid potuerim in eum non contulerim boni. Labentem ſuſtinui: periclitantẽ
ſeruaui:ac iamiam naufragantem/diuina inſpirante clementia/de profundo
pelagi eripui:deniq; ſacra ipſa noſtra Eremo debitis innumeris preſſa/ipſum
tamen ingenti profuſa pecunia liberaui. Eant qui uoluerint: & me negligen/
tiæ atq; incuriæ accuſent:criminentur:obiurgent. Satis mihi ſit teſtimonium
conſcientiæ. Saluta Priorem & familiam omnem meo nomine:& ualitudi/
nem tuam cura diligenter. Vale. Ex fonte bono. Die. xvii. Maii. Mccccclxxxiiii.

Petro de Porticu. Monacho Angelorum. XIX.

c Onquereris plurimũ binis literis tuis:deeſſe tibi in monaſterio: qui
infirmitatis tuæ curã gerãt. Qua dere ſumus magnopere ad mirati.
Es nãq; apud eos:quibus eſſe cariſſimus precæteris uidebaris:& inquibus ma
xime

xime confidebas. Quorũ culpa id acciderit, coniectari nequeo: illorũ ne an tua.
Quantũ profecto ad me attinet: cupio tibi, ac minimo cuiq; ægrotanti, ſummo
ſtudio, curaq; miniſtrari. Hoc enim & ipſa caritas poſtulat: & in regula cauetur,
ante omnia: vt infirmorum cura habeatur. Cuius rei prælati ſedulo admonẽtur,
excitanturq;: ne erga male habentes ſegniter, ocioſeq; ſe gerant. Quomodocũ
q; ſe res habeat: hortor te ad patientiam amplectendam: quæ opus perfectũ ha
bet. Viſus es ferre conſtantiſſime aduerſam valitudinẽ: & eam quidem acerbiſſi/
mam. Fac haud imparem, in tollerandis miniſtris negligentioribus animum ge
ras. Hanc vnã opem ægro corpori relictam arbitrare: ſi deſyderari in te animi
fortitudinem nequaq̃ permiſeris. Hæc tibi nunq̃ deſit: & corona adſtantiũ mi/
niſtrorum ſemper te vallatum putabis: eruntq; tibi omnia tolleratu facilia. Verũ
hæc fortaſſe pluribus q̃ neceſſe fuerit: quando præſertim adeo vim morbi leuatã
ſcribis: vt ad dies paucos domo te exiturum ſperes. Quod vehementer cupio.
Mitto tibi ſiropum violatum: quod petiſti. Si non fuerit ſatis: quod reliquum eſt
apud me, tibi ſeruabitur. Bartholomæum hortare ad ferendum æquo animo ad
huc paucos dies: donec redierint noſtri: quos Venetias miſimus. Vbi primum
reuerterint: quod reſtat, prætium pergamenorum accipiet. Credi vix poſſet: quã
tum nos excruciet creditorum importunitas. Siqui nobis debent: extorqueri il/
lis ægertime vel nũmus poteſt. Quibus vero debemus: q̃ primum faciendum
eſt ſatis: vt pote improbe ac minaciter expoſcentibus. Seruire mihi videor, æris
alieni, miſerabiliſſimam (ſi dici congruæ poteſt) ſeruitutem. Forſan & hæc olim
meminiſſe iuuabit. Tunicam ex raſſia facies tibi pro arbitrio. Orbem ceræ viri/
dis ad obſignandas epiſtolas mittes ad me. Cura vt valeas. Ex Fonte bono. Die
xxiii. Maii. MCCCCLXXXIIII. Petro de Porticu. XX.

p Lurimis effers laudibus Camalduli Florentini, tũ ſitus cõmodiorẽ, tũ
ſtructuram haud inuenuſtam. Verum ad diſponendam in eo ordinan/
damq; familiam requiris præſentiam noſtrã. Quaſi vero & hic & Florentiæ eo
dem tempore eſſe poſſimus. Quod ſi eo concedendum eſt, fonte bono relicto:
quis hic pro nobis curam geret? Non deſunt, qui nos criminentur malæ admi/
niſtrationis. Et reperiri vix põt: qui puſillam familiam gubernare idoneus ſit. Si
vbiq; eſſe voluero, nullibi ero. Quærunt oẽs, quæ ſua ſunt: appellari abbates ac
priores affectant: & portare detrectant onera: cũ tamen vigilare nocte & inter
diu paſtores iubeantur ſupra gregem ſuum. Scire cupio an conualuerit Silue/
ſter monachus: potuerit ne vlla medicina ſiſti profluuium ſanguinis. Prudenter
feciſti: ꝙ benigne admitti, atq; ad cænam hoſpitaliter inuitari priorem. S. Bene/
dicti curaueris. Queritur enim prior ipſe: ſe a nonnullis ex noſtris toruis oculis
conſpici. Quod ſi verum eſt: minime probamus. Stude reſtitui priſtinæ ſanitati:
vt opera tua vti in vſus domeſticos valeamus. Ex Fonte bono. Die. xxv. maii.
MCCCCLXXXIIII. Prioribus populi Fabrianeñ. XXI.

r Eddidit nobis Abbas Detiani litteras veſtras: humanitatis ac beniuo/
lentiæ plenas. Debemus vobis plurimum, tum noſtro, tum religionis
nominẽ: ꝙ inclinato ac labente fere vallis caſtri monaſterio, nõ deſtitiſtis ſine
intermiſſione cõſultare ac deliberare inuicem: quo pacto eius tam manifeſto pe

riculo ſit occurrendum. Non pepercistis hucuſq; labori vlli aut ſumptui. Suppoſuiſtis ruinam minanti humeros. Cadentem totis viribus miſericorditer excepiſtis. Referat vobis Dominus: quam pro hoc tam pio opere: meriti eſtis gratiam. Sit iugiter Romualdus noſter, immo veſter, ſanctiſſimus adeo offitioſi muneris veſtri haud immemor. Quantum vero ad nos attinet dubitari, ac vereri nequaq̄ debetis: nos aliqñ vobis ac in re ꝓ modulo virium noſtrarū defuturos. Vrget me generalatus offitium: vrget abbatiæ ipſius haud contemnendæ miſera condicio: vrgent illæ venerandæ ſanctæq; reliquiæ: nequis ſegnitiæ, atq; ſecordiæ relinquatur locus. Obtuli vobis alias curam, ſtudium operam meam. Egerrime profecto tuli: q; parum profecerim. Non fuit meum tantam ferre ſarcinam ſolum. Quæſiui diligentius: ſi qui ſubiicere comportando mecum oneri humeros vellent: & nuſq̄ reperti ſunt. Detrectauerunt omnes accipere prouintiam: quæ difficultatis plurimum pollicebatur. Terreri ſe aiebant ære alieno: q; ingens conflaſſe abbatiam audierant: nullam ſibi eius diſſoluendi facile offerri ſpem. Et ne vos multum moremur: laudamus ac probamus, quæ nobis abbas Detiani retulit veſtro nomine. Perſuadeatur modo abbas ipſe Iulianus: vt aquieſcat monitis, atq; adhortationibus veſtris: & reliqua omnia facile cōponentur. Me certe ad connitendum contendendumq; vobiſcū, quantum ſuppetent vires, ſemper paratiſſimum inuenietis. Valete. Ex Fontis boni monaſterio. Die. xx. Decēbris. MCCCCLXXXIIII. Petro Delphino Patritio Veneto. XXIIII.

m Oleſte te ferre: q; ingratus me perſequatur & vexet: minime miror. Doles enim propter me: quem diligis: cui bene cupis: quem ab omni immunem aduerſitate deſyderas. Sed non eſt mirum: ſiquod prophetæ: id quoq; eueniat & mihi. Qui retribuunt (inquit) mala pro bonis: detrahebāt mihi. Iudas quoq; ad apoſtolicæ dignitatis faſtigium a Chriſto euectus: Chriſtum hoſtibus tradidit. Quis ſit Vrbanus iſte: Vrbanus certe nomine, re aūt ipſa agreſtis, ac ruſticus: ab operibus eius ipſum cognoſce. Admiſſus in ſanctum Michaelem: a me ſemper loco fratris ac filii habitus eſt. Mutuo amauimus nos: ſed ipſe a me cumulatiore ſemper beneuolentia atq; humanitate ſuperatus. Hoc vel ipſe infitiari non poterit: quod palam omnibus vbiq; proteſtatus eſt. Deniq; in argumentum ac fidem meæ in ipſum caritatis: me annitente contendenteq;, cum repugnarent cæteri, monaſterio claſſenſi Abbas triennalis datus eſt. Et tamen ſic de illo optime meritus, q̄ mihi retulerit gratiam, ſatis intelligo. Pati non potuit pie corrigētem patrē: & diſciplinam repugnanter auerſatus eſt. Decepit me ꝓſecto collo illo ſuo ītorto: & niſi tueretur partes meas: quod paſſim ab oībus vſurpatur: Honores mutare mores, ac ſæpius ī peiores: aſſcribi facile poſſet ſingulari ignorātiæ meæ obtuſoq; īgenio: q; p tot annos naturam hoīs minimecognouerim. Fatebor tñ ingenue: ex omni illo monachoꝝ noſtrorum numero magis q̄ ego, decæptus eſt nemo. Quōcūq; ſe res habeat: nō defuerūt ei hucuſq;, q illū iuuerint cōtra nos. Fecit. n. ſibi amicos de mãmona iniquitatis: euadat victor qñcunq; pmiſerit deus. Me certe nunq̄ pœnitebit amouiſſe illū ab adminiſtratione abbatiæ: cui īdigne & cū religiōis dedecorī præeſſe cōſtabat. Frēs tuos egregios patritios ſaluta meo noīe. Vale. Ex nr̄a heremo. die. xxvii. De. Mcccclxxxiiii.

Paulo

Paulo Piſano Patritio Veneto.XXV.

Vdio te pro defenſione Claſſenſis negocii/cõtra ruſticum illum vrba/
a num ſtrenue dimicare:& adeo quidem ſtrenue : vt non ſis calcaribus
cõcitãdus.Audire profecto gratius nihil potui: cum haud parũ ſemp
ſpei locauerim in tuo patrocinio:qui ſingulari dei imunere/et ingenio/& lin//
gua/vales.Neq; enim temere eſſe tibi nomẽ Paulo arbitror: qui gladium por
tat.Et gladium ſpiritus/idem inquit/quod eſt verbum Dei . An non verba Dei
ſunt:cum pro tuenda iuſtitia/pro cõſeruanda religione/loqueris?Cum iniq; op
preſſum defendis?Accingere itaq; gladio tuo ſuper femur tuum/potentiſſime:
neq; permittas ſanctam illam Diui Michælis congregationem diutius vexa/
ri.Cedat liti improbus aduerſarius tua opera:quin & vrbe iſta cedat: quẽ pro/
fecto ob peruerſam atq; impiam mentem in vltimas terrarum horas ablegã/
dum/fugãdumq; cenſuerim.Non eſt veritus homo ambitioſus/& faſtu plenus
ſolicitare ac perturbare quietæ illius vnionis ſtatum . Diſciplinã pii patris/vti
debuit/non admiſit.Et bellum aduerſus religionem ſuam tãtum temporis ge
rens:reiectis ſemper honeſtiſſimis condictionibus/vltimam ſpem frequenter
inſidiis tentauit . Commẽdo tibi egregie Paule/quãtum valeo/negocium iſtud.
Debeo tibi ego plurimũ:debet itidem religio omnis noſtra.Si hunc(vt ſpero)
ſuperaueris:debebimus tibi vniuerſi longe cumulatius.Vale.Ex noſtro mona
ſterio Camalduli minoris de Florentia.Die.xi.Ianuarii.Mcccclxxxv.

Generali Vallis Vmbroſæ.XXVI.

Euatum te hoc tempore(vt ſcribis)curarum mole : magnopere pro
l mea in te beniuolentia gratulor:optoq; mirum immodum: vt ſubſti
tutus veſtri ordinis Protector/ita ſe in demandato Sibi protectionis
munere gerat:quemadmodum huius calamitoſi temporis ſtatus/& veſtræ me
rita religionis expoſcunt.Mihi ſane/quantum ex illius congreſſu(bis enim illũ
Romæ allocutus ſum)pcipere licuit:& religioſiſſimus viſus eſt/& ſingulari hu/
manitate atq; affabilitate preditus.Nec dubito:quin ſi noſtræ de ſe opiniõi æſti
mationiq; reſponderit:optimum Vallis vmbroſæ religio patrem/patronum/
ducem/ ſit habitura:cuius ſuffulta preſidio/& auctoritate q̃ citiſſime erectura ſit
caput:ac dignitatem priſtinam atq; amplitudinem recuperatura . Quod in tẽ
culpam refers/longioris mutuo conſcribendi intermiſſionis:facis re vera mo/
re eorum/qui pro ſua pietate ac manſuetudine ibi culpam agnoſcunt/vbi culpa
non eſt.Fungimur ambo generalatus officio:& alter alterius ſatis optimus iu/
dex eſſe poteſt:q̃ minimum nobis tum a priuatis/domeſticiſq;/tum vero a pu/
blicis negociis ocii relinquatur . Excuſare itaq; haud immerito vterq; alterum
debet:ſi inita iampridem/conciliataq; inter nos tam ſtricto neceſſitudinis vin
culo amicitia:mutuiſquoq; litteris ac viſitationibus confirmata:pluſculum ſo/
lito excidiſſe/atq; obliuioni tradita/videatur.Ego quidem(quantum ad me at/
tnet)ſemper te obſeruaui:colui:maximi feci.Neq;/ſi tibi nõ ſcripſi frequentius:
ideo antiqua noſtra illa/ſanctaq; caritas vllo pacto refriguit . Quantis impli//
catus hucuſq; fuerim curis/q̃ grauibus/quã in tollerandis:certus ſum te non la/
tere.Atq; vtinã vel mõ aliquis præſcriptus foret terminus calamitatibus meis:

vt aliquando finiēdas/aut ſaltem intermittendas/ſperarem. Noua indies moleſtiora emergunt: & quæ animum diſtrahant: vexent: perturbent. Tranſiens per ignem & aquam/peccatis meis ita exigentibus deduci adhuc in refrigeriū non merui. Propterea quippe factum eſt: vt lóginquior morula interceſſerit: ex quo litteras nó dedi ad te. Imminutam hac de cauſa/beniuolentiam noſtram/minime tibi perſuadeas/velim. Abiice queſo abs te iſtam curā: neq; huiuſmodi cogitationes animo tuo verſari permittas. Cum mei oblitus fuero: tunc obliuiſcar tui pater: cuius orationibus me plurimum commēdo. Vale. Ex fonte bono. Die xiiii. Ianuarii. Mcccclxxxv.

Cardinali Senenſi. Protectori. XXVII.

f Vimus Florentiæ per dies aliquot: ibiq; haud paucioribus ſpinarum aculeis puncti: q̄ olim is nobis hortus germinare ſemper cóſueuerit. Quottidie noua emergūt: quibus imbecillitas noſtra premat: nec vlla a negociis tum priuatis/tum publicis mihi datur quies. Et vt obmittam reliqua: cóclamat vniuerſa ciuitas ad me contra Priorē Angelorum: hortatur: ſupplicat: extorquet/quantis credi vix poſſet querimoniis, ne patiar cœnobiū/quōdam ſanctitate inſigne: religionis ſpecimē: totius vrbis perfugium: ſenſim ruere/ac retro labi/in maximum dedecus noſtrum atq; ignominiā. Quid faciam: quo me vertā: neſcio. Exigitur a me opus ſupra vires: vt defunctū ab inferis reuocem. Intelligo nó eſſe meum/corpori iam præmortuo imperare. Tibi dico: ſurge. Quamobrē proficiſcenti Romā Venerabili fratri noſtro Abbati de Rota preſentiū latori mandauimus: vt cum dignatione tua de hoc negocio latius cóferret: a cuius arbitrio ac nutu nullo pacto diſſentire præſumam. Si aggredi prouinciā ſuaſeris/ſiue imperaueris iure tuo Domine colendiſſime: nihil intētatum relinquā. Sinautē aliud peragēdū decreueris: ne vnū quidē verbū in iuſſu tuo fiet. Cæterū eſt aliud: & aliud q; me angit ac vexat plurimū. Abbatia Agnani eo loci deducta eſt: vt male admodum ſe habeat: & ita male: vt haud procul ab interitu videatur. Excogitatū eſt a noſtris medicamentū quoddā atq; remedium: quo facile ſanāda ſperatur: atq; in optimā valitudinē reſtituenda. Rē minutius enarrabit Dignationi tuæ idem Abbas de Rota: cui fidē præſtabit in omnibus tanq̄ mihi ipſi: ſolitamq; operam ac fauorem exhibere illi nó recuſabit. Vale: Ex Camaldulo noſtro Florentino. Die. xxix. Ianuarii. Mcccclxxxv.

Hieronymo Monacho Vallis vmbroſæ. XXVIII.

v T video: raro veritatem fama rerū refert: ac frequenter in vtrūq; extremum declinans/paſſim atq; inuerecūde mentitur. Laboraui his diebus aliquantulū rheumate: nó ita tamē/vt lectulo propterea iacuerim. Complures tamē ad me amicorum ſcripſerūt: tāq̄ grauiſſimo fuerim languore detentus. Licet autē infirmitas mea non modo ad mortē nó fuerit/ſed ne periculoſa quidem: plurimū tamen mihi cótuliſſe arbitror: q; ea ab amicis fuerit grauior exiſtimata. Oraſſe etenim eo feruentius inſtantiusq; nó dubito pro mea incolumitate: quo nos maiore in periculo cóſtitutos/opinati ſunt. Te vero præter cæteros id feciſſe/cóſtantiſſime credo: quādo mihi plurimū afficeris. Et gratias ago pietati huic tuæ: quā vt iugiter ſerues/opto magnopere. Succedere cuncta proſpera. R. patri Generali veſtro Romæ: haud minus ꝑfecto gau/

deo

deo:ac ſi ibidẽ ꝓ defenſiõe noſtri ordinis morareť. Vexamur ambo hincinde
procellis:curãtes atqꝫ annitẽtes ꝓ viribus: ne vtriuſqꝫ religiõis nauiculæ nau/
fragiũ faciãt.Cõfidendũ eſt in illo:qui & vẽtis & mari põt imperare. Audire in
terdũ/q̃uis peccatoꝝ p̃mor mole/audire inq̃ mihi videor dñm(ſicut eſt clemẽ
tiſſimus)dicentẽ.Cõfidite,ego ſum:nolite timere.Cõſtitui vtrũqꝫ vr̃m in caput
gentiũ:nõ vos penitus derelinquã. Pro illo orat corã me aſſidue Ioannes Gual
bertus:pro te Romualdus:ambo fideliſſimi ſerui mei. Præeſtis curæ vobis cre
ditæ/in ſolicitudine/mœrore/triſtitia.Sed ſi ſapiẽter malignitati fueritis relucta
ti:neqꝫ fracti aduerſitatibus ceſſeritis:triſtitia veſtra cõuerteť in gaudiũ.Hæc &
alia cõplura in cõſolationẽ vtriuſqꝫ frequẽtius mecũ reputo.Placeat diuinæ cle
mẽtiæ:vt nõ fallar ſpe atqꝫ opinione mea:tẽpus que illud aureũ/quod expecto,
quod vehemẽtiſſime cupio:cito veniat. Veniat inq̃ dies illa/quã fecerit Domi/
nus:vt exultemus & lætemur in ea.Vale mi pater : & ora pro me,quẽ tãtopere
diligis:Ex fonte bono.Die.xxi.Martii.Mcccclxxxv.   Laurẽtio Medici.XXIX.

Ediiſſe te in Vrbẽ ex ægritudine validum:plurimũ lætor. Confirmet
r præſtantiã tuam indies magis Dominus: & quã tibi ac liberis tuis Sa
cra noſtra Eremus quottidie ab ipſo precibus implorat/incolumitatẽ
elargiatur . Ceterũ quid nũc velim abs te Laurenti optime:paucis accipe.Ma
giſtri doganæ/partim male edocti/partim priuilegia noſtra atqꝫ exemptiones
haud recte interpretãtes/fraudis nos arguunt: quod plura iumentorũ capita ex
agro Florẽtino in pabulũ emiſerimus:q̃ p indulta/tũ imperialia/tũ veſtri Dñii/
nobis licuerit.Et quoniã oratus a nobis ꝓ tua benignitate/precipitẽ prohibui/
ſti in nos ſententiã ferri:eo certe animo:vt ipſe recuperata ſanitate,cauſam iſtã
cognoſceres:precamur enixius/ne patiaris nos iniuria mulctari.Si modũ exceſ
ſerimus:nihil ꝓfecto laxamẽti aut veniæ nobis petimus:quin leges inuiolatæ
ſeruenť.Nouimus te virũ moderationis expertæ:& cuius iudiciũ pro numine
ſemper obſeruatũ ſit.Vbi apponis manũ tu:omnia æqua lãce appendunť.Clau
dicare malis cõſiliis nullus magiſtratus in vrbe tua põt:te adminiſtratore/te du
ce.Quamobrẽ cũ penes tuã nobilitatẽ ſumma huius rei ſit:cõfidimus plurimũ
Sacrã noſtrã Eremũ/exhauſtã præſertim atqꝫ exinanitã impoſitionibus tot an
norũ/nihil iniuſte paſſurã. Quod vt fiat/magnopere obſecramus.Vale. Ex fon
te bono.Die.iiii.Maii.Mcccclxxxv.   Benincaſæ Suppriori Fontis boni.XXX.

Voniã moraturi ſumus adhuc Florẽtiæ p dies aliquot : ſumuſqꝫ incer
q ti/qñ futurus ſit reditus noſter ad vos:iccirco te admonemus, vt curã
habeas/tũ nouitiorũ/tũ profeſſoꝝ noſtrorũ.Meminiſſe debes:quæ tibi
ac Dõno Baſilio ſeruãda mãdauimus.Ea ad vnguẽ(vt aiũt)ſeruabitis.Diligãt
vtrũqꝫ vr̃m reliqui oẽs minores.Sin minus forte(quod abſit)voluerint: cura/
bitis/vt timeãt.Nolite pmittere:vt p impunitatẽ audatiores effecti/iugũ a ſe vi
tæ regularis excuciãt:minuſqꝫ vobis obtẽperantes fiãt.Studeãt grãmaticæ/qui
bus præcepimus/cũ iſthic aderamus:nulluſqꝫ ſiue nouitius ſiue ꝓfeſſus egredia
tur monaſterio/abſqꝫ alterius vr̃m iuſſione.Cõueniant in tẽplum oẽs die noctu
qꝫ ſtatutis horis:ibiqꝫ in voce exultatiõis ac iubilatiõis/demiſſo in terrã occulo
rum intuitu,pſallere mẽte ac ſpiritu(quẽadmodum hortatur apoſtolus)pſalle

neq; cum propheta ſapienter,ſtudeāt. In ieiuniis & victu quotidiano illam ſeruabis regulā:quam tibi præſens cōſtitui. Neq; enim,donec adoleuerint,eā cogendi ſunt pueruli teneriores in cibo & potu obſeruationē tenere: ad quā iam adulti obligātur. Sufficiat meo iudicio:q ab eſu carniū abſtineant: & infra ebdomadam ſemel,aut bis pro ætate ieiunent. A crapula tamē atq; ebrietate omnino continēdi ſunt:quæ non tam animis,q̄ corporibus obſunt. Sicut enim nimio ac ſuperabundāti cibo potuq; mens ſoluitur:neq; oratiōi neq; lectioni facile,quiſpiā eo diſtētus valet incūbere:ita & corpora iuniorū improceriora fieri,minuſq; illa adoleſcere,certū eſt:quin & ægrotationibus variis ex hac intemperantia atq; repletione plerunq; fiūt obnoxia. Videte inquit Dominus,ne grauentur corda veſtra in crapula. Et alibi teſtatur ſcriptura. Multi propter crapulam perierūt:qui autem ſobrius eſt,addit ad vitā. Ante omnia ſtudioſe curādum eſt: vt ſint vaſa puerorum ſancta:habēdaq; erga illos omnis diligētia: vt quam ſemel obtulerunt Deo integritatem atq; innocentiam:eam per omnem vitam ipſorum,immaculatā illibatamq; cuſtodiant. Nihil in eis verbo aut opere impudicum apparere patiaris. Ocioſitatem,quæ inimica eſt animæ,illis interdicas:& vt aliquo ſemper exercitio atq; opere occupentur,ſine intermiſſiōe eos admōeas. Siqs forte ſurdus auditor fuerit:& nō factor verbi:acriori,ſi opus fuerit,diſciplina coerceatur: neq; ſolum in pane & aqua cogatur ieiunare. verū etiam nudatus humeros in capitulo coram omnibus vapulet. Quod ſi neq; hoc pacto pertinatior quis ſe emendauerit: huc tranſmittatur: ſeuerius a nobis puniendus. Fiant pro nobis orationes ad Deum: vt impleatur bonum deſyderium noſtrum:& bellum,quod paulopoſt ſumus mituri, fœlici cōſumatiōne perficiatur. Vale cum Familia omni. Ex Camaldulo noſtro Florentino. Die xxviii. Iunii. Mcccclxxxv.

Mauro monacho Fontis boni. XXXI.

SI in pace & caritate (vt ſcribis) vitam ducitis:& vnanimes vno ore benedicitis Deum:facitis quod debetis:quodq; mihi imprimis eſt cordi. Perſeuerantia itaq; neceſſaria eſt vobis:qua profecto fiet: vt ſine intermiſſione currentes per iter preceptorum Dei, promiſſum ſupernæ fœlicitatis braiū comprehendatis. Munus tibi demandatum,obedienter atq; alacriter exequaris. Erit nanq; & tibi & iis quos erudieris, vtiliſſimum. Ante omnia diſcant ex te iuniores & æquales tui bonos mores:cunctiſq; exiſtas modeſtiæ & grauitatis exēplar. Nihil in te appareat,dicto aut facto,reprehēſione dignum. Si remiſſionibus vtendum fuerit:curandum ne intemperate,atq; incongruo fiant tempore. Si ſunt enim periculoſæ:ſi modum exceſſerint:ſicut econtra moderatæ iuuant plurimū. Quēadmodū arcus,ſi ad tp̄s cōtēdat,vehemētiores habet emiſſiones qñ prius remiſſus fuerit:q̄ ſi iugi cōtentiōe ad iactū exerceatur. Intellige quæ dico:dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Orationes quas pro me fundis,ne intermittas:ſunt enim mihi neceſſariæ. Saluta Clauſtrales omnes meo nomine:eoſq; ad bene viuendum hortare. Vale. Ex Camaldulo noſtro Florentino. Die. iii. Iulii. Mcccclxxxv.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani. XXXII.

PVgnaturi ad dies paucos aduerſus hoſtem Religionis noſtræ:qui nobiliſſimū

biliſſimũ in noſtro Camaldulenſi ordine Monaſteriũ indignus occupat: hortamur te cũ familia oĩ: vt prœliari incipiẽtibus nobis, ipſi ꝓcul euentũ belli preſtolãtes oretis: atqꝫ cũ moyſe leuetis manus ad Deũ, vt vincamus. Non. n. in arcu, neqꝫ in haſta ſaluat Dñs. Hi in curribus, & hi in equis: nos autẽ in noĩe Dei noſtri cõfidimus & ſperamus. Et ſcio qm̃ nõ deſerit ſperãtes in ſe: & de ſua virtute præſumẽtes humiliat. Dauid adhuc adoleſcẽtulus, in Dño tm̃ fidens, inermis penitus, baculo tm̃ atqꝫ lapillis paucis, armatũ gigantẽ, & inter ſuos fortiſſimum ꝓſtrauit. Iudit mulier, viduaqꝫ, premiſſis primũ humilibus ad Deũ precibus atqꝫ ieiuniis, ſola inſuperabilẽ omniũ iudicio, ac oĩbus formidabilẽ, ſupauit. Aderit mihi quoqꝫ (vt ſpero) Deus iudex iuſtus fortis, & patiẽs: nõ quia ſim prophetæ ac mulieri ſanctiſſimæ, meritis cõparandus, qui peccatorũ premor mole: ſed qm̃ hac in re bona volũtate, nõ animi perturbatiõe, ꝓuocatus ad pugnam vado. Cũ quo aũt mihi congrediendũ ſit: mõ tibi ſignificandũ nõ duxi. Quamq̃ opinor facile fore, vt diuines, de quo modo, tecto ac ſuppreſſo noĩe loquor tecũ. Scies oĩa haud multo poſt, quæ fctã fuerint. Iã ex vrbe quæ poſtulaui, arma mihi a Põtifice trãſmiſſa ſunt: erũtqꝫ nobis præſidio nõ tã contra ip̃m aduerſariũ, q̃ etiã (ſi opus fuerit) aduerſus oẽs: quicũqꝫ inſurgere ꝓ eo in nos tentauerint. Saluta familiã oẽm meo noĩe: & vt feruẽtius orẽt iube. Ex Camaldulo noſtro. Die. v. Iulii. Mcccclxxxv.

Bartholomæo Fontio Florẽtino. XXXIII.

n Egare tibi quicq̃ mi fonti, tanta humãitate ac ſummiſſiõe petenti, nec poſſum nec debeo. Quis. n. vel ſcilice durior, tuis adhortatiõibus ſuaſionibuſqꝫ in ceræ mollioris naturã nõ cõuertat̃? Filiũ parẽti frater cõmendas, fraterna pietate: inobedientẽ quidẽ filiũ, proteruũ, contumacẽ, rebellẽ. Quãtumcũqꝫ tñ admiſiſſet facinoris: nõ poſſet id nõ cõdonari tibi. Ecce Maurus in manu tua eſt: preficiat̃ eccleſiæ de qua ſcripſiſti, ꝑ tuo arbitrio. Viuat mõ ſancte pieqꝫ: nec ſit ĩmemor ꝓfeſſionis ſuæ. Vota ſua Dño reddat corã oĩ populo eius: vt ſicut multis male opãdo ſcandalũ fuit: ita in futurũ cõuerſione morum ſuorũ multos ædificet. Imitetur Laici fratris veſtigia: nec ab eo degeneret monachus: quẽ ſuperare in oĩ virtutũ gñe debuiſſet. Si hoc fecerit: & errati pœnitens ad bñ beateqꝫ viuendũ ſe totũ cõuerterit: præterq̃ ꝙ diuinæ clemẽtiæ ꝑmeruerit gratiã: nos quoqꝫ facile recõciliauerit ſibi. Nec dedignabimur illũ imposterũ, tua preſertim interceſſiõe placati p̃na pietate ac fauore cõplecti: hæc tñ omnino cõditione ac lege: vt in iuſſu nr̃o Florentiã minime ingrediat̃. Quantum vero tp̃is ab vrbe abſuturus ſit: vbi ipſe adero, te pñte conſtituã. Vale fonti humaniſſime: & Paulũ Iacetũ æqualẽ tuũ, optimæ indolis iuuenẽ, ſaluta meo nomine. Ex fonte bono: Die. ii. Septembris. Mcccclxxxv.

Petro Barrotio Epiſcopo Bellunenſi. XXXIIII.

q Vantum cæperim gaudii: ꝙ cõſenſu Senatus noſtri Veneti epiſcopus Paduæ declaratus ſis. explicare ꝓfecto litteris ſatis non poſſem. Quid n. nõ ſummopere gaudeã: tibiqꝫ nõ cõgratuler ꝓuiribus optĩe pr̃ & Dñe ſi quid adeptus es boni: qui te ſemper præcæteris amaui & colui: qui me abs te viciſſim a puero dilectum plurimum, ac pluris certe q̃ pro meritis habitum cognoui? Præfuiſti per annos multos Bellunnenſi populo, ea religione, gratia, pietate

integritate,fide:vt facile tibi viam munieris ad maiora:dignuſq; merito exiſti/
matus ſis:cui lóge nobilioris,ac numeroſioris populi demádaret́ cura.Annuat
Dñs votis Senatus:votis meis:an tuis ét addiderim neſcio:vt cófirmet Pon.
qđ optamus.Nam de te (ſicuti prætetuliſti ſemper) humiliter ſentiens, nunq̃
ad altiora huiuſmodi contendiſti:delectatus magis vitæ ſcimonia q̃ ſublimita
tis honore.Et ne altius repetá ad huius rei cófirmationé:teſtes ſunt illæ tuæ ad
me litteræ:quas paucis añ diebus nouiſſime dediſti:factá ſemp de te in ſenatu p̄
ter tuá voluntaté mentioné:inuitúq; ant e hac pro huiuſmodi re ſuffragiis fuiſ
ſe cómiſſum.Quo fit,vt qñ ſecuta eſt dignitas fugientem:non tu illá ambitioſe
(vt plurimis noſtri tpis moris é) appetiſti:neq; tibi ſumpſiſti honoré:ſed vo/
catus fuiſti a deo táq̃ Aaron:dubitari non poſſit:quin delatus tibi hic honor ꝓ
futurus ſit plurimis:profuturus tibi:Lætor itaq; tum tui cauſa tum aliorum ſa
ne multo magis.Quantum enim attinet ad te:nó video cur admodum tuæ di
gnationi congratuler.Nam ſi ad dignitatem ſpectes:olim ep̄s es in hoc tantú
differs:ꝙ quo in celſiorem ampliorémq; eiuſdé ordinis locum tráſlatus fueris
quo numeroſiorem gregem alendú ſuſcæperis : eo grauius humeris tuis onus
ac moleſtius incúbet:vacare tibi minus poteris:difficilius aliqñ eris tuus. Sed
neq; propterea códolendum tibi exiſtimo.Licet enim Rachel formoſior:fœcú
dior tñ ſoror eius Lia deſcribitur.Laudatá nouimus a Saluatore Mariam : quæ
cótemplatiói vacabat:nec tñ vituperatá penitus Martam,quæ ſedulo miniſtra
bat.Cæterú congaudeo imprimis ſubdito tibi populo,ac vniuerſæ plebi tuæ.
Si.n.proximo bñ cupere:eiuſq; ſalutem haud ſecus ac noſtrá ipſorum ſitire có/
ſtringimur:non poſſum non ingenti affici lætitia,cú tantæ ciuitati & patré &
paſtorem datú:qui & vitæ & doctrinæ merito,non ſolú digne creditis ſibi oui
bus præfuturus ſit:verú etiá humiliter ꝓfuturus.Sed & mihi ipſi mei cauſa ſum
mopere congratulor.Nam cum quartus decimus iſte agatur annus:exquo tibi
epiſcopatus Bellunnenſis commiſſa eſt adminiſtratio:raroq; per id tpis ob Lo
corum diſtantiam nobis datú ſit,optata inuicem conſuetudine perfrui:dici nó
poſſet q̃topere lætus ſim & gaudés,factam mihi modo ptátem:crebrius & có
modius conueniendi & alloquendi tui.Quotienſcúq;.n.(quod quot annis fere
mihi euenit) Venetias me conferá:totiens,ſi per occupationes meas continuas
licuerit,te viſam.Accuſare minime potero longius iter aut moleſtius : quin te
adeam.Eris mihi ea loci propinquitate ſicut magnes ferro.Trahes me poſt te:
curram in odoré vngentoꝝ virtutis,humanitatis caritatis tuæ. Vale. Ex fon
te bono.Die.xxi.Septembris.Mcccclxxxv.

Franciſco Picolhomineo.Cardinali Senenſi Protectori.XXXV.

d Omnus Hilarius hoſpitalarius Sancti Martini de Piſis,cú neſcio q̄d
in ipſo hoſpitali nouú conſtrueret:manuſq; & ipſe vna cú fabris mu/
rariis ad dirruendos veteres parietes appoſuiſſet:ex loco eminéti cor
ruit in terrá:perfractoq; infelix ac pene contrito femore,inter eorum manus
qui ibidem aderant,exanimis ac moribundus fere perlatus eſt domú. Vbi ac/
cerſitis medicis,quicquid curando vulneri opus fuit,tentatú eſt ſedulo.Ad dies
inde paucos laxata vis morbi viſa eſt:q̄q̃ membris oibus prænimio dolore ca

ptus,ne aſſurgere quidẽ in lecto vnq̄ potuerit:immo ne in latus alterũ ſe verte re.Demũ longinquo ac diuturno afflictus vulnere:multorũq; tabe mẽſium cõ ſumptus:exigua in ſpe nunc trahere animam,atq; in vltimo eſſe vitæ diſcrimi ne:heri veſperi nunciatus eſt mihi.Quamobrem cum nõ ſolum hoſpitale ipm̄ Sacræ noſtræ Eremo ſubditum ſit:verum etiam dimidiũ reddituũ eius ad mẽ ſam ipſius Eremi pertineat : qd hucuſq; per multos annos pacifice exactũ eſt : obſecro inſtantiſſime.D.tuam.R.& quantis poſſum precibus ab ea contendo: vt ſi qd eſt conſeruando loco remediũ:eo continuo vti non obmittat . Scribat quæſo,litteras ad Summũ Pontificem:vt ſibi memorati hoſpitalis collatio,ſi vita ille exceſſerit,reſeruetur . Præficies ipſe poſtea accæpta a Pontifice ptãte, quem malueris,eidem beneficio:& non peribit:eritq; tibi Eremus hæc noſtra exhauſta preſertim tot annorũ impoſitionibus,q̄ maxime obnoxia:ſi tua cura & ſtudio(vt ſperat) ſuum ſibi hoſpitalis ius,ac ſui quoq; ex eo redditus fuerint conſeruati. Vale.Ex fonte bono.Die vltimo Septembris.Mcccclxxxv.

Bartholomæo Galeatano.XXXVI.

o Ccupatum me eſſe,vt ſcribis:ac ꝛerum multiplicium eriã ſupra vires preſſum põdere:minime dubites.Non tamẽ iccirco ad me rarius ſcri bere debuiſti . Paruo tẽporis ſpatio legitur epiſtola vel prolixior:neq; tedium afferre legẽti poteſt:quæ præſertim ornatu ac nitore non vacat : & in eum,ad quem ſcribitur , luculenta , præ ſe fert beniuolentiæ ac pietatis teſtimonia . Scribe igitur:& frequentius ac prolixius ſcribe.Nunquam &enim mihi vel oc/ cupatiſſimo eſſe poterunt litteræ tuæ non iucundiſſimæ. Quod vero interce// nãdum orto de nobis ſermone,multis nos patritii illi tui laudibus extullerint viderint ipſi, an merito id fecerint.Ego quidem,ſiquid inſpirante Domino at q; operante videor labenti Angelornm cœnobio contuliſſe : ipſi proculdubio haud iniuria tribuo:ſine quo factum eſt nihil:ipſi ex corde decanto. Non no/ bis Domine,non nobis:ſed nomini tuo da gloriam.Cæterum idem mecum & alios de Alexio Priore ſentire plurimum lætor.Sciens certe ac prudens eo ani mo illi hanc prouintiã dedi:vt & neceſſitati monaſterii,& totius ſimul Ciuita/ tis expectationi ſatiſfaceret.Pergat modo conſtanter vt cœpit:vt quod ſpolia/ tum ac omnibus fere priuatum bonis,ſua gubernandum reformandunq; pru/ dentia ſuſcæpit:patientia,induſtria,cura itidem ſua,in priſtinam reſtitutum di/ gnitatem & amplitudinem Florentiſſimum atq; ſanctiſſimum videat : Vale. Ex fonte bono.Die.xxi.Octobris.Mcccclxxxv.

Petro Barrotio Epicopo Bellunnenſi.XXXVII.

s Cripſiſti ad me litteras,ſeueritatis,iuſtitiæ ac timoris Domini plenas. Egiſti conſtantiſſime aduerſus delatos tibi honores:atq; huius ſæculi hominum de te opinionẽ,viriliter magnoq; & inuicto animo cõtẽpſiſti . Bene dictus Dominus:qui hac noſtra tẽpoꝝ fece,alterum nobis Gregorium, alterũ nobis exhibere Ambroſium dignatus eſt.Vtinã merueris hoc ſingulari exẽplo complures imitatores tui:qui reſpuentes terrena,cœleſtibus digni habeantur. Horruiſti omnem humanæ laudis aurã:id qd noſtra ætate pleriq; fere omnes noſtri ordinis homines tota intentione appetũt:paruiq; faciendos atq; reiciẽ/

dos penitus eos honores demonſtraſti:qui nó diuino iudicio, ſed humano ar/
bitrio deferunt.Mihi ſane contéptus iſte tuus pro mutua,qua inuicem copula
mur,beniuolentia:decé tibi oblatis epatibus longe gratior,præcioſior,mirabi
lior viſus eſt.Intrandum per oſtium cenſes:cómendare te pro hoc tá ſano ſan/
ctoq; iudicio nó pót nemo.Pertinatiæ,vt ſcribis,quicúq; voluerit,aſſcribat:ego
re vera cóſtantiæ animi ac virtuti tribuo:quæ ſit diuino in te operante ſpiritu
confirmata & roborata.Gratulationévero meam nó eo animo abſte accæpt ,
quo a me profecta eſt,doleo.Teſtis eſt cóſciétia mea:te mihi,ita eſſe cariſſimú:
adeoq; a me obſeruari & coli:vt non poſſis magis. Quádo igitur tibi aliquid
optarem:qd ab honeſto abhorreret?&cóſcientiam vtriuſq; offenderet? Cógra
tulatus ſum tibi,ſi recte memini,nó tam hac de cauſa:q frequentibus comitiis
totius Senatus ſuffragia in te conſenſerunt:q quod ante acta vita tua ea fuerit:
vt tot in te eligendo epo grauiſſimoꝝ hominum ſtudia,nemine fere variante
ac diſſentiente promerueris. Cógratulatus ſum hac tua Veneti Senatus electio
ne Patauino populo:cui ſcirem eú preficiendum antiſtité:qui verbo & exéplo
pie ſanctéq; illi eſſet præfuturus.Deniq; mihi metipſi cógratulatus ſum:q quo
mihi vicinior factus eſſes:eo gratiſſima tua conſuetudine & alloquio frequen/
tius perfrui poſſe ſperaré.Hæc fuerunt capita pater optime(niſi forte quippiá
oblitus ſum) congratulationis meæ. Aegre fers electionem Senatus: vtpote
quæ ad laicos minime pertineat.Non improbo ſententiam tuá:qui ſi ad ſubli/
miorem dignitaté promouendus es:cupias eligi a Deo tanq Aaron:ne ſi ſecus
acciderit,fur aut latro dicaris.Quáq ſi verum eſt,quod vulgo dicitur: vocé po
puli eſſe vocé dei:haud immerito forte exiſtimari poſſet:te non humano con/
ſilio, ſed ſola dei miſeratione pontificé Paduæ fuiſſe declaratum.Sétias itaq; de
electione,quo pacto volueris:modo me tibi nó iniuria congratulatum eſſe có
fitearis.Deum optimú maximum deprecor,qui forte iccirco fertiliorem,quem
excolas,agrum tibi præparauit:vt vberiores ex eo abs te fructus efflagitet: ne
deſit votis Senatus,votis Patauini populi:votis meis.Morté patris viri opti/
mi æquo te(vt ſcribis)animo tuliſſe nó dubito. Sciebas enim ſicut te ab illo
mortalé genitum:ita pari lege ipſum viciſſim natum eſſe mortalem. Funden/
dæ ſunt pro illius anima ad Dominú præces:vt purgatis,ſi quas dum viueret,
contraxerat,maculis peccatorum: ipſius miſeratione in angelorum cóſortium
transferatur.Vale.Ex.S.Michaele Murani.Die.iii.Decembris.Mccccłxxxv.

Petro Barrotio Epiſcopo Bellunnenſi.XXXVIII.

b Inæ abs te nouiſſime ſimul accæptæ litteræ binas meas requirút: qui
bus tibi reſpondeam.Neq; enim cuiq libentius ſcribo,q tibi: tú quia
totus tuus ſum:tum quia litterarum tuarum,quæ mihi ſemper fuerunt iucun/
diſſimæ,optatiſſimum fructum refero.Quando ad te ex Camaldulo noſtro vl
timas noſtras dedi:ſignificaui cupere me mirum immodum:viſitare dignatio
nem tuam:vt ſolicitus anxiuſq; quibus premerer curis,tecum conferrem.Spe/
rabam ſiquidem Generale Capitulum quod ad.viii.idus Nouembris dilatum
eſt,compluribus ante diebus celebratum iri:ita vt anteq hyems obrigeſceret,
facile te aditurum confideré. Nunc vero peracto Capitulo in monaſterio Claſſ

ſenſi,

ſenſi,cum maturaſſem redire Venetias:nó potuit paucioribus octo diebus na/uigatio noſtra perfici:adeo vt huc applicuerimus medio iam nouēbri elapſo. Fuerunt prætcrea per multos dies poſt aduentum noſtrum tam ſcæuæ tépeſta tes:tāta ventorum pluuiarum ac niuium vis:vt alpeſtre illud cœlum noſtrum referrent:putarēq; me alterum Camaldulum inueniſſe:adeo,vt ſi etiā decreuiſ ſem penitus Oppitergium petere,inde tranſiturus ad te: id omnino minime potuiſſem. Territus itaq; tū difficultate itineris,tum frigoris magnitudine:qđ maxime macillentioribus atq; ſucco exhauſtis,cuiuſmodi me eſſe noſti, inimi/cum eſt:non feci ſatis deſyderio noſtro. Mittendum itaq; decreui harum lato/rem Domnum Philippum monachum noſtrum: qui & citius litteras perferat mei vicarias:& te coram viſo,certius de tua valitudine ſtatuq; reſponſum re//ferat.Quantū hic ex multorum ſermonibus percæpi:aut Patauinus te,aut Ve/ronenſis epiſcopatus manet.Si hæc fuerit voluntas Dei,vt alterum tibi deferat Pontifex:forte breuiori hoc futurum eſt tempore, q̄ Venetiis proficiſcar.Erit/q; quod imprimis cupio:immo quod mecū ipſe deſyderio certas: vt te aliquo viſitatum adeam:tecunq; effundam cogitationes & æſtus meos.Dominum in terim Saluatorem & hucuſq; deprecatus ſum:& in futurū deprecabor: vt hæc de te electio in Patauinum Epiſcopum ea lege a Chriſti Vicario admittatur confirmeturq;: ſi modo ſaluti animæ tuæ, ſi ſaluti plurimorum profutura ſit. Alias certe q̄tum ad dignitatem ipſam attinet:eſto Epiſcopus Paduæ:eſto Car dinalis:Sūmus deniq; eſto Pontifex: quo ſublimiorē adeptus fueris dignitatē: eo proculdubio maior tibi atq; cumulatior(ſi timueris Deum) curarum,ſolici/tudinem cruciatūq; acceſſio fiet.Altiorem gradum tribulatio & anguſtia gra/uior comittatur.Vale. Die.iii.Decembris.Mcccclxxxv.

Bernardo Iuſtiniano equiti.& Procuratori Sancti Marci.XXXIX.

o Ccurrente Beatiſſimi Nicolai feſto die,admonitus ſum,vt vitam eius legerem.Petii itaq; dari mih eam:quam accuratiſſime olim ſingula/riq; ornatu conſcripſerat eloquentiſſimus pater tuus.Siquidē memineram:me alias ipſam in Sancto Michaele ſumma voluptate percurriſſe. Delectatus miri fice eius lectione,hoc vno tantum offenſus eſt animus:ꝗ ſicut peruenuſte a vi/ro diſertiſſimo atq; oratorum ſui temporis facile principe cópoſitam animad/uertebam: ita exemplum quod modo eſt in manibus, adeo deprauatum ac mendoſum viſum eſt:vt gaudium meum nequaq̄ potuerit eſſe plenum. Obſe/cro itaq; præſtantiam tuam:vt ſi eſt apud te libellus is emendatus: eius mihi tā tiſper copia fiat: donec noſtrum cum illo conferam corrigamq;.Vbi hoc fece/ro:cótinuo remittam tuum. Mihi certe in præſentia gratius facere nihil potes. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.vi.Decembris.Mcccclxxxv.

Vrbano Abbati Claſſis.XL.

c Vm eſſem Patauii ante natalem Domini Saluatoris diē:reddidit mi/hi Domnus Gabriel litteras tuas:quibus tunc raptim paucisq; reſpon di:ea tamen conditione, vt reuerſus Venetias prolixius reſponde/

rem.Scripſiſti ad me litteras,partim humanitatem atq; caritatem in me,& in
iuriarum,quas a me accæpiſſe affirmas,obliuionẽ:partim ediuerſo minas, ani
munq; haud penitus concæpto aduerſum me odio vacuũ præ ſe ferentes.Ego
quidem(vt ingenue tecum pro more meo loquar) maiorem in te cõſtantiam
deſyderare compellor.Neq; enim grauitatem ſonat : fateri ſe iniuriarum obli/
tum:& continuo ius petendi ſeruatum obiicere.Diſſident iſta inuicem:neq; co
hærere vlla ratione poſſunt . Si vereris me aliquid moliturum aduerſum te:
hæc profecto de me ſuſpicio facile index eſt,animi haud bene mecum recon//
ciliati:nec me fideliter tecum,ſed aſtute atq; inſidioſe ingredi.Sin vero data iſt/
hic dextera pauloante pacificati ſumus: quid ſibi vult hæc petendi iuris com/
minatio?Hoc certe non inficior:me a pluribus magnæ auctoritatis homini/
bus incitatum:vt te inde eiicerem:quod facillimum fore pollicentur.Quibus
reſpondi:feciſſe me,quod meum fuerat . Viderent ipſi, ad quos hoc pertineret
negocium,quid ſibi agendum foret. Non mea intereſſe,continuare bellum te/
cum:aut certe confecta ſemel pace,arma denuo ſumere contra te:quando qui/
bus auctoribus tecum pugnaſſem:eiſdem tecum in gratiam rediiſſem. Quam
obrem(vt ſemel finiam) vtere pro arbitrio pace mea : & ſiquid polliceri poſ/
ſum huius vnionis fratrum ac monachorum nomine, vtere quoq; pace ipſo/
rum . Nam niſi me verbis fallant:& aliud ore,aliud mente recõditum habeãt:
ſiue diuturna feſſi concertatione : ſiue(quantum ex eorum ſermone coniicio)
quia locum tum in ſalubri cœlo,tum Cardinali penſionario obnoxium, mini/
mi facere vidẽtur:nullas tibi in futurum moleſtias illaturi ſunt: nullas inſidias
ſtructuri.Magno quidem ſe leuatos onere arbitrãtur: quod ad ſe adminiſtratio
Claſſenſis Cœnobii nequaquam modo pertineat.Dormire itaq; per nos ſecu/
rus potes:niſi forte ipſe tibimet bellum indixeris.Nam quantum ad me attinet
ſi quid iure petieris:reſpondebitur tibi,ſeruato ſemper decoro perſonæ ac di//
gnitatis meæ : prouocatuſq; ad dimicationem , non indignatione animi , ſed
iuſtitia militante tecum contendam.Sed hæc in preſentia obmittamus. Me ha
bebis ſemper : qualem volueris : conaborq; poſt hac,ne iuſte de me conque/
ri poſſis.Studui pro viribus & litteris & nunciis exigere pro te reſiduum col/
lectæ capituli . Verum extorqueri ab inuitis aliquibus non potuit. Intelliges
ex collectore omnia.Exegi præterea minimam portiunculam collectæ pro bre
uiariorum impreſſore.Et male profecto de me meritã pro accæpto a me bene/
ficio religionem video.Non impreſſa per me breuiaria vili pretio emere: non
mutuare mihi pecuniam,vt illa emam,volunt.Si tu quoq;(quod minime ex/
pecto)idem feceris:bene vero ſe res habebit.Sed in hoc non dubito te rationẽ
habiturum & debiti tui,& neceſſitatis meæ:qui ex redditibus eremi, quod ſum
ptibus publicis fieri debuit,debitum religiõis diſſoluere compellor . Quod vt
facias,moneo:vt cæteris exemplo ſis,ne auaritiæ ſtudeãt:quã exhorruiſſe ſemp
viſus es.Ex.D.Iacobo,&.D.ioãne monachis.S.Michaelis liqdo didici:tabulas
abiegnas,de qbus inter te & abbatẽ.S.Michaelis orta lis ẽ,fuiſſe qdẽ noĩe mo/
nialiũ nr̃arum fauẽtiæ ante cõplures annos emptas:ac Rauennã miſſas:ſed in
vſus poſtmodũ Claſſenſis monaſterii atq; hoſpitalis certiſſime cõuerſas.Quã
obrem

obrem ſuadeo: vt tandē debito ſatiſſiat: ne inopes illæ diuturniore grauētur in commodo. Canem tibi reſtitutū accæpi: quem ſecutū audio iumenta oneraria ſarcinularum noſtrarum: non cuiuſq̃ ex noſtris (vt putaſti) raptum aut abductum dolo. Vale cum familia omni. Ex Sancto Michaele murani. Die. v. Ianuarii. Mccccclxxxvi.

Mariano Prædicatori. XLI.

q Vam primum prædicationem ex te audiui Florentiæ de ciborum abſtinentia fuiſſe memini. Eam ſicut verbis tunc luculentiſſime extuliſti: ita te profecto re ipſa ſtudioſiſſime amplecti non dubito. Xeniolū itaq; hoc nō Mariano meo patri continentiſſimo: ſed imbecilli, ſed infirmo, ſed iacenti mitto. Quis enim minus quam carnalis cibus, ſpiritualem patrē ac cœlo ſemper intentum decet? Quāq̃ ſi altius conſyderes: haud indecenter gallinas accipis, gallinarum affectu prædicans: ac paſſim populos, quemadmodū gallina pullos ſuos ſub alas congregās: atq; ad amorem Dei ad pietatem ad religionem accedens. Qualecunq; tamen munuſculum noſtrum fuerit: animo tibi deditiſſimo tranſmiſſum ſcias. Valitudinem tuam cura obſecro quam diligentiſſime: vt te incolumi tum ego tum cæteri tui amantiſſimi iucundius atq; vtilius perfruamur. Vale. Ex Sācto Michaele Murani. Die. vii. Ianuarii. Mccccclxxxvi.

Petro Barrotio Epiſcopo Bellunnenſi. XLII.

i Nuidere videris mōachis noſtris: qui in ſacra noſtra eremo, quā quinquénio ante viſitaſti, vitam ducunt. Et ego certe illis tecū inuideo: & eo forte te magis inuideo: q̃ expertam frequentius illius vitæ tranquillitatem atq; dulcedinē, ægrius triſtiuſq; intermittere cogor. Deploro ſæpius infelicitatis meæ miſerias: cui minime datum ſit, vt vacare quieti & animi & corporis valeam. Datus ſum quinquēnio ante eremitis illis noſtris Prior: eſt apud illos cellula commodiſſima: quæ generaliū vſui ſeruat: & tamen huc uſq; vix mihi p dies paucos in ea licuit interdum commorari. Itaq; eremitarum quidem ſum pater: verum minime (quod q̃ maxime cuperem) eremiticam vitam duco. Varia & complura diuerſis in regionibus noſtri ordinis loca inſtabilem me girouagum & curſorem faciunt: neq; me ſinūt (quod ſiue natura ſiue inſtitutio mea a teneris in monaſterio mirumimmodum videtur expetere) vno in loco firmum & ſolitarium reſidere. Nunc in Tuſcia: nunc in Flaminia, nunc in Piceno, nūc ī Venetia, nunc aliis in locis mœrens exulo: vt omnibus qui mea opera indigent ſatiſfaciam: & mihi ipſe nunquam ſatiſfacio. Atq; vtinam ſi mihi nō poſſum, vel cæteris vel aliquibus faciam ſatis: ne inanis fuerit labor noſter: ne fruſtra deſudauerim. Quod profecto ne acciderit, malignitate inualeſcente aduerſum me: plurimum vereor. In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueū mihi. Contendēti prodeſſe q̃ plurimis: reformare monaſteria: corripere inquietos: rebelles ac minus obſequētes coercere: aduerſatur mihi diabolus: aduerſantur membra eius: ita vt non liceat mihi, quod volo, quod debeo, facere. Noluit Dominus: vt his diebus (quod maiorem immodū concupiui) tecū congrederer: vt ſcires coram quæ mea ſit vita: quam minus læta quotidie mihi pertractanda occurrant: q̃ pauca ad votum ſuccedant. Quamobrem (vt ad eremitas noſtros redeam) haud impari ſane ſolitariæ illius ac cæleſtis vitæ deſyde-

rio inuicem decertamus. Sed vereor admodũ: ne eius aliqñ diutius perfruen/dæ facilius mihi blandiat̃ ſpes: q̃ ſe mihi vlla obiiciat amplectendæ certitudo. Quod ſi omnino (vti diuinat præſaga mali mẽs) futurũ eſt: ne deſis mihi quæſo: quin me tuis aſſiduis orationibus, quin epiſtolis iuues: vt accæpta ſemel tã difficilis huius noſtri incõpoſiti ordinis adminiſtratio, tum ad multorũ tum ad meam ipſius ſaluté profutura ſit. Contuli me aliquot ante diebus in agrum Patauinũ, aduiſitanda quædã ordinis monaſteria. Ad dies itidem paucos Ab/batiã Pollicinii oppidũ petiturus ſum: vt cænobio illi, olim religionis noſtræ mẽbro nobiliſſimo, nunc vero prothonotario cuidam Ferrarienſi cõmẽdato: qđ intra oppidum ipſum ſitũ eſt pro viribus conſulã. Rogatus ſiquidẽ a prætore loci oppidaniſq; omnibusq̃ enixiſſime: vt eiectis inde fugatiſq; opera & intercesſione ſua apud illuſtriſſimũ Dominium noſtrũ laſciuioribus ac remiſſius viuentibus monachis, regularẽ ibidem vitam inſtituam: negare nõ potui meũ ad eos acceſſum. Siquid boni effecero cooperãte Domino: Vbi primũ rediero, certior fies. De ep̃atus autẽ, ad quẽ tanto omniũ ſtudio vocaris, negocio: id in/terim conſtituat Dñs: qđ bonũ viſum fuerit in oculis ſuis. Vale: Ex Sãcto Michae. Murani. Die. x. Ianuarii. Mcccclxxxvi. Bernardino Monacho. XLIII.

m Ontem Crucũ eo animo veſtro monaſterio vniendũ curaui: vt & vobis vſui perpetuo futurus eſſet: & in veſtris orationibus frequentius pro eiuſce vnionis auctore memoriã faceretis. Si tñ illum ſeruato vobis Porciliæ mẽbro. R. Patri noſtro Abbati Carcerũ ea volueritis conditiõe cõcedere: quã liquido coram inuicẽ contulimus: ero ſane contentus. Neq;.n. aliũ noui: qui de me, qui de vobis meritus ſit magis. Afficitur propinquis ſuis: affi/citur & vobis. Si honeſta facta fuerit cõpenſatio: vtriſq; facile ſatiſfiet. Pro An/gelorũ negocio ſemel atq; iterum ad iudices arbitros cõuenimus. Bona ſatis ſumus ſpe: rem ad votum ſucceſſuram. Maximã tñ ferimus molẽ: qui reformãdum ſolotenus euerſum cœnobiũ ſuſceperimus. Nouiciũ hũc noĩe Domini/cum ad te mitto: atq; vt ipſe curam eius habeas, volo. Nullã aliam ob cãm ex hoc monaſterio proficiſcitur: niſi ob defectũ pæceptoris, qui illũ grãmaticam doceat. Nemo eſt: qui non ægre ferat eius profectionẽ: ita ſe modeſte atq; obedienter geſſit continue. Quinq; anni ſunt, quibus ipſum noui Arretii primũ. Semper mihi & tũc puer, & nũc adoleſcẽtulus, ſenili quadam grauitate magis q̃ pro ætate præditus viſus eſt. Libẽter eũ incetum clauſtralium noſtroꝝ, quos ipſe educaui, ſuſcæpiſſem: & iubenti mihi paruiſſet: niſi ad arctiorẽ viuendi ritũ feruẽtiori deſyderio eius animus fuiſſet accenſus. Nam optione ſibi propoſita a nobis, Vbi libentius cõmorationẽ eligeret: Camalduli ne an apud Sanctum Michaelem: Vbi ipſe mallem reſpondit. Sanctum tamen Michaelem magis ſi/bi cordi eſſe: q̃uis neutrum locum vidiſſet: atq; ad ipſum toto animo & affe/ctu trahi penitus. Accipies igitur adoleſcentulum, tuæ curæ cõmẽdatũ: ipſum/que in ſancto propoſito ac regulari vita confirmabis: atq; tum verbo, tum exemplo erudies: gubernabis: inſtitues in omni ſanctitate ac timore Domini. Accedente ad bonam indolem diligẽti accurataq; præceptoris timorati cuſto/dia, nõ poterit non is euadere: qui & monaſterio iſti, & religioni aliquãdo vti/

lis

lis futurus ſit. Scire cupio, qua gratia quaue audiatur frequẽtia Marianus predicator: cuius me ſtudioſiſſimum noſti. Sum hic Florentiæ triſtis ac mœrẽs: pluri mis & moleſtiſſimis implicatus negociis. Si mihi contigiſſet: vt ipſum hic euangelizantem audire potuiſſem: omnia mihi facilia & tollerabilia, eius mihi gratiſſimo ſermone redderentur. Vale & ad me Florentiam, vbi diutius mõraturus ſum, ſcribe q̃ frequentiſſime. Ex monaſterio Angelorũ Florẽtiæ. Die. xxvi. Februarii. Mccccl xxxvi.

Antonio Lolio. XLIIII.

O Stendit mihi iam pridem. D. Petrus monachus noſter carmen quoddã: qđ in laudẽ Innocentii Pontificis maximi, ſingulari ornatu miroq; cõpoſueras ingenio. Id adeo mihi cordi fuit: vt profectus hyeme proxime preterita Venetias mecũ tulerim: eiuſq; tranſcribẽdi cõpluribus ptãtẽ fecerim. Cõciliaſti tũc primũ tibi beniuolentiã paruitatis meæ: plurimũq; me ad te diligendum tua doctrina proculdubio illexiſti. In præſentiaꝶ vero ſcito acceſſiſſe cumulũ amori erga te meo, ob ſingularẽ tuã in me humanitatẽ, dilectionẽ, fidẽ: quibus oĩbus affatim ſcatẽt, quas ad me modo primũ dediſti, litteræ tuæ ornatiſſimæ. Itaq; ſi me diligis: cũ quidẽ diligis, qui dilexit te prior: & qui caritatẽ erga ſe tuã maximi facit. Delectaris epiſtolis noſtris magis q̃ pro meritis: decæptus forte amore, quo afficeris nobis. Verum ſentire tibi de iis liceat pro arbitrio. Ego certe ipſe de me nõ fallor. Aperui (vt optaſti) amicitiæ fores. Semp tibi qñcũq; volueris, patebit ingreſſus: poteriſq; apud me impoſterũ, q̃tũ deſyderaueris, nõ ſine ingenti mea voluptate hoſpitari. Cõmenda me. R. Dño meo protectori: cũ quo te optime valere maxime cupio. Ex fonte bono. Kalendis Maii. Mcccclxxxvi.

Petro Gallo Eremitæ. XLV.

A Cœpi hac eadẽ hora litteras tuas: quibus te haud immemorẽ cõfiteris accæpti a nobis benefitii: & tuũ erga me amorẽ fidẽq; conſtanter oſtendis. Hoc certe mihi de te, ex quo in Eremum noſtram a nobis admiſſus es, nũq̃ dubiũ fuit. Et merito quidẽ. Quo. n. pacto ſecus exiſtimarẽ: qñ nulla in re (qđ pfecto ipſe nouerim) te offenderim aliqñ? Quaobrẽ tanto Heri veſperi admiratus ſum magis: q̃to reclamãtibus cæteris contra innocentẽ patrem, tu quoq; vna cũ illis te nobis oppoſuiſti: qui reliquos oẽs debueras tua prudẽtia & grauitate cõprimere. Ego quidẽ veſtrũ omniũ gratia indolui ſatis: q; præter oẽm ſpẽ atq; expectationẽ meã, poſt bucellã mecum pariter ſumptã, adeo immodice ĩſurrexeritis aduerſum me. Eſt ne obſecro (vt bona tua venia, paterna tecũ vtar libertate) eſt ne inquã ſermo iſte Eremitis cõueniẽs: vt pp panẽ minus candidũ tãta animoꝶ cõmotione de nobis cõqueramini? Eſca, inquit apoſtolus, ventri: & venter eſcis: hũc & has deſtruet deus. Noſtis ipſi optie: cõſueuiſſe olim Eremitas, aut herbaꝶ radicibus, aut certe pane veſci ordeaceo. Eia aſelle (dicebat coeremita ille veſter Hilariõ, alloquẽs corpus ſuũ, nõ te ordeo alam ſed paleis: ac fame ſitiq; cõficiã: vt cibũ potius q̃ laſciuiã cogites. Quid memorẽ Hyeronimi. Romualdi, Mauriq;, ac reliquoꝶ Sanctoꝶ abſtinẽtiã ſingularẽ: q i ſolitudinibus errãtes, circuierũt ĩ melotis & ĩ pellibus caprinis, egẽtes, anguſtiati, afflicti: qbus dignus nõ erat mũdus. Cibus vr̃ nõ carnalis, ſed ſpũalis ẽ. Panis vr̃, Panis angelicus ẽ: q & cãdidiſſimus ẽ, & oĩ ſuauitate repletus. Panis vr̃:

qui quotidie a vobis vel auidiſſime frangendus eſt: haud dubie participatio corporis domini eſt: qui in ſupremæ nocte cenæ recũbẽs cum fratribus/turbæ duodẽnæ, & qui poſt illã futuri erãt/ſuis ſacratiſſimis manibus ſe cibum dedit. Cur hoc quæſo: niſi vt omnes nos/& vos precipue/qui negociis ſæcularibus minime implicati/cœlo tantum eſſe debetis intenti/pie ad moneret: ne ſoliciti eſſemus dicentes: Quid manducabimus/aut quid bibemus? Manducate/inquit ille/quæ apponuntur vobis: nihil interrogantes pp conſcientiam: conſentiam inq̃ non tam noſtram/q̃ alienam: qui ad interrogationem veſtram/cur vobis durior panis ſubniger, inſuauis, ac male coctus ſumminiſtretur: peſſime revera ædificati ſcandalizantur. Cæterum hæc nequaq̃ ſcribo: ꝙ huius ſententiæ ſim: vt non vobis/qualem cupiam/detur panis: cũ excuſauerim me heri apud vos & ſufficienter & vere: culpamq; haud iniuſte in eos reiecerim: qui panem conficiunt minore/q̃ eis ſæpius iuſſerim/diligentia & cura. Hæc tantũ in preſentia de pane paucis dixerim. Ad reliqua quæ mihi coram, obieciſtis/non duxi reſpõdendum. Accipies autẽ quæ ſcripſi/amico atq; ſyncero animo/& minime ſuſpicioſo: ac miſertus noſtri/quibus multorum demãdata eſt cura/quiq; die noctuꝙ abſq; vlla & animi & corporis quiete continuis fatigamur/angimur/cruciamur ſolicitudinibus: tu ſolitariæ iſtius vitæ ſuauiſſimis delitiis fruere. Vale & ora pro me. Ex fonte bono. Die. xxiiii. Maii. Mcccclxxxvi.

Marco Barbo Cardinali. S. Marci. XLVI.

PLurimum affici dignationem tuam Piſtorieñ epo: ex ipſius ad me nouiſſime datis litteris aperte cognoui. Ego vero ita eum pro ſuis erga me meritis atq; religioſiſſimis moribus obſeruo & colo: vt paucos nouerim/quibus ſim deditus magis. Semel cũ illo Florentiæ cõgreſſus ſum: Vbi nimiꝝ adeo ſe benignũ mihi atq; affabilẽ preſtitit: vt ex eo tpe ſemper mihi Summopere cordi fuerit: ac de ipſius integritate pietate fide q̃optime ſenſerim. Itaq; commendatum ſibi a Summo Pontifi. fuiſſe monaſteriũ. S. Zenonis de Piſis/& letatus ſum admodũ: & ipſi per litteras congratulatus ſum exanimo: Sperãs fore: vt Abbatia olim p noſtri ordinis monachos negligẽtius gubernata: huius epi diligenti adminiſtratione & cura breui ſit reformanda in melius atq; erigenda. Cæterũ mi dñe colendiſſime non poſſum nõ vehementer dolere, angi, cruciari: ꝙ eo tpe Camalduleñ. religioni me præeſſe contigerit: quo deſolationem eius ruinãq; ingenti meo tũ dedecore/tum detrimẽto ac iactura/infra breue tp̃s (niſi apposuerit manum ſuam dñs) ſim viſurus. Cõmendantur quotidie noſtra cœnobia: nullũq; ſiue paruũ ſiue magnũ vacare contingit: ꝙ non cõtinuo in alienũ ius cedat. Præciduntˀ mẽbra a corpore/nulla amplius noſtra præualente auctoritate, nulla induſtria: neq; mihi Generalis ordinis videor: cui breui ſola Eremi noſtræ adminiſtratio/& illa quidẽ vix ſit relinquẽda. Faciat Dñs: qd bonũ viſum fuerit in oculis ſuis: neq; patiatˀ p ſua clemẽtia/nos ab eius volũtate, vllis vnq̃ fractos aduerſitatibus, deficere. Hæc tecũ paucis cõqueſtus ſum, ea potiſſimũ Fiducia: qua te ſemper & religioſorum omnium patrem/& mœrentium cõſolatorem extitiſſe cognoui. Vale. Ex fonte bono. Die. xvi. Auguſti. Mcccclxxxvi.

Cardinali Senenſi Protectori. XLVII.

Decreuit

Erevit tandem.D.Baſilius harum lator Romã petere:vt ſua preſen/
d tia/& tua potiſſimum interceſſione/negocium ſui hoſpitalis expediat.
Facile(vt ſpero) cum.R.Cardinali Recannateñ.conueniet:qñ eo ani
mo Romam venit:vt debito/ſiquid reliquum fuerit/promptiſſime ſatiſfaciat.
Nollem tñ/ſi fieri poterit/plus ab eo exigi/q̃ debeat:cum lõge magis deceat po
tentiores liberalitate vti in pauperes:ac dare potius beneficia/q̃ accipere. Cõ/
mendare ipſum tuæ dignationi pluribus pergerẽ:niſi ſuperuacaneũ certiſſime
intelligerem:qñ id ſatis tum ſæpe alias/epiſtolis meis/tum imprimis anno pre
terito corã fecerim:cum eſſemus pariter apud Abbatiã de Rota.Is vero eſt hu
iuſmodi:tantaq; me colit pietate ac fide:vt merito mihi ſit q̃cariſſimus.Tan/
ta enim animi alacritate pro vtilitate domus meæ/cuius curam gerit/ſine inter
miſſione laborat:vt minime omniũ gratis apud nos panem manducet.Qua/
re non dubito/quicquid pro illo poterit.R.D.tuam libentiſſime facturam : ac
preter hoc hoſpitalis negocium/ſemp etiam ipſum poſt hac tum eius merito/
tum meo nomine cõmendatam habiturã.Cæterum pace nuper Italiæ reddita
gauiſi ſumus in dño:gratulati plurimum & vniuerſorum quieti/& noſtræ(vti
ſperabamus) ab immodicis impoſitionũ vexationibus liberationi.Sed(vt vi/
deo) prædicatur a plurimis pax pax:cum nobis nõ ſit pax.Sperauimus bona:
& ecce turbatio.Preſtolantur omnes trepidi/huius nouiſſime impoſitionis ex
actionẽ paulo poſt(vt minantur iſti) futuram.Conſuluit mihi quidam amicus
noſter:homo ſane grauis:& qui mores optime callet romanæ curiæ:vt de hac
re ſcriberem Summo Pontifici:meq; illi obnixius commendarem. Quod &
feci.Poterit percurrere Litterarum mearũ exemplum dignatio tua:& ſi ſpera/
uerit poſſe nos eiſdem apud Pontificem aliquid proficere:iubebit noſtris/qñ
aut per quem Sanctiſſimo.D.noſtro litteræ reddendæ fuerint.Sin minus : fiãt
omnia tuo arbitrio.Facio ipſe/q; poſſum:vt nihil intẽtatum relinquã:quo hoc
grauiſſimo onere liberari poſſe ſperem:more eorum/qui cũ aquis ſuffocari pe
riclitantur/cuicunq; rei etiã nouaculis(vt dici ſolet)manus applicant iniiciunt
q;:vt in ripam eniti atq; euadere quoquomodo valeãt.Tu quoq; in hoc nego
cio dñe colendiſſime ꝓ viribus adiuua nos apud Summũ Pontificẽ.Alias cer/
te breui de nobis actũ intelliges.Vale.R.dñe:cui me totũ trado dedoq;.Ex fon
te bono.Die.xxvii.Auguſti.Mcccclxxxvi. Innocentio Papæ Octauo.XLVIII.
Eatiſſime pater poſt Oſcula beatorum.Quã grauibus atq; immodi/
b cis per hoc decenniũ grauati fuerimus impoſitionibus:arbitror non
latere Sanctitatẽ tuã.Adeo certe exhauſti atq; exinaniti ſumus om/
nes:vt paucos nouerim bñficia habentes:quibus nõ fuerit/alienare predia mo
naſterium ſuoꝝ.Quãtum reuera ad me attinet:ita ſupra vires oppreſſus ſum:
vt cũ ob veteres impoſitiones/in quas complura hucuſq; Florenorum milia ꝑ
ſolui/conflatum ingens æs alienum haud quaq̃ integre adhuc diſſoluere potue
rim:nouiſſima hac/quæ ſumma omnium trepidatione ac ſolicitudine paulo/
poſt exigenda expectatur/ſolus ipſe octingentos ac viginti aureos Florenti/
nis impoſitoribus numerare compellar.Habeo pater Beatiſſime longe quidẽ
minores ac tenuiores/q̃ ꝓ numero familiæ redditus:quando mihi præter hoſ/

pites/qui nunq̃ deſunt/centum fere/domeſtici alendi ſunt:oneroſa profecto at/
q; intolleranda preſſo pauperi ſarcina. Tuam itaq; imploramus opem: atq; vt
cuſtodias nos vt pupillam oculi/& ſub vmbra alarum tuarum protegas nos:
proni ac ſupplices petimus Innocenti Sanctiſſime. Ne vltra patiaris ouiculas
paſcuæ tuæ adeo immodica pecuniarum exactiõe vexari. Reddidiſti tua clemẽ
tia & pietate Italiæ pacem:ne permittas immanius adhuc in nos bellum ſæ/
uire. Liceat nobis per tuam beatitudinem/ſicut Innocentẽ cupimus:ita & quie/
tam vitam ducere:excuſſoq; te iubente iam tãdem laicorum nos opprimẽtiũ
iugo/tibi(vt par eſt) ſeruiamus ſoli:ac trãquilliore animo reddamus altiſſimo
vota noſtra. Omnia ſubiecta ſunt ditioni tuæ. Imperium tuũ pro maieſtate põ
tificatus atq; amplitudine/haud immerito pro numine obſeruandum eſt. Tuũ
eſt claudicare volẽtes nimia licẽtia ſæculares poteſtates/atq; in prophetis tuis
malignari pergentes:& auctoritate deterrere:& edicto comprimere. Vbi ap/
poſueris manum tu:omnia proculdubio æqua lance appendentur. Ad vltimũ
ne pluribus tuæ Sanctitati faſtidio ſim:ſi decreueris ſaluare nos: continuo libe
rabimur. Tantum dic verbo:& ſaluabimur pueri tui. Quod/vt fiat: quantis va
leo precibus perq̃ humiliter peto. Valeat/Sanctiſſimus Dominus meus q̃diu/
tiſſime:cui me ſeruulum ſuum/omnẽq; Camaldulenſis ordinem enixiſſime cõ
mendo. Ex fonte bono. Die. xxiiii. Aguſti. Mcccclxxxvi.

Petro Barrotio Bellunenſi Epiſcopo. XLIX

q Væ curando infirmo opus erant/ſedulo exhibuiſti remedia:adeo vt q̃
tãcũq; morbi vim/allatum abſte nouiſſimis litteris tuis/tam ſtrenuum
atq; exquiſitum medicamentum/& ſi non leuare penitus/vel mitigare
ſaltem ex parte magna debuiſſet. Cæterũ vereor:ne illud pæti cum experiẽtia
magiſtra didicerim. Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger. Interdum
docta plus valet arte malum. Tot grauiſſimis ſcripturarum ſacrarum ſentẽtiis
in vnum cõgeſtis/totq; precipuis Sanctorum virorum exemplis/vna tua epi/
ſtola diligentiſſime expoſitis:veluti fomentis ægro admotis:& tanquam pro
pinata mihi ex variis aromatibus dilluta potione:torpentem atq; afflictum ex
citare conatus es:& tamen non penitus me leuatum ſentio:nõ ſanatum omni/
no. Reiicere videtur male habentis ſtomacus hauſta medicamenta:neq; illa cõ
cipi venis/vt virtutem ſuam operentur/patienter ſuſtinet. Hoc(vt ſcias) non
aliunde naſci puto:niſi ꝙ nondum ſatis percurata priore mala valitudine/gra/
uior occupat morbus:& recidiua(aiunt medici)peior radice. Narraui ſuperiori
bus litteris meis:quæ mihi euuſq; aduerſa acciderant:atq;/vt opem ferres/ lin/
gua tua erudita/inſtantiſſime petii. Quod pro tua in me caritate facile impetra
ui. Conſolari ſtuduiſti q̃primum mœrentem:ac nutantem labantemq; firma/
re. Sed ecce dum reſumere ſpiritus vigorem ſuum cœpit: noua ſuperuenit tri/
bulatio:recens denuo mœrendi materia ſuccedit. Sæuiente dudum immani/
ter bello aduerſus Pontificem precabamur omnes pacem:pacem/iis qui lon/
ge:& pacem iis/qui prope:vt & eccleſia tandem/& illã infeſtantes quieſcerent:
atq; iccirco potiſſimum:vt qui impoſitionibus tot annorum exhauſti/atq; ad
ſanguinem yſq; emuncti eramus:hac nouiſſima & grauiori q̃ vnq̃ alias Florẽ/
tinorum

tinotũ impoſitione,confecta pace, firmataq; inter concordia diſſidentes libe/ raremur. Verum(vt video)propheticum illud iure meritoq; congruere nobis poteſt,pax:pax:cum nequaq̃ ſit pax. Quis enim eam pacẽ appellet:vbi haud minus crudelitas quam auaritia in eccleſiaſticum ordinem graſſatur? Hæc me excruciãt mirum immodũ pater: vexant:perturbant:vixq; eſſe valeo compos mei. Non igitur miraberis nimium:ſi haud tantum monitis tuis profeciſſe vi/ debor:quantum ipſe tibi forte perſuaſiſti. Vehemens hic adeo & grauis langor, potioribus(vt ipſe ſentio)remediis indiget. Hoc genus dæmonioꝝ,tam acri/ ter nos impugnantium,ſuperari alias facile poſſe non arbitror:niſi in oratione & ieiunio. Ora itaq; & tu pro nobis Domine colendiſſime:cuius precibus nos adiuuari mente & ſpiritu deuotiſſime poſcimus. Vale. Ex fonte bono. die.xvii. Septembris.Mcccclxxxvi.

Bartholomæo Cambii abbati.S.Miniatis.ordinis Oliuetani.L.

a Dmiſſum quereris in monaſterium Sanctæ Mariæ in gradu quẽdam monachum religionis tuæ:mihiq; id culpæ aſſcribis:miratus de me: ac mihi pluribus exprobrans:ꝙ non debuerim eſſe in admittẽdis fugitiuis alie ni ordinis adeo facilis. Ego autem pater(quod bona tua venia dixerim)miror de te longe magis:qui ita facile hoc de me ſiniſtra oppiniõe ſenſeris: atq; eius peccati in me reieceris culpam:qua teſte deo:& conſcientia mea penitus vaco. Admiſſum.n. transfugam tuum in ordinem noſtrum, nullius hucuſq; litteris mihi ſignificatum eſt. Tu certe primus nunciaſti. Non noui hominem:neq; ali quem etiam,qui pro illo apud me interceſſerit. In religione quoq; noſtra cui fe cerim poteſtatem alienos recipiendi:ſcio neminem. Quamobrem cum inno/ centem fueris criminatus:falſo perſuaſus,me tuo ordini fuiſſe aduerſatũ: abii/ ce quæſo hanc tuam de me exanimo opinionem: neq; facile cuiq̃ ſecus tibi de me referenti crediderís. Debeo plurimum compluribus ordinibus religioſorũ ſed tuo ſane imprimis:quippe qui & ante demandatum mihi generalatus offi cium & poſtea etiam, q̃ ſæpiſſime in pluribus veſtris monaſteriis ſingulari ſem per fuerim exceptus humãitatæ: neq; minori fiducia ad veſtra q̃ ad noſtra cœ nobia vnq̃ diuerterim. Quãdo igitur pati poſſem:vt vllã me ſciente aut coſen tiente quiſq̃ nr̃m inferret iniuriã adeo de me optime meritis: quos ꝑfecto(vti merito debeo)ſemper veneratus ſum:obſeruaui:colui? Nõ indiget fugitiuis Ca maldulenſis religio:vt cõſeruetur,ac reformet̃ in melius. Huiuſmodi odit mo nachoꝝ genus. Qui ſi in cœnobiũ.S.Mariæ ĩ gradu(ſicut ſcribis)admiſſus eſt: primũ quidẽ in eũ locũ admiſſus ẽ q̃ incommẽdã iã pridẽ datus a Põtifice,alie næ ditiõi ſubiectus eſt:& eũ ibidẽ forte de nr̃is inuenit: qui eius cõgruens mori bus,habitũ nr̃m temerario auſu haud repugnanter fugitiuo tradidit. Crede mi hi venerande pater:quia non mentior. Si voluiſſem de tuis:de iis inq̃,quos ve ſtra congregatio maximi facit:haberem modo cõplures:a quibus inſtãtiſſime requiſitus, auerti aures meas: ſemperq; conſtantiſſime reieci petentes. No/ li itaq; obſecro hanc in me culpam retorquere: ne ipſe forte & delatoribus ni/ mium faciles præbuiſſe aures videaris: quod nequaquam decet:& innoxium falſi criminis arguiſſe. Vale. ac pro me vna cũ filiis tuis Dominum deprecare:

quibus me totũ certe ex animo ac libẽs offero.Ex Fõte bono.Die.vi.Nouẽbris.
Mcccclxxxvi.

Euſebio Hiſpano monacho.S.Michaelis Murani.LI.

e Xcuſationem diuturnioris ſilẽtii tui facile admiſi: quippe qui nouitia
tus ac tirocinii tui tẽpore, ob taciturnitatis grauitatem, religioſamq;
modeſtiam ſilere cõſtitueris ẽt a bonis.Ego vero licet minime improbem, qd
ad tp̃s tacueris:longe tñ gratius extitit mihi,alta te mecum ſilentia rupiſſe. Nã
cum te donauerit dominus haud contẽnendo eruditæ linguæ munere: vt ſcias
proferre noua & vetera:non inutile arbitror fore:ſi ad vtriuſq; noſtrũ ſolatium
etiam ſæpius poſthac ad me ſcripſeris:ne talẽtũ tibi doctrinæ traditum altius
defodiſſe in humũ videaris: qd in plures erogandum accæpiſti.Facies tñ: ſicut
expedire magis quieti ac tranquillitati mentis tuæ iudicaueris:dummodo non
dubites,quotienſcunq; ad me litteras dederis:ſemper illas mihi iucundiſſimas
fore.Plurimũ vero gauiſus ſum:certiorẽ me fcm̃ abs te,de tua ipſius oblatiõe in
odorẽ ſuauitatis dño.Nõ.n.obtuliſti holocauſta medullata cũ incenſo arietum:
nõ obtuliſti boues cũ hircis:ſed temetip̃m exhibuiſti hoſtiã viuentẽ, ſanctã,Deo
placentẽ.Accipiat placide ac benigne Dñs oblationẽ tuã:vt placeas ei ſemp:ne
q; ſit tibi confuſio confidenti in eo,omnibus diebus vitæ tuæ. Orationũ ſuffra/
gium,quod pro te a nobis exhiberi petiſti,idẽ abs te ipſe mihi præſtari enixius
poſtulo:quippe qui & magis indigeo:& facilius tu occupatus minus,obtempe
rare mihi poteris.Scio nõ te fugere,q̃tis præmamur anguſtiis:ſolicitudinibus,
curis. Mirant̃ certe complures:quomodo pati valeam tot aduerſa. Si quid ta/
men roboris eſt in me.Si qua virtus atq; cõſtantia in perferendis malis:ei ſane
tribuo ſoli:qui eſt adiutor in oportunitatibus,in tribulatiõe. Qui rogatus pro
me ab iis,qui me ſingulari proſequũtur pietate, miſereatur imperfectum meũ.
Et tu quoq; pro afflicto præcator accede: vt hac in parentẽ pii filii commiſera
tione,quemadmodum profecto nomine: ita & re ipſa εὐσεβὴς merito prædice/
ris. Vale.Ex Fonte bono.Die.xi.Nouembris.Mcccclxxxvi.

Bernardino monacho Sancti Michaelis Murani.LII.

ſ Cripſi.D.Andreæ:quid ſentiam ſuper vniẽdo Carcerum monaſterio.
Atq; ſi hoc minus per abbatẽ licuerit:quid mihi videatur de prouin/
tia reformandæ Vangatitiæ ſuſcipienda.Quæ omnia & ipſe accuratius perle/
ges cũ cæteris fratribus.Non habet ordo hic noſter his duobus monaſteriis di
gnius aliud aut opulentius:atq; ad conſeruandã vitæ regularis obſeruationẽ,
augẽdumq;(qua maxime re indigemus)proborũ monachorũ numerũ accom
modatius.Et tñ ſegnes ac deſides differtis tantũ bonũ: incerti quid craſtina pa
ritura ſit dies.Habetis Generalẽ veſtrũ totũ: qui ſæpius vobis vltro pollicitus
eſt operã ſuam:neq; hãc benefaciẽdi,atq; vnionis veſtræ augẽdæ,occaſionẽ im
præſentia expẽditis ac æſtimatis. Adhuc mihi ꝓmiſit nemo diuturniorẽ vitã.
Generalẽ quidẽ ſemper habebitis:me aũt nõ ſemp habebitis.Non modo fautu
ros vobis,qui poſt me futuri ſunt,exiſtimo:verũ etiã palã aduerſaturos. Quod
tum eſſem iſthic abbas:experiẽtia didici.Operamini,dum tẽpus habetis:dum
cooperaturos vobiſcũ nos,ac familiã noſtrã,dubitare nõ poteſtis.Si vobis au/
toribus ordo noſter non reformetur:vt id citra alpes diebus noſtris fiat: ſpem

omnẽ exanimo abiicite.Potuiſtis anno preterito adminiſtrationẽ Vãgatitiæ ſuſcipere:ſpe ſatis certa,vniendi paulopoſt adeo nobilis monaſterii cum reliquis veſtris.Nulla propterea a vobis exigebatur pecunia:immo illa offerebatur vobis,Numerus tm̃ monachorum pro arbitrio veſtro requirebatur:quẽ iam meo iudicio,totidẽ ibidẽ nouitiis admiſſis duplicaſſetis.Hortabatur adhoc aggrediendum opus,cõmẽdatarius ipſe,ſicut noſtis.Prætor cũ oppidanis omnibus idipſum ardentiſſime expetebat.Reuerendus quoq; pater Abbas Carcerũ litteris cõpluribus ſe huius cõficiendi negocii interceſſorẽ atq; interpretẽ fecit : eo quidẽ(vt ego cõiector)animo:vt is haud multo poſt pari rõne abbatiæ ſuæ cõſuleret:atq; in tutum portũ deueheret.Eſſetis nunc cõtẽti ſupra modũ:nec vos cœpti tã preclari ac religioſi operis pœniteret.Heu q̃tũ bonũ,q̃tum inq̃ bonũ negligitis:q̃ mali eſtis rerũ vtilium atq; honorabilium æſtimatores.Tãti ne facitis quietẽ iſtã veſtrã & ocium:ſic priuato amore,vni Sãcto Michaeli deuincti & obligati eſtis:vt ruere ordinẽ reliquũ in oculis veſtris patiamini:vt nõ veſtro ẽt incõmodo creſcere cupiatis?An ignoratis:ꝙ niſi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit,ipſum ſolũ manet:ſi aũt mortuũ fuerit,multũ fructũ affert? Egredimini de loco vr̃o:& ite in terrã,quã mõſtrat vobis deus:facietq; vos ibi in gentẽ magnã.Terrã ꝑfecto ꝓmiſſiõis merito æſtimare debetis duo p̄clara illa cœnobia:Carceꝝ & Pollicinii:terrã inq̃ lacte ac melle manantẽ . Lucet ſub modio lux vr̃a:& quidẽ haud ſine ꝑiculo,vt aliq̃n extinguat᷑ . Potẽtes facile in plura loca diffundere lumen veſtrũ,non ſolũ abſq; ſua ipſius diminutiõe, veꝝ ẽt maximo incremento:& minime curantes:digni certe eſtis,meo iudicio,reprehenſione.Deniq; hoc vobis minime ſiluerim:qd́ reuera non ſine lachrymis mihi in mẽtem venit.Videre mihi videor ante oculos Mariã beatiſſimã:cuius nomini vtrũq; cœnobiũ dicatum eſt:de vobis deq; me ipſo conquerentẽ:ꝙ tã diu prorogetur domoꝝ ſuarum reformatio: ꝙ de ipſius auxilio deſperemus. Pollicetur nobis opẽ virgo ſingularis,ac inter oẽs mitis.Dubitare nõ licet,oĩa nobis ad votum ſucceſſura.Suis apud filium meritis & interceſſione quicquid voluerit,facile impetrabit,Eſt.n.clæmens:pia:dulcis:& ad bñ agẽdũ omnibus eã inuocãtibus adiutrix prõptiſſima. Denegare nobis ſane auxiliũ nõ poterit: quæ infinitis quotidie corruſcans miraculis(ſicut ipſi mecum vidiſtis) vt religioſius ibidẽ atq; obſeruantius p vos colat᷑,inuitat. Non ſunt modo cõmemoranda vobis aliarum congregationũ exempla:que tenuioribus ac anguſtioribus inchoatæ principiis,poſtea opitulante dño feliciora indies atq; vberiora incremẽta cõſecutæ ſunt.Hæc pvos metipſos diligentius cogitate:& ſi me vera honeſta,& rõnabilia ſuaſiſſe animaduerteritis:excuſſo tandẽ torpore accingimini ad opus dei:quo profecto inſpirante hæc me mõ vobis ſcripſiſſe nõ dubito.Atq; imprimis tibi Bernardine fili:quẽ ad huiuſmodi pietatis ac diuini cultus opera præcipuo ſingulariq; tractũ feruore iampridẽ cognoui.Trahe & ipſe alios poſt te:Currant in odorem deſyderiorum tuorum.Vale.Ex Fonte bono.

Die.xiii.Nouẽbris.Mcccclxxxvi. Galeoto Abbati.S.Hypoliti.LIII.

s Epe & multum inſtitiſti apud me,tũ ſermone corã,tum frequentibus litteris:vt excuſſo obedientiæ Vicarii noſtri iugo,liceat monialibus il

lis nr̃is ſuo ſibi arbitrio eligere cõfeſſorẽ. Quid Florẽtiæ nouiſſime cõſtituerim minime te oblitũ exiſtimo. Neq; per Priorẽ ſtetiſſe adhuc accæpi: quin ex duo/bus, quo℞ monialibus dãda erat optio, alte℞ ſeruaretur. Voluiſti, vt monachus tuus, & tui monaſterii, & monialiũ pariter curã gereret: qd Vicario neq̃q̃ pla/cuit: & iuſte quidẽ. Quomodo. n. ſolus vtriſq; ſatiſfacere potuiſſet? Nunc aũt, q̃n te placidũ monachũ admiſiſſe ſcribis: nõ dubito ꝑmiſſurum Priorẽ: vt. D. Hi/larianus in capellanũ a monialibus recipiat. Quod vt oĩno faceret: aperte con ſcripſi. Ego quidẽ ægre fero, te ac Priorẽ cõcordes non eſſe: vti certe par eſt. Et forte hinc accidit: vt preſumãt mulieres iꝑfectioris ſexus obſtinatius relucta/ri maio℞ imperio. Quid. n. nõ temere audeant feminæ: vbi viri, qui aliis exem plo eſſe deberẽt, peccant? Prælati eſtis ambo: prudentes & eruditi ambo: digni tate pares ambo: & tñ haud facile cõuenit inter vos. Imitamini turbã ea℞ incõ/ſultam: quarũ ingenia noſtis, ẽt natura ipſa, q̃mobilia ſint: cũ illas ꝓfecto opor uerit veſtri imitatione multo magis recte facere. Quãobrẽ hortor & moneo: vt id ipſum dicatis ambo: & nõ ſint in vobis ſchiſmata. Sit vnus veriuſq; animus: vna mens: vna volũtas: quo℞ idem eſt habitus: eadẽ profeſſio: inſtitutum idẽ. Nolite quæſo inuicem prouocare: inuicẽ inuidere: ſed honore potius inuicem præuenientes firmã atq; perpetuã ſeruate caritatẽ. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis Legẽ Chriſti. Hoc agẽtes facile (mihi credite) ꝑſuadebitis monialibus: vt parere dicto velint: veſtraq; bene ædificatæ cõcordia, erubeſcẽt prælati ſui ſn̄iam ꝑtinacius impugnare. Secus agendo: quis dubitet, alterius ve ſtrũ factione ac fauore illas in ſuo propoſito durius obfirmãdas? Quod ne fiat: omnino cauẽdum eſt. Vale. Ex Fonto bono. Die. xxvi. Nouẽbris. Mcccclxxxvi.

Bernardino Monacho Sanctti Michaelis Murani. LIIII.

m Iror valde ſacerdotes illos regulares id a me efflagitare auſos per in/terpretes: qd ne cogitare quidẽ debuiſſent. Poſtulant a me, vt ſcribis, Angelorũ monaſterium. Poſtulabunt paulopoſt generalatũ ipſum. Honeſtam petitionẽ. Et vbi eſt quæſo honoris mei ratio: debiti mei: obligationis meæ? Ideo ne tanto patrũ cõſenſu totius Camaldulenſis ordinis mihi demandata eſt cura: vt eius beneficia, illaq; potiora, ac preſtantiora diſtrahi patiar: ac mercena riorum more oues meas Luporum morſibus exponã? Eſt ne hæc illa fides: quã me ſeruaturũ religioni meæ ẽt iureiurando promiſi: vt hereditas patrũ meorũ in alienum ius concedere me autore permittatur: pro qua conſeruãda vel ip̄m debeo ſanguinẽ fundere? Negauit conſtantiſſime petenti regi vineam ſuã Na/both: & tandem pro vinea vitam dedit. Paſſa eſt repulſam a Salomone mater dilectiſſima: quæ dari Adoniæ fratri Abiſac ſunamitẽ vxorem poſtulauerat. Et eiuſmodi me noſtri iſti patres putauerunt: vt blandis interceſſorũ ſuo℞ delini/tus ſuaſionibus, vltro eis nobiliſſimũ totius noſtræ religionis mẽbrum: dextrũ Sacræ noſtræ Eremi lumen: ac celeberrimũ tota Italia monaſterium condona rẽ? Male profecto nouerunt: q̃ti faciam Angelo℞ cœnobium: immo q̃maximi merito faciendũ ſit. Bis centum & eo amplius annos viguit in ipſo habitus Ca malduleñ. A multis ſæpius ſtructæ illi fuerunt inſidiæ: vt inde turpiter eiicere/mur. Nondũ tñ quiſq̃ præualuit: pro nobis pugnante dño & miſericorde & iu/

ſto:

ſto:neq; p̄mittente, vt alieni in labores noſtros introirent. Nam quo tempore Ambroſius vir Sanctiſſimus ordini præerat:iuſſu Dn̄ii(vt audio)mādatū fuit: vt monaſteriū ipſum, eiectis prius fugatiſq; oibus, ſolotenus euerteretur. Quo audito Ambroſius Dominiū impiger adiit: & tamdiu an̄ ipſum proſtratus ia/cuit:donec adeo impiā ſn̄iam reuocaret. Mariotus Ambroſii ſucceſſor p̄ ipſius cœnobii conſeruatione, quibus ſumptibus, quibuſue pepercit laboribus? Te/ſtes ſunt regulares hi:de quibus modo nobis ſermo: qui tunc quoq; monaſte/riū Angelo℞ ambierūt. De me vero, q̄d egerim, ſileo:q̄n vniuerſa Florentia te ſtis eſt:p me nō ſtetiſſe:quin locus ipſe liber ordini ſeruaret᷑. Et ſeruabit᷑:ſi Deo placuerit. Licet.n.hoſtē validum ac potentē habeā:qui & numero ſatelitum & virtute me ſuperet:confidens tn̄ in eo, qui parua militū manu innumerabiles plerūq; hoſtium acies fudit:& quo protegente vnus perſequitur mille, & duo fugant decē milia:adhuc minime ceſſi:nondū terga verti. Quin potius maio/re indies recreor ſpe potiundæ victoriæ:quēadmodum ex noſtris ad Abbatem tuū litteris plenius diſces. Nam & ſi incertus eſt ſemp exitus belli:& nos plane haud æquis viribus dimicamus:hoſtes tn̄ noſtri ſiue fatigatione continuati cer taminis affecti:ſiue ipſa rōne cōuicti:ex quo nec vi potuerūt, nec fraude aſſequi: vt me ad deditionē monaſterii, aut metu cōpellerēt:aut promiſſionibus allice/rent:obtulerunt cōditiones ad conficiendā pacē, concordiāq; firmandam: ita vt maiorem belli molem hucuſq; exhauſtā putem:q̄ ſuperſit in futurum: ipſo ſic diſponēte:q neq; in arcu neq; in haſta nouit ſaluare. Quāobrem reſponderi iubebis religioſis illis: vt q̄n nos, q̄d ad ipſos pertinet, nihil quærimus: & ipſi viciſſim non appetāt noſtra. Sint ſua ſibi:illaq; recte adminiſtrēt:neq; fecerint parum. Quod ad me attinet:certiſſime ſciant, hanc eſſe firmā apud me obſtina tāq; ſn̄iam:ſi forte euenerit, vt mihi detur optio:electurum me potius mortē, q̄ voluntariam cœnobii Angelorum deditionē. Nicolao fratri ob adeptum ma/giſtratum congratulare meo nomine:quem opto felicem ei ac fauſtum fore: vt per illum fecerit ſibi gradum(quod facile ſpero) ad maiora. Eum ſaluere, vbi vos viſitatum venerit, iubebis ex me. Opus de rebus geſtis Venetorum abſol/ui citius ab impreſſoribus cupio: vt eius legendi mihi quoq; cum cæteris po/teſtas fiat. Vale. Ex Fonte bono. Die.iiii. Decembris. Mcccclxxxvi.

Guidoni Priori monaſterii Angelorum. LV.

d Atum te a ſummo Pontifice Priorem monaſterio Angelorum: lætus & gaudens accæpi:fuitq; mihi is nuncius ſicuti optatiſſimus, ita certe iucundiſſimus. Confido nāq; de te in Domino: ꝙ cum ſis ob multarum rerum vſum haud mediocri prudētia præditus:ac monaſticæ regulariſq; vitæ diſcipli nam optime calleas: nō alius in gubernatiōe iſtius nobiliſſimæ domus futurus ſis:q̄ in prioris congregationis tuæ adminiſtratione fuiſti. Neq; mirum tibi vi deat᷑:ſi varium colorē, quo prius tegebaris, candido permutaſti: atq; ex Ciſter ſienſi Camaldulenſis effectus es. Nam ex hoc quoq;, ſi volueris, haud parū po/teris proficere. Quotienſcunq;.n.lacteum habitum & columbinæ innocentiæ candore fulgētem cōſyderaueris: quotiens te ſuper niuen dealbatum animad/uerteris:totiens ſeruandæ puritatis diligentius admoneberis: totiens in illum

perfectioris vitæ montem euadere contendes: vbi eius cont empleris gloriam transſformati: cuius veſtimenta facta ſunt alba ſicut nix. Sint igitur omni tempo re.(ſicut ſcriptum eſt) veſtiméta tua candida: vt poſt exactã ſtrenue, huius vitæ miſeriarum plenæ, nulitiam, eo tandẽ regno dignus habearis: in quo cũ Chriſto gaudent omnes ſancti: amictiq; ſtolis albis ſequuntur agnum, quocunq; ierit. Me vero, cui te humaniſſimis litteris tantopere commendaſti, eum te ſemp habiturum confide: quem ipſe volueris. Quantum reuera ad me attinet: futuꝝ me tibi cõſtantiſſime polliceor, & pro generalatus munere patrẽ indulgẽtiſſimũ: & ꝓ religionis inſtituto humaniſſimum fratrem. Vale. Ex fonte bono. Die xxviii. Decembris. Mcccclxxxvi. Guidoni Priori monaſterii Angeloꝝ. LVI.

c Ommendas me tum ſoluta oratione, tũ carmine: ac plurimis effers laudibus. Vtinã ſicut ornate id & grauiter pro ingenii tui facilitate: ita quoq; & vere, ac ſine paruitatis meæ confuſione protuleris. Noui ſane q̃s ſim: neq; de me ipſo fallor. Quãdo itaq; plura mihi q̃ promeritis tribuiſti, optime de patre ſentiens pro tua pietate: ora enixius Dñm: vt eum me eſſe per mittat: qui cõcæptæ de me opinioni tuæ facile rñdeam: taléq; me factis exhibeat: qualẽ ornatiſſimis litteris exprimere cõtendiſti. Gratiſſime vero accæpi. ꝙ nos vltro. M. Laurentio cõmẽdaueris. Neq;.n. parũ prodeſſe poterit cõmendatio tua: qui præcæteris deo dicatis inueniſti gratiã in oculis eius: tibiq; ipm peculiari atq; arctiſſima deuinxiſti beniuolẽtia. Hoc te diuinitus affectum munere arbitror: vt ciuis primarii, atq; in vrbe iſta facile principis adeo ingentem tibi amorẽ cõciliaueris: non tã tuo ipſius emolumẽto & cõmodo: qui pro tua modeſtia es paruo contentus: q̃ vt tua interceſſiõe & opera (qd hactenus q̃ ſtudioſiſſime feciſti) plurimis indigẽtibus ac preſſis cõſuleres. Vale. Ex Fõte bono Die. x. Ianuarii. Mcccclxxxvii. Frã. Pico. Cardi. Seneñ ꝓtectori. LVII.

m Iſſurus de die indiem vnũ ex familia noſtra domeſtica Romã, ob quædam ſatis vrgẽtia negocia: diſtuli hactenus ſcribere Dñationi tuæ colendiſſime, quo animo accæperim liberationẽ monaſterii Angeloꝝ. Quãobrẽ ſi minus tẽpeſtiue id fecero: det quæſo veniã tarditati meæ pietas tua: hoc ſibi certiſſime perſuadẽs, me quicquid in præſentia ſignificauero, libratiore iudicio & cõſtantiore ſñia eſſe dictuꝝ: quippe q hoc diuturniore interuallo rẽ oẽm maturius perpenderim. In reformando Angeloꝝ monaſterio illud ante oĩa ſemp optaui: vt ea futura eſſet ipſius loci reformatio: quæ & diuino probaretur iudicio: & vrbis, in cuius medio ſitus eſt, expectatiõi ſatiſfaceret. Cæteꝝ quæ primũ reformatio p nos facta ẽ: q̃uis (vt mea fert opinio) Deo accæpta eſſe potuerit: minus tñ hominũ gratiam meruiſſe viſa eſt: cupiẽtibus ciuibus, qd haud facile religio noſtra præſtare potuiſſet, religioſos ac optime inſtitutos monachos: & eoſdẽ conciues ſuos. Laboramus ꝓfecto huiuſmodi hominũ inopia. Non deſunt tñ per Dei gratiã alienigenæ, & merito & numero ad tale negociũ q̃maxime idonei. Sed quid, ſi Satrapis non placuerunt? Nunquid propterea ignominia eſt illis: quia reiecti ſunt? Aut nos iccirco aliquid amiſimus: qm̃ noſtra non fuerit reformatio admiſſa? Gratias agimus Deo, & maximas qdẽ: ꝙ vtrobiq; plurimũ lucrati ſumus. Nã & ſeruatũ eſt non ſine fœnore tã præclarũ cœnobiũ

religiõi

religiōi ſuæ: præfecto illi, viro doctrina, & probitate inſigni: & Dño imprimis, ac dño ipſi, ſupra modũ grato: & noſtri illi læti, atq; exultantes in ſua, vbi educati fuerant, monaſteria redierũt. Qua pp laudo vehemẽter, in tãto diſcrimine ita cõpoſitũ fuiſſe negocium: fateorq; ex animo, tñ reuera oẽm Camalduleñ. ordinem debere dignationi tuæ, q̃tum poteſt: meq; imprimis: qui niſi tua fuiſſem tanta cura & ſtudio, protectione munitus: nũq̃ attollere inter alios caput, nũq̃ lumina ipſa in aliquẽ cõiicere pre confuſione potuiſſem. Voluiſti inſuper: vt ab hac triũ miliũ aureoꝝ ſolutione pro rata portione immunis forẽ. Quod eo mihi ac familiæ oī gratius extitit: quo vltro id ac minime a nobis requiſitus exhibere dignatus es. Habuiſti rõnẽ pro tua miſeratiõe atq; pietate pecuniarũ: quas ſacra noſtra Eremus, tũ me præſidẽte, tũ ẽt anteceſſoribus meis, plurimas ꝓ ſuſtẽtatiõe ac defenſione monaſterii Angeloꝝ ſæpius erogauit. Ego quidẽ minime recuſaſſem, vel nũc quoq; indictã mihi portionẽ debiti perſoluere. Gratis tñ collatũ benefitiũ gratiſſime accæpimus: atq; eius rei gratia, immortales tibi gratias agimus. Muſitãt vero quidã: alii ẽt propalã murmurãt: tum ac de eã, q̃ Eremus ab hoc tributo, me (vt falſo opinantur) autore fuerit exẽpta: tũ aũt multo magis: q̃ tñ æris alieni diſſoluere ꝓ alieno delicto cõpellãť. Qui vero optime ſentiunt: & nouerũt q̃to diſcrimine periclitatũ ſit Angeloꝝ cœnobiũ: ſummis ꝓfecto, qd factũ eſt efferũt laudibus. Et merito quidẽ. Quis. n. gubernator, mõ is prudẽs ſit, ac rei nauticæ pitus: qui vbi tẽpeſtuoſo ac procelloſo mari naufragiũ metuit: nõ continuo q̃tacũq; ẽt iactura nauẽ redimat? Erat nauis hæc in medio mari: iactabať fluctibus: ita vt pene, mergereť: & non debuit triũ miliũ florenorũ ſolutiõe liberari? Quãdo præſertim in illius cõſeruatione totius ordinis decus ac ſalus ſita erat. Inſanire ꝓfecto mihi videtur: qui ſecus arbitrãtur: ac parũ ppendere: q̃ti æſtimandũ ſit, quod redimitur. Taceo, q̃ innumera pene bñfitia huic creditoꝝ ſatiſfactioni erũt obnoxia. Quare nõ video: cur quiſq̃ merito poſſit cõqueri ſe ſupra vires grauatũ iri: qñ ſumma hac pecuniaꝝ tot in partes diuiſa vnuſquiſq; modicũ quid tribuet. Quotus. n. quiſq; erit: qui biẽnio præſertim, vel facile, ſi voluerit pſoluere portionẽ ſuã nequaq̃ ſufficiat? Quod vero tantillo prætio adepti fuerint: nulla certe pecunia, nullis theſauris cõpẽſari poſſet. Bene itaq; oĩa fecit & prudens & pius dñs Protector meus. Retribuat tibi deus retributionẽ tuã: quã retribuiſti nobis: reddatq; mercedẽ laborũ tuoꝝ pro Camalduleñ. ordine: ſine quo proculdubio iã de illo penitus actũ foret. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Ianuarii. Mcccclxxxvii.

Franci. Picolhomineo. Cardinali Seneñſi protectori. LVIII.

c Vm eſſem nudius tertius in monaſterio Angeloꝝ: venit ad viſitandũ me clariſſimus vir Laurẽtius medices: tantaq; ſe mihi humanitate obtulit: adeo grato ſermõe cõgreſſus eſt mecũ: vt facile cognouerim, optimo illũ erga me, atq; ordinẽ aĩo eſſe: ſpemq; cõcæperim maximã: noſtri ſemp amantiſſimũ fore. Cõtentũ certe me reliquit: ac bñ de ſua in nos benignitate ædificatũ: cœpiq; mecũ attentius ppendere mutationẽ dexteræ excelſi: qui mihi amarum in dulce cõuertit. Verũ vt ſciat dignatio tua, nõ ficto aĩo ſe nobis obtuliſſe Laurentiũ: heri admonitus a priore Angeloꝝ, cupere illũ, me iterũ alloqui: cõtinuo

ad Angeloꝝ cœnobiũ me cõtuli. Cõuenit eo q̃primũ vir inclytus: atq; in cubi/culo mecũ ſedens, ſuo ac filii noĩe vltro Abbatiã. S. Michaelis de Arretio reſti/tuit mihi: & quidẽ nulla cõmendatario filio ſeruata penſione. Egi gratias tãtæ eius liberalitati: ac pro tã pio & ſancto ope plurimũ a me cõmẽdatus diſceſſit: data tñ prius nobis fide, ſe hac æſtate ad viſitãdũ Eremũ eſſe venturũ. Hũc eius optimũ erga nos animũ, vt ſuis litteris cõfirmare dignet̃. D. tuã colendiſſimã: oro enixius. Ad hæc Prior ipſe Angeloꝝ tanta me excæpit humanitate ac reuerentia: vt maiorẽ certe deſyderare nõ potuerim. Is me ſupramodũ ſæpius obſecrauit: vt ſe tuæ dignationi cõmendarẽ. Et qm̃ mei ſtudioſiſſimus eſt: ac ſingulari præter cæteros cũ Magnifico Laurẽtio familiaritate vtitur: precor te, vt tũ ſuis meritis, tũ meo noĩe, ſemper illũ habeas cõmendatũ. Vale. Ex Camaldulo Florentino. Die. xvii. Martii. Mcccclxxxvii.

Guidoni Priori Angelorum. LIX.

t Euerſus domũ his diebus, cõtuli me nudius quartus ad Sacrã noſtrã Eremũ: vbi pegi diẽ feſtũ cũ fratribus noſtris in honorẽ ſanctiſſimi patris Benedicti. Narraui deinde illis ſeriẽ oĩum: quæ acta p nos Florẽtiæ fuiſſent: & præcipue quãta nos humanitate bis fuerit allocutus Laurẽtius Medices: q̃ benigne ſe obtulerit nobis. Demũ retuli: q̃ bonæ ſpei nos plenos reliquerit, reformãdũ facile collapſum in Etruria ordinẽ noſtrũ ipſius patrocinio ac fauore: & q̃uo iam vltro Abbatiã Arretinã reſtituiſſet nobis. Dici non poſſet q̃ arrectis auribus: q̃ grato, hæc me cõmemorãte, excæpta ſunt aĩo. Vidiſſes tũc repletũ gaudio os eorũ, & linguã ipſorũ exultatione: collaudantibus deum oĩbus ac benedicentibus, quia feciſſet nobiſcũ miſericordiã ſuã. Debuiſſe ſe quidẽ ſemp Magnifico viro Laurentio: ſed nunc lõge oĩum maxime factos ei obnoxios, confeſſi ſunt. Tot, tantiſq; eius meritis deuinctos, ſine intermiſſiõe in ſuis orationibus, ipſius memoriã ſeruaturos. Cæterũ & de te quoq; mi frater q̃ pleno ore cũ iis ſermonẽ fecerim: nõ vacat ĩ præſentiaꝝ ſingula receẽſere. Te mecũ oẽs reconciliatæ tanti viri gratiæ autorẽ, te interpretẽ affirmant. Cõciliaſti tibi profecto vtranq; noſtrã tũ Eremi, tum Camalduli maioris familiã beneuolẽtia ſingulari: atq; haud mediocrẽ in te oẽs collocauerunt ſpẽ, conſeruandã per te ab inclyto viro in futurum, ac defendẽdã religionẽ noſtrã. Nouerunt. n. optime q̃ti te faciat: quippe qui ſis longe oĩum amicoꝝ cariſſimus: cũ illo vna educatus: ſecretorũ oĩum ac cogitationũ eius fidiſſimus arbiter. Tuum erit, nos ei frequẽtius cõmẽdare: vt arctius indies te intercedẽte, illius gratiæ ac beniuolẽtiæ copulemur. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Martii. Mcccclxxxvii.

Petro Gallo Eremitæ. LX,

i N articulo profectiõis meæ: & iam præcintus ad aggrediendum iter: vt Venetias me conferem: deeſſe nolui, quin ad te ſcriberem: vt quia pater tuus ſum, paterno te affectu admonerẽ: ſi forte adhortatione mea tuæ ſaluti cõſulere potuero: vt non tã habitu & loco, q̃ religione, ac pietate Eremita dicaris. Fuiſti olim ab añceſſoribus meis in ſacrã Eremũ noſtrã admiſſus: atq; coruio colore depoſito, ad cãdorẽ Camalduleñ. clemẽter recæptus. Cur ãt paucis mẽſibus poſt, reſumptis prioribus ĩdumẽtis, quæ tecũ e gallia tuleras, Ere/

mũ

mū reliqueris:optīe noſti.Rediiſti biēnio añ ad me,& qdē niger:petiſti ſupplex vt tui miſererer:iterūq; te ī Eremū accipem:neq; paterer, vt q tot tātiſq; itineribus huc,contendiſſes,fraudareris deſyderio tuo.Multa te ꝑterea,ex quo primū Eremo diſceſſeras,paſſum fuiſſe aduerſa aſſerebas:qbus,ꝓut ſentire videbaris, ad reuertendū vñ exieras,liqdo admonebaris.Eā te quoq; ī futuꝝ ductuꝝ vitā pollicitus es:adeo te religioſe ac humiliter in nr̄a hac ſolitudine cōuerſatuꝝ:vt de emēdatiōe tua,optimoq; bonoꝝ opeꝝ ꝓfectu indies forē gauiſurus magis. Ego,q peccare(vt aiūt)ī miſericordia,q̄ ī ſeueritate atq; iuſtitia ſæpius cōſueui: q̄q̄ alienæ ꝓfeſſiōis hoīes ad ordinē nr̄m admittere ſemp abhorrui:vtpote expertus ſatis,paucos admodū,q ſuā reliquiſſent,in nr̄a religiōe ꝓfeciſſe:placatus tñ precbus tuis:atq; humili tuo,mãſuetoq;,nec imprudēti ēt ſermone deuictus:feci tibi,ſicut petiſti:renitētibus licet cōpluribus,q te prius nouerāt,eremitis nr̄is ac neq̄q̄ bonā de tua in Eremo ꝑſeuerātia ſpē ꝑſe ferētibus.Subiturā me aliqñ, aiebant,penitentiā,q te recæpiſſem,Nimiū me eſſe facilem:ac pluſq̄ expediret: miſericordē & pium: Haud multo poſt periculū me facturū:an mihi vera prædixiſſent.Quamobrē nō poſſum non vehemēter dolere:cū ea audio de te:quæ minus expectatiōi meæ rn̄deant:quæ illos haud falſa vaticinatos fuiſſe, fidē faciant.Pauci reuera admodū ſunt:cū quibus đ te verba fecerim: qui bñ de te ſentire videant̃.Vacas(vt accæpi)quottidianis murmurationibus,ſuſſuratiōibus, detractiōibus:& eos q vitā illā pacis ac quietis amicā elegerūt,inquieto linguæ malo pturbas.Obloqueris de īſontibus:& amatores caritatis a ꝓximi dilectione conaris auertere.Graue peccatū:intollerandū:ingēs:& qd ipſe īprimis Dn̄s odio hēt:īſectat̃:vlciſcit̃.Et quō quæſo gratū atq; accæptū eē pōt deo ſacrificiū laudis nr̄æ:qñ in ipſa lingua,qua(ſicut ait apoſtolus)bn̄dicimus Deū & p̄rem, maledicimus hoīes qui ad ſimilitudinē Dei facti ſunt:Quō cōgrue pñt hæc fieri:vt ex vno ore ꝓcedat & bn̄dictio & maledictio:Si mihi mō vacaret: adducerem tibi īnumera Sacraꝝ ſcripturaꝝ teſtimonia:qbus facile noſſes, q̄maximas luerint pœnas:q pc̄m linguæ nō deuitauerūt.Sufficiat tibi mō fuiſſe a nobis admonitū:vt ponas cuſtodiā ori tuo:& oſtiū circunſtātiæ labiis tuis:& non delinquas ī lingua tua:qd licet modicū ſit menbrū:magnoꝝ tñ fuit ſæpiſſime cā ſcādaloꝝ.Si ita feceris:& freno rōnis ac timoris dn̄i cohibueris linguā tuā:erit tibi ſolitudo iſta paradiſus delitiaꝝ:humana & trãſitoria contēnes,oīa diuina: ac cœleſtia contēplaberis.Sin vero monita nr̄a paruifeceris:crede Generali parēti tuo,multa iā in adminiſtratiōe religiōis experto:nō poterit eē diuturnior ī Eeremo cōmoratio tua : & q̄diu ibidem vixeris, nunq̄ ſolitariæ vitæ dulcedinē degustabis.Vale.Ex Fonte bono.Die.viii.Maii.Mcccclxxxvii.

Petro Barrotio Paduano Epiſcopo.LXI.

m Onuerā nr̄os his diebus:vt ex iis,quæ hortus ferret,vbi primū maturēſcere inciperēt,primitias ad te mitterēt.Miſerūt itaq; heri me ignorante:qñ nūcius egreſſus ē e monaſterio :memores tm̄ prioris iuſſiōis nr̄æ.Neq;.n.ſine lr̄is meis quēq̄ adire te paſſus fuiſſem meo noīe.Grata tibi fuiſſe, quæ miſi,nequaq̄ miror:qñ & q miſit,nunq̄ tibi fuit nō gratus:& ex vili munuſculo, quod ad te miſſum eſt,id vtilitatis elicer̄ potuiſti:vt corpalem cibū in ſp̄ualem

cōuerteris:meq; ſuauiore,q̄ ego te,dulcedine paueris. Si ficus tibi,iuxta Hieremiæ verba,viſæ ſunt bonæ valde:hoc ex eo potiſſimū eueniſſe arbitror:ꝙ palato ſano omnia fere ſuauia videntur. Nam diligentibus Deū omnia cooperātur in bonum.Mihi vero plerunq;,dum ficus comedo, minus placēt:inſuauioresq;,& amariores illas ſentio:dum me cogunt meminiſſe, nos per eiuſdē pomi eſum,a Paradiſo delitiarū,contracta peccati macula,eiectos fuiſſe:ac amiſſa priore innocētia,preconfuſione culpæ admiſſæ,ex foliis ficus feciſſe nobis perizomata.Ne tñ amarum mihi in futurū videatur:quod creauit Dominus ad veſcendū ſuaue:ora eum pro nobis:vt memores incontinentiæ atq; elationis primi parētis noſtri,ſobrie ipi,iuſteq;,ac pieviuamus ī hoc ſæculo: expectātes beatam ſpē,& aduentum gloriæ magni Dei.Quæ vero ſeria tibi eueniſſe in enygmate ſcribis:minime intelligo. Niſi ꝙ,ſiquid tibi proſperū contigit,lætor plurimum tui cauſa.Vnum hoc tantum affirmauerim:maximū illud fuiſſe mutuæ noſtræ dilectionis teſtimonium: vt eodem temporis momento,tu opuſculum habueris in manibus,quod de Armenia tractaret: ego poma ad te Armeniaca tranſmiſerim.Vale Domine Colendiſſime.Ex Sancto Michae. Murani. Die.xviii.Iunii.Mccccl xxxvii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXII.

i Niiſti tandem per miſericordiā Dei,traditū inuito tibi epiſcopatū:Idq; ſumma totius Patauini populi expectatiōe & plauſu.Excæpit.n. heri te(ſicut mihi ab iis,qui interfuerunt,relatum eſt)ciuitas omnis lætabunda:atq; tripudians occurrit patri, paſtori,pontifici ſuo,in exultatiōe decantans.Benedictus qui venit in nomine domini.Et profecto neſcio:an multis retro ſæculis quiſq̄ huius vrbis epiſcopus,tāta omnium congratulatione, tā ſingulari futuri optimi regiminis ſpe,vnquā fuerit excæptus.Sit itaq;,ſicut gratus omnibus ac iucundus extitit,ita & pacificus ingreſſus tuus:ſit felix fauſtuſq;:vt quēadmodū ipſe ouium tibi creditarū non mercenarii ſed paſtoris habiturus es curā:ſic & illæ non alienū ſequantur,ſed te:ac tuo exēplo doctrinaq; in obſeruatione mādatorum Dei & religione proficiāt.Quod ſane futurū ſpero:cū preter merita tua vitāq; irreprehenſibilem,huius erga te plebis fidem cōſydero.Eo nāq; fructuoſius p̄eſſe ſubiecto tibi gregi poteris:quo ipſe te dilexerit atq; obſeruauerit magis.Cōfortare itaq;,& eſto robuſtus:neq; terrearis magiſtratus amplitudīe:qm̄ tecum erit Dominus:qui elegit te in ſacerdotē ſibi.Adhuc tumultus te adeuntium:ſtrepituſq; ingredientium atq; egrediētium exaudire mihi videor.Quāobrem differo de induſtria acceſſum meū ad te.Quia tamen hic diutius immorari non ſinor:viſitabo poſt biduū dignationē tuam.Vale. Ex monaſterio Porciliæ.Die.xxv.Iunii.Mccccl xxxvii.

Bernar.monacho.S.Mic.Murani.LXIII.

q Vod librū magnifico viro Dominico Mauroceno emendū curaueris:feciſti mihi rem gratiſſimā. Nā & ipſe prætermodū librū expetierat:& nos illi debemus longe maiora.De arreptitio vero:quē in ſctō Michaele,paucis diebus poſtq̄ inde diſceſſi, te p̄ñte a ſpiritibus immūdis lōge añ vexatū,ſacerdotis cuiuſdā adiuratiōe curatū ſignificaſti:mira ꝓfecto mihi diuinæ virtutis argumēta viſa ſunt.Seruat dominus fideliter:ac re ipſa nobis præſtat,quod olim pollicitus eſt.In nomine meo dæmōia eiiciēt.Interfuiſſem per

quālibenter

quam libenter:quemadmodum optaſſe te ſcribis.Quis enim non cupiat intuẽ
ri potuiſſe tam grande miraculum, ac noſtra ætate inuſitatum:quatuor dæmo
nia in adoleſcentis corpore litteras ignorantis,latino ac elegãti ſermone, itẽq;
gallico cum externam linguam penitus neſciret,loquentia:atq; ad imperiũ ſa/
cerdotis,manifeſtatis prius quibus vnũquodq; appellabatur nominibus,ſingil
latim ac deinceps,tria per os,vnum per ſeceſſum egreſſa?Terrere profecto iſta
malos debent:ad quorum emendationem, traditũ Sathanæ adoleſcentẽ exiſti
mo:vt vnius vexati exẽplo multi corrigant : tãtoq; formidoloſius peccare de
ſiſtant:q̃to grauius, ſpiritus Dei malus in peccatores deſcæuit. Sunt nãq; ſpiri
tus(ſicut in eccleſiaſtico legimus)q ad vindictã creati ſunt. Liberet nos Domi
nus ab incurſu huiuſmodi,& dæmonio meridiano,ſua pietate.Pro malo requi
eſcat ſuper nos ſpiritus domini bonus: Spiritus ſapiẽtiæ & intellectus:ſpiritus
cõſilii & fortitudinis: ſpiritus ſciẽtiæ & pietatis:& repleat nos ſpũs timoris do
mini.Cæterũ de vnione vr̃a futura minime deſperes.Nã & procurator,qui mo
do hoſpitatur apud nos,bono eſt erga vos animo ad priuilegiũ impetrãdũ: &
ego quoq; ipm̃ in hoc ꝓpoſito cõfirmaui.Iturus ſum poſt aſſumptæ in cœlum
beate virginis ſolennẽ diẽ Senas , ad viſitandũ protectorẽ nr̃m colendiſſimũ.
Cõmendabo ei inter cætera negociũ veſtrũ:vt congregationẽ veſtrã omni fa/
uore proſequatur. Vale.Ex Fonte bono.Die.xi.Auguſti.Mcccclxxxvii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXIIII.

s Iquis pſcrutari ſæpius ac intueri(vt ita dixerim)vtriuſq; nr̃m cogita/
tiões poſſet:inueniret, credo,certiſſime,iiſdẽ ſemp fere tpibus,eadẽ al
terũ de altero,mẽte tractare.Tãta eſt ĩter nos aĩourm cõcordia: tãta cõueniẽtia
ſtudiorũ deſyderiorũq;.Huius rei añ hac nõnunq̃ periculũ fecimus:qd tibi ex
cidiſſe,minime arbitror.Sed nunc quoq;,quid tale euenerit,accipe. Cogitauerã
Pataui,anteq̃ abs te diſcederẽ,cõferre tecũ lõge plura,q̃ feci:atq; ĩter cætera cõ
mendare tibi potiſſimũ negocia ordinis nr̃i:precariq;, vt accæpta, a me ptãte,
ſi qui forẽt in agro patauino,malos corriperes : atq; inhoneſtã ducẽtes vitam,
ad ſaniorẽ mentẽ vice mea cõuerteres.Verũ cũ te nouiſſime in palatium tuum
adiiſſem:accæpturus cũ benedictiõe cõmeatũ redeundi domũ: ita te adhuc oc
cupatũ atq; fatigatũ(queãdmodũ inter auſpitia tãti,recenter initi magr̃atus ſo
let accidere)tunc tpis inueni:vt ĩportunus merito atq; ineptus iudicãdus vide
rer:qui nullã multipliciũ negociorũ tuoꝝ habuiſſem rationẽ: ſi diutius tecũ cõ
greſſus fuiſſem:ſi onus adiicere onerato tẽtaſſem.Diſtuli itaq; ſignificandũ tibi
in tp̃s aliud:qd tũc animo voluebã:vt roboratus & corpe & ſpiritu:obductoq;
in excolẽda vinea tua alliquantulũ callo:in exercẽda quoq; nr̃a libẽtius pro me
nõ detractares laborem. Cunq; paululum adhuc ſuperſedere inſtituiſſem: ne te
improuida feſtinatione grauarem:ſubiiſti ipſemet ſponte tua onus: & anteq̃ te
inuocarem,dixiſti:ecce adſum. Præueniſti me in benedictiõibus dulcedinis: &
cooperari mecũ ad excidẽdos infructuoſos palmites,etiã nõ requiſitus cœpiſti.
In gentes tibi pro hac tã pia ſolicitudine & cura rerum noſtraꝝ gratias ago. Et
quoniã petiſti certior fieri,qũo hac in re animatus ſim:ex patẽtibus meis, quas
cũ his ad te mitto,plane tibi cõſtabit.Audatiorẽ me forte quis exiſtimabit atq;

imprudentem:ꝙ monachus epiſcopo vices meas commiſerim. Ego aũt nulla
alia ratione hoc tecũ præſumendũ cẽſui:niſi ꝙ fretus timore domini, cuius ſpi
ritu iamdiu te repletũ cognoui, nullum munus ep̃o indignum, te iudicaturum
mihi perſuaſi:quo ſaluti animarũ cõſulitur. Quãdo præterea tãtopere me ſem
per dilexiſti:vt alterum te, nunq̃ me non exiſtimaueris:quomodo aliter fiduciã
erga te meam, præ me ferre clarius potui:quã vt puſillum gregem, iampridẽ
mihi creditũ, qui in epiſcopatu tuo eſt, tuæ curæ fideiq; cõmitterem? Vt quoniã
inter oues tuas paſcitur:merito vnũ ouile & vnus paſtor cenſeatur. Vtar igitur
(vt ſemel finiam) aut ſi quibus magis plauerit, abutar cõfidẽter iis ad te verbis:
quibus vicarium ſuum, allocutum olim dominum ſcimus. Petre amas me? Pa/
ſce oues meas. Hoc mihi gratius nihil facere potes. Vale. Ex Fonte bono. Die
xi. Auguſti. Mcccclxxxvii.

Vrbano Abbati Claſſis. LXV.

V Nita fuiſſe abbatiæ Claſſenſi tria monaſteria: Sanctæ videlicet Mariæ
de Scardauilla. Sancti Saluatoris Forliuii:& Sancti Pauli Ceſennæ:læ
tus accæpi. Virtus ſiquidẽ vnita fortior. Non ſic cæteri cõgregationis Venetæ
prælati faciunt:qui nimia reſoluti quiete, oblata ſibi (ſicut te noſce arbitror) mo
naſteria, & quidem opulenta, contemnunt. Me quidem fere ad iracundiam pro
uocat hæc eorum incõſulta atq; irrationabilis tarditas: puſillanimitas:timor.
Audendum aliquãdo ſupra vires eſt:præſertim vbi maior lucri, q̃ damni ſe of/
fert ſpes. Excita & tu illorũ torporẽ:vt ſemel ex nidulo illo, in quo ſegnes diu/
tiſſime iacuerunt, tua adhortatione ad honeſtã predã euolent. Futurum eſt tem
pus:cum eos pœnitebit:tam nobilem, & vltro ſibi oblatã reſpuiſſe vniẽdæ Ab
batiæ Bergomẽſis occaſionem. Domnus Nicolaus tibi ſane afficitur plurimũ:
& haud minus libenter apud te, q̃ in monaſterio Carcerum vitã duceret:vbi ni
mirũ minus cõtemptus viuit. Horret tñ loci ſitum:ac cœlum inſalubre, ſibi
haud penitus bene valenti, maxime aduerſaturũ veretur. Vtilis proculdubio ti/
bi eſſet futurus, ad educandam præcipue nouitiorum tenellorum familiam:qñ
ita huiuſmodi monachorum laboramus inopia:vt vix centeſimus quiſq; ei ne
gocio idoneus reperiatur. Meo quidẽ iudicio, ſi qñ cõmode potueris aliquod
ex tuis manualibus ei cõferre:forte hoc vno ip̃m hamo capies. Vale. Ex Fonte
bono. Die. x. Octobris. Mcccclxxxvii.

Vẽturæ Abbati. S. Micha. Murani. LXVI.

I Ncertus adhuc:vtrũ peracto triẽnio tuo, cõtinuare magiſtratũ Abba/
tiæ per nouã monachoꝝ electionẽ p̃miſſus fueris:tanq̃ abbatẽ tñ te ſa
lutandũ duxi:perſuaſus haud inani opinione, & modo quoq; nõ aliũ
q̃ te parentem expetiſſe. Nõ eſſe etiam abbas, nullo pacto potes:qui in iſto mo
naſterio Lõge cæteris ætate ꝓuectior, merito ab iis ꝓ p̃re haberi debes. Et p̃r
eſt abbas. Non enim accæpiſtis (ait apoſtolus) ſpiritũ ſeruitutis iteꝝ in timore:
ſed accæpiſtis ſpiritum adoptiõis filiorum:in quo clamamus abba p̃r. Et alibi.
Q m̃ aũt eſtis filii dei:miſit deus ſpiritũ filii ſui in corda vr̃a, clamãtẽ:abba p̃r.
In quencũq; tñ electio facta fuerit: quid nũc velim, accipe. Confidit plurimũ
abbas Piſaurienſis:reſtitutum iri ſua opa, & interceſſione, nr̃o ordini cœnobiũ
Sanctæ Mariæ: quod in portu Piſauri ſitum eſt:ſi modo monachi Sancti Ma/
thiæ, ad quos benefitii huius collationem ſpectare pleno iure affirmat, coopa/
ri ſecum

ri ſecum minime recuſauerint. Hortatus ſum priorẽ: vt aggrediatur negociũ. Vt tu quoq; illi ſubiicias calcaria,ſuadeo:iuueſq; pro viribus. Sic currite,vt cõ/prehendatis. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxvii. Octobris. Mccccclxxxvii.

Venturæ abbati Sancti Michaelis Murani.LXVII.

f Actum eſt,vt ſperaui.Abbas in tertiũ triennium cõfirmatus es. Opto magnoperẽ: vt fœlix fauſtaq; ſit hæc adminiſtrandæ abbatiæ cõtinuatio:vt nõ n tã tibi ac familiæ tuæ profuturus ſis:verũ etiã oĩ cõgregationi. Det tibi dominus:vt facias eius voluntatẽ corde magno,& animo volenti: vt cum bene miniſtraueris,gradũ bonum acquiras.Meſſis quidẽ multa:& operarii tibi ſunt non pauci. Expectat dominus meſſis:vt mittas operarios in meſſem ſuã. Quid his innuã verbis:ſatis te intelligere arbitror.Nõ eſt bonũ eſſe hominẽ ſolum:dixit Dñs ad Adam.Et ego dico tibi.Non eſt bonũ eſſe cœnobiũ ſolũ:vbi in congregatione viuendum eſt,Creſcite ergo:& multiplicamini,Vbi volueris tu:poteris facile fieri multarũ gentiũ pater: & videre filios filiorũ tuorum vſq; in tertiã,& quartã generationẽ.Hoc tamẽ minime futurũ ſpera: donec vno in loco tantũmodo ſederis.Itineribus & mutatione locoꝝ opus eſt: vt ſalubritati corporis cõgregatõis cõſulatur.In itineribus frequẽter:dicebat apoſtolus: qui, vt multis ꝓdeſſet,nullũ laborẽ atq; fatigationem recuſabat. Benedictus ac Romualdus vexilliferi nr̃i,quot pagrauerũt regiões? Quot ædificauerũt ac reformauerũt monaſteria?Taceo reliquos:qui chriſti atq; apoſtoloꝝ ſecuti veſtigia, circuierũt ciuitates & caſtella:donec vixerũt.Et ne te multis morer:qñ hæcoĩa optime noſti:vade:& tu fac ſimiliter. Vale.Ex Fonte bono.Die.v.Nouembris. Mccccclxxxvii.

Zanobio monacho Caſſinenſi.LXVIII.

o Rauit me ſæpius Hilarion patruus tuus:vt ad confirmandũ te in ſcõ vitæ regularis inſtituto,qd pauloañ profeſſus es,aliquid ad te ſcriberẽ nõ ꝙ te meis monitis indigere arbitrarer: ſed vt,veluti ſubiectis ſpõte currẽti calcaribus,feruẽtius excitareris ad brauiũ ſupnæ vocatiõis.Et licet minus,q̃ is, mea te adhortatione opus habere,exiſtimarẽ:ſcriptuꝝ me tñ pollicitus ſum petenti.Nã & te ita in Dei ſeruitio animatũ audio:vt ſupfluo quicq̃ ad te adhortandũ,mihi ſcribendũ ſit:& eã es Dei nutu cõgregationẽ ingreſſus:ĩ qua tibi nihil minus,q̃ optimos inſtitutores atq; præceptores deſunt:quoꝝ cõſilio & autoritate,ac ſanctimõia nitaris.Eos ſi ſecutus fueris duces:atq; ad illoꝝ exẽplar,mores tuos vitãq; formaueris: facile ꝓbus ac pfectus poteris monachus euadere: nec meas,aut cuiuſq̃ alterius epiſtolas,quibus monearis,deſyderabis. Vale.Ex Fonte bono.Die.x.Nouembris.Mccccclxxxii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXVIIII.

v Enit ad me heri primis fere tenebris homicida ille Cyprius:veſtimẽ/tis ſæcularibus indutus:&(vt mihi viſus eſt)mentis inops.Siquidem diſcumbens cum conuiuis aliquot laicis ad menſam,intercommedendum(vt mihi poſtmodũ miniſtri domeſtici retulerunt)iactare ſe cœpit de perpetrato facinore:gloriatus,ꝙ male fecerit:& exultans in rebus peſſimis. Diſſimulaui tñ vſq; mane:neſcire me quid egiſſet. Vbi vero primũ lux orta eſt:iuſſi eum compedibus vinctum in cuſtodiam trudi. Huius rei te admonendum duxi:vt ſci/

res tradidiſſe dominum,impium in manus meas:& ſi in eum ſentẽtiam tuliſti, reſcriberes:quo ipſum ſupplicio puniendũ decreueris.Multum ſe per internun cios cómendauit nobis:& vt ſui miſeremur orauit.Quãtum ad me attinet:ſer/ uabitur in carcere diutius,ꝗ voluerit.Scripſi ad te his diebus prolixiores litte/ ras perquendam monachum Carcerũ.Quocirca his modo breuioribus contẽ tus eris.Tantũ peto:vt memoriam mei ſerues in orationibus tuis.Vale.Ex fon te bono.Die.xiiii.Nouembris.Mcccclxxxvii.

Bernardino Monacho Sancti Michaelis Murani.LXX.

n Oluit dominus,vt in montem aſcenderes:quia forte de illis erat tibi futurus montibus:de quibus ſcriptum eſt.Omnis mons & collis hu/ miliabitur.In vallẽ vocauit te deus:vt abundes frumento:& adipe frumenti ſa ciet te.Neſcis:quia dominus humilia reſpicit:& alta a lóge cognoſcit? Poteris nihilominus, ſi volueris,ex valle mons fieri.Qui ſe humiliat,exaltabitur.Inter mundi huius turbines cóſide in domino:& eris ſicut mons ſion.Eſto innocens manibus & mundo corde:& aſcẽdes in montem domini:ac ſtabis in loco ſan/ cto eius.Scire cupio quid egeritis de negocio Bergomenſi & Vangatitiæ:& an pluris feceritis inanem quietem,quam fructuoſum laborẽ.Vtinam eſſem apud vos:quod indies magis opto.Non deeſſem profecto vobis ex animo:ac proui ribus labenti ſuccurrerẽ vobiſcum religioni noſtre.Si me deſyderatis : vim fa/ cite deo precibus veſtris:vt me ad vos viſendos impellat.Vale.Ex fonte bono Die.xv.Nouembris.Mcccclxxxvii.

Guidoni Priori Angelorum.LXXI.

p Etis a me prolixioribus litteris:vt ſi ita mihi viſum fuerit:tibi ac mo/ nachis tuis mutationem formæ habitus noſtri permittã. Si quidẽ aſſe ris multis rónibus,tum honeſtius tum cómodius tibi videri ſcapulare latum diſcinctũqꝫ:quo & monachi.Sanctæ Iuſtinæ & montis olиueti vtuntur: ꝗ ſtrictius atqꝫ precintum de ferre:quod & nos facimus,& pleriqꝫ alii.Ego qui dem ſuper hac re paucis tecum agam.Neqꝫ enim modo quod gratius,quod re ligioſius,quod ve decentius ſit,diſputandum cenſeo.Hoc tãtum quod ad me attinet,tibi reſpondeo:vixiſe me per quinqꝫ et viginti annos in ea habitus for ma:qua & ſacra Eremus,& nobiliora ordinis monaſteria per annos quingen/ tos abſqꝫ intermiſſione vſa ſunt.Et quoniã ſcriptum ſcio.Ne tranſgrediaris ter minos:quos tibi poſuerunt patres tui:hanc tibi ſignifico eſſe meam conſtantẽ firmãqꝫ ſententiam:in eo me conſtituiſſe viuere ac mori habitu , quem hacte/ nus detuli . Quã enim nos in præſentia cucullã vocamus:licet maioris(vt ſcri bis)ſumptus ſit,vt duplicem quiſqꝫ habeat:& faſtidioſum iudicio tuo videat᷑, totiens die noctuqꝫ illa indui exuiqꝫ oportere:ab omnibus tamẽ vbiqꝫ ſummo pere laudari audiui,& Venetiis imprimis:vbi precæteris noſter Camaldulẽſis habitus & grauiſſimus & honeſtiſſimus ſemper exiſtimatus eſt.Si qua tamẽ in ordine mutatio facienda eſt:referendum hoc conſiliũ ad Generale Capitulũ ar bitror: vt quemadmodũ dicitur,qd omnes tãgit ab omnibus cóprobet᷑.Petiſti a me edoceri,qd ſentirẽ:ecce rñdi tibi.Dñs aũt & in hoc & in oibus ſit ſemp te/ cũ:vt nihil incóſulto eo in nr̃a religione innoues: varies:ꝑmutes:ſed quæ pla/ cita ſunt ei,facias ſemp.Vale.Ex fonte bono.Die.xvi.Nouẽbris. Mcccclxxxvii.

Petro

Petro Domitio Sacerdoti.LXXIII.

P Etis a me Petre cariſſime: vt litteris tuis,quas nudius tertius dediſti
ad me,manu propria reſpondeam.Deeſſe itaqꝫ nolui, occupatiſſimus
licet,ac plurimis diſtétus curis:quin tibi vtcũqꝫ ſatiſfacerem. Accipies ipſe ver
ba mea eo animo:quo ſcripta fuerint:& libertatem ſermonis mei pluris facies,
q̃ ſuſpectam adulationẽ.Scriptum enim noſti.Loquimini veritatem vnuſquiſ/
qꝫ cum proximo ſuo.Ingreſſum religionis improbare põt nemo.Si quidẽ per
eum ad perfectionis cacumen facile quiſqꝫ conſcendit.Si vis pfectus eſſe: vade
vende omnia,quæ habes:& da pauperibus:& habebis theſaurum in cœlo: &
veni ſequere me.Conſydera quæſo ſaluatoris conſilium:ac vim verborum dili
genter expende.Vende omnia:& da pauperibus:vt habeas theſaurum incœlo.
Non vult dominus:vt quæ nobis in hoc ſæculo cõtulit,bona inutiliter diſtra/
hamus.Abſit autem:vt ſuaſerit,beneficia eccleſiaſtica temporalibus oblationi/
bus cõmutanda.Sed quid monuit prudens & pius dominus?Eroga in paupe/
res,quæ poſſides temporalia:& a me pro iis accipies æterna.Parum quid dan
dum indigentibus conſulit: vt illud cum maximo fœnore paulopoſt reddat.
Vide preterea:quod ſequitur.Veni:& ſequere me.Chriſtum ſequimur (vt ego
ſentio) non pedum greſſu,ſed morum ac vitæ imitatione.Inuitat ad ſe imitan
dum:qui prius cœpit facere poſtea docere.Quid autem inter cætera fecerit: ar
bitror te & hoc apud Ioannem legiſſe.Cum cognouiſſet,inquit,Ieſus: ꝙ veni/
rent iudæi:vt raperent eum:& facerẽt eum regem:fugit in montem.Cur hoc,
quæſo:niſi vt nos inſtitueret exemplo ſuo: vt qñ ipſe rex regum & dominus
dominantium præeſſe videri in hoc mõdo noluit:nos quoqꝫ longe magis trã
ſitorias fugeremus dignitates.Humilis venit:humilium conuerſatione dele/
ctatus:qui humilia reſpicit:& alta a longe cognoſcit.Quãobrem mi petre,ne
te multis morer:ſi Chriſti Ieſu veſtigia ſequi deſyderas:non mihi quæ,habes,
ſed ipſi offeras:aut certe in pauperes diſtribue.Si Abbatiã aut prioratum appe/
tis:primum quidẽ cõſulo:vt hanc ex animo(quod tutius eſt) cogitationẽ abii
cias.Si tñ eius rei titillat animus:& bonũ opus deſyderare tibi videris:vt prius
monachus efficiaris ſuadeo:vt cum per multos annos in regularis vitæ obſer
uatione probatus fueris:poſtq̃ diu ſubeſſe didiceris:conſequenter præeſſe me/
rearis.Hæc tecũ Petre maturius delibera:quæ ꝓculdubio ea animi ſynceritate
a me prolata ſunt:vt maiore non poſſint.Vnũqꝫ apertiſſime ſcias velim:nullã
ſuper hoc noſtro monaſterio ſpem ponas:quoniam q̃tum adhoc attinet nullo
pacto tibi,aut alteri cuipiam morem gerã.Vale.Die.v.Decẽbris.Mcccccxxvii.

Guidoni Priori Angelorum.LXXIIII.

A Vdieram iandudum viros doctiſſimos,ac variis diſciplinis imbutos,
in Angeloꝝ monaſterio publice docere.Fuit mihi cordi plurimũ hæc
noua in iſto cœnobio inſtitutio.Siquidem mihi,haud immerito perſuaſerã fo/
re: vt reformata Angelorũ domus in iis,quæ ad Dei cultum ac uitæ regularis
obſeruationem pertinent:per hanc docendi tum monachos,tum aduentantes
laicos occaſionẽ longe clarius ac ſplẽdidius eſſet illuſtrãda.Nemo tñ ad eã vſqꝫ
diẽ qua te nouiſſime adii,mihi retulerat:id operis in templo ipſo fieri. Ingreſ/

ſus itaque tunc de more domum dei, miratus ſum valde, repletum laicorum ſedilibus chorũ: oratorium in gymnaſium mutatum: ſedem iuxta altare philoſopho traditam, quæ ad concelebranda ſacroſancta miſſarum ſolénia, ſoli ſeruata eſt ſacerdoti: orationis deniq; & pſalmodiæ peculiarem manſionem, ſcolam ſæcularium atq; auditorium factam. Quãobrem cum tecum non potuerim coram, quid ſentirem, conferre: deeſſe nolui: quin te modo paterno meo iure admonerem: p hoc futurum ſperans: vt qui me hucuſq; haud repugnãter audiſti: nunc quoq; conſilium meum facile admitteres. Audiui a ciuibus magnæ auctoritatis viris: nulla alia tantum cauſa, monaſterium iſtud in ſumma fuiſſe totius populi veneratione: q̃ ob arctiſſimam ipſius clauſuram: qñ vix pauciſſimis dignitate preſtãtibus patere ſolitus ſit chori ingreſſus. Et merito quidem. Oratorium (ait Sanctiſſimus pater noſter Benedictus) hoc ſit, quod dicitur: nec ibi quicq̃ aliud geratur aut condatur. Et infra. Ergo qui ſimile opus non facit: non permittatur expleto opere dei remorari in oratorio. Vides etiam monachis interdictum ex inſtituto regulæ chorum: niſi iis tãtũ qui orare voluerint? Habes domum latiſſimam: in qua ſunt complures ad docendum & cõmodi & decentes receſſus. Vtãtur illis pro arbitrio vobiſcum laici: modo cum eis communis vobis nõ ſit ſacratiſſimus totius monaſterii locus: & cui ſumma ab omnibus reuerentia debetur. Non eſt magnum: ſi tibi ac tuis laici chorum cedant: cum tu ipſis reliquũ omne cœnobium tam benigne ceſſeris. Comedat te zelus domus dei. Neq; prætextu boni decipiaris: nolle te eiicere diſcentes in templo: cũ dominus eieciſſe vendẽtes in templo legatur. Ego quidẽ hoc dicere auſim. Siquis ex iis, quos prædicatores vocant, ibidem frequentius euãgelizaret verbum dei: id me minime probaturum: ne altare illud venerandum, & chorus ſingularem redolens ſanctitatem, conuenientibus ad audiendum vileſceret. Hoc certe in noſtris monaſteriis nunq̃ vſurpatum agnoui. Hoc ipſe nulla ratione permitterem. Hoc, ex quo huc veni, a multis improbari audiui. Templum domini, inquit propheta: templum domini: templum domini eſt. Quãobrẽ ſi me amas: ſi deum times: non ſit laicorum, quod domini eſt. Transferantur ſedilia in aliã monaſterii partem: conſtituatur alibi præceptoris gymnaſium. Vos autem deo dicati, in eccleſiis benedicite Domino: & in templo eius omnes dicant gloriã. Vale cũ familia omni: & pro afflicto parẽte ora. Ex Camaldulo Floren. Die. vii. Decẽbris. Mcccclxxxvii.

Balſarino Bergomenſi Doctori. LXXXV.

c Onciliaſti tibi iam pridem beniuolentiam meam, ac filiorum meorũ Sancti Michaelis Murani, Balſarine cariſſime: cum in eodẽ cœnobio erudiẽdæ tenerioris ætatis curam ſuſcæpiſti. Ex quo tẽpore mihi nũq̃ excidere potuit: quo affectu, qua diligentia & cura, tunc omnes docueris: ita vt non minora ſemper dederis amoris, q̃ eruditionis inditia: eodẽq; in te ſtudio, doctrina cum pietate certauerit. Quo circa perſuadere mihi non poſſum: eſſe te modo alium erga illud monaſteriũ: q̃ olim, cum in eo habitabas fuiſti. Omni enim tẽpore diligit: qui amicus eſt. Et caritas nunq̃ excidit. Hac itaq; concæpta firma de te ſpe atq; opinione, cõmendo tibi negocium Abbatiæ Bergomenſis: quod ſcio te non latere. Si qñ tibi per occupatiões licuerit: adi, obſecro monachos illos

los meos,tuos noſtros:& ſi quos ad aggrediendam prouintiam tepidiores, ac nimium ſuæ quietis ſtudioſos inueneris:excita eos tua illa pia ſolicitudine, atq; inſita tibi efficatia ſermonis.Argue: obſecra:increpa,oportune, importune: tum iure ipſo amicitiæ:tum mea admonitione. Offer illis operam & interceſſionem tuam,ſi opus fuerit,apud Bergomēſes tuos: apud quos poſſe te audio, quantum vis . Confido ſane de te:ꝙ vbi appoſueris manum tu : omnia fœlici euentu,ſumma cum feſtinatione,cōcludenda ſint.Mihi ſane hoc tēpore gratius ac religioni noſtræ vtilius facere nihil potes.Vale.Ex Camaldulo maiore.Die. xvi.Ianuarii.Mcccclxxxviii.

Bernardino monacho Sancti Michae.Murani.LXXVI.

m

Enſe octobri proxime præterito,adducta eſt Florētiam ex Aethiopia Camelopardalis:ad Florētinum Dominium a Soldano miſſa . Quæ ingreſſa vrbem:maximo totius populi concurſu atq; tripudio excæpta eſt.Mirandum omnibus ſpectaculum præbuit,vix antea in Italia eiuſmodi animal viſum.Manſuetudine quidem,oui ſimile:collo autē equo:pedibus,& cruribus,boui:Camello,capite:albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Vnde(quēadmodum Plinius in octauo libro de animalibus teſtatur) Camelopardalis latine,Nabuna vero æthiopice appellata. Statura quoq; ꝓcera eſt:ita vt ſeptē ſit brachioꝶ altitudinis. Erecto incedit collo:nullā feritatē præſeferens:ſed ſingulari potius aſpectu conſpicua . In ingreſſu etiam alternos ex vno tantum latere mouens pedes.Hanc,cū ante duos menſes eſſemus Florentiæ,& ipſi vidimus ad noſtrū vſq; monaſteriū,vbi morabamur,ꝑductā noſtri gratia.Nactus pauxillulum ocii:huius te reivolui facere certiorem.Et vt eā ex pictura,qualis ſit facilius noueris:ære īpreſſam cū his ad te litteris mitto.Vale.Ex Camaldulo maiore.Die.xxiiii.Ianuari.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori..LXXVII.

r

Euerſus Peruſia his diebus venerabilis frater noſter prior Sancti Seueri:reddidit mihi litteras dignatiōis tuæ: quibus binis meis,quas ei per Arretinum abbatem trāſmiſeram,prolixius reſpondit. Quod nō ſine lachrymis noſtras illas perlegeris Dn̄e Colēdiſſime : hoc ex limpidiſſimo caritatis tuæ fonte,ac ex viſceribus miſericordiæ,proficiſci nō dubito.Indoluiſti vicem meam cæteris amplius:præ cæteris me diligens magis , tua pietate. Et ſcit Deus,quia non mentior: ꝙ ægrius tuli hoc ſcandalum tui gratia : cui ex quo protectionis munus ſuſcæpit,neſcio an aliquando lætum aliquid ſignificatum ſit.Quottidianis fere epiſtolis triſtiſſima quæq; ac moleſtiſſima īmerenti Domino meo hucuſq; nūciaui:eumq; de die in diem dolorum atq; anguſtiarū mearum participē feci.Dedit vas(vt aiunt)qd incluſum ſeruauerat vinum:nec potuit amaritudine repletum os,dulcia verba proferre . Quamobrem peto & obſecro:vt mecū ferat æquo animo huius adminiſtrationis pondus:& ſub vmbra alarum ſuarum protegat imbecilitatem meam. Negocium Abbatis Arretini curari abs te ſolerti examinatiōe:certiſſime noui.Et eſt reuera tale:vt exactiſſime perueſtigari debeat.Scripſi de illo optima conſcientia:quid ſenſerim: quid cognouerim.Nec inficior,quia falli potui,vt homo:quādo(vt ſcribit dignatio

tua) & Dominus a diſcipulo decæptus eſt: & a puero Giezi, propheta. Sed quoniam amicã eſſe, aiunt, temporis, veritatem: facile mihi fore perſuadeo: vt ſi futuro hoc iudicio conſtare liquido ac diſcerni verum minime potuerit: diuino nutu aliquando palam fiat. Nihil enim occultum, quod non reueletur: & abſcõditum, quod non ſciatur. Interea haud alium ipſum exiſtimabo: quam meis ſuperioribus teſtatus ſum: memor quid acciderit Ioſeph: quid Suſannæ: quid ſepties percuſſæ: quid Romualdo noſtro. Vnum ſciant colligantes iſti: quoniã Deus non irridetur: ſed quæcunq; ſeminauerit homo, illa & metet. Qui in carne, corruptionem. Qui in ſpiritu, vitam æternam. Qui vero ſpopondit pietas tua: ſe in omnibus rationem habituram, exiſtimationis, honoris, & auctoritatis meæ totiuſq; religionis: gratias ago, quantas poſſum, pro hac eius optima erga nos voluntate. Vale. Ex Camaldulo maiore. Die. iii. Martii. Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXVIII.

n On eſt viſum iudicibus commiſſariis bona, atq; honeſta de cauſa, quã & ipſe probaui: vt in cauſa Arretini Abbatis in teſtem admitterer. Suaſerunt tamen: vt quid de illo noſſem, ad dignationem tuam conſcriberem. Ego autem cum ſatis poſt exortum ſcandalum compluribus meis epiſtolis id fecerim: ſuperfluum exiſtimo quicquã modo repetere. Odioſa etenim, aut certe minus grata eſſe conſueuit, importuna cuiuſquã laudatio: & inuidiam potius commẽdati meritis, quã fidem parit. Quia vero eorum monitis acquieſcendum tutius arbitratus ſum: & hanc quoq; paucis ſuper hoc negocio epiſtolam ſcribo. Referre ſe poterit pietas tua ad ea: quæ ſuperioribus meis teſtatus ſum: ne prolixiorem denuo retexere hiſtoriam cogar. In illis enim nihil nõ ſumma conſcriptum veritate inueniet. Hoc itaq; de Abbate (quantum tamen illum humano captu & ingenio mihi noſſe licuit) teſtimoniũ fero. Vixit apud me annis ſex & menſibus duobus, maxima ſemper grauitate & modeſtia: ĩ omnibus optimam præſeferens voluntatem: ita vt abhorruiſſe ſine intermiſſione malos ac vitiis nefariis deditos viſus ſit. In clauſtro vita eius omnis regulariter acta, cæteris coæuis ac iunioribus ſingulari beneuiuendi exemplo fuit. Ieiuniis nocturniſq; vigiliis, nemo illo plus indulſit. Frequens ei fuit ad templum aditus: & ſacerdos factus, quottidie fere miſſam celebrauit. Atq; vtinam tales nunc forent iuniores clauſtri: quales erant tunc: cum inter illos ipſe morabatur. Vtinam ego ipſius opera in adminiſtratione rerum temporalium minime indiguiſſem: vt eius cura, & ſtudio, ac optimo viuendi inſtituto, infrenis puerorum noſtrorum petulantia, minus laxiori vitæ indulſiſſet. Quid facerem tamen? Commendanda erat alicui & fideli, & prudenti, domeſticarum rerum diſpenſatio. Alius occurrebat nemo: qui mihi eo magis placeret: in quo amplius confiderem: quem deniq; ad id operis idoneum magis futurum ſperarem. Et non ſum falſus opinione mea. Eductum nãq; de clauſtro, totius domus curæ, & diſpenſationi rei familiaris præfeci. Vbi ſuo ingenio, prudentia, conſilio, breui effecit: vt carus eſſet omnibus atq; amabilis. Laborauit mecum in gubernatione familiæ præcæteris omnibus: eumq; ſe in exequendis mandatis meis, curandiſq; negociis, tum domi, tum foris exhibuit: vt ſæpiſſime ingenti non ſolum mihi

lum mihi

ſum mihi, verum & aliis fere omnibus admirationi fuerit. Non me ſinant mẽ/
tiri domeſtici mei: qui illum olim mecum ſæpius admirati, ingrata modo ne/
ſcio qua mutatione, inſignibus contumeliis perſequuntur. Dicam domine co/
lendiſſime, quod ſentio: quod expertus ſum: quod vidi oculis meis. Si mẽtitus
fuero: nunquã propitius ſit mihi dominus. Talem ſe iunior præſtitit in admi/
niſtratione domus meæ: ea fuit ſemper in adoleſcente ſenectus: vt ipſum non
modo honorabilem omnibus: verum etiam (ſi mihi credis) verendum pene
fecerit. Nihil fere aliquando aliis imperauit: ad quod ipſe prior non appoſuerit
manus. Nullum vnquã vel vile atq; humile miniſterium ſe indignum exiſtima
uit. Videre illum ſæpiſſime licuit: nunc hortulos colere: nunc ſyluas excidere:
nunc teneras plantare abietes: colligere fœnum, ac reponere: habere armento/
rum ac gregum curam: in omnibus deniq; maiore fatigari ſolicitudine, q̃ con/
ducti mercede conſueuerint. Laceratas vt plurimum ob iuge exercitium ac cal
lis obductas geſſit manus. Et cum hæc & alia id genus faceret: nunquã tamen
propterea gratiam, atq; (quod magis ſemper miratus ſum) autoritatem ami/
ſit. Vbi aderat ipſe: vix mea aliquãdo preſœntia cuiquã ad diſciplinam neceſſa
ria extitit. Erat ei diuino munere animus par tantæ adminiſtrationi. Neq; illi
ingenium meo iudicio defuit: ita vt ſi ei litterarum peritia acceſſiſſet: non dubi
tarẽ ipſum plurimis quos ego ex noſtris haud paruæ exiſtimationis noui, compa
rare. Verum cum ſit vita innocens omni doctrina præſtantior: ad componen/
dos ac reformandos mores totum ſe ſe addixit. Hæc iccirco commemoraue/
rim: non vt Abbatem ipſum laudibus efferam (neq; enim id nunc ago) ſed vt
miretur nemo: ſi talia agens, ac ita ſe gerens, tantam apud me inuenerit gra//
tiam: ſi haud facile aduerſariorũ eius criminationibus aſſentior. Poſſibile quidẽ
fuiſſe non abnego: vt ſimulare mecum tot annos potuerit ſanctitatem: vt non
ſpiritu ambulans, deſyderia carnis perfecerit. Sed ſi quod nos latet, coniecturis
aſſequi licet: obiectis ſibi criminibus, ipſum penitus innoxium atq; immu//
nem puto. Animaduerti iam pridem, cœpiſſe ipſum haberi odio, hac primum
de cauſa: q exigentibus ipſius meritis a patre plus cæteris amaretur. Deinde ſic
promeritus de me: ac indies de virtute in virtutem ſuccreſcens: abbas me in//
tercedente effectus: multis maiorem inuidiæ atq; odii fomitẽ miniſtrauit. Nec
mirum profecto. Quo enim non penetrat liuor improbus? Teſtes ſunt primi
illi in orbe fratres: quam habeat vim alienæ fœlicitatis dolor: quã acriter men
ti inſideat: ita vt alter, alterius cruẽta ſemetipſum cæde fœdauerit. Inuidia Eſau
germanum vterinũ perſequitur. Inuidia vix ereptus morte Ioſeph, a fratribus
venditur. Et ne ab ea vel Sancti ipſi immunes aliquando fuiſſe videantur (ſiqui
dem & in angelis ſuis Deus reperit prauitatem) Aſcendã ab Aquilone: ait ille,
qui mane oriebatur: & ero ſimilis altiſſimo. Apoſtolos quoq; hac penitus cul/
pa minime vacaſſe legimus. Et audientes decem, inquit euangeliſta, indigna/
ti ſunt de duobus fratribus. Verum ne Dominum meum pluribus obtundam:
vnum hoc tantum vt ſemel finiam, conſtanti ac firma aſſeueratione teſtabor. Si
quæ de Arretino ſcripſi abbate, tum his, tũ aliis meis ſuperioribus litteris, quas
ipſe ad dignationem tuam detulit: repugnante conſcientia prolata ſunt a me:

vt aliud de illo ſentiens, aliud enarrauerim: effundat ſuper me Dominus iram ſuam. Habes Domine Reuerendiſſime multorum teſtimonia, inuicem (vt arbitror) diſſidentia. Quibus magis adhibenda ſit fides: viderit pietas tua. Ego ad neutram partem obſtinatius ac plus iuſto inclinans: donec lata ſententia fuerit, orationi inſiſtam: ſi forte miſericors Dominus, & iuſtus, iratus malis meis, id hac in re ſtatuere dignetur: quod ſaluti omnium: quod religionis honori: quod meæ demum paci ac quieti expediat. Vale. Ex Camaldulo maiore. Die. xii. Martii. Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhominieo Cardinali Senenſi Protectori. LXXIX.

v Ide quæſo Domine mi: quid agant curæ graues. Obliuiſci interdum eorum cogunt: qui ſunt nobis cariſſimi: quos vnice diligimus: veneramur: colimus. Sed non eſt mirum: quando illis acrius præmētibus noſtri quoq; ipſorum obliti videmur aliquando: ac mente excedentes. Nunquã pro nobis maiore ſolicitudine, quã anno iſto, fatigatus es: nunquã paſſus grauiora: nunquã de me, de domo mea, de vniuerſo ordine meritus magis: & nos e diuerſo nunquã fuimus minus grati. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus accipere. Quod longe ſecus accidit dignationi tuæ. Laboraſti multũ: & intuliſti parum. Valeant curæ: valeãt vrgentiores animi cruciatus: qui etiã inuitis nobis ex Letheo flumine poculum ſubminiſtrant. Confido tamen in domini mei bonitate, atq; clemētia: qui nihil aliud a nobis exigit, quã amorem, ac pietatem: quod admiſſæ in eum culpæ facile veniam daturus ſit: xenniolumq; annuum, ſerotinum licet, haud quaquam de obliuioſi tarditate ſubmurmurans, etiam prōpto animo accæpturus. Quod vt faciat: humiliter ac flexis genibus peto. De me vero ita ſibi perſuadeat: poſſe quidem euenire aliquando: vt priuato alicui meo erga illum offitio, ob varias (vt fit) moleſtias animi, immemor factus, minus tempeſtiue ſatiſfacturus ſim. Nunquam tamen fore arbitretur: vt me ſeruulum ſuum, vel ad momētum temporis, eius capiat obliuio: cui præ cæteris omnibus debeo. Atq; vt haud iniuria propheticum mihi vſurpem ſermonem: Nunquid obliuiſcitur virgo ornamenti ſui: & ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? Aut obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum: vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illæ oblitæ fuerint: ego nunquam obliuiſcar tui. Vale. Ex Camaldulo maiore. Die. xvii. Martii. Mcccclxxxviii.

Benincaſæ Priori Pratalis. LXXX.

g Audere cum gaudentibus: flere cum flentibus: Paulus admonet. Eius tu non aſpernatus conſilium idem mecum agis. Vtraq; fortuna fidelem te mihi exhibes filium: & tranquillo, & tempeſtuoſo mari, ſecundoq;, & aduerſo vento mecum nauigas. Congaudeo huic pietati tuæ: faciſq;, quod mihi eſt apprime gratum: vt multis ex cōdiſcipulis tuis abeũtibus retro, ac mecum iam non ambulantibus, tu magiſtrum non deſeras. Memor es mei etiam abſens: & hac tua mei memoria valde oblector: quod fieri propterea exiſtimẽ, vt ores pro me iugiter: ſiſq; mihi adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Tentat

Tentat me dominus, an diligam eum: ac meã nõ parum imbecillitatẽ præmit: ita ut haud mendaciter illud Naſonis meum faciam. Sic me debilitat ſeries immenſa laborum: Ante meum tempus cogar vt eſſe ſenex. Præſſus tot annos grauiſſimis Florentinorum impoſitionibus: multaq; ac varia per idem tempus pro religione ſatis infeliciter aggreſſus negocia: quod reliquum erat, demum expertus ſum, domeſticum malum. Exercet dominus ad patientiam imperfectum meum: quem precor quotidie, ne ſuccreſcentibus indies aduerſitatibus, abundantiori triſtitia me abſorberi permittat. Et tu pro me ſimiliter facias. Vale. Ex Camaldulo. die. xxii. Martii. Mcccclxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXXXI.

ſI tarditas temporis: quo tibi meæ, poſtq̃ conſcriptæ ſunt, reddun/tur epiſtolæ: locorum diſtantiam, non tabellariorum ſegnitiem indicaret: putari merito poſſet: Patauium, ſitum eſſe vltra Sauromatas, aut in alia extrema orbis parte. Sed ago gratias deo: q; vel tarde ad te perferantur: vt intelligas id fieri non mea negligentia, ſed aliorum potius: qui mihi in reddendis litteris, minus diligenter inſeruiunt. Nihil eſſe in rebus humanis, quod epiſcoporum miſeriæ comparari queat: experiri te certiſſime confiteris. Et ego facile ſententiam tuam probo: hoc generaliter de omnibus, qui in ſublimiori gradu conſtituti ſunt, affirmans: quo quiſq; pluribus præeſt: atq; eminentiori præfulget dignitate: eo miſerabiliorem ipſum ſeruitutem ſeruire: ac in maioribus iugiter periculis verſari. Paduanus epiſcopus es: vtiq; & magnus, & diues. Inter tui ordinis prælatos paucos inuenias: quibus gloria, opibus, claritate concedas. Feliciſſimum te pleriq; omnes prædicant: &, qui te maximæ apud tuos eſſe autoritatis arbitrentur, innumerabiles puto. Contra, ipſe te, cui pleniſſimam adhibeo fidem, miſerum clamitas, ac cæterorum ſeruum: quando in rebus vel honeſtiſſimis, non potes, quod velis, facere. Conſydero ſæpenumero, q̃ manifeſtis mortales fallantur erroribus: q̃ alienis a veritate opinionibus decipiãtur: qui quodcũq; fulget, aurum putant: & honoratos in hoc ſæculo, onerari præ cæteris, nulla ad credẽdum perſuaderi poſſunt ratione. Et tamen ita eſt, vt ſcripſiſti: ita ipſe noui certiſſime: prorſus ita experior. Quotus enim quiſque eſt in religione camaldulenſi: qui non in ea primam cathedram, primumq; accubitum appetat? Quid tamen cupiant, non intelligunt: amarum dulce, & tenebras lucem exiſtimantes. Nam ſi ſtatum meum perpenderent diligẽtius: & q̃ grauibus indies magis anguſtiis præmar, ſaniore iudicio diſcuterent: longe nimirum illis aliena mens eſſet. Verum ſeducantur ii, ex quo ita volunt, ſuis opinionibus. Ego ſane non fallar. Qui enim ſecus fieri poteſt: quando ex quo Generalis pater huic ordini datus ſum: ne vna quidem mihi ſerena illuxit dies: Hoc vno iterdum ſolatio reficitur animus: q; vbi in futuro iudicio appenſa fuerint peccata mea, & calamitas quam patior, in ſtatera: eo

mitius mecum agendum ſit:quo hic ſeuerius fuero cruciatus. Non enim iu/
dicabit dominus bis in idipſum.Aegre te iudæos in tua dioceſi pati nõ du/
bito:quorum conuerſatio,cum prodeſſe chriſtianis nihil poſſit,obeſſe pluri
mum dignoſcitur.Qua ſint pœna mulctandi:cum illis noſtri cohabitãtes:
non es admonendus.Si potes:compelle,vt eccleſiaſtica iura ſeruentur . Sin
minus:quid facto opus ſit,noſti.Armare patientia:aut (quod ſine conſcien/
tiæ præiudicio tentare tibi permittitur) factus cum apoſtolo iudæis tãquã
iudæus,conare iudæos tua tum oratione tũ doctrina lucrari domino:ſi for/
te ex ea,que in manifeſto in carne eſt,circunciſione, ad circũciſionem cordis
in ſpiritu conuertantur.Quæ ad litem abbatis pertinent:ex quo ſemel iudi/
candi onere leuatus es:prætereo ſilentio . Si pro ſuo monaſterio bonis ra/
tionibus pugnat:opto vt vincat. Si vero melioribus aduerſarius ipſum im
pugnat:patienter iuri cedat : ne iniuſte proximum,quem æque ac ſeipſum
tenetur diligere,opprimere velle videatur. Vnũ repeto,quod alias ſcripſi:
ne deſperes penitus,poſſe aliquãdo ſeniorem conuerti . Hortare illum ſæ/
pius prudentia tua:ſi forte per gratiam dei hæc tibi aſſcribẽda ſit victoria.
Perſuaſeram mihi ante paucos menſes:ꝙ eſſem te hac ſolẽni proxime futu/
ra aſcenſione dominica coram viſurus.Non permiſit dominus: vt hoc face
rem.Abſolutus tandem,quibus præpedior vinculis:alacriter te viſam. Va/
le.Ex Camaldulo.die.xxvi.Aprilis.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXXXII.

NOn ab re factum arbitror:vt ſufficientes ac magni etiam redditus
ex inſtituto regulæ monachis ꝑmitterẽtur:ne ſcilicet ꝑ et vrbes &
oppida cum animarum periculo mendicare hoſtiatim panem cogerentur:
qui ſolitariam profeſſi fuiſſent vitam: & a contemplatione auerſi,parando
victui immoderate nimium inſiſterent.Hoc ſi vnq̃,dictante ita ratione,ve/
rum eſſe mihi perſuaſi : nunc ſane,ſi experto credendum eſt,mihi procul/
dubio credat dignatio tua.Nam & hoc auſim dicere:quotcunqꝫ fere ſcanda
la domeſtica,& hoc præſertim nouiſſimum,paſſus ſum:matrẽ ea mihi in/
opiam peperiſſe.Videmus reipſa quotidie:aſellum in itinere fame cõfectũ,
quærere diuerticula.Et ille præcæteris patientiſſimus. Nunquid,inquit,ru/
giet onager,cum habuerit herbam?aut mugiet bos:cum ante præſepe ple/
num ſteterit?Quam exhauſti ſimus ob veteres impoſitiones:q̃qꝫ ad ſangui
nem vſqꝫ emuncti:non es admonendus domine colendiſſime. Satis enim
ſupqꝫ noſti omnia.Diſtractis,atqꝫ alienatis,velimus,nolimus,monaſterii p̄/
diis,imminuti ſunt redditus:& tamen domeſtici neceſſario creuerunt ſum/
ptus.Perq̃ ægre icirco viuimus:deficientibus indumentis,quibus operia/
mur:& cibariis,quibus ſuſtentemur.Mentior ꝓfecto:niſi ita eſt.Precor itaqꝫ
dignationem tuam:vt nouæ impoſitionis commiſſario,qui Pontificis no/
mine his diebus Florẽtiam venit,cõmendet litteris paupertatem noſtram:
horteturqꝫ,vt peruestigato diligentiſſime ſtatu noſtro,non plus nobis im/
ponat oneris:q̃ perferre poſſimus. Si quid tua interceſſione profeceris : id

omne abs te cõfitebimur accæpiſſe. Cæteꝝ grate accæpi ꝓlixiores litteras tuas: quibus & mœrentem conſolaris: & iacentem pio erigis affectu. Haud parum certe tot grauiſſimis rationibus & exemplis recreatus ſum: & qui puſillo animo eram, bona ex parte mente conualui. Inſtat tamen Arretinus abbas: ac me quotidianis fere vrget litteris: vt negocium ſuum tuæ. R. D. commendem. Aut abſoluat, inquit, me dominus meus: ſi dignũ putat. Aut, ſi flagellat, occidat ſemel: ſatius iudicans, ſemel ruere, q̄ diutius pendere. Hortatus ſum illum ad patientiam: atq; vt ſibi perſuaderet, nihil abs te non ſumma fieri prudentia, monui. Ad eam ſe tantũmodo humiliter accipiendam ſentẽtiam præpararet: quã ipſe pro tua ſingulari ſapientia tuleris. Quod facturum minime dubito. Vale. Ex Camaldulo maiore. die. xii. Maii. Mcccclxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXXXIII.

Euerſus Camaldulum pridie Kalendas Iunias monachus noſter: qui te ante hos dies cõuenit meo nomĩe: reddidit mihi litteras tuas. Scribis ipſe: ſcribunt idem monachi noſtri Sancti Michaelis: præter has, quas modo accæpi, & alias te pauloante dediſſe ad me: illaſq; portum neſcio quẽ traiiciente tabellario, in mare delapſas periiſſe. Indolui plurimum, id mihi vnius in curia fuiſſe intercæptum: quod mihi imprimis futurum erat q̄ cariſſimum. Et quo magis doleam: nunq̄ mihi (vt audio) prolixius ſcripſeras. Sed quãdo res periit: ſaluus eſt artifex: vbi tibi ocium ſuppetet: denuo fabrefieri poterit: cum profecto tibi: nec materiæ copia, nec cõficiendi facultas deſit. Quod, vt facias, oro. Quando ſim vẽturus ad te: nihil omnino certi habeo. Nam Protector noſter colendiſſimus hac æſtate viſitaturus Eremum noſtram ſperatur: quod ſe facturum, ſæpius eſt pollicitus. Quod ſi non venerit: cõuenire ipſum Senis habeo neceſſaria de cauſa. Quo fit: vt nullo pacto mihi perſuadeã, poſſe me hinc ad vos proficiſci, niſi proximo autumno aut forte ineunte hyeme. Deſcendiſſe te locorum ſitu: negari nõ poteſt. Vtrum vero & meritorum (vt teſtaris) haud facile affirmãuerim. Turbatius certe nunc viuis, q̄ cum Bellũno præeras: & hũc appellauerim deſcenſum tuum: ſed non inutilius. De mane vſq; ad veſperam, & ſæpe ad multam noctem, his atq; illis audiendis, faſtidioſe occuparis. Auulſus a formoſæ Rachelis amplexibus, Liæ lippienti adhærere compelleris. Vocari Noemi nequaq̄ potes, ſed Mara: quia amaritudine repleuit te omnipotẽs. Te tamen propterea iacturam feciſſe meritorum, nullo pacto dixerim. Habes multorum curam: ſtudes animarum ſaluti: vt pie & ſancte viuant, exhortando, admonendo, increpando, conaris: tuo quidem hæc omnia incõmodo: ſed magno vtiq; merito. Peccare te putas: q, tot diſtentus occupationibus, longinquores a cœleſtibus cogitationes nunc habeas. Et ego dico tibi: Quia caritas operit multitudinem peccatorum. Si de montibus in planitiem deſcendiſti: profeciſſe te iccirco arbitror: non defeciſſe. Humilia enim reſpicit deus: & alta a longe cognoſcit. Et alius ꝓpheta. Omnis, inquit, vallis ĩplebitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua indirecta: & aſpera in vias planas. Deniq;

humili loco conſtituit te dominus : vt exaltet te in die viſitationis. Hoc de te ſpero:prorſus ita ſentio. De iudæis ſi quid boni cõſtituerint ciues tui:bene erit. Fueris enim ipſe auctor præclari opis,& chriſtiano præſule digni. Gaudeo autem te ex iis duas,ad fidem noſtram conuerſas,baptizaſſe:atq; eas etiam chriſtianis viris nuptum dediſſe. Vtinã & reliquiæ ſaluæ fiant : quemadmodum ſalus ex iudæis eſt. Siqs me interrogaſſet:an crederem eſſe Patauii,quinq; iudæorum milia:ego vix tot in toto territorio ditioni venetæ ſubiecto,eẽ, putare me reſpódiſſem. Terreri tamen propter multitudinem non debes:neq; de illorum penitus ſalute diffidere. Virtus enim dei eſt in ſalutem omni credenti : Iudæo primũ. Et appoſitas legimus vna die animas circiter tria milia. Et paulopoſt in eiſdem actibus apoſtolorum. Multi autem eorum,qui audierant verbum,crediderunt : & factus eſt numerus virorum,quinq; milia. Quod ſi in perfidia ſua perſeuerauerint : & aliquid perte aduerſus eos decretum fuerit ĩ ignominiam ipſorum dedecuſq;:abeant,in pace. Infidelis ſi diſcedit,diſcedat. Et nó nihil forte ita illos perfecto odio perſequendo profeceris ad ſalutem:cum ſcriptũ ſit. Imple facies eorum ignominia:& quærent nomen tuum domine. Non te macerer:ſi quod non potes,minime facis. Velis tantum:& bonæ voluntatis meritum non amiſeris. Vale. Ex Camaldulo. die. vi. Iunii. Mcccclxxxviii.

Bernardino Monacho Sancti Micha. Murani. LXXXIIII.

L Audatus a me ſuperioribus litteris meis,& parce quidem, ac data occaſione:petiſti enixius vt te in futurum ſimul reprehenderẽ:ſimul reprehenſione dignum iudicarem. Faciam quod hortaris:quod inſtanter efflagitas:quando vtrunq; poſſum tecum etiam meo iure vendicare. Scriptum eſt enim. Qui parcit virgæ:odit filium ſuũ. Et meliora ſunt vulnera amici:q̃ fraudulenta oſcula inimici. Chriſtianus es:& (quod eminentius ac dignius eſt) religioſus. Cur vero in tuis epiſtolis gentilium magis,q̃ chriſtianorum atq; eccleſiaſticorum nitaris teſtimoniis:miror valde. Nam vt de reliquis tuis ſileam:hæc poſtrema,quam dediſti ad me,nihil aliud q̃ Ciceronem,Neuium,Platonem,Senecam,& Plinium ſonat. Scilicet tanti faciendi gentiles ſunt:vt pro nihilo habendi ſint noſtri. An ignoras:quia ſapientia huius mundi,ſtultitia eſt apud deum? Indignum putas,iis,quæ ſcribis, prophetarum,apoſtolorum,ac cæterorum doctorum noſtrorum ſententias inſerere:qui Spirituſancto inſpirati tot tantaq; volumina, omni ſapientia referta, ad noſtram vtilitatem,& conſolationem ediderunt? Quæcunq; enim ſcripta ſunt : ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum,ſpem habeamus. Non meminiſti:quid Ioſue dixerit dominus. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo:ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus : vt cuſtodias & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam : & intelliges eam. Et Dauid propheta : Beatus,inquit, vir;qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum:quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non

defluet:

defluet:& omnia,quæcunq; faciet,proſperabuntur.Et iterum Lex domini im/
maculata conuertens animas: teſtimonium domini fidele: ſapientiam præ/
ſtans paruulis.Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes corda:præceptū domini luci
dum illuminās oculos.Lætatur ēt idem propheta ſuper eloquia dei:ſicut qui in
uenit ſpolia multa.Quid ſingula commemorem:cum omnia,diuinæ legis &
ſanctarum ſcripturarum commendatione plena ſint?Vides igitur,q̄ta ſit libro/
rum noſtrorum dignitas:quanta vtilitas: nec dubites te his facile priuandum
bonis:ſi illis reiectis totum te gentilium occupaueris libris.Cauendum eſt:ne
quando dicat tibi dominus.Tu vero odiſti diſciplinam:& proieciſti ſermones
meos retrorſum.Si quempiam diligis:de eo libēter cogitas:meditaris: loque
ris:eius tibi præcæteris omnia placent.Et quomodo quæſo deum diligis: qui
eius libros negligis:dedignaris:contemnis? Erudire Ieruſalem,ait dominus:
ne forte recedat anima mea abs te.Terribilis nimirum comminatio in eū qui
erudiri noluerit,ab eo vtiq; de quo ſcriptum eſt.Beatus homo quem tu erudie
ris domine:& de lege tua docueris eum.Scrutare ergo ſcripturas,omni diligē
tia.Sint tibi cordi eloquia domini:eloquia caſta:eloquia dulciora ſuper mel &
fauum.Delectare in domino:vt det tibi petitiones cordis tui:vt poſſis confidē
ter gloriari ac dicere.Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua
meditatio mea eſt.Super ſenes intellexi:quia mandata tua quæſiui.Alioquin ti/
me:ne forte audias corrigentem:quem audire contempſeris erudiētem.Quo/
niam tu ſcientiam repuliſti: & ego te repellam,ne ſacerdotio fungaris mihi.
Seuerius,inqes, ac minacius me arguis.Blande vngis:ſed contra durius pun/
gis.Rogaſti me,vt te reprehenderem:dediſti reprehendēdi occaſiōem.Factum
eſt tibi,ſicut petiſti.Vale,Ex Camaldulo.Die.vii.Iunii.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXXXV.

Aciendum mandauit dignatio tua: quod pauloante illi ſignificaui,
ſ iampridem factum.Captus eſt Forliuienſis ille falſarius Piſis: atq; ibi
dem perpetuo carceri condemnatus.Non eſt paſſus dominus,tanto
rum vltor facinorum: vt miſer ille diutius ſui iuris foret:ne adderet pecca/
tum peccato: & traheret iniquitatē in funiculis vanitatis.Agat,ſi ſapit,gratias
deo: qui eum vel inuitum ac renitentem a multis,quæ admiſſurus erat, fla/
gitiis compeſcuit: atq; ab omni via mala prohibuit pedes eius. Et enim ſicut
ſcriptum eſt,multo tempore nō ſinere peccatoribus ex ſententia agere: ſed ſta/
tim vltiones adhibere: magni benefitii eſt inditium. Abiiciat itaq; dominus
meus ex animo iſtam curam: ſciēs traditum diuino iuditio impium in manus
nr̄as.Præſtolamur aduētū tuū incredibili deſyderio:q vtinā ſicut optatiſſimus,
ita & feliciſſimus ſit futurus.Vale.Ex Camaldulo die.viii.Iunii.Mccccxxxviii.

Bernardino monacho Sancti Michaelis Murani.LXXXVI.

n Ec laudari ab hominibus appeto:nec calumnias reformido.Illud qm̄
nequaquam mereor:hoc,quia vitari non poteſt.Quamobrem ſi(vt
ſcribis) laudor a multis:& bonus dicor: viderint ipſi,quo animo id faciant.

Ego ab eo tantum laudari cupio: qui me & dignum laude, & ſanctum face/re poteſt ſolus. Calumnias vero & maledicta cur timeam, non video: quando ab his immunem vix vnum inuenias. Per infamiam & bonam famam, vita nobis ducenda eſt. Neque magnum aut moleſtum videri nobis debet: ſi vi/tare in hoc mundo id penitus non poſſumus: quod vitare non potuiſſe Sal/uator noſter, noſtro vtiq; exemplo, viſus eſt. Alii enim dicebāt quia bonus eſt: alii vero non: ſed ſeducit turbas. Vtrūq; nimirum & ipſe ex perior. Blandiun/tur mihi coram multi: ac pernitioſa adulatiōe laudibus in cœlum ferunt. A ter/go autem lacerant: calumniantur: blaſphemant. Vtrobiq; pugnandum eſt: ne malorum aſſentatio ſtatum mentis euertat: & ne contra conuitiis & contume/liis affectos, perturbari nos ſupra modum contingat. Det mihi dominus: vt ad uerſus hæc firmus ſteterim: & neq; laudibus inaniter extollar: neq; calumniis inconſtanter deprimar. Oleum peccatoris non impinguet caput meum: & re/dimi merear a calumniis hominum. Deceptum vero me quorūdam ſimula/tione: vt eos amplius amauerim, q̄ pro meritis: neminem arbitror detuliſſe ad te: niſi qui liuore & inuidia torquetur. Ego (quod deus ipſe optimus facit) dili/gentes me diligo: & eos magis, qui in bonis actibus, & obedientia, cæteris fue/rint meliores. Dicit autem apoſtolus. Imitatores dei eſtote: ſicut filii cariſſimi. Qua vero in re imitari nos hortatur deum: niſi in dilectione proximi? Quem admodum ipſe ſequitur ibidem, dicens. Et ambulate in dilectione: ſicut & Chri ſtus dilexit nos: & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiā Deo, in odorem ſuauitatis. Et ipſe Dominus: Hoc eſt, inquit, præceptum meum: vt di ligatis inuicem. Et merito quidem: quando plenitudo legis eſt dilectio: & qui non diligit, manet in morte. Abſit a delatoribus inuidia, emulatio, ambitio: & dignos eos exiſtima, quorum dictis adhibeas fidem. Scis, inuidia fuiſſe Abel a fratre occiſum. Inuidia, a fratribus, eo q; a patre plus cæteris amaretur, in ſeruū venundatus eſt Ioſeph. Et de ipſo domino quid ſcriptum legimus? Sciebat. n. Pilatus: q; per inuidiam tradidiſſent eum. Verum de hoc ſatis. Coram, vbi deo placuerit, ſingula tecum apertius conferam. Aduentum meum ad vos, ne præ/ſtoleris: niſi prius Protectorem noſtrum Senis conuenero. Faciam poſtmodū: qđ mihi ipſe imperauerit. Vale. Ex Camaldulo. Die. xviii. Iunii. Mcccclxxxviii.

Vrbano Claſſis Abbati. LXXXVII.

p Ræſentatum accæpi cum tabellione & teſtibus priuilegium congre/gationis veſtræ: per quod vobis poteſtas fit: immo a Pontifice man/datur vobis: vt infra duorum menſium ſpatium capitulum concelebretis: In/terfuiſſem vobiſcum perquamlibenter: vt ſi quid mea opera effici potuiſſet: nihil obmitterem pp vos, in iaciendis præſertim huius nouellæ ac ſurgētis cō gregationis veſtræ fundamentis: Sed qñ hoc mihi nō pmittitur: cōuenies tu cū aliis ad deſtinatum locū: vbi pariter cōgregati, atq; in caritate radicati & funda ti, vtinā optatiſſimū & auſpicatiſſimū dederitis reformādi ordinis exordium.

Quod

Quod nimirum vehementiſſime cupio. Procul abſit ab omnibus emulatio,
ambitio, atq; appetitio principatus: & bñ ſe habebunt oĩa. Quibus præeſſe
cõtigerit: oneratos ſe cæteris magis nouerint: ac reddituros de ſibi creditis
ouibus rationem, cum timore Dei ac tremore conſyderent: & facile honorũ
& gloriæ, ſi qua forte mentem irrepſerit, cupiditatem abiicient. Qui ve/
ro aliorum arbitrio ac nutu victuri ſunt: prælatorum curæ ac labori com/
patiantur: agantq; deo gratias: ꝙ ſuæ tantum ſalutis & pacis, facilius habi/
turi ſunt curã: atq; illorum inniſi humeris, per vndoſum mundanæ vitæ pe
lagus, ac tumentes admodum fluctus enataturi. Et ita nulla erit de dignita/
tibus ac ſublimitate contentio. Alias difficillimum erit: ſeruare hanc, quam
inire cupitis, ſanctam ſocietatem. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxi. Iunii. Mcccc
lxxxviii.

Lazaro de Nardis Doctori. LXXXVIII.

a Vdio Priorẽ Sancti Clæmentis, impie atq; inclæmenter ſe agere
erga patrem ſuum: nullaq; in eum flecti miſericordia: cum ſit lon
gæuus ac plenus dierum: & ſimul mala valitudine, ſimul inopia atq; ægeſta
te præmatur. Si ita eſt: merito argui ingratitudinis poteſt. Nam cum dare
omnibus elemoſinã iubeamur: & in omnes benefitia quæ poſſumus, tenea/
mur conferre: principes profecto parentes ſunt: quibus neceſſaria vitæ præ/
ſidia a liberis debentur. Hinc enim ſcriptum legimus. Maledictus: qui non
honorat patrem & matrem. Et iterum. Fili ſuſcipe ſenectã patris tui: & non
contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da: & ne ſpernas eũ
in tua virtute: Elemoſina enim patris non erit in obliuione. Et item alibi.
Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo vel a matre: & dicit hoc non eſſe peccatũ:
particeps homicidæ eſt. Rurſumq; alia ſcriptura. Memento patris & matris
tuæ: ne forte obliuiſcatur te deus in conſpectu illorum: & aſſiduitate tua in/
fatuatus improperium patiaris: & maluiſſes non naſci: & diem natiuitatis
tuæ maledicas. Apoſtolum quoq; Paulum audi. Qui ſuorum, inquit, maxi/
me domeſticorum, curam non habet: hic fidem negauit: & eſt infideli dete/
rior. Quid ſingula commemoro? Scatent libri ſacri, huiuſmodi in ingratos
atq; impios filios comminationibus. Quocirca hortor & moneo dignatio
nem tuã: vt ex officio vicariatus a me ſibi demandato, accerſitum ad ſe Prio
rem, ſeuerius arguat impietatis ipſius: vrgeatq; illum, adhabendam curam
eius, qui ſe genuit, infirmi præſertim prouectæq; ætatis. Reddat vicem parẽ
ti filius: cui maximis benefitiis obligatus eſt: neq; vereatur, ſibi quicquam
propterea defuturum: cum ſcriptum ſit. Benedictio patris firmat domos fi/
liorum. Et fœneratur domino: qui miſeretur proximo. Hoc vt pro viribus
cures, peto: vt & ego pro amicis pro illo deprecantibus non defuiſſe appa/
ream: & tu conſenior, ægrotantis atq; inopis ſenioris miſertus videaris. Va
le. Ex Camaldulo. Die. xxv. Iunii. Mcccclxxxviii.

Bernardino Monacho Sancti Michaelis Murani. LXXXIX.

s Vfficit mihi noſſe, redditas tibi fuiſſe litteras meas. Si rñdẽr iis mi
nime potuiſti per tabellariũ, quẽ alia de cã miſiſtis ad me: rñdebis

poſtea cũ potueris,cómodius.Petitis,vt faciam: qđ dudum feci.Iam enim perueniſſe ad vos arbitror: qui conferendæ Abbatiæ Lemmi poteſtatem quam cupitis,abbati veſtro attulerit.Si naturæ conceſſerit abbas: qui mo/do apud vos grauiter ægrotat:illum ſubſtitui cupio:de quo repetitis litte/ris abbatem veſtrum certiorem feci. Hoc enim in conferendis benefitiis, vbi commode ac ſine commendarum periculo poſſum, libenter inſtitutum ſeruo:vt eum promouendum curem,qui dignus ſit:qui præeſſe minime ap petat:qui electus,humiliter recuſet.Ingerunt ſe nonnulli ad improbitatem vſq;:munera offerunt:adhibent interceſſores:blandiuntur: extorquent:pa/rum certe conſcientiæ,& ignorantiæ plurimum præſeferentes.Non conſy/derant iſti,quid fecerit Dominus:qui cum vidiſſet,quod venirent iudæi,vt ſe facerent regem,fugit in montem.Mihi is ſemper cæteris amplius placue rit:nõ qui petens accæperit:ſed qui expetitus exemplo domini recuſauerit: nec tamen pertinaciter excuſare cõtenderit.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxviii. Iunii.Mcccclxxxviii.

Fran.Picolhomineo Cardinali Senenſi protectori.XC.

s Icut ex monacho noſtro qui Piſis commoratur didici: duo fere menſes ſunt: quibus Forliuienſis ille, qui ſeruabatur in carcere,a Vicario noſtro eductus eſt. Neque tamen ipſum liberum abire permiſit:verum in manus ducis cuiuſdam pyratici nauigii tradidit:vt cum reliqs nauticis miſera ſeruitute remigare perdiſceret.Cui continuo cathenæ iniectæ,& compedes ferrei:ne facile,ſi quando crepidini portus applicuiſſet nauigium,incontinentem proſiliret: ac fugam arriperet. Vbi tutius ſeruari ſub cuſtodia potuerit:neſcio.Niſi quod in mari,& ſub diuo atq; in oculis do mini,minus facile ei patebit effugium.Tempeſtatibus quoq; & procellis cõ tinuis obnoxius incumbendo remis edocebitur:quam iuſto dei plectatur iu ditio. Per quæ enim peccat quis:per hæc & torquetur.Manus falſariæ,ſacri/legæ,& quæ effuderunt innoxium ſanguinem:iugi remorum impulſu fati/gabuntur: callos obducent: & cruciatu perpetuo totum corpus affligent. Fertur mare ingreſſus dixiſſe.Si vllo vnquam tempore ſibi contigiſſet,vt li bertate potiretur:interfecturum ſe Vicarium noſtrum,a quo damnatus eſt. Hæc ſcribo:ne quid lateat dominum meum: quod circa hunc infœliciſſi/mum geſtum ſit.Vale.Ex Camaldulo.Die.viii.Iulii.Mcccclxxxviii.

Mariano Cuccino Procuratori.XCI.

i Nter multiplices,atq; illas quidem moleſtiſſimas generalatus mei curas,nihil mihi iucundius poteſt contingere,nihil antiquius: quã vt(q̃tum iure ac legitime fieri liceat)benefitia ordinis variis temporibus iampridem diſtracta redimantur: atq; a commendarum erepta ſeruitute,in priſtinam vindicentur libertatem. Verum hoc ſicuti optare mihi facile eſt: ita & conſequi difficillimum. Quando enim hac potiſſimum tem/peſtate, pecuniæ obediunt omnia: quid ni obediat Symon: qui iuxta

nominis

nominis ſignificationem obediens interpraetatur? Nūquam ita paſſim (vt au/dio) venalia fuerunt eccleſiaſtica bona: atq; nunc ſunt. Si quando dicere licuit: Symon dormis? Modo certe minime. Vigilat die noctuq;: auctionatur: ac pu/blice ſub haſta vendit: vt illam contra ſe principis appoſtolorum ſententiam ferri, iuſtiſſime audiat. Pecunia tua tecum ſit in perditione: quoniam exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri. Nemo eſt aut pauciſſimi admodum: qui Giezi lepram vereantur: qui flagellum domini vendentes & ementes de templo eii/ciētis: qui deniq; Iudae proditoris, a quo ſaluator pecunia venditus eſt, laqueū reformident. Facta eſt domus Dei domus negociationis: non eſt quem come/dat zelus domus dei: qui menſas numulariorum, qui cathedras vendentium columbas euertat. Cūr haec praemiſerim: accipe. Paulus de Balneo noſtri aman tiſſimus: vēturus Romam, vt curet promoueri, filium ſuum, noſtri ordinis mo nachum in abbatem Sancti Hylarii de Galeata: petiit a me: vt hoc tibi nego/cium enixius commendarem. Afficitur filio: cupit religioni prodeſſe: atq; im/primis Abbatiae huic conſulere: quae abſq; dubio ruinam minatur. Sine pecu/nia vero ac ſumptibus haec fieri nullo pacto poſſunt. Quamobrem, vt ei prae/ſto ſis, hortor & moneo: cureſq; nequis prophanus atq; illicitus cōtractus fiat: tum propter conſcientiam: tum etiam propter periculum rei ſuae familiaris. Scis enim ipſe optime: quibus implicentur cenſuris Symoniaca haereſi infecti. & quomodo conuicti, adepta cogantur carere dignitate. Dabis itaq; operam: vt cum timore dei, & ſaluis eccleſiaſticis legibus, membrum hoc haud quaquā contemnendum, ordini reſtituatur. Si autem id fieri minime poterit: ego tibi manifeſte denuncio: eius me eſſe propoſiti atq; ſententiae: vt Abbatiae huius, & cuiuſuis alterius commendati beneficii, redemptioni: ſalutem animae, praecio ſo ſanguine Chriſti redemptae, conſtantiſſime anteferendam putem. Vale. Ex Camaldulo. Die. xvi. Iulii. Mcccclxxxviii.

Bernardino Monacho & Priori Clauſtrali Sancti Michaelis Murani. XCII.

r Ediens Roma Domnus Andreas venit Camaldulum nudius quar/tus. Is tui Prioratus nuncium primus attulit: neſcius tamen. Si quidē Florentiae faſciculum epiſtolarum ab Abbate Sancte accaeperat Vene tiis allatum: quem mihi redditum vbi primum ipſo praeſente diſſolui: didici/mus ambo continuo: quae in primo congregationis veſtrae capitulo acta fue/rant. Placuerunt omnia: & eo quidem magis: quod magno omnium conſenſu & humilitate pertractata ſunt. Perſeuerandum eſt in hac caritatis atq; vnani/mitatis concordia: vt diffuſo in reliquum ordinis noſtri odore bonae conuer/ſationis veſtrae, complures habeatis veſtri emulatores. Tu vero ſi grauatum te ſupra vires ſupra aetatem ſentis: commenda illi imbecillitatem tuam: ſine quo nihil eſt validum nihil ſanctum. Inuoca eum cū propheta dicens. Adiutor meus eſto, ne derelíquas me: neq; deſpicias me deus ſalutaris meus. Aderit tibi a dextris continuo: ne cōmouearis. Fruſtra autem cauſaris aetatem: quando illa virtutum merito non annorum numero computatur. Aetas ſenectutis, vita eſt

immaculata. Datus eſt ab apoſtolo iunior Timotheus, Epheſinæ eccleſiæ epi-ſcopus: quem etiam legimus admonentem. Nemo adoleſcentiam tuam con-temnat: Sed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in caritate, in fide, in caſtitate. Vides ſenem, non ætate, ſed moribus. Quem, veluti exemplum ad imitãdum ſi habueris: canus exiſtimaberis prouectæq; ætatis: nec erubeſces te maioribus natu fuiſſe præpoſitum. Vale. Ex Camaldulo. Die. xvii. Iulii. Mcccc lxxxviii.

Ioanni Priori Camalduli Floreñ. XCIII.

c Alatum ficis plenum, & eius quidem generis quod optimum exiſti-matur: libenter accæpi. Retulit mihi hic calatus tuus alterum ex iis: qui apud Hieremiam ficus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe primi tẽ-poris. Vtinam ſicut ſuauitatis, ita & vtilitatis plurimum nobis exhibuerint: eũ-q; in nobis pepererint fructum: qui per ipſas bonas, bonas valde ſignificatur: quemadmodum apud eundem Prophetam legimus: vt ſicut ficus hæ bonæ, ſic cognoſcat nos Dominus in bonum: & ponat oculos ſuos ſuper nos ad pla-candum: & ædificet nos & non deſtruat: & plantet nos, & non euellat: detq; no bis cor, vt ſciamus illum: quia ipſe eſt Dominus: & ſimus illi in populũ, & ipſe ſit nobis in Deum: ac reuertamur ad eum in toto corde noſtro. Pruna quoq; dã maſcena tuo nomine allata ſunt ad me: quæ ſicut ex ingenti huiuſmodi fructus turba, cæteris præſtantiora ſalubriotaq; ſunt: ita & gratiora extiterunt nobis. Pro duplici hoc munere, tibi gratias ago. Redire ad Eremum potes pro arbi-trio: Vbi tamẽ præfixũ tibi, iſthic tempus peregeris. Paucos enim tibi ſupereſſe dies arbitror. Vale. Ex Camaldulo. Die. ix. Auguſti. Mccccl xxxviii.

Domino Alexio Eremitæ. XCIIII.

s Vccurrit mihi ſcribenti modo ad te frater cariſſime: quod apud beatũ Iob ſcriptũ legimus. Homo naſcitur ad laborem. Propoſuit quidẽ no bis Deus quietem, tranquillitatem, fœlicitatem: ſed futuram. Promiſit nobis re gnum æternũ: non tamen ocioſis ac negligẽtibus: ſed pro ipſo fideliter & inde feſſo animo laborantibus. Labores, inquit propheta, manuũ tuarum, quia man ducabis. Audi quid ſequitur. Beatus es: & bene tibi erit. Et apoſtolus: Si ſuſtine mus, ait: & conregnabimus. Scio equidẽ oblectari te ſolitudine & quiete: vellẽ q; & ipſe tecum abſq; aliorum periculo, procul a ſæculi tumultibus poſſe cõmo rari. Sed quãdo nobis ipſis tantũ nati nõ ſumus: tenemurq; proximorũ ſalutẽ, æque ac noſtram pia curare ſolicitudine: cauendum magnopere eſt: nequando obiiciat nobis Dominus: q̄ accæptũ ab eo talentum repoſuerimus in ſudario: & laborare ĩ vinea ſua recuſantibus dicat nobis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Quamobrẽ ne excuſare te poſſis: ac obiurganti reſpondere: Quia nemo nos conduxit: per harũ latorem tui amantiſſimum, ad collaborandũ mecũ in vinea Domini, te inuitãdũ duxi. Ex ipſo, quid abs te cupiam diſces: fidemq; illi præ-ſtabis in omnibus. Hoc vnũ te admonitum volo: ne te gratis ſeruiturũ putes. Conuenies ex denario: q nunq̄ tibi defuturus erit. Ecce enim merces tua, mul-ta eſt in cœlo. Vale. Ex Camaldulo. Die. viiii. Auguſti. Mcccclxxxviii.

Benincaſæ Priori Pratalis. XCV.

n Ihil amanti cõuenientius: q̄ perſeuerantia. Omni enim tpe diligit: qui

amicus

amicus eſt.Et tamen nihil magis indicat imperfectum noſtrum,humanãq; im
becillitatem: q̃ animoꝝ inconſtãtia,rerũq; viciſſitudo.Scriptum eſt.n. Septies
indie cadit iuſtus:& reſurgit.Quid igitur mirũ:ſi ad momentum temporis nõ
ſeruaſti in amore conſtantiam?Si ſemel,& non ſepties,poſt tot annorum inter
uallum cecidiſti?Permittitur hoc interdũ Dei nutu:vt vel iuſtus cadat:vt ſe ho
minem animaduertens,minus de ſe præſumat:cõfidatq; in eo tantũ: ſine quo
nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliq̃d a nobis,quaſi ex nobis.Lapſus es,& ſurrexi
ſti:pœnituit te errati:deleſti fletu & gemitibus culpã:offenſumq; patrẽ maiore,
q̃ antea,tibi amore:amaræ illæ tuæ lachrymæ recõciliarũt.Amãtiũ ira,amoris
redintegratio facta eſt.Eris cautior in futuꝝ:atq; ad obediẽdũ paratior.Melior
eſt enim obedientia:q̃ victimæ.Et dubitare minime poteris:hac parẽtis filiiq;
perpetua concordia,te mihi ſemp̃ cariſſimũ fore.Gaudes præfeciſſe me mona
ſterio noſtro de Luco Chriſtophoram,matrem venerabilem.Merito certe gau
des.Eſt enim ſanctimonialis eiuſmodi:cui haud iniuria hæc demandata ſit cu/
ra.Vale.Ex Camaldulo.Die.x.Auguſti.Mccccclxxxviii.

Laurentio Monacho Fontis boni.XCVI:

g Audeo plurimum:q̃ in litterarum ſtudiis proficis indies.Non cõteris
tempus:non indormis deſidiæ,vt excitari indigeas . Scripſiſti ad me
tum proſa,tum verſu.Perſpicere mihi licuit:q̃ varium habeas atq; in plura fle/
xibile ingenium:& lætatus ſum vtriuſq; noſtrum gratia.Nam q̃tum ad me at/
tinet:ſcriptum legimus.Filius ſapiens lætificat patrem.Ad te aũt dicitur.Si ſa/
piens fueris:tibimetipſi eris.Perſeuerantia tibi neceſſaria eſt ſola.Nã ſi intẽtius
& ſolicitius(vt facis) lectioni vacaueris:teq; componendis epiſtolis & carmi/
nibus ſtudioſius exercueris:&(quod plurimum tibi conducet) non pigre neq;
cuntãter ad audiendũ conueneris:facile fiet,vt is euadas:quẽ euaſurũ perſuaſi,
mihi iãpridem.Quod,vt facias,paterno,quo te diligo,affectu,& hortor & mo
neo.Atq; ita agens,nunq̃ me tui,quin mihi curæ ſemper futurus ſis,obliturum
putes.Vale:Ex Camaldulo.Die.xvi.Auguſti.Mccccclxxxviii.

Dominico Bonſio:Doctori Florentino:Vexillifero iuſtitiæ.XCVII.

Iu eſt:q̃ tum a pleriſq; aliis,tum imprimis a Saluſtio conciue tuo di/
d dici:quam præter ſingularem doctrinam,optimæ ſis cõſcientiæ & fa/
mæ:quam ſummæ,in vrbe iſta tua Florentiſſima,autoritatis. Multos,
aiebant,aduocatione:longe plures conſilio adiuuat.Pietate vero & iuſtitia,ne
mini ex ciuibus noſtris cedit.Quocirca ſic exiſtimo:hanc ſacroſanctam pote/
ſtatem,quæ in ciuitate tua ſumma eſt,nõ fortuitu,caſuue,ſed meritis tuis ac vir
tutibus,tibi demandatam:vt qui iam pridem induiſti pro thorace iuſtitiam,&
pro galea iudicium certum:& nemini iniuriam fieri permitteres : & iniuſte ac
violenter oppreſſis,auxilium ferres . Scriptum enim noſti ad eos : qui magi/
ſtratus gerunt . Diligite iuſtitiam : qui iudicatis terram . Et Dominus in euan
gelio . Quærite primum regnum Dei , & iuſtitiam eius . Et merito ſane
hæc præcipue virtus præſidentibus commendatur . Legimus enim : quia
iuſtitia firmatur thronus . Et beatos dicit propheta : qui cuſtodiunt iudici/
um : & faciunt iuſtitiam in omni tempore . Cur hæc præmiſerim Domine

optime:quid velim,quid cupiam abſte : ex hac latore Vicario noſtro plenius coram diſces.Fac,obſecro:vt concæpta olim de te ſpe,vbi audieris q̄impie q̄ iniq; non nulli me perſequantur,haud q̄q̄ fraudari mihi contingat.Feceris me profecto dignationi tuæ ꝑpetuo obnoxium.Vale.Ex Camaldulo.Die.xvi. Augusti.Mcccclxxxviii.

Leonardo Abbati de Rota.XCVIII.

p Ræter alia,quæ de me paſſim obloqueris:mendatii mihi crimē obiicere nō vereris:atq;,vt ſemel tibi veritatem ſcribam,per Vicarium noſtrum repetito cōuitio efflagitas.Ego quidem mihi conſcius non ſum:ꝗ ad te vnq̄ aliquid mendaciter ſcripſerim.Licet.n.mendacem me cōfiteor : ſicut ſunt & cæteri,de quibus dicitur:omnis homo mendax:qm̄ ſæpius(in multis enim offendimus omnes) datam ſemel Deo noſtro fidem minime ſeruaui : ſcit tn̄ deus,qui eſt benedictus in ſæcula,ꝗ non mētior:ſemper me tibi vera ſcripſiſſe. Legi enim perſæpe.Loquimini veritatem vnuſquiſq; cū proximo ſuo. Et iterum.Perdes omnes:qui loquūtur mēdatium.Quo ſane magis miror criminationem iſtam tuam:atq; auſum fuiſſe te detrahere ſermonibus veritatis : & ad increpandum innocentem verba compoſuiſſe.Temperare te ipſum adhuc nō potes:imperare tibi,vt virum decet,negligis: perturbatione animi duceris,nō ratione:in perſequendo,emulando,calumniādo,religionis patre,tibiq; Dei voluntate præpoſito,arbitraris obſequium te preſtare Deo.Debes mihi in omnibus obedientiā,reuerentiam,fidem:& ediuerſo carpere me, atq; habere cōtemptui,& cōtra volūtatē meam niti,nō deſinis.Videris oblitus penitus apoſtolicī præcepti . Obedite præpoſitis veſtris : & ſubiacete eis : ipſi enim peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris.Quáobrem,vt veritatis,quam iterū petiſti p internuncium a me epiſtolam accipias: audi paucis admonētem jure ſuo prælatum , parentem,fratrem : & caue ne a veritate auditum auertas. Exiſtimas me eorum ſorte cenſeri debere:de quibus dicitur.Quoniam non eſt in ore eorum veritas:cor eorum vanum eſt.Et male quidem ac falſo exiſtimas: cum ex iis reuera me eſſe intelligam:quos apoſtolus memorat.Vt ſeductores: & veraces.Proinde hortor te ac moneo:vt tandem te errati pœniteat:atq; in futurum a detractione linguæ parcere contendas.Honora patrem tuum:qui vices Chriſti gerit in religione,Scriptum eſt enim.Cui honorem,honorem : cui tributum,tributum.Ne abutaris nimium patiētia mea:ſed redi ad cor,ac ſaniorem mentem:ne forte Dei diſpoſitione furor fiat læſa ſæpius patientia :& ſeuerius acriuſq; ſentias corripientem:quem admittere neglexeris clæmentius admonentem.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxi.Auguſti.Mcccclxxxviii.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani.XCIX.

d E Orbiſio(vt ſemel finiam)ratum ac firmum habeo, quod feciſti . Si quid inclæmentius ad te ſcribere viſus ſum,atq; immitius q̄ pro more meo:ideo ſane hoc feci:ne impoſuiſſe Dōno Philippo exiſtimarer:cui ſemel obligauerā atq; obſtrinxeram fidem meam.Debeo vobis plurimum : ac etiam ne diſſimulē,præ cæteris omnibus.Sed & huic nō parum debeo.Prior aggreſſus negocium,non potuit non grauiter ferre:ꝗ tua cauſa,qui cōſilii ipſius eras conſcius,ſibi id fuerit intercæptum.Placatus tamen facile eſt,tum ſuo ingenio

ac natura,

ac natura,quam benignam,mitem,placabilem,diuino munere ſortitus ẽ:tum noſtra admonitione.Contumelioſius atq; impudentius ad te ſcripſerat, q̃ par fuit.Indulſerat dolori,& immodice.Subierat enim indignatio:non tã quia alii laboraſſet:quia occupatum ac præreptum ſibi beneficiolum fuiſſet:q̃ q; ob nõ ſeruatam (vt ſicut videbatur) abs te fidem,merito de te licentius quærendũ putauit.Totus tamen tuus eſt:ac ſupplex veniam petit. Deferet tibi impoſterum, vt patri:habebitq; tum ætatis,tum dignitatis tuæ rationem:admonente maxime ipſum apoſtolo.Seniorem ne increpaueris:ſed obſecra vt parẽtem.Statui apud me (niſi aliud noui emerſerit) hyemem totam vobiſcum agere:ac ſimul conſolari in vobis.Nulla hic mihi datur quies.Continuis laboribus conteror. Scatent hinc inde negocia,tedio & curis plena:quibus velim,nolim,implicari me neceſſario opus eſt.Obiiciunt ſe mihi potentes:& cum multis ſolus depugno:nemine quidem ferente auxilium:cum non deſint,qui aduerſæ parti fauorem exhibeant. Ago aliquid ſeuerius conſtantiuſq; ? Crudelitati atq; obſtinationi aſſcribitur. Tollero de induſtria, alios ad tempus? Diſſimulationi atq; deſidiæ imputatur.Varie iudicor: & in diuerſum trahor. Huc accedit impoſita nobis a pontifice pecunia:intra dies paucos ſub excommunicationis & priuationis pœna,cum ingenti noſtro damno & incõmmodo perſoluẽda. Ducenti ſiquidem ac triginta duo aurei hoc ſeptembri mẽſe cõmiſariis Apoſtolicis mihi numerãdi ſunt.Præter hos autem,pro Piſano ſtudio,duo & quadraginta. Sed hæc prolixius coram. Ora tu interim:vt non permittat dominus tentari nos ſupra vires:ſed faciat cum tentatione prouentum:vt poſſimus ſuſtinere. Vale.Ex Camaldulo.die.xvii.Septembris.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.C.

a Pprobat dignatio tua:ac ſummis effert laudibus:quod nup a me geſtum eſt in monaſterio noſtro de Luco.Hoc idem audio Florentiæ reliquos omnes facere:qui & ſanæ mentis ſunt:& animorum perturbationibus, ac propriæ vtilitatis,& mũdani honoris reſpectu vacant.Ego vero deo quoq; ipſi optimo accæptiſſimũ,quod feci,fuiſſe cenſeo:quo auctore,quo duce neceſſitati illius cœnobii,ac Sãctiſſimo virginum illarum deſyderio conſultum eſt. Satiſfeciſſe me arbitror pro exiguitate virium,& religionis honori:& conſcientiæ meæ:idq; ea tum æquitate,tum manſuetudine,& modeſtia:vt nemo me iuſte arguere neq; ſeueritatis neq; obſtinationis poſſit:ſi reuocari per me,quod q̃ maturiſſimo actum eſt conſilio,minime patior.Poſſe multum non dubito:qui mihi aduerſantur.Valet orator Florentinus tum ingenio,tum facundia: quem iccirco,atq; etiam ob ſua erga me merita plurimum iamdiu obſeruaui & colui.Nicolaus Rodulphus,alias mihi incognitus,vnus eſſe ex primariis Florentiæ ciuibus dicitur:& cuius apud conciues ſuos multũ auctoritas valeat. Quid ergo?(loquar tecum domine mi libere,quod ſentio) Quid obſecro? Tanti ne iſtos faciemus:vt dei maieſtati humanam gratiam præferẽdam putemus? Male nimirum accommodare me huic rei poſſum. Ingreſſus dudum ſacroſancta iuſtitiæ & æquitatis penetralia:vnde mihi ſecurus ac tutus ex iis exitus pateat, non video.Reddidi quæ ſunt Cæſaris,Ceſari:& quæ ſunt dei deo. Qua fronte,

quo auſu,repetenda ſint modo,ſemel reddita:non ego certe ſatis intelligo.Te/
merarium ducis,contra torrentem brachia extendere : flamãq; gladio fodere:
atq; in ſeruiendum tempori exiſtimas.Prudenter id quidem.Sed quãdo ſemel
cœpi:& hoc fiducialiter ac familiariter inferam:Sit,quæſo,dicto venia. Naui/
gatur etiam aduerſo,ſi quis contenderit,atq; annixus fuerit,flumine. Tranſeun
tes quoq; per ignem & aquam:deducuntur in refrigerium.Deniq; verendum:
ne adeo inſeruiatur tempori:vt minus ei inſeruiatur:qui non deſerit etiam in
tempore malo.Sed hæc ſuperfluo cõmemorãtur apud te domine optime:qui
noſti omnia : apud quem nulla eſt in ferẽdis ſententiis perſonarum acceptio.
Proinde erit tibi ſacer ille virginum cetus pro ſuis meritis commendatus.Va/
le domine colendiſſime : cui me plurimum commendo . Ex Camaldulo. Die
xxviii.Septembris.Mcccclxxxviii.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER SECVNDVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis.Franciſco Picolhomineo Cardina
li Senenſi Protectori.Epiſtola.I.

c Ogitanti mihi præſentis vitæ meæ ſtatũ,pater optime:ſubit re
cordatio,vñ eiectus,& vbi nũc relegatus degã. De paradiſo ter
reſtri:de loco delitiarũ: de angelica & cœleſti commoratione:
in vallem lachrymarũ:in horridas Scythiæ aut Hircaniæ re/
giones:in ſquallẽtes & atras ſtygiaſq; vmbras,cõiectus videor.
Neq; hoc dico propter loci ſitum:nulla prorſus amœnitate cir/
cundatum:nullo agrorũ cultu ac fertilitate ornatũ.Non accuſo longiorẽ hye/
mem:nõ maiore anni parte,omnia altiſſimis niuibus vndiq; obſita:non cœlũ
gelidum immite nebuloſum:nõ horrendas & atras,fere ſine intermiſſione,nu/
bes:adeo vt robuſtiſſimũ ac firmiſſimum corpus,nedum exile,tenue,ac delica/
tum,vix hanc aeris intemperiẽ atq; inclementiam p̃ter paucos æſtatis menſes
ſine periculo pati queat.Hæc omnia hucuſq; paruifeci:ac ꝓ nihilo duxi.Quin
imo hanc ſemper,cæteris omnibus habitationẽ p̃tuli. Egreſſus aliquo,ob reli/
gionis negocia:nunq̄ non lætior & hilarior,q̄ diſceſſerã,domũ redii. Campos
vtiq; ælyſios & amœna piorum loca,ſedeſq; beatas ſolitudo hæc aſperrima re
ferre mihi ſemper conſueuit:ac veluti nidulo gratiſſimoq; ſeceſſu,hic commo
dius,hic lætius,ac exultãtius requieſcere ſolitus ſum. Huius rei cauſa,ſola cari/
tas fuit. Sola hæc effecit:vt nunq̄ ſacietate ac tedio huius commorationis affe
ctus ſim.Hoc vero anno quid acciderit,noſti.In quibus oẽm repoſuerã fiduciã,
ſpem,fidẽ:qui ſimul mecũ dulces capiebãt cibos: recũbebantq; proximi mihi:
q habitare videbãt vnius moris in domo:ab iis,qũo mihi relata ſit acceptorꝫ
beneficiorꝫ gratia:q̄ in deterius labantur indies:nõ eſt in p̃ñtia recenſendũ.Mi/
rantur,qui factũ nouerunt,patientiã meã,diſſimulatiõem meã , ſilentium meũ.
Obſtupuiſſe me nõ nulli exiſtimant,atq; inſenſibilem factũ:q non ſentire iniu
rias,nõ picula expendere,non grauioris futuri ſcandali euidentia ſigna videar
intueri.

intueri. Tamdiu iſthic, aiunt, moraberis: donec maiore aliquo ac notabiliore de decore exire cogaris. Crede nobis: qui te diligimus: & domi, & foris tibi ſtruun tur inſidiæ. Cedēdū eſt loco ad tēpus: atq; alio cōmigrandū. Eximeris ipſe pe/ riculo: & cōfundes qui te pſequūtur. Quamobrē ſtatuerā, paucis poſt diebus, ad hyemandū Venetias me cōferre: ſi forte mutatione loci hæc ſanaretur infirmi/ tas. Minus tamen libēter hoc facturus videbar abſq; dñi mei benedictione: quā minime per lr̃as expetendā curaueram: qm̃ illum Roma abeſſe audierā. Factus vero certior ex Domno iacobo, dignationē tuā reuertiſſe in vrbē: diſtuli alliga re ſarcinulas ad deſtinatū iter: donec rediret harū lator: qui & te nō abhorrere iudicio meo: & mihi ſigno crucis elata manu bñdixiſſe, nūciaret. Quod ſūmo/ pere futurū cupio. Referet āt idē nonulla meo noīe. R.D. tuæ: quæ breuitatis ſtu dio ſcribēda nō duxi. Vale. Ex Camaldulo. Die vltīa Septēbris. Mccccl xxxviii.

Nicolao de Caſtello doctori. II.

r Etulit mihi Paulus de Balneo: quāta cura & ſtudio negocium filii ſui pegeris. Pleno ſane ore te prædicat: comēdat: probat: ac ſummis effert laudibus. Te interpræte, te duce, cōpoſitā rem fuiſſe, & religioſe & cōmode. Tuæ oīno ſapiæ ac fidei aſſcribēdū: ꝙ abbatia ſcī Hilarii p multos annos cōmenda/ ta, ordini tādē reſtituta ſit. De tua vero ītegritate (dici nō poſſet) q̄topere te ad/ mirari viſus ſit. Non ſolū enim excuſſiſſe te manū ab oī munere: quæ res (ſicut ſcriptū eſt) excæcat oculos ēt ſapiētū: & ſubuertit verba iuſtoꝝ: verū etiā iuſtiſ ſimā operæ tuæ ac laboris mercedē (quis enim militat ſuis ſtipēdiis vnq̄?) pe nitus reſpuiſſe. Proinde ſcias, hoc tā egregio opere nō ſolū Paulum ac filiū eius nouū abbatē te tibi feciſſe obnoxios: ſed & me ipſum ac religionē oēm Camal dulēſem, cui īdignus præſum: nobilitati tuæ arctius deuinxiſſe. Vale. Ex ædibus nr̃is, apud caſtrū Socii Kalēdis Octo. Mccccl xxxviii. Ioāni Maiori Eremi. III.

v Bi primū Camaldulū rediero: faciā qd̄ petiſti. Nā & ego viciſſim te alloq cupio: anq̄ Venetias ꝓficiſcar. Sū hic mō, non quidē animi gra tia: ſed vt rebus ordinis cōſulā. Et ſpo ꝙ meus in hūc ſeceſſum noſtrū aduētus, haud iutilis fuerit. Infelicē te noias: & (vt bona tua venia loquar) ma le de teipſo ſentis. Magnus es vitæ auſteritate: magnus dignitate. Et eo quidē maior: quo te minimū oium exiſtimas. Hāc tu falſo infelicitatē putas. Niſi for te mūdanæ huius ac miſeræ certe vitæ faſtidio, ad īmortales illas delitias an/ helans, cū apoſtolo dolēter exclamas. Infelix ego hō, quis me liberabit de cor/ pore mortis huius? Habes curā iumēti: nec īmerito ipſum mihi cōmēdas. Nā præterq̄ ꝙ vſibus vr̃is accōmodatiſſimū: (onerifeꝝ eni eſt) ſingulari quoq; eſt patiētia & ſubiectione īſigne: & vel hoc ſolo haud cōtēnēdū: ꝙ illi īſediſſe legi/ mus Saluatorē. Quod nequaq̄ ab eo temere factū credamus. Vtinā exemplo eius & nos patiētes ac ſubditi effecti, mereamur: vt & nobis īſideat dñs. Vtinā ſinguli dicere poſſimus. Vt iumētū factus ſum apud te: & ego ſemp tecū. Vale. Ex ædibus noſtris vineæ Eremitaꝝ. Die. xiiii. Octobris. Mccccl xxxviii.

Lucæ Abbati Sancti Viriani. IIII.

r Ectē de occultis iudicare, eius ſolius ē: cui dicitur. Iuſtus es dñe: & re/ ctū iudicium tuū. Sentis tn̄ de abbate: qd̄ fere pleriq; oēs, q modo ani morum pturbationibus vacāt, neq; aurium ſenſu ſed rōnis libra aliena facta di/

iudicant, facile opinātur. Ab operibus eoꝝ cognoſcetis eos:ait dñs. Qualia vero ſint abbatis opera:arbitror te nō latere:eruntq; tibi notiora indies. Redimi orauit a calūniis hominū, rex ille Sāctiſſimus. Feci, inquit, iudiciū & iuſtitiam: non tradas me calūniantibus me. Et paulopoſt. Nō calūniētur me ſuperbi. Vtru vero exorauerit neſcio. Difficillimū ſane exiſtimo:poſſe benefaciētes malis placere. Quæ enī ſocietas luci ad tenebras? Quæ cōuentio Christi ad Belial? Proinde nō eſt mirū:ſi calumniis ſi criminationibus, ſi ludibriis, mali bonos perſequantur. Per infamiā & bonam famam incedēdum nobis eſt:q̄diu peregrinamur a domino. Interea ſatis cuiq; ſit:recte factorū conſciētia. Gloria enim noſtra eſt teſtimoniū conſciētiæ noſtræ. Veniet tēpus:qñ illuminabūtur abſcōdita tenebrarum:& manifeſtabūtur cōſilia cordiū. Hortaris me ad pugnam contra moniales:& nō aduertis, q̄ durū mihi ſit pro monialibus pugnate. Bono tamen zelo duceris:& approbo conſilium tuū. Certas mecum religioſo deſyderio ac pio. Suo tēpore fient omnia. Perfecto vno:aliud ſi opus fuerit, inibimus bellum. Abbas harum lator arctiſſime te diligit:ac tibi q̄ officioſiſſime obſequi cupit. Sicuti dignitate cariſſimū fratrem:ita ætate ac meritis optimū te parētē exiſtimat. Vt ipſum viciſſim mutuo amore diligas:non es admonendus. Vale. Ex ædibus noſtris vineæ Eremitarum. Die.xiiii. Octobris. Mcccclxxxviii.

Gentili Epiſcopo Arretino. V.

f Ortunatiſſimum ſe exiſtimat Arretinus abbas. Sed & ego quoq; arbitror, eſſe cū illo manum dñi. Diuelli ſe ægre Camaldulo paſſus ē mei gratia:quē ex quo ad religionē admiſſus eſt, perſeuerantiſſime dilexit & coluit. Pluris facere ſemp viſus eſt præſentiā meā, cōuerſationē, colloquium: q̄ Arretinam abbatiam, aut aliā vel longe maximā dignitatem. Adeptus vero patrē nō modo priore potentiorē digniorēmq;, verum etiā indulgētiorem meliorem, ſanctiorē:congratulatus eſt mecum ſæpius felicitati ſuæ. Credi, inquit, vix poſſet:q̄ta me epiſcopus noſter colēdiſſimus dilectiōe cōplectatur. Quotiēs adire ipſum voluero:cōtinuo admittor:cōſedere iubeor:lōgius protrahitur ſermo q̄ familiariſſime. Nunq̄ ad eū accedo:quin lætior atq; exultantior diſcedam. Clariora indies ac maiora ſuæ erga me beniuolētiæ paternæq; affectionis teſtimonia præſefert. Nō modo mihi amiſiſſe patrē nō videor: verū ēt dei miſeratione ī melius cōmutaſſe. Merito igitur fortunatiſſimus:Merito & ipſe ſentio:manum dñi eſſe cū illo. Profecturus Venetias:ac ibidē forſitan ob religiōis negocia hyematurus:cōmēdaſſem illū dignationi tuæ. Sed gratias ago deo:ꝙ nulla mea apud te cōmēdatione indigeat. Diligis eum arctiſſime. Nō poterit, ſi opus fuerit, nō eſſe tibi curæ. Cuſtodies illū vt pupillā oculi:& ſubvmbra ꝓteges alarum tuarū. Hoc aūt tibi de eo teſtimoniū fero:ꝙ a nemine pro exiguitate viriū ingrate amatur. Et qñ aliter referre gratiā amanti nequit:erubeſcit in amore ſe vinci. Quo fit:vt haud temere pro eo tibi ſpondeam:hoc ab illo nunq̄ de futurū:ꝙ īdies te obſequētius amabit:colet:ſeruabitq; ī amore, ī fide, ī pietate, cōſtātiā. Vale. Ex ædibus nr̄is vineæ Eremitaꝝ. Die.xvi. Octobris. Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. VI.

m Vtare me cogit vellificationē dignatio tua:& ego ei haud repugnanter obedio:tum quia ita debeo ſeruulus dño:tum quia nihil ab eo nō

certo

certo ac maturo conſilio, mádari mihi poſſe arbitror. Non es paſſus me mo/do ingredi mare. Præuidiſti forte altiore ex ſpecula futuram aliquam tempeſta tem: portédereq; mihi iter ac nauigationé quam deſtinauerá, amaritudinis ali quid atq; ſalſuginis. Refero itaq; pedé lubens: ac Romá verſus, anteq̃ inhorre/ſcat ac ſcæuiat hyems, iter arripiá. Conferre habes mecũ multa pater optime: & ego tecum viciſſim haud pauca. Vtiná hæc mutua cogitationum cóſiliorumq; collatio, id quod ſpero & opto, paritura ſit boni: vt tandé rebus noſtris male ſe habétibus, tua prudétia & ope cóſulatur. Scribimus reſcribimuſq;: idq; ſæpius: & tamen alter alteri nó plene aliqñ, ſatiſfacit. Male enim poſſunt epiſtolæ vni/uerſa cóplecti: vbi præſertim materia prolixioré requirit ſermoné: & vltro ci/troq; reſpódendũ obiectis eſt. Præmiſi Petrũ familiaré noſtrũ ad conducendá domũ: ipſum paulopoſt ſubſequar. Orare interea dignabitur dñs meus: vt ꝓ/ſperũ iter faciat nobis deus ſalutariũ noſtroꝝ: ſitq; mihi ſemp a dextris, ne có/mouear. Vale. Ex Camaldulo. Die. xviiii. Octobris. Mcccclxxxviii.

Venture Abbati Sancti Michaelis Murani. VII.

a Vt ego in culpa ſum: qui nó mereor cóſpectum veſtrũ: aut forte vos ipſi: qui minus feruenter pro me oratis, vt reddar vobis. Deſyderio deſyderaui (ſicut ſcripſi ad vos ſæpius) proximá vobiſcũ hyemé peragere: & nó ſinor facere quod cupio. Fraudabimini & vos expectatione aduentus mei: quos arbitror quotidie ex feneſtris monaſterii ꝓſpectare, an veniá. Et alios qui dem cótéplari cœlũ: ventos explorare. Clara hodie illuxit dies: flat eurus no/tuſq;: velis modo in altũ datis nauigat: veſperi applicabit. Alios cótra ſuſpica ri ac vereri: ne q̄d mihi acciderit: quo ítercæpta fuerit nauigatio. Putas ne hyé me ígreſſurus erit mare? Morabũtur ne illũ ac retinebũt domeſtici ſui? Fortui tus ac inopinatus aliquis ſupuenit caſus: q̄ eũ referre pedé coegerit? Hæc & alia huiuſmodi de vobis coniiciés, ampliore ac vehemétiore dolore ex cruci/or. Patiétes tñ eſtote: & cóem mecũ triſtitiá ferte æquo animo. Et ne quis for/te me putet leuitate vti: aut q̄d loquor ſecũdũ hominé loq;: vt ſit apud me: é: & nó: ſciatis me a Reuerendiſſimo Protectore nr̃o admonitũ, vt Romá petá. Iá p̄miſi: qui ædes códucat: ac victui p̄paret neceſſaria. Hó ſum ſub ptáte cóſti tutus: & quá mihi p̄ſtari a ſubditis obediétiá expeto: hanc viciſſim maioribus meis haud cunctáter exhibeo. Itaq; habete me excuſatũ: & cópatimini ífeliciſſi mæ ſorti meæ: proq; nobis orate. Vale cum familia omni. Ex Camaldulo. Die. xx. Octobris. Mcccclxxxviii.

Ioanni Maiori Eremi. VIII.

c Redo te ex lr̃is quas poſt diſceſſum meũ cóplures ad vicariũ noſtrũ dedi, certioré factũ de iis: quæ circa nos gerũtur. Bene per dei gr̃am valemus oés: & paucis poſt diebus hinc ſumus ꝓfecturi. Videor ení mihi eſſe ſine capite truncũ corpus: abñte. R. protectore: qui nudius tertius ex vrbe egreſſus, abiit in legationé ſuá. Ago gr̃as deo: ꝙ ſatis tépeſtiue huc vene rim: multaq; añ eius ꝓfectioné expedierim negocia: ſine cuius opa ægerrime illa abſoluere potuiſſem. Ná ipſius íterceſſione & cura auditi a Pótifice ſumus bona gr̃a: benignũq; ab eo reſpóſum & clæmétia plenum retulimus. Viſitaui/mus iam fere oés Reuerédiſſimos Cardinales: & (bñdictus ſit deus) nemo nó grate nobis rñdit. Iubebis itaq; oróes fieri pro Sáctiſſimo dño noſtro: & pro

Sacro Cardinalium collegio:atq; imprimis pro colendiſſimo protectore noſtro:cui reuera tãtum debemus:vt nõ poſſimus magis.Doleo quidẽ ipſum aliquãdiu abſuturũ Roma:ſed minus certe ꝑpterea doleo:ꝙ hic abſens propior ac vicinior Camaldulo noſtro futurus eſt.Facilius enim,& cõmodius adiri poterit:ſi opus fuerit:& nobis vel procul ab vrbe cõſuetum fauorẽ in negociis ordinis atq; operã præſtabit.Cõmendo tibi familiã noſtrã:cui te,inuitum licet ac renitẽtẽ præfeci.Stude pro viribus:vt oĩbus fiat ſatis:ne de te aliquis iuſte queri poſſit.Memento inſuper noſtri in quotidianis orationibus tuis.Idem & reliqui fratres noſtri faciãt.Et pax dei,quæ exupat oẽm ſenſum,cuſtodiat corda veſtra,& intelligẽtias veſtras:vt idipſum ſemp & dicatis,& faciatis oẽs, in honorem & gloriã noĩs ſui.Vale.Ex vrbe.Die.xiii.Nouẽbris.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato & Protectori.IX.

a Egre diuellimur abs te pater optime.Seqmur te:quocunq; ieris.Nec mirũ:cum ſcriptum ſit.Vbicũq; fuerit corpus:illuc cõgregabuntur & Aquilæ.Romæ es:& illic nos tecũ.Peruſiam venis : & hic itidẽ præſto ſumus. Trahis nos poſt te:ſicut magnes ferrũ.Currimus in odorẽ vnguentorum,probitatis,humanitatis,caritatis tuæ.Profecturi in craſtinũ,ſi deo placuerit : & niſi ipſe ſecus iuſſeris:viſitare cupimus dignationem tuã.Exoſculati tantum dexterã tuã:& benedictione muniti:continuo abs te diſcedemus.Neq; enim aliud occurrit modo:propter quod longior nobis tecum producendus ſit ſermo.Si hoc per occupationes tuas licet:annue,& veniemus.Sin minus:benedic obſecro vel abſentibus.Et pſentes nãq;,& abſentes,tui ſumus.Vale. Ex Sãcto Seuero Peruſii.Die.xxiii.Nouẽbris.Mcccclxxxviii.

Leonardo Abbati de Rota.X.

q Voniam teneor ex generalatus officio,totius noſtræ religionis,cui indigne præſum,curã gerere:neq; diſſimulatiõe atq; ſilẽtio vti debeo: vbi quid mea poſſum admonitione ꝑficere:iccirco hanc ad te modo conſcribẽdam duxi epiſtolã:vt & honori tuo pariter,& monaſterii tui vtilitati, paterno affectu conſulerẽ.Accipies (vt ſpero) obediẽter & grate monita mea: nec aſpernaberis conſiliũ bonũ,honeſtum,pium.Nam & plerũq; mihi teſtatus es:te mihi ſemper obſequẽtiſſimum fuiſſe:& impoſterum promiſiſti futurũ.Audiui a multis iamppridẽ,indigne ſe ferre:ꝙ cũ poſſis pro tua prudentia,pro terrenis etiã facultatibus,labenti ordini conferre ꝗplurimũ:non modo id non facias:verũ etiã relicta priuati beneficii tui cura,curialis effectus ſis. Habet,inquiunt,domũ haud inuenuſtam:Sunt ei vberes redditus:plena horrea:plena cellaria:marſupiũ plenũ:& vix horum exiguã partem in vſus cœnobii ſui cõuertit. Non ibi congruus monachoꝝ numerus:non debita diuinoꝝ officiorum cura. Quæ in alendis fratribus qui hinc inde vagari cogũtur:aliiſq; ad dei cultũ ptinentibus,expendi deberent:conſumũtur in Curia.Si qui columnæ ordinis videntur eſſe,nihil aut parũ religioni conferunt:iniuſte qui tenuiores ſunt ac exiguarum magis virium,reprehẽdũtur.A boue majore diſcat arare minor.Hæc & alia huiuſcemodi complura referentibus,non ſane occurrit mihi,quid rõnabiliter pro te reſpõdeã.Niſi ꝙ & ipſe illoꝝ ſentẽtiæ facile accedo. Et quis quæſo ſanæ mentis diſſentiat?Quamobrem hortor te ac moneo:vt ante ſolẽnem natalis dñi diẽ proxime futurum,ad monaſteriũ tuũ redeas:totq; in eo mona/

chos

chos habere tecum ſtudeas:quot patiuntur prouentus tui.Educatus es in mo/
naſterio Angelorum:vitamq; in eo regularem per annos aliquot obſeruaſti.Si
modo illa omnia per ætatẽ aut corporis imbecillitatẽ tibi non licent:vel aliis
ſaltem viã quam ſequãtur oſtende.Aut ſi hæc tibi oblongiorem intermiſſionẽ
ac diſſuetudinem difficilis omnino videtur ꝓuintia:imitare venerabiles ac mi
hi fideliſſimos fratres noſtros,abbatẽ Burgẽſem & Abbatẽ Sãcti Michaelis de
Piſis.Non ignoras:quo honore ordinis,quo fratrũ emolumẽto,qua omniũ cõ
mendatione,ſuis vterq; beneficiis præſit.Grauãtur & ipſi ĩmodicis & maiori/
bus q̃ tu impoſitionibus.Ferunt patienter religionis onera.Collectas mihi an/
nuas perſoluunt.Et tñ cetum ambo monachorũ,ſi non regulariter omnino ho
neſte ſaltẽ prudenterq; gubernant.Quotidie miſſarũ ſolẽnia:quotidie horæ ca
nonicæ in templo celebrãtur.Nõ organa ibidẽ,nõ cõgrui cantus deſunt:in ho/
norem & laudẽ dei.Interſunt & ipſi (vt audio) mira ſedulitate:ne forte aliis p̃/
dicantes ipſi reprobi iudicentur.Hos ſi & tu ipſe (quẽadmodũ debes) ſtudio/
ſius fueris imitatus:eam apud deum & homines mereberis gratiã:qua digni
ſunt qui talia agunt.Scriptum enim noſti.Sacrificium laudis honorificabit me.
Et ne hoc gratis fieri putes:audi,quid idẽ dominus dicat. Qui honorificauerit
me:glorificabo eum.Exhibe prius operam : & poſtmodum expecta mercedẽ.
Ecce enim merces tua multa eſt in cœlo.Demum hoc faciens:& cõſciẽtiæ tuæ
primũ:& proximo de te murmurãti:& mihiipſi imprimis qui te diligo,ſatiſfa
cies.Vale.Ex Camaldulo.Die vltima Nouembris.Mcccclxxxviii.

Ioanni Maiori Eremi.XI.

P Iſcem hunc,quẽ ad eremũ mitto,diuidendum minime duxi:ne for/
te non ſufficeret nobis & vobis.Quid enim iter tantos? Erit itaq; ve
ſter totus:& vnuſquiſq; veſtrũ partem accipiet.Appropinquat dies feſtus nati/
uitatis Dominicæ.Non obliuiſcitur dñs ſeruorũ ſuoꝝ.Ieiunaſtis pro eo in pa/
ne & aqua.Aequum eſt:vt cõfecta macie corpuſcula ſua miſeratione reficere in/
cipiat.Cõmendo tibi Philippum monachum.Si abſq; veſtro incõmodo ei ob/
ſequi potueris:erit mihi pergratum,vt proficiſcatur a te contentus & compos
voti ſui.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxii.Decembris.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senẽſi Legato & Protectori.XII.

C Ompoſitam fuiſſe tãdẽ noſtrorũ controuerſiã:idq; ſingulari pruden/
tia dignationis tuæ:vehementiſſime gaudeo.Impaſti ventis & mari:
& facta eſt trãquillitas magna.Cõmẽdari iure meritoq; haud ſatis potes:ꝙ læ/
tos abs te oẽs pacificatoſq; dimiſeris. Oſtẽdiſti ẽt modo,ſicut ſemp tui moris
fuit,cogitare te cogitationes pacis & nõ afflictionis.Iudicaſti populũ tuũ iniu/
ſtitia:& pauperes tuos in iudicio.Et cũ nihil gratiæ cauſa facias:omnia tñ ſunt
grata,quæ facis.Bñdictus deus:& benedictus ſermo oris tui.Dedit tibi domi/
nus quẽadmodum olim prophete dederat,linguã eruditam:vt ſcias ſuſtentare
eũ qui lapſus eſt verbo.De te nimirum haud iniuria ſcriptũ puto.Os ſuum ape
ruit ſapiẽtiæ:& lex clemẽtiæ in lingua eius.Et alibi.Tibiæ & pſalterium ſuauẽ
faciunt melodiam:& ſuper vtraq;,lingua ſuauis. Referat tibi omnipotens pro
me quã ipſe non poſſum gratiam:largiaturq; iis quos reconciliaſti,cumulatius

gratiam ſuam:vt memores tantæ humanitatis,ſanctimoniæ,pietatis tuæ,ſoli/
citi ſint ſeruare vnitatem ſpiritus,in vinculo pacis:habeantq; impoſterum (ſi/
cut decet) in mutuo amore conſtátiá.Quod vero me hortatis domine colédiſ
ſime,vt ſæpius ad te ſcribá:quando quidem epiſtolæ meæ ſemper tibi futuræ
ſint iucundiſſimæ:faciam,quod monuiſti perq̄libenter. Oblectari enim te non
dubito litteris meis,nó quidē ſui merito,ſed fidei atq; obſeruátiæ erga te meæ
teſtimonio:quod illas præſeferre ſemper animaduertiſti. Diligis fidelē ſeruulū,
bonus ac pius dominus.Quæcūq; ab eo proficiſcuntur:non poſſunt tibi eē nō
grata.Velit deus:vt inter tot mūdanas varietates ac temporum viciſſitudines,
ea mihi in futurum ſcribere contingat:quæ vtrunq; noſtrum iuuent.Fiat tandē
ipſius miſeratiōe p̄teritoꝝ,quæ hactenus tibi tanta animi amaritudine ſignificá
ui,malorū compenſatio:vt pientiſſimo patri fieri deinceps merear boni nuncii
baiulus.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxiiii.Decembris.Mcccclxxxviii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato & Protectori.XIII.

IVcūdiſſimas fuiſſe dignationi tuæ litteras meas:plurimum gaudeo.
Cómēdaui in illis opera pietatis:qm̄ (vt ait Apoſtolus) pietas ad oīa
vtilis eſt:promiſſionē habens vitæ quæ nunc eſt,& futuræ.Bono autē
animo pacificata fuiſſe abs te diſſidentia inter ſe religionis mēbra:habitamq; ī
omnibus honoris mei & religionis rationem:quis non videat? Hoc vno oēs
ore confitētur & prædicant.Hoc ipſos domus tuæ parietes(etiā ſi taceat linguá
carnis) geſtientes videre mihi videor:vt idē de te teſtimonium ferant.Quan/
tum reuera ad me attinet:eundem te ſemper pro me omnibus exhibes. Et ca/
lumniantibus me,& laudátibus,q̄tum mihi afficiaris,æque palam oſtendis.Idē
mecū hactenus ſemper dominus meus perſeuerauit:quia omni tempore dili/
git,qui amicus eſt.Gratias ei ago propterea:& ingentes quidē.Petis effundi ꝓ
te preces apud deū,tum a me,tum a domeſticis meis omnibus:& inſtanter,&
multis verbis petis.Teſtis mihi eſt deus:ꝙ memoriam tui facio ſemper in ce/
lebrationibus meis & orationibus:petoq; pro tua pietate a domino: vt ſit tibi
a dextris,ne cómouearis:& cuſtodiat te in omnibus viis tuis. Vtinam petitio/
nes meæ innoteſcant apud eum:neq; deprecantis merita,ſed fidem attēdát.Re
liquos quoq; domeſticos noſtros tuæ dignationis oblitos minime arbitror:&
vt memores ſint in futurum frequenti mea admonitione curabo. Vale. Ex Ca/
maldulo.Die.ii.Ianuarii..Mcccclxxxix.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato & Protectori.XIIII.

REquiſitus a me venerabilis frater noſter prior Sancti Seueri:vt vica
riatus munere apud me in annum fungeretur:accæpit prouintiam q̄
obedientiſſime:exhibuitq; nobis operam ſuam menſura bona & ſu/
pereffluēti:ita vt duobus fere mēſibus annum exceſſerit.Collaborauit mecum:
Immo pro me totius domus meæ curam geſſit.Fuit mihi adiutor in opportu
nitatibus,in tribulatione.Annum ſeptuageſimum natus eſt:& tamen ſibi cótrá
tationem ætatis multum ſemper laboris iniunxit. Licet autem vires cum æta/
te diſſentiát:(eſt.n.ei corpus ſolidum,compactum,& ſucci plenum) mira tamē
ſedulitate ac ſolicitudine contédit ſemper ſupra vires:vt foret ſe ipſo etiam ro

buſtior:

buſtior:neq; gratis manducaret panem apud nos. Mirabitur forte(vbi ipſum viderit)dignatio tua,ſeniorem optimæ valitudinis:cui viuidus color: decora canities:oculi puro lumine vigentes:ſonora vox:dentes lacte candidiores:nō tremulæ manus:non genua nutantia:non deniq; (quod prophetæ acciderat) caro immutata propter oleum. Mirabit᷉ multo magis:vbi nouerit,hoc robur, hunc animi & corporis vigorem,non delicatioribus epulis,nō deſidia & ocio: verum ſumma victus parcitate,laboreq; continuo,in ſene firmari. Plurimum certe illi debeo:q; calamitatis tempore ſeſe ſuaq;,pro meis ac domeſticæ familiæ commodis,tam fideliter expoſuit. Alii poſt laborem,mercedem efflagitāt. Huic præter impenſam nobis,quam ſtrenue nauauit,operam,etiam mutuatā ab eo pecuniam debemus. Taceo q̄ta me ſemper obſeruantia,quanta coluerit pietate. Vbi forte domi obuiam mihi factus eſt:aut me in cubiculum adiit:vnū e iunioribus crederes. Tegere caput,& conſedere mecum iuſſus,raro ægreq; obſecutus eſt imperanti. Hæc ſtrictim ac ſummatim complexus ſum modo colē diſſime pater:non vt Priorem commendem apud te:ſed vt ſcias q̄tum ſim illi obnoxius. Pergratum mihi erit:ſi tum ſui merito,tum meo de ſe teſtimonio, eam apud clæmentiā & pietatē tuam,inire promeruerit gratiam: quam maxime cupit: vt reliquū vitæ ſuæ tempus,ſub tua protectione gaudens & tutus viuat. Vale. Ex Camaldulo. Die. v. Ianuarii. Mcccclxxxix.

Ioanni Maiori Eremi. XV.

c Vm eſſem profecturus Camaldulo ſuperioribus diebus:adiit me ſubprior noſter:petiitq;,vt accerſiri permitterem Symonem Eremitam ad cōmorādū ſecū,donec rediiſſem ipſe. Petenti annui:vt libētius curam clauſtri gereret,ſocii & coeremitæ fultus ſolatio. Dies etiā iſti futuræ quadrageſimæ proximi,vbiq; fere,ſuo quaſi iure,indulgentiæ aliquid ac remiſſionis ſibi vendicant:venialiuſq; hoc tempore contentus auſteritatis Eremiticæ arcus relaxatur. Indiget autem ex pluribus alius alio magis remiſſione: prout quiſq; plus aut minus igne diuini amoris feruet. Et ſicut magnopere eſt commendandus,cui amplius donauit deus:ita periculoſe iudicatur, qui minus accæpit. Suffitientia.n. noſtra ex deo eſt. Vale. Ex noſtra vinea Eremitarum. Die. xii. Februarii. Mcccclxxxix.

Ioanni Maiori Eremi. XVI.

r Eminiſcor veſtri ſæpius:quia ſic debeo:neq; mihi propterea agendæ ſunt gratiæ. Piſciculos mitto:parum ſane quid,ſi rem conſyderes:magnū,ſi mittētis affectū. Aſſueti macerare carnē frequēti ieiunio panis & aquæ,ēt piſces minutiſſimos ſummas exiſtimatis delitias:& ſpirituali cibo paſti,vniuerſa gulæ irritamenta contemnitis. Non igitur neceſſarium puto epiſtolam ſcribere,in eam quam petiſti ſententiam. Nam & vnum quēq; veſtrum ad concelebrandam in omni ſanctitate quadrageſimam promptum arbitror: & ſatis vobis corā nudius tertius feciſſe mihi videor:cum ante quam a vobis diſcederem,conuocatos omnes admonuerim: vt impigre atque intrepide accingeremini ad ineumdam aduerſus carnis illecebras pugnam. Licet enim maiore anni parte ſeuerioribus ieiuniis corporum inſolentiam acrius cōprimatis:& ſpiritu ambulantes,deſyderia carnis non perficiatis: certum eſt tn̄,

vos his ſacratioribus quadrageſimæ diebus auſteriorem vitam,diſtrictius ob/ ſeruate. Vt fiat,ſicut ſcriptum eſt. Sanctus,ſanctificetur adhuc. Vnũ aũt tibi ſua/ deo:vt moderate omnia fiant:& ne quid nimis:nedum nimium eradere erugi nem cupimus,frangatur vas. Rationabile ſit obſequiũ veſtrũ. Si quis ex vobis aut ætate,aut corporis imbecillitate fuerit infirmior:non cogatur ſupra vires niti:ne deficiat. Qui vero ſpiritu feruentior fuerit:agat deo gratias:& non iudi cet infirmiorem fratrẽ. Qui.n.manducat,ait apoſtolus, non manducantẽ non ſpernat:& qui nõ manducat,manducantẽ nõ iudicet. Cauendum tñ diligẽtius: ne quis ſpecie boni decipiatur:& probandi ſpiritus,ſi ex deo ſunt. Audi,quid cõ ſulat princeps apoſtolorũ. Cariſſimi,nolite peregrinari in feruore:qui ad tenta tionem vobis fit. Demũ tales ac tanti ſumantur cibi:quibus non oneretur cor/ pus,nec animus obruatur:& rurſus non ita ĩmoderatis ieiuniis affligenda ſunt corpora:vt nimia debilitate confecta,neq; ſtare in choro ad pſallendũ firmius queãt:neq; alacrius orationi incũbere:quẽadmodũ frequentius experiri vos au dio:cum pridiana in pane & aqua,abſtinentia præceſſerit. Hoc vt mature con/ ſyderes:& hortor & moneo. Vale. Ex Camaldulo. Die.i.Martii.Mccccl xxxviiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XVII.

i Ngreſſi quadrageſimã ea ſpe:vt & mente & corpore vacaremus deo: fraudati cito ſumus deſyderio nr̃o. Voluit dñs & iuſtus & miſericors: vt afflicti ꝓ peccatis noſtris,nullã nobis polliceremur quietẽ:& ſicut nihil ĩ tu/ limus in hunc mundũ:ita nihil in ipſius facultatibus ſpei collocaremus. Audi quæſo mi dñe:quid acciderit nobis. Nudius quartus,orto iam ſole, egreſſis ad opus ſuum bubulcis noſtris,& vno tm̃ domi relicto,ignis in camyno accẽſus, exurere cõtignationẽ domus cœpit:tantaq; celeritate late vagata eſt intrinſe/ cus flãma:vt anteq̃ domeſtici accurerent: fores patentes repente corripuerit: atq; prohibuerit ingreſſum. Flante aquilone,& vehementi quidẽ,diffundebaẽ incendiũ:nihil noſtris aqua proficiẽtibus:adeo vt in fœnile quoq; ac boum ſta bulũ latiſſimæ traiecerint flãmæ. Deniq; tanta fuit igniũ vis:vt infra vnius ho ræ ſpatium,vtriuſq; ædificii tecta corruerint:& vix iumentis incendio ereptis, vno veluti momento,tãta moles ædiũ vna cum inſtrumẽtis agreſtibus, quæ varietate & copia pmulta erant,ac oĩ ſuppellectili penitus cõflagrauerit. Hoc iccirco dignationi tuæ ſignificandũ duxi:vt iratũ malis meis dominũ,ſuis ora tionibus placare dignetur:& cõpatiens imbecillitati meæ,ipſius obnixe implo ret clæmentiã: vt excocta ad purũ ſcoria delictoꝝ meoꝝ gloriari mihi liceat cum propheta:& dicere. Igne me examinaſti:& non eſt inuẽta in me iniquitas. Referet coram alia cõplura dignatiõi tuæ harum lator,nomine meo. Ei æque, ac mihi ipſi,in omnibus fidem preſtabit. Vale. Ex Camaldulo. Die.viii.Martii. Mccccl xxxix.

Ioanni de Medicis Cardinali Florentino. XVIII.

g Audeo vehementer de promotione dignationis tuæ,ad eam,quæ ſu/ premæ proxima eſt,dignitatẽ. Hoc.n.optima indoles tua:hoc maio/ rum ac progenitorum tuorũ,atq; imprimis clariſſimi parẽtis tui,me rita poſtulãt. Quibus ſane rebus fit:vt dubitare poſſit nemo:electũ te a dño,tã/ q̃ Aarõ,futurum in ſancta eccleſia ſplendidiſſimũ lumen, colũnãq; firmiſſimã.

Atq;

Atq;,vt apertius de te loquar,quod ſentio:conſyderanti mihi,qũo,huius tenel
læ ætatis adoleſcentulus euectus ſis:quo tã cito,dei miſeratione aſcenderis : il/
lud de ſcripturis ſacris præcipue ſuccurrit.Fons paruus creuit in fluuium maxi
mum:& in aquas plurimas redũdauit.Creuiſti dignitate:creſces ætate: creſces
ſapientia,& gratia apud deum & homines.Pater eris pauperum: mœrentium
cõſolator:& miſerorum atq; oppreſſorum leuamẽ. Icc irco enim in hunc excel
ſum Cardinalatus ordinem aſſumptus es:vt proſis q̃plurimis:vt ſis non Etru
riæ ſolum,verum vniuerſæ labanti eccleſiæ firmamentum:deniq; vt deriuentur
fontes tui foras:& in plateis aquas diuidas,aquas vtiq; ſapientiæ ſalutaris. Sit
itaq; præcor,felix & fauſtus hic aſcenſus tuus.Et ſicut paruulus datus es nobis:
cuius imperium ſuper humerum eius:ita cuſtodiens paruulos dominus,tecum
ſit in omnibus viis tuis:detq; tibi abundantius gratiam ſuam:vt quemadmo/
dũ ſperare licet facile,dignitatem Caridnalis atq; autoritatem,tum virtute ac
doctrina,tum vero bonarum actionũ exemplo,illuſtres : creſcaſq; in templum
ſanctum in domino:inhabitaculum dei:in ſpiritu ſancto. Vale.Ex Camaldulo.
Die.xiiii.Martii.Mcccclxxxviiii.

Laurentio Medici.XIX.

Elatum filio tuo Cardinalatus inſigne:pauloante accæpi.Fuit mihi is
d nuncius,pro mea erga te ac filium beniuolentia, ſane iucundiſſimus:
Acceſſiſſe enim video domeſticæ tuæ gloriæ cumulũ : q̃to maximus
hoc tempore deſyderari potuit : vt filius vix dum annos pubertatis ingreſſus
tam præclarum a Deo munus adeptus ſit.Congratulor itaq; tibi Laurenti opti
me:& eo quidem effuſius:ꝙ cum plurimum operata haud iniuria credatur in
promouendo filio, patria autoritas & nomen: redundaſſe in te merito debuit:
quicquid filius fuerit cõſecutus.Scriptum eſt enim:Quoniã glorificatur pater
in filio.Det illi dominus diuturniorem vitam : ſuamq; cumulatiſſime gratiam
infundat : vt quam adeptus eſt,dignitatem,procedente ætate,tum eruditione
atq; doctrina,tum vero(quod præſtabilius eſt)vitæ merito,ornatiſſimam red/
dat.Atq; vtinam pii ſimul ac religioſi animi adoleſcentulus,tantum,virtutibus
ſuis addiderit:quantam de illo concæpi ſpem.Futurus profecto erit totius ec/
cleſiæ validiſſimum fulcrum:magnũq; ac memorabile non modo ſeruatæ ve
rum etiam amplificatæ religionis,daturus exemplũ . Valeat q̃feliciſſime,vna
cum filio pater:proſitq; vtriq; ad ſalutem,quod vtriuſq; meritis datum eſt. Ex
Camaldulo.Die.xv.Martii.Mcccclxxxviiii.

Guidoni Priori Angelorum.XX.

f Vit mihi ſupramodum grata,noui Cardinalis Florentini promotio.
Conſueuerunt partus ſerotini ac tardiores , mirabiles eſſe : grandiq;
aliquo prodigio effundi in lucem ſolent:qui ex diu ſterilibus matribus naſcun/
tur.Peperit nobis Cardinalem Etruria poſt multos annos.Sit vtinam futurus
eiuſmodi:qui Ioſeph,continentia:Sanſon,fortitudine:Samuelem,ſanctitate:Io
annem deniq;,iuſtitia & religiõe:nobis referat:quos omnes olim,diu infœcũ/
dæ matres genuerũt. Quis enim putas puer iſte erit,vbi adultus ac prouectus
fuerit:qñ nũc cũ adeo puſillo ẽ manus dñi?Magnus qdẽ dignitate factus ẽ:ma
ior futurus ætate ac meritis:& Cardinalatus gloriã,oĩ virtutũ gñe facile æqua/
turus.Cõgratulatus ſũ p̃ri:q honoris filii primus ẽ particeps.Tu quoq;,vbi cũ

eo cōmode congreſſus fueris,idem plenius atq; vberius facies meo nomine. Equidem videre illū mihi videor lætabundum pro filio : atq; hilarius & exultantius ei dicentē. Ecce odor filii mei,ſicut odor agri pleni:cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cœli,& de pinguedine terræ abundantiā frumēti vini & olei:& ſeruiant tibi populi:& adorent te tribus:& incuruentur ante te filii matris tuæ. Iam impletā,& tempeſtiue quidē,prophetiā videt. Gaudeat itaq; felix,exaltatione ac prouectione nati ſui,pater:& duplici honore cōſpicuus,in dño glorietur:a quo eſt omne datū optimū,& omne donum perfectū. Verum ne te pluribus morer:cura quæſo,vt Arretinus abbas reddere cōmode poſſit litteras noſtras Reuerendiſſimo Cardinali,eiuſq; patri,& vtriq; me,cum eos allocutus fueris,plurimum cōmendabis. Ex eodē itidem abbate,quid animi habeat colendiſſimus protector erga monaſterium tuum:apte intelliges. Eſt autem tuus totus Arretinus ipſe:& vera eſſe,quæ dico,poteris ſemper pro arbitrio periculū facere. Vale. Ex Camaldulo. Die.xv. Martii. Mcccclxxxix.

Ioanni Maiori Eremi. XXI.

a Pprobo ſine vlla hæſitatione,recluſi deſyderium,atq; ſententiam : vt egredi decreuerit : & cōmunem elegerit cum cæteris vitam:quæ nimirum (ſicut plerunq; audiſti ex me) & tutior eſt ipſam agenti : & cohabitātibus in Eremo gratior. Vhæ ſoli,ait quidam:quoniā,ſi ceciderit,non habet ſubleuantem. Contra vero alibi ſcriptum legimus . Frater,qui adiuuatur a fratre, tanquam ciuitas munita. Annue itaq; petenti:pateatq; illi oſtium pro arbitrio. A domino enim factum eſt iſtud: Qui (vt apertius,quod ſentio,tecū loquar) multo magis probat cœnobitæ humilitatem,q̄ recluſi elationem. Exeat tandē de tenebris,vt ſciat,quo vadat,ac relicta ocioſa atq; vmbratili vita,ſub diuo,interq; fratres victurus,egrediatur:vt videant opera eius bona:& glorificent patrem qui in cœlis eſt. Subdat ſe omni ſummiſſione maioribus ſuis:& facere imperata ſibi aſſueſcat:vt ſanctæ huius humilitatis merito,facilius ſcalam illam Iacob conſcendat:per quam illi aſcendentes & deſcendentes angeli monſtrabantur. Nam ſicut elatione deſcendimus:ita humilitate conſcendimus. Deniq; humilia reſpicit dominus:& alta a longe cognoſcit. Vale. Ex Camaldulo. In die reſurrectionis Dominicæ. Mcccclxxxviiii.

Gabrieli monacho Angelorum Florentiæ. XXII.

c Ogunt me Prioris litteræ,longe ſecus de ipſius erga te animo ſentire:q̄ tu ſcribas. Nam ſi ex verbis animum licet perpendere:ſcripſit tibi,non vt is qui putabatur inimicus : ſed quanta vel tui amantiſſimus ſcribere humanitate potuiſſet. Simulatiōi aſſcribis verba bona verba cōſolatoria:& quæ cū tui cōmendatione tanto ſermonis Lenocinio conſcripta ſunt,adulationem interpretaris. Noſti quidē hominē,q̄ ego,melius:quippe qui cū illo bienniū vixeris. Sed ſi mihi tecū libere loquēdū ē:accuſandū atq; īſimulādū eū cēſeo: q ī iuſte criminatus eſſet:nō qui ſimulato etiam aīo laudaſſet. Dubia (vt ſcis) in meliorem partem ſunt accipienda:qua ſimplicitate præditum vnūquēq;,præſertim monachū,debere eſſe,admodū ꝓbo. Scribit ad te Prior,adeo placide leniterq;:ita te modeſte ac parce laudat:ſic ſe tibi amice ac benigne offert: vt nō ſine graui illius iniuria & criminatione,qui tibi videt̃ amiciſſimus,mēdaciſſimū putes.

putes. Vt igitur maturius Prioris verba diſcutias expendaſq;,pro mea in te mo/
neo caritate:ne odiſſe immerito credaris:cui mutui amoris referenda erat iu/
ſtius gratia. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxv. Aprilis. Mcccclxxxviiii.

Antonio de Comitibus, Prætori Florentino. XXIII.

s Cribit ad me Prior Angelorum:commendaſſe ſe Laurentio negociũ
tuũ:neq; vllo pacto dubitandum:quin,prout ipſe optas,conficiendũ
ſit. Bene itaq; ſperet nobilitas tua:& in eo potiſſimũ cõfidat: qui facit iudicium
iniuriam patientibus. Aduena quidẽ es:& in patria aliena. Sed memento ſcri/
ptum eſſe:Dominus cuſtodit aduenas. Laudo magnopere patientiã tuam: &
ꝙ minime fractus aduerſitatibus,ceſſeris. Non erat tuum,ſecus feciſſe:neq; de/
cuerat virũ grauẽ,ac multa expertũ,iuſtitiæ diffidere. Quis.n.inuocauit domi/
num:& derelictus eſt? Et Iob. Nunquid deus ſupplantat iudicium:& omnipo/
tens ſubuertit qd iuſtum eſt? Quibus ſcripturæ ſacræ teſtimoniis confirmatus:
ne quæſo cede malis:ſed cõtra audentior ito. Sentis de homine:magis illũ ver
bis præſtare,q̄ re:& forte ibi trepidas timore,vbi non eſt timor. Ego quidem
hac in re,nec tibi nec mihi dare ipſum verba exiſtimo:verum ſimplici animo
ſignificaſſe nobis,quod futurum confidit. Hortatus eum ſæpius tum corã tum
litteris,vt preſto ſit tibi:itidem faciam & impoſterum:vt accedente illius ope/
ra & interceſſione facilius atq; expeditius rei tuæ conſulatur. Vale. Ex Camaldu
lo. Die. xxvi. Aprilis. Mcccclxxxviiii.

Mariano Cuccino Procuratori. XXIIII.

p Etiiſſe dñũ Venetum a Pontifice:vt vnũ ex patritiis ſuis Venetis,quẽ
ipſe maluiſſet,ad Cardinalatũ promoueret:factãq; de me quoq; cum
aliis aliquot fuiſſe a Põtifice & Cardinalibus mẽtionẽ:nõ ſolũ ex litte/
ris,quas heri abs te accæpi,verũ ẽt multorũ relatione iãpridem didici. Cur vero
te accerſierit Reueren. Cardinalis Sãcti Marci:ac de me,ſicut ſcribis, diligẽtius
perquiſierit:neſcio. Vnũ ſcio:me tibi debere q̄plurimũ: tũ quia id mihi cupis,
qd vtile fore & honorificũ arbitraris: tũ quia pro ſigulari tua in me caritate ac
fide longe aliud q̄ pro meritis tuliſti de me teſtimoniũ. Fallitur plerũq; amor:
& icciro forte cæcus pingitur:quia dilectiõis interdũ vi & impetu magis q̄ rõ/
ne ducitur:& qd in amico optat credit. Quod vero hortaris:vt ſcribi hinc fa/
ciam,cõmẽdatitias ad Pontificẽ litteras:futurũ ſiquidẽ haud dubie,vt collegio
Cardinaliũ aſciſcerer:abſit a me(vt bona tua venia loquar)hoc pecatum in Do
mino. Scis enim ſcriptũ eſſe. Nemo ſumit ſibi honorẽ:niſi qui eligitur a deo tã
q̄ Aaron. Iuditio non prece eligendus eſt:qui cardineo titulo cenſendus eſt di/
gnus. Quod nimirũ ſi effectũ fuerit:alii hic magiſtratus demandabitur nõ mi/
hi:qui profecto nec hoc quẽ gero,nec longe minore dignus ſum. Eligat dñs vi
rum ſecundũ cor ſuũ:quẽ collocet cum principibus,cũ principibus populi ſui.
Me vero extolli cum ſalutis meæ periculo pro ſua pietate minime patiatur: ne
forte mihi contingat amaro ei animo dicere. Quia eleuãs alliſiſti me. Et alibi.
Homo cũ in honore eſſet,nõ intellexit:comperatus eſt iumentis inſipientibus:
& ſimilis factus eſt illis. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xvii. Iunii.
Mcccclxxxviiii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XXV.

i Vgi laicorum viſitatione,qui me biennio ãn nõ viderãt,impeditus:ni
hil ad te Venetiis litterarũ dedi. Cupierã ſaltẽ ante profectionẽ meã,

petere abs te benedictionẽ: vt illa munitus, tutius mare ingrederer: dominumq; proſpero itinere celerius redirẽ. Quod quia obmiſſum eſt: accidit mihi, quod minime, æſtatis præſertim tempore, futurũ crediſiſſem. Quinta enim dies eſt hodie: exquo nauicula conducta Venetiis diſceſſi: & adhuc aduerſa tempeſtate apud Clodiã detineor. Flauit primis tribus diebus Aeurus primũ, mox Aphri/cus, rehementiſſime: duobus vero poſtremis Aquilo: qui e regione huic op/ponitur: qui profecto tñ nobis frigoris intulit: vt mediam nobis hyemẽ retu/lerit: & operti in nauicula cópluribus indumentis, vix membra rigentia calefa/cere potuerimus. Ad portum itaq; Brunduli, qui duobus a Clodia milibus paſ/ſuum diſtat, per hos dies plenus tedio retardatus: veni hodie pedes cum comi/tibus noſtris ad noſtrum monaſterium Sancti Ioannis: tamdiu hic remoratu/rus: donec imperante dño ventis & mari, proſperam ſperare potuerimus naui/gationẽ futuram. Tu quoq; quotidianæ pro me oratiói aliquid ſolito plus adii/cies: vt id cito promerear. Simulq;, cum tibi per occupationes licuerit, fac tuas oro litteras frequenter accipiã. Te nãq; illæ mihi referũt: qui mihi es ſupra mo/dũ gratus. Vale. Ex Sancto Ioanne extra Clodiã. Die. xxiii. Iunii. Mcccclxxxviiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXVI.

n On obmittendum duxi: quin notum facerem dignatiói tuæ: qũo pro/ficiſcente me Venetias, captus ſit Forliuienſis ille monachus perditiſſi/mus: & qũo ſit e noſtris manibus elapſus. Cum eſſem Rauennæ ſolẽni nundi/naꝵ tempore: viſus eſt hic bonus vir a quodam ex noſtris inter tabernas illas, empturo ſimilis palam diſcurrere. Renunciãte illo, optime ſeipſum agnouiſſe: miſi continuo, qui prætorẽ rogaret meo noíe: vt facta poteſtate ſatellitibus ſuis capiendi monachũ, ipſum traderet in manus meas. Obſecutus eſt petenti præ/tor: captuſq; eadẽ fere hora monachus, vt in prætoriũ adduceretur, lictores ora/uit. Habere ſe rẽ magni momenti: quã cũ prætore conferre oporteret. Factũq; eſt. vti voluit. Audito eo prætor monuit me pnunciũ: Sibi liberũ nó eſſe, captũ mihi tradere, niſi prius mecũ loqueretur. Nihil cunctatus prætorẽ adii. Excuſa/re protinus cœpit: non poſſe monachũ dimittere: q; litteras cuiuſdã ex Flami/niæ principibus ac mãdata ad illuſtriſſimum Dñium Venetum publicus nun/cius perferret: obſignataſq; mihi litteras oſtendit. Admonitus a me decipi no/bilitatẽ ſuam: cóſictas eſſe adulterinaſq;, non veras principis illius litteras: præ/cepit ſcribæ ſuo: vt quas olim ab ipſo Dño litteras accæpiſſet proferret. Colla/tis inuicẽ ſigilloꝵ ípreſſionibus: cũ maxime cóuenire viderẽtur: in modico tñ differre alterutꝵ ipſe deprehẽdi. Demũ adduci me præſente in conſpectũ ſuũ, monachũ iuſſit. Qui a me correptus dure, teſtatus ẽ fungi ſe munerĩ publico: ac Venetias deſtinari. Suſpenſus ac dubius, quid nã ageret, prætor: decreuit tandẽ illum in arce detinere: donec miſſis per curſorem litteris, rei veritatem a Dño didiciſſet. Facturum ſe poſtea: quod Dominium imperaſſet. Sequenti die Rauẽ/na profectus ſum. Poſt dies aliquot, retulit mihi quidã Venetus prætoris noíe: vt monachum meo arbitrio de arce producerem: ac ipſum in meã ditionem ſuſciperẽ: punirẽq;, vti meruiſſet. Miſi itaq; vnum e monachis noſtris: qui Ve/netias mecum veniebat: datis diligẽter mandatis: qũo flagitioſum illum tuto Florentiã perduceret: ſub arctiſſima ſeruandũ cuſtodia. Verũ is vbi Rauennam

applicuit:

applicuit:factus eſt certior,eũ ex arce aufugiſſe pridie eius diei:quo in vrbẽ ve/nerat. Et q̃q̃ de hoc oĩa credi pñt:tñ haud multũ fidei exhibeo dicẽtibus:ipſum linteo,in quo dormierat,plures in partes diſſciſſo,atq; nodis ſtrictioribus deinceps colligato,veluti per funẽ,de muro lapſum,ĩ ſubiectã foſſam deſiliiſſe:ſicq; eluſis cuſtodibus inde ſe proripuiſſe. Indolui mirũ inmodũ,vbi hoc compi:ꝙ nihil mea ꝓfeciſſem diligentia:ꝙ vbiq; nos falleret neq̃ iſte:ꝙ tẽſis totiẽs ĩ capturã retibus,cõprehẽdi hucuſq; minime potuiſſet. Erimus poſt hac haud mi/nus ſolito intẽti,ferat iſtius ĩmaniſſimæ venationi:ſi forte dignetur dñs tradere illã in manus nr̃as:vt ſemel recludi in anguſtiori loco poſſit:vbi preteritarum culparum luat pœnas. Quod vt euenerit:certiorem faciam dignationem tuã. Vale. Ex Camaldulo. Die.xiii. Iulii. Mcccclxxxviii.

Frãciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXVII.

c Onuenit heri me Forliuienſis illius monachi nequiſſimi pater:langui dus quidem ac mœſtus:præcatuſq; eſt pro filio:vt ipſum tuæ digna/tioni cõmendarem. Interrogatus,vbi nã foret:captũ rñdit iuſſu tuo:ac Ceſen/næ publica detineri cuſtodia. Bñ,inquã, agitur cum illo:cui in vincula cõiecto ſublata ſit,nouum aliquod facinus perpetrãdi facultas. Hortatus ſum inſuper ſenem:ne ægre ferret diſciplinã filii:qui erudiri,niſi flagellis,cõmode non poſ/ſet. Quinimo ageret gratias deo:ꝙ in eius manus incidiſſet:qui,licet grauiſſi/me offenſus,iniuriarũ memor minime ſit futurus. Clæmentiſſimum ſiquidem eſſe:nec aſperioris dnrioriſq; naturæ. Nihil facere cõſueuiſſe nõ ſapientiſſime: & cum tranquillitate omnia iudicare. Demũ quicquid ſaluti filii eius vtile fore cognouerit:id omne facturũ,dñm pietate inſignẽ,non dubitaret. In hæc verba dimiſſus ſenex:plenus optimæ ſpei abiiſſe Camaldulo viſus eſt. Scio,inquit,& bñ ſcio:nullũ eſſe aut excogitari poſſe tã atrox atq; horrendũ ſuppliciũ:quo il/le dignus nõ ſit. Non peto vt nõ corripiatur:ſed ne corripiatur in furore. Ha/beatur ſalutis eius rõ:& cõtentus ac lætus viuã. Cõmendo itaq; illũ tibi domi/ne indulgẽtiſſime:& vt parentis precibus fiat ſatis (prout expediens iudicaue/ris) peto. Reuerſus Venetiis,cũ omnia domi cõfuſa & perturbata offendiſſem, ob impoſitã nobis tercentum aureorum,infra duorum menſium ſpatium per/ſoluendorum,pecuniam:cõqueſtus ſum litteris apud te infeliciſſimam ſortem noſtram. Siue illas accæperis:ſiue non accæperis,nõ eſt repetendus hic ſermo: qui vt mihi nulli vſui,ita dignationi tuæ moleſtiæ ſit futurus. Pati familiam:& conqueri quotidianis lamentationibus,intuens:compatior & ipſe multo ma/gis:& eo quidem magis:ꝙ tum belli,tum pacis tẽpore oppreſſa religio, haud multo poſt (niſi miſerit dominus auxilium de ſancto) interitura credatur. Va/le. Ex Camaldulo. die.xxiiii. Iulii. Ncccclxxxviiii.

Mariano Cuccino Procuratori. XXVIII.

q Vas pauloante ad me dediſſe te litteras,ſcribis:minime accæpi. Repe tis frequẽter eundem de dignitate quæ ſupremæ proxima eſt ſermo/nem. Vrges:inſtas:vt ſcribi ad pontificẽ faciam. Futurũ facile:qđ optas nobis. Ego autẽ in eandẽ,quã tibi Venetiis ſcripſi,ſnĩam nunc quoq; rñdeo, Conſilio nõ interceſſione eligẽdos eſſe:qui tã inſigni decorãdi ſunt munere. Quis enim

ſine periculo tantæ ſe vltro ingerat rei? Quo enim gradus altior: eo caſus gra tior. Et ſicut poeta quidam ait. Grauiore caſu decidunt turres: ferriuntq́ ſummos fulgura mōtes. Mecum profecto bene agetur: ſi vel in plano & humili cōſtitutus loco firmus ſteterim. Fui Venetiis per duos fere menſes: quo tempore, inclinatum eſſe in me præter cæteros Venetos Pontificem ciuitas perſonabat. Hortabantur me tum propinqui tum amici quotidie: vt oblatam a deo tā tæ promerendæ dignitatis occaſionem nequaq̄ paruifacerem: atq́ vt agerem & ipſe pro viribus, quæ ad rem perficiendam conducerent, importunius obtūdebant. Idem ſemper a me retulerunt reſponſum. Neminem ſummere ſibi honorem: ſed qui eligeretur a Deo tāq̄ Aaron. Sicut nec Chriſtus ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed qui locutns eſt ad eum: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Hunc vt pro me præceris (quod vnum hac in re, ſalua tentari conſcientia poteſt) ſuadeo: vt ſaluti meæ pro vt ei placuerit, conſulat. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxviiii. Iulii. Mcccclxxxviiii.

Mapheo Girardo Patriarchæ Venetiarum. XXIX.

r Eddidit mihi Prior Sancti Michaelis dignatiōis tuæ litteras, paterni affectus plenas: & quæ me ſingulari repleuerūt voluptate. Quid. n. nō oblecter tā benigna & grata mei memoria, grauiſſimi atq́ ſanctiſſimi præſulis? Neque enim hac amoris in filium teſtificatione fieri poſſe arbitror: vt non frequentius pro mea ores imbecillitate. Quare nihil mihi eſſe, hoc præſertim tēpore, vtilius ac magis neceſſarium poteſt. Bene itaq́ optime pater (qn̄ hoc tam ſtudioſe ſcire ex me concupiſcis) valeo. Sanus ſum: ſed vtinam ſicut corpore, ita & animo. Premit me admodum rei familiaris cura. Vrgent hincinde emergentia quotidie, & moleſtiſſima quidem negocia. Iactatur nauicula mea in medio mari: operitur fluctibus: ita vt pene obruatur. Quo impenſius rogo humaniſſimam pietatem tuam: vt ſicut mihi quem ardentiſſime amas, ſuccedere omnia feliciter cupis: ita meæ tranquillitati & quieti ſanctiſſimis orationibus conſulas. Qua ſane re nihil felicius, nihil optandum vehementius puto. Vale dn̄e mi colendiſſime: cuius venerandam canitiem dominus incolumen tueatur. Ex Camaldulo. Die. xxvi. Auguſti. Mcccclxxxviiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi protectori. XXX.

q Vantum proſit rebus ordinis præſentia tua in vrbe domine colendiſſime: ex ipſa abſentia facile coniici poteſt. Iccirco neſcio: an maiori deſyderio patres in Limbo Chriſti præſtolabantur aduentum: q̄ tuus Romæ a noſtris reditus expectatur. Vnus dies eis: tanq̄ mille anni. Ita omnia te abſente audatius oppugnātur ab aduerſariis: & a noſtris difficilius ac periculoſius defenduntur. Hæc ita eſſe: ex procuratore vexati monaſterii apertius diſces. Apprehende, quæſo, arma & ſcutum: & exurge in adiutorium eius: qui nimiꝰ pro religione, pro iuſtitia, pro veritate, decertans: in tuo potiſſimum confidet auxilio. Si tempeſtiue adueneris: vt re adhuc integra aduerſarii noſtri te ſentiant: cōcident, opinor, eis brachia: & forte aut ex compoſito liti cedent: aut deſperatione ducti in fugam conuertentur. Hoc igitur negocium ſimul cum aliis, quæ coram tuæ dignationi retuli pauloante, ſummis ei commendo precibus. Vale. Ex

Camaldulo

Camaldulo.Die.xvii.Nouembris.Mcccclxxxix.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani.XXXI.

m Oleſtam tibi eſſe vrbanam commorationē:haud dubie mihi perſua/
deo.Neq; enim monachus merito dici poſſes:ſi vltro ſolitudini ter/
ga vertiſſes.Obiici nāq; tibi iure poſſet:quod amator ille vitæ ſolitariæ cuidā
in vrbe cōmoranti ſcripſit dicens.Si cupis eſſe quod diceris monachus.i.ſoli/
tarius:quid facis in vrbibus:quæ vtiq; non ſunt ſolorū habitacula,ſed multo/
rum? Atqui excuſaris tu.Iuſſus iſthic moram trahis.Non ſegniter,non deſidio
ſe tempus teris:quando iniuncta tibi religionis negocia pro viribus expedire
contendis.Iam ex iis aliquod abſoluiſti:quod proſpere ceſſit.Perſeuerantia ti/
bi & patientia opus eſt:vt reliqua ſimili tenore perficias . Præſto tibi erit dñs:
qui non derelinquit ſperantes in ſe:eritq; tecum in omnibus,ad quæcūq; am/
bulaſti.Auocant quidē animum & cōminuunt vrbana negocia : nec fieri facile
poteſt:quin in huiuſmodi rerū tractationibus humana aliquantulum relaxetur
ac remittatur intētio:atq; a ſpūaliū abſtrahatur cōtemplatione.Nō tñ propte/
rea intermittēda ſunt ſubditis maiorꝝ ſuorꝝ cōtēnendaq; imperia:neq; priuatæ
quieti publica eſt poſtponēda vtilitas.Apoſtolum audi:qui hac te cura liberet.
Caritas opit multitudinē peccatorꝝ.Vale.Ex Camaldulo. Die.xii. Decembris.
Mcccclxxxix.

Baſilio Abbati Sācti Michaelis de Arretio.XXXII.

ſ I tam breui,adeo in litterarū ſtudiis profeciſti:vt me prior ipſe pro/
uocare latina epiſtola auſus ſis,ad ſcribendū tibi latino ſermone:qui
hactenus vernaculo ad te ſcribere cōſueui:plurimū ſane lætor . Nihil
enim mihi gratius,& tibi vtilius,facere potuiſti : q̄ vt ad capeſſendam doctri/
nam,atq; adimbuendum liberalibus diſciplinis animum,te conferres.Defuiſſe
nimirū hactenus tibi viſus es:qui optimum a natura ingeniū ſortitus , nimio
plus,q̄ voluiſſem,dedere te totū litteris diſtuliſti.Fac itaq;,quod cupio:vt cœ/
ptis ſequētia rñdeant:neq; cōmittas,vt miſſa ad aratrū manu,reſpicias retro.
Quin potius eas de virtute in virtutē:vt in lege domini meditans die ac no/
cte:cuius eloquia,eloquia caſta,& dulciora ſuper mel & fauum:& aduerſa mū/
di minus ſentias:& facilius cœleſtia cōtēpleris.Vale:atq; vna cū reliquis,præ/
ceptorē tuū ſaluta meo noīe.Ex Camaldulo.Die.vj.Ianuarii.Mcccclxxxx.

Dominico Triuiſano,Oratori Veneto.XXXIII.

h Odie primum ex litteris Prioris Sancti Michaelis factus ſum certior:
abſolutū fuiſſe feliciter Claſſenſe negociū,in fauorē & cōmodū tum
vniuerſi noſtri ordinis,tum præcipue Venetæ cōgregationis.Et qm̄ is ſcribit:
hoc potiſſimum factum fuiſſe tua opera : tibiq; hanc imprimis aſſcribit victo/
riam:ago,quantas poſſum,gratias nobilitati tuæ:idq; & meo,& religionis no
ſtræ nomine.Quicquid enim boni (quod certe maximum cōfitemur) adepta
eſt hac in re Camaldulenſis religio:id totum tibi vni accæptum refert: qui tan
ti fuiſti autor muneris . Referat tibi dominus pro nobis, quam es meritus gra
tiam.Nos quoq; tibi hac de cauſa obnoxios factos in perpetuum,minime du/
bita:quibus nihil hoc tempore potuit gratius,nihil optatius nunciari :q̄ vt la/
bores tui,pro conſeruando tam nobili monaſterio abs te ſuſcæpti,nequaq̄ irri/

ti atq; inanes extiterint. Vale. Ex Camaldulo. Die. vii. Ianuarii. Mccccl xxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXIIII.

q Vantum profuerit noſtris reditus ducis in vrbem: quo abſente & diu fruſtra dimicatũ eſt: & omnia in magno diſcrimine verſabantur: ſub/ſecuta paucis poſt diebus victoria, aperte monſtrauit. Expectabaris incredibili deſyderio: quoniã nimirũ ſine te nihil potuiſſent facere. Iuiſti: contendiſti: viciſti: idq; nõ clypeo protectus aut galea: ſed autoritate, & cõſilio. Bñdictus deus: cuius munere gratiæ, cuius clæmẽtia & benignitate, hæc & alia huiuſmodi operaris bona: qui in voluntate ſua, preſtitit decori tuo virtutem. Mihi ſane hoc tẽpore nihil potuit iucũdius nunciari: q̃ vt dignationis tuæ opera & fauore, abbatia Claſſenſis congregationi Venetæ tandẽ reſtituta ſit. Hanc obrem ingentes tibi gratias ago, dñe colendiſſime. Et precor deum: vt ſicut res hæc plurimum honoris & cõmodi vniuerſæ noſtræ religioni allatura ſperatur: ita ipſe tibi pro hoc facto copioſam in cœlis, reponat mercedem. Nos quoq; ſeruuli tui obligatiores propterea tuæ pietati, factos in ꝑpetuum pleno ore confitemur. Vale. Ex Camaldulo. Die. viii. Ianuarii. Mccccl xxxx.

Baſilio Abbati Arretino. XXXV.

r Eiici in me facile poteſt culpa: ꝙ tardius te ad litterarum ſtudia contuleris. Per id nanq; temporis, quo fuiſti apud me: quo tibi a me credita fuerat diſpenſatio domus meæ: nunq̃ tibi defuere negocia: vixq; tibi, vel ad horã, vacare potuiſti. Et ſcis: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Quo fit: vt mei quoq; cauſa, huic tuo in diſcendo vehementi ſtudio, magnopere gratulerer. Si enim adeo accurata, quam modo prætefers, diligentia: tarditatem ſtudiorum compenſaueris: præterq̃, ꝙ tibiipſi imprimis expediet plurimum: me quoq; tarditatis huiuſmodi atq; dilationis autorem, hac erga te obligatione abſolues. Curre itaq;: & ſic curre, vt comprehendas. Nec, ſi minus tempeſtiue currere cœpiſti, propterea laſſeſcas in via. Licet enim diſcipulus ille iunior precucurrit citius Petro ad monumentũ: Petrus tamen ingreſſus eſt prior, ſperas in domino: ꝙ pro ſua clæmentia, aperturus ſit tibi (quemadmodum ſcribis) intellectũ. Et recte quidem facis. Omnis enim ſapientia a domino deo eſt. Et ſicut ait propheta: Beatus homo, quẽ tu erudieris domine: & de lege tua docueris eũ. Ipſum habens eruditorem: non poteris nõ multum & doctrina & vita proficere. Vale. Ex Camaldulo. Die. xi. Ianuarii. Mccccl xxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXVI.

ſ Eceſſeram nudius tertius in noſtras ædes vineæ eremitarum: vt inde (quẽadmodũ feci) poſtridie huc me cõferrẽ. Ibidẽ mihi redditæ ſunt litteræ humaniſſime dignationis tuæ: quibus liquido cognoui, quod iã mihi ꝑ alios locupletiſſimo teſtimonio ſignificatũ fuerat: compoſitum ſcilicet feliciter fuiſſe Claſſenſe negociũ: idq; potiſſimũ cura & opa pietatis tuæ. Grate accæpi nunciũ optatiſſimũ: ſed ex te longe gratius: qui mei (vt ſcribis) gratia atq; intuitu, tum reliqua omnia religionis negocia, tum hoc imprimis, curaſti ſemp q̃ ſtudioſiſſime. Succurrit mihi modo hæc ſcribenti, gregorianum illud: quod nimirum ex quo me cœpiſti diligere, euidẽtiſſimis inditiis cõprobaſti. Probatio, inquit, dilectionis, exhibitio eſt operis. Referat tibi dominus: quã mereris, quã

cupio

cupio gratiam. Ego pro tam egregio facinore (ſicut aliis litteris meis plenius ſcripſi) tuæ dignationi debere me quam cumulatiſſime confiteor. Paratum vero eſſe meis cōmodis: quicquid in tua poſitum ſit facultate: idipſum iampridē te obtuliſſe memini. Et gratias ago tantæ benignitati. Det tibi dominus: vt id mihi ſemper cupias: id facias pro me: quod & ſaluti meæ conducere, & in religionis honorem cedere exiſtimaueris. Memorem præterea eſſe ſicut petis, me in orationibus meis (qualeſcunq; illas fundo) pro tua incolumitate certo ſcias. Atq; vtinam, ſicut vltro hoc facio, ſicut voluntarie & ex animo: ita effundentis eas meritis nequaq̄ reiiciantur. Vale. Florētiæ. Die. xviiii. Ianuarii. Mcccclxxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXVII.

f Vi apud fratres Sancti Benedicti per dies aliquot: Viſitaui monaſterium: longiore viſitationis intermiſſione, adeo male habens: vt haud multum abeſſe (ſi pluſculum eo accedere diſtuliſſem) ab interitu videretur. Multa mihi antea denunciata fuerant: correctione, animaduerſione, reformatione digna. Sed plura inueni. Satiſfeci (vt potui) officio meo: ſperās fore: vt præciſis tribus membris corruptioribus, reliquum corpus (vtcunq;) ordini conſeruetur. Tentaſſem vltra aliud: niſi me recens Angelorum exemplum terruiſſet: ne forte alius meteret, quod ego ſeminaſſem. Conuocatis tamen in capitulum omnibus, peracta acuratius viſitatione, admonui eos: vt cauerent ſibi in futurum: nequando illos ſero pœnitere contingeret: ſi mutare in melius vitam neglexiſſent. Non debere me eſſe illis formidini, ſed Deum: quem peccādo imprimis offenderent: qui contemni ſe impune minime pateretur. Eſſe me ipſius miniſtrum, ad vindictam malefactorum. Qui & ſi natura mitior apparerem: animatum tamen a deo atq; impulſum, ſeuerius me (vbi oportuiſſet) in eos animaduerſurum. Cupere me illis prodeſſe: nō præeſſe: patremq; ipſorum eſſe, non dominum. In eorum ſitum eſſe arbitrio, & poteſtate: qualem me forēt habituri. Mandata mea & monita, quæ particulatim eis expoſuiſſem, ſtudioſius obſeruarent: vt ipſius iram deuitarent: cuius nomine atq; imperio veniſſem ad eos. Chriſti enim me legatione functum: obſecraſſeq; pro ipſo: vt reconciliarētur deo. Maiore profecto, q̄ antea vnq̄, trepidatione & pauore, & hæc & alia cōplura huiuſmodi a nobis audierunt: polliciti q; ſunt ſinguli, ita ſe impoſterū victuros: vt de ſua emendatione plurimum eſſem gauiſurus. Facilius ſe id facturos: quando malorum capita e monaſterio eieciſſem. Bona ſatis ſpe profectus ſum ab eis: & hac potiſſimum de cauſa: q; omnium conſenſu, ac hortatu etiam, nemine prorſus diſſentiente, tres illos amouiſſem: quos amplius ferre non poterant: ſeſeq; mihi multa ſummiſſione dedidiſſent. Videbimus promiſſionis illorum ſucceſſum. Et ſiquidem fecerint fructum: bonum opus fuerimus operati. Sin minus: acrioribus ſane medicamentis, ad tollendum morbum, vtēdum neceſſario nobis erit. Nihil tamen vltra aggrediar, te inconſulto. Vale. Florentiæ. Die. xxx. Ianuarii. Mcccclxxxx.

Ioanni Maiori Eremi. XXXVIII.

ſ Emper aliquid noui emergit: quod nos pūgat: vexet: cruciet. Benedi/

ctus ſit deus. Adhuc imminere audio Fauentino prioratui, neſcio quid periculi. Vere militia eſt vita hominis ſuper terrã. Et male promittere quieté nobis poſſumus: qui ad laborem nati ſumus. Ferenda tamé ſors eſt: quam permiſerit dominus: ne ab eius imperio & nutu deficere videamur. Cóterat dominus aduerſariorum vires: ne hereditas noſtra ad alienos conuertatur. Iam te admiſiſſe in eremum, Venetum noſtrum puto: quod tum illi, tum nobis, felix fauſtũq; futurum ſit. Bono animo eremiticũ hoc noſtrũ arripuiſſe videtur inſtitutum: ita vt optime de ipſius profectu ſperare nobis liceat. Aetatem habet: ac pro ætate iudicium conſiliumq;: neq; potuit neſcire, quid fecerit. Eris tu illi adiutor in iis, quæ ſunt ad deum: his præſertim auſterioris vitæ auſpiciis: hortando, excitando, monendo: ac etiam, ſi opus fuerit, erigendo, conſolando, fouendo. Diſcat te inſtitutore, te duce, in vita ſolitaria ocium diſponere: atq; ad tui exemplum & imitationem contendat in feruore ſpiritus, multum orare: multũ pſallere, multum lectitare. Deniq; nihil in conturbenio tuo niſi religioſum, niſi ſanctum videat: nihil niſi ad eremiticam perfectionem attinés, cótempletur. Vale cũ recluſo noſtro, ac reliquis coeremitis. Florentiæ. Die. xii. Februarii. Mccccl xxxx.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani. XXXIX.

r Edeunte ad vos ex vrbe, Bernardino Priore: nihil aliud de negocio Claſſenſis monaſterii ſcribẽdi vobis duco: niſi vt animo prompto & intrepido omnes accingamini ad reformandum locum: quem tanto labore & impenſa, Congregationi tandem veſtræ redditum noſtis. Prouidendum imprimis de prælato idoneo: & cura temporalium rerum iis eſt iniungenda: quorũ neq; fidem, neq; prudentiam deſyderetis. Habẽda tamen ſemper ratio Sancti veſtri Michaelis Murani: vt tali nitatur capite: quod & monaſterio vtile futurũ ſit: & laicis patritiis aduentãtibus haud ingratum. Vale cum familia omni. Florentiæ. Die. xviiii. Februarii. Mccccl xxxx.

Symoni ſacerdoti. XL.

e Xcitaſti me dudum litteris: hortatus es heri coram: idem fecit te digreſſo Baſilius Abbas, tuo nomine: vt tibi aliquid ſcriberem. Scribam itaq;, & paucis quidem: habita occupationum mearum ratione: idq; non in teſtimonium amoris erga te mei: quem tibi ſemel atq; iterum in familiari congreſſu ſatis aperuiſſe videor: ſed vt votis tuis moré gerã. Effers me multis laudibus: ea que tribuis paruitati meæ: qbus me proculdubio longe indignũ eſſe intelligo. Et tamen ſcriptum noſti. Ne laudes hominem in vita ſua. Nec immerito ſane: cum dicat propheta. Facti ſumus, vt immundi omnes nos: & quaſi pannus menſtruatæ, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Si quando tamen (vt fit) amico defertur: iuxta illud Apoſtoli: Honore inuicem præuenientes: vitãdum omnino, nequid nimium, nequid effuſe fiat. Datur aliquando amicitiæ: admittiturq; haud iniuria excuſatio: ſi parce, ſi modice, ſi temperate, amicum laudes. Vitæ mihi integritatem & ſermonis elocutionem tribuis. Feliciſſimum profecto ducerem: ſi cui horum, alterum datum foret: ne dum vtrunq; ſimul. An ignoras imbecillitatem conditionis humanæ? Nunquid apud ſacros codices non

legiſti?

legiſti?Nemo mundus a ſorde:nec ſi vnius diei fuerit vita illius ſuper terram? Et alibi.Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Se/ pties in die cadit iuſtus.Bene quidē de omnibus ſentire iubemur: niſi contra/ rium nobis palam cōſtiterit.Si quem tamen maiore ſtudio,& minore iuditio, commendaueris:proximum mendatio eſt.Adde:ꝙ & cæteris inuidiam parit, effuſa & nimia commendati alicuius laudatio:& male poteſt adulationis ſuſpi tio deuitari.Eloquens vero qui obſecro,eſſe ego poſſum:quādo præterq̄ quod pauciſſimos hoc eulogio dignos inuenias:& vitæ a puero inſtitutio, & inge/ nii defectus,hoc mihi neceſſario prohibuerint?Hæc nãqꝫ ſtudia (quemadmo/ dum optime noſti) totum ſibi hominem vendicāt. Vacare autem monachus, pſalmodiæ & orationi:non in adipiſcenda elocutione tempus terere,iubetur. Plangētis enim (vt ait Hieronymus) non diſcentis ſiue docentis officium ha bet.Quamobrem ne te multis morer:caue ne indignis me in futurum cumu/ les laudibus:neqꝫ amplius in hoc (vt tu forte putas) honeſto: vt ego quidem iudicio,religioſo, ac ſacerdote nequaq̄ digno errore verſeris. Nam ſi in exco/ lendo amico modum exceſſeris:poteris facile ab iis,qui te minime norunt nō laudator:ſed (quod bona tua venia dixerim) aſſentator exiſtimari. Deniqꝫ do/ minum tuum me nominare non debes.Conſeruus.n.tuus ſum,& fratrū tuorū, habentium teſtimonium Ieſu.Ipſum adora:ipſum dominum voca.Vnus enim dominus.Reliqui ſerui omnes:venūdati ſub peccato:empti autem precio ma gno immaculati & incontaminati agni,ſanguinis Ieſu Chriſti.Cui me tot tan/ tiſqꝫ,vt vides diſtentum curis,tum priuatis orationibus,tum miſſarum cele/ brationibus,cōmēdes velim.Vale.Florentiæ.Die.xxvii.Februarii.Mccccl xxxx.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani.XLI.

e Rat mihi animus,antequam ſcirem venturum me eſſe in vrbem,Ra/ uennæ vos conuenire: vt intereſſem & congregationis capitulo, & Claſſenſis ſolennitati.Tranſtulit me alio dominus,præter omnem expectatio/ nem meam.Velit ipſe ſua clæmentia:vt fructuoſius huc venerim:ac ſicut ma/ iore ſumptu & labore,ita quoqꝫ ampliore noſtri ordinis emolumento. Si ta/ men ſecus (quod abſit) acciderit:feremus æquo animo ſortem noſtram: hoc vno contenti:ꝙ calumniantibus obſtruxerimus ora:qui nos negligentiæ ha/ ud quaquam iuſte poterunt reprehendere.Plantamus:rigamus.Domini autem eſt,incremētum dare.Labimur in peiora quotidie.Et niſi ipſe nobis fuerit præ/ ſidio:haud temere, noſtræ religionis,præſertim citra alpes, interitum formi/ damus.Hortamur itaqꝫ vos,& obſecramus in domino Ieſu:vt in celebrando capitulo,publicæ vtilitati ſinguli conſulatis. Procul ſint a vobis ſchiſmata: & idipſum omnes inuicem ſentiatis:vt per veſtram concordiam & vnanimita/ tem,longe,lateqꝫ bonæ adminiſtrationis veſtræ odor diffundatur: & reliquiæ ordinis ſaluæfiant.Vale:& ſaluta omnes,qui ad capitulum conuenerint, meo nomine.Romæ.Die.xxvi.Aprilis.Mccccl xxxx.

Prothonotario Agnello.XLII.

m Irum videri non debet dignationi tuæ:ſi vel nocentem filium ſæpi/ us commendo.Cogor ex affectu:cogor ex officio:vt ita faciam:pro/ uocatus præſertim quotidianis eius interceſſionibus.Peccauit:crimen fatetur: petit veniam.Si aduerſus familiarem tuum immoderate ac petulanter ſe geſ/ ſit:ſufficiat,obſecro,ipſum per complures dies Romæ fuiſſe captiuum.Si vero de conflato tecum ære alieno,ac mala adminiſtratione tuæ olim abbatiæ agi/ tur:perſcrutare diligenter,an huic ſit ſoluendo : & ad minimum quadrantem reſtituat.Alias neq; illi,ferarũ more clauſum detineri,expediet:neq; tibi:quan/ do ſic detruſus in carcere,ſatiſfactioni tuæ conſulere minime poterit : & huiuſ/ modi recluſionibus minime aſſuetus,in deſperationem facile adducendus eſt. Aiunt,qui nouerũt dignationis tuæ mores,nihil eſſe magis a tuo ingenio alie/ num:q̃ immodicam ſeueritatem.Singulari te clæmẽtia,pietate,comitate præ/ ditum audio:neq; vnquam durius acerbiuſq; aliquem tractare cõſueuiſſe.Quo fit : vt maiore fiducia,in commendando tibi monacho noſtro,aures tuas im/ portunius obtundam. Omnis homo mẽdax.Et vix certe inuenias:qui non ali quando fecerit:quod corripi ac reprehendi poſſit.Si grauius deliquit in te:pre cor,vt vbi abundauit peccatum,ſuperabundet & gratia. Qua nimirum fiet:vt & illum & me plurimum tuæ dignationi obnoxios feceris . Vale. Romæ. Die ii.Maii.Mcccclxxxx.

Sebaſtiano de Priolis Prothonotario.XLIII.

p Rofecturus ex vrbe,cum te per hos dies viſitare,ac domi conuenire, vt par fuit,minime potuerim:has tibi mei vicarias cenſui conſcriben das:vt quod non licuit coram,litteris ex parte ſatiſfacerem. Oro admittas ex/ cuſationem meam.Tot enim laboribus conteror:vt nuſquam vlla mihi detur quies.Vbiq; negocia præmunt moleſtiſſima.Vbiq; labor & dolor. Benedictus Deus : quẽ ꝑcor,vt ſit mihi adiutor in opportunitatibus,ĩ tribulatione.Certiſſi me tamen tibi perſuadeas,velim:me tibi tũ tuo,tum parentis tui nomine,eſſe dediti ſſimum . Ea eſt enim (ſicut bene nouit dignatio tua) mea erga clariſſi/ mum virum patrem tuum obſeruantia:ea pietas:vt maior certe eſſe non poſ/ ſit.Et merito quidem.Nihil enim illo grauius:nihil moderatius:nihil ſanctius. Diligit ille viciſſim me,mirum immodum.Et ſicut ego illum patris:ita ille me ſemper filii duxit loco.Nunquam me Venetiis,dum ei per occupationes publĩ cas licuit,viſitare frequentius intermiſit . Communicare mecum tanta fiducia ſolitus eſt conſilia & cogitationes ſuas:vt genuiſſe me crederes. Eius ego con/ ſilio in rebus meis ſæpius vſus ſum:ex eo pependi totus:cum plurimum & fi/ de,& veritate,& experientia præſtet.Tuam vero dignationem ſingulari itidem proſequor pietate:quando reuera tanto ſis parente digniſſimus:ipſumq; mihi genitorem,& effigie,& moribus referas.Huc accedit religionis vinculum:quo te haud multo ante,diuino cultui obſtrinxiſti. Quare fit:vt te lõge arctius ob/ ſeruem & colam.Peto igitur ꝓ mea in te beniuolentia : vt des veniam obmiſ/

ſæ viſitationi:

ſæ viſitationi:hac de me haud dubie concæpta opinione:me,ſiue abſentem,ſi/ ue præſentem,ſemper tuæ dignationis amantiſſimum ac ſtudioſiſſimum fore. Vale.Romæ.Die.vi.Maii.Mccccl xxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XLIIII.

a Bbas ſacrariẽſis harum lator,ſtatura puſillus,animo grandis : quem/ admodum ex ipſius,tum ſermone,tum opere facile percipiet digna/ tio tua:venit Romam:vt iura ſuæ abbatiæ coſtanter defendat.Vexat eum Epi/ ſcopus loci:& ipſe illum minime reformidat:cõfiſus bonis rationibus : quibus eum noſtra muniunt priuilegia.Non parcit ſumptui,nõ labori:quippe qui hac de cauſa bis ex Sardinia in Italiam traiecit.Non veretur faciem potentũ:quan do minitantem ſibi Epiſcopum,atq; in vincula,& carcerem detrudere tentan/ tem,citare in curiam intrepide auſus eſt:paratus etiam,ſi oportuerit,vim vi re pellere.Audies ipſum domine colendiſſime conſueta attentione & humanita/ te.Et ſicut ipſe in tuo patrocinio & fauore plurimum ſane ſpei repoſuit:ita pre/ cor per pietatem,vt haudquaq̃ ſuo fraudatus deſyderio,abs te adiuuet̃.Quod erit & religioni noſtræ expediens:& mihi ſummopere gratum . Valeat domi/ nus meus q̃feliciſſime:ac noſtri (vti ſemper facit) haud immemor.Ex Camal/ dulo.Die.xv.Maii.Mccccl xxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XLV.

a Sſuetus tuo illo dulciſſimo gratiſſimoq; colloquio : cum aliter falle/ re meipſum non poſſim,quo magis videar tecum loqui,& notas au/ dire & reddere voces:q̃ ſæpius ſcribendo ad te:iccirco vel minus neceſſariis lit teris dignationem tuam obtũdam.Audi itaq; periculum noſtrum:vt ſcias non temere ab Apoſtolo ſcriptum eſſe.Periculis fluminum.Lætaberis,ꝙ euaſimus: & noſtro exemplo,vbi commode potueris , fluuiorum traiectus impoſterum deuitabis.Quo die ex vrbe digreſſi ſumus:peruenimus veſperi ad ripam Thy beris:vnde in ripam alteram eramus tranſmiſſuri.Vbi nauigium cum iumen/ tis omnes pariter conſcendimus:ſoluerunt confeſtim a terra nautæ.Apprehen ſoq; manibus fune,qui fluuio tranſuerſus impendebat,per quem ſenſim ac de/ inceps traiicienda erat nauis:ſiue ob nautarum acciderit imperitiam,ꝙ non re cte nauem direxiſſent:ſiue ob impetum defluentium aquarum,ꝙ nimiis hym/ bribus citatior atq; rapidior fluuius decurreret : elapſus eſt funis de manibus. Trepidare mox omnes cœpimus : deſtitutis præſertim omni conſilio nautis. Ferebatur nauigium libero curſu,ac ſecundo flumine:q̃uis minime ſecunda na uigatione.Saxum ingens medio amne extabat.In ipſum delata nauis,verſa eſt continuo in latus alterum.Et niſi quidam e noſtris remo terræ affixo,nauis im petum retardaſſet:haud dubie illiſa vehementius ſcopulo,aut ex latere fluuium excæpiſſet:aut diſſuta penitus,rimiſq; fatiſcẽs aquis repleta,alueo fluminis hæ/ ſiſſet.Exiliuimus repente in ſcopulum:ac fune ſiſtere contendimus nauem : ne aquarum vi præteruecta,maiore noſtro periculo dillaberetur. Superuenit pau/ lopoſt nauta alius,traiiciendi fluuii gnarus:qui lembo aduectus , nobis opem

tulit:atq; in terram incolumes,ægre licet,expoſuit.Egimus deo gratias : q̄ ſua clæmentia & pietate,ac tua certe (vt mihi ipſe perſuadeo) pro nobis apud il/lum īterceſſione,adeo periculoſum naufragium euaſiſſemus.Vides domine colendiſſime:quot ſimus caſibus ſubiecti:quantæ nos vbiq; miſeriæ conſequan/tur.His profecto atq; aliis huiuſmodi certius admonemur : vt ſemper ſimus parati:nequando repentinus ſuperueniat interitus:& inueniat nos dormiētes. Verum de hoc ſatis.Adhuc me latet:quid Summi Pontificis breuia , quæ Romæ impetrauimus:quid tuæ dignationis litteræ negocio luci profuerit.Id vbi reſciuero:notum faciam tibi domine obſeruandiſſime:cui me totum trado dedoq;.Vale.Ex Camaldulo.Die.xvi.Maii.Mcccclxxxx.

Benedicto Abbati Balnei.XLVI.

P Etiſti a me iampridem:vt facerem tibi poteſtatem,commorandi ad tempus extra monaſterium tuum:vt vacare litterarum ſtudiis cōmodius poſſes:quod te plurimum,diu deſyderaſſe teſtatus es. Quamobrem cum minime improbem votum tuum:fiat tibi ſicut petiſti.Manebis Peruſiæ,ſtudendi gratia:quo ad tibi,ſatis profeciſſe,viſum fuerit.Non enim Peruſiæ fuiſſe:ſed Peruſiæ litteratum euaſiſſe,laudandum erit.Conſulo quoq; (licet te ſecus facturum non dubitem) vt vtilia potius & ſalubria,q̄ acuta & curioſa,diſcere contēdas.Nam cum tibi animarum demandata ſit cura:multo tempore,iuxta Hieronymi conſilium,tibi diſcendum eſt:quod poſtea doceas.Quid autem potiſſimum docendum ſit:Apoſtolum audi,loquere,quæ decent ſanā doctrinam.Et alibi:Videte,inquit,ne quis vos decipiat,per philoſophiam,& inanem fallaciā, ſecundum traditionem hominum,ſecundum elementa mundi:& non ſecundū Chriſtum.Euangelicam doctrinam,ac ſacrorum librorum lectionē(quod multi noſtri tēporis homines, etiā Deo dicati,faciūt)nequaq̄ erubeſcas.Beatus enī vir:qui in lege domini meditatur die ac nocte.Itemq;.Beatus homo:quem tu erudieris domine:& de lege tua docueris eum.Legiſſe etiam te arbitror : quid ad Ioſue dixerit dominus.Non recedat volumē legis huius ab ore tuo:ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus:vt cuſtodias , & facias omnia , quæ ſcripta ſunt in eo.Tunc diriges viam tuam:& intelliges eam.Scio me modo hæc ſcripturarum teſtimonia ſuperfluo ingerere auribus tuis.Niſi q̄ ex abundantia cordis os loquitur.Non enim in eorum numerum cenſendum te duco:qui ſanam doctrinam non ſuſtinent : ſed ad ſua deſyderia coaceruant ſibi magiſtros prurientes auribus:& a veritate quidem auditum auertunt:ad fabulas autem conuertuntur.Quod vt facias:etiam,atq; etiam hortor & moneo. Niſi me recenti nuncio huius ad te conſcribendæ epiſtolæ (ſicut tibi Peruſiæ receperam) coram monuiſſet tuo nomine Peruſinus monachus: (fatebor ingenue)adhuc ſuperſediſſem ſcribere ad te:non quia tibi non libenter morem geram , præſertim honeſta petenti:ſed quoniam oblitus fueram ſponſionis meæ. Neq; enim mirum: ſi pluribus intento aliqua interdum elabuntur. Vale. Ex Camaldulo. Die.xiiii.Iunii.Mccccl xxxx.

Antonio

Antonio Vrbeuetano Sacerdoti. XLVII.

C Ommendatus mihi Iacobus ſacerdos, tum tuo, tum Reuerendiſſimi protectoris teſtimonio: haud quaq̃ exigua proficiendi ſpe, ac perſeuerandi in Eremitico inſtituto, facile admiſſus eſt. Bona ſane mēte, ac feruenti animo ſeſe in Eremum contulit. Vtinam ſentiat indies magis, iugum domini ſuaue, & onus eius leue: quemadmodum ſibi, his ſuæ abrenuntiationis auſpitiis, futurum pollicetur. Vtinam ſaluberrima compunctione excitatus: ad deſyderium æternæ vitæ ac ſalutis, conſtantiore quotidie propoſito accēdatur: pugnaturuſq; non contra carnem & ſanguinem, ſed contra ſpiritualia nequitiæ, viriliter agat: neq; fatigatus tentationibus laſſeſcat: aut ab eo, quod aggreſſus eſt, itinere reuocetur. Quod vt facilius conſequi valeat: orabis & tu pro eo dominū: qui eſt humanarum virium conſcius, & certaminum moderator: ne permittat tentari illum ſupra vires: ſed faciat cum tentatione prouentum: vt poſſit ſuſtinere. Si quid eſt aliud: quod a me cupias: annue tantum Reuerende pater: & ſemper tibi (modo non deſit facultas) q̃libentiſſime morem geram. Vale. Ex Camaldulo. Die. xx. Iunii. Mcccclxxxx.

Iacobo Sabinenſi Sacerdoti. XLVIII.

V Enturus in craſtinum (ſi deo placuerit) ad te viſitandum: hanc tibi præmitto epiſtolam: vt ſcias, me tui minime obliuiſci: atq; abſentis iugem ſeruare memoriam. Impugnari te variis dæmonum tentationibus, ingreſſum pauloante ad in colendam Eremum: quantum ad me attinet, gaudeo: ſicut heri tecum apertius contuli. Nam cum in hanc nouam militiā aſſcriptus ſis: vt in certamine poſitus, referas de hoſte triumphum: quo fuerit acrior pugna: eo glorioſior erit victoria. Tantummodo viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum. Curramus ad propoſitum nobis certamen, ait apoſtolus: Aſpicientes in autorē fidei, & conſumatorē Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta: atq; in dextera ſedis dei ſedet. Imitari & nos debemus caput, & principem noſtrum: ſi cupimus regnare cū ipſo. Scriptum enim noſti. Oportuit Chriſtum pati: & ita intrare in gloriam ſuam. Ego autem ſi non multa experientia, multa tamen didici lectione: nullo alio armorum genere, poſſe facilius huiuſmodi hoſtes ſuperari, ac proſterni, q̃ humili oratione, & compunctione cordis. Prophetam audi. Clamabit ad me: & exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum: & glorificabo eum. Hoc & tu remedio, ſi vſus fueris frequentius: ac gemebundus, & lachrimans: erectis in cœlum oculis, flexiſq; genibus imploraueris auxilium dei: qui prope eſt omnibus inuocantibus eum: Et iuxta eſt iis, qui tribulato ſunt corde: crede mihi, quia non timebis a timore nocturno: a ſagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis. Verum ego quoq; pro te (ſicut heri tibi ſum pollicitus) orationes fundo: deprecās dominum pro tua liberatione: ne permittat te tentari ſupra id, qd potes: ſed faciat cum tentatione

prouentum: vt poſſis ſuſtinere. Vnum tibi tantum in calce epiſtolæ, ſuggerendum duco: vt memineris, neminem eſſe coronandum: niſi qui legitime certauerit. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxv. Iunii. Mcccclxxxx.

Guidoni Priori Angelorum. XLIX.

q Vam a me petiſti gypſeam imaginem, Ambroſii Generalis, prædeceſſoris noſtri: tã i, tum ego, tum reliqua omnis familia ſemper fecimus: vt in cubili meo, loco eminẽtiori collocata, & mihi ſemper venerabilis fuerit: & ab omnibus ad me ingrediẽtibus, pro numine fere exculta & obſeruata. Habeo illam quotidie præoculis: eiuſq; iugi cõtemplatione ad æmulationem atq; imitationem tanti patris accendor: cupiens transformari in eandem imaginẽ: cuius ipſe cœleſtis imaginem portauit viuens. Quamobrem ſi te illa minime, vti poſtulaſti dono: habebis me excuſatum. Nam ſi plures huiuſmodi effigies forent apud me: aut præter hanc vel altera tantum: compleſſem perquamlibenter deſyderium tuum. Solum ex archetypo expreſſum ſimulachrum, in ordine relictum: quod Sanctiſſimi atq; eruditiſſimi Generalis Camaldulenſis os vultumq; intuentibus refert: vbi conuenientius atq; decentius reſidere habeat quã apud Camaldulum, neſcio: quo in loco totius eſt noſtri ordinis principatus. Quod vero ſecundo loco requiris: vt ſaltem imaginem ipſam commodem tibi: mittamq; illam Florentiam: tuo nomine effingendam, aut certe ex ſcribendam pingendamq;: maius proculdubio ſubire me periculum hortaris. Fragilis materia, & ſolutilis, per tot milia paſſuum itineris montuoſi, iumento conuehi nõ ſine manifeſto periculo, quin in fruſta conteratur poteſt. Quod omnino ne accidat: cauere q̃ diligentiſſime oportet. Licet enim fictile ſit opus: mihi tamen gratius ac deſiderabilius eſt ſuper aurũ, & lapidem pretioſum multum. Conſulo itaq;, ne ardentiſſimo tuo frauderis deſyderio: vt artificem quæras, fingendi ſeu pingendi peritiſſimum: qui viuos ducat ex imagine vultus: & huc illum, cum volueris, mittas. Paratum, ſemper ac propoſitũ habebit exemplar: vnde tibi ſatiſfaciat. Nihil vero potuiſti, mihi iucundius nunciare: quam q; nuper aliquot adoleſcentulos ad religionem admiſeris. Vtinam ſint plantæ, quas plantauerit pater cœleſtis: quæ non eradicentur: quæ fructum ferant in tempore ſuo. Tuum eſt, plantas irrigare: Dominus autem incrementum dabit. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxviiii. Iunii. Mcccclxxxx.

Vbertino Florentino. L.

e Xprimi verbis haud facile poſſet: quanto amoris cumulo, me tibi obnoxium feceris: tranſmiſſo ad me nudius tertius ſacroſancto atq; ornatiſſimo munere. Huc accedit teſtimonium fidei ac beniuolentiæ erga me tuæ: (ſicut ex litteris tuis facile cognoui) quo te mihi longe maiorum debitorem conſtituis. Et quidem de munere quid dicam, neſcio: cum ſatis pro dignitate ac meritis nequeat commendari. Niſi quod rem dignam te, dignam Sanctimoniali femina ſorore tua, paruitati meæ deſtinaſtis. Quid enim aliud, orbis ceræ candidiſſimus: quid agnus Dei, illi impreſſus: quid q; præclara circumamyctus veſte, auro gemmiſq; diſtincta, ac virgineis mani/

bus miro

Digitized by Google

bus miro artificio elaborata, ſignificat: niſi innocentem atq; immaculatam vtriuſq; veſtrum vitam: niſi impreſſam amborum animis iugem eius memoriam: qui ſe obtulit agnum immaculatum deo patri, in odorem ſuauitatis: niſi deniq; ſpiritualem mentis veſtræ habitum, cultumq; interiorem, virtutibus, veluti lapidibus præcioſis, fulgentiq; auro exornatum? Det mihi dominus pro ſua pietate: vt hoc tantum pignus veſtri erga me amoris, in præſentia atq; ante oculos quotidie propoſitum, ita me frequenter ad illius incontaminati agni Ieſu Chriſti contemplationem erigat & accēdat: vt in quotidianis miſſarum celebrationibus, in quibus me vtriuſq; veſtrum meminiſſe, inſtantius poſtulaſtis, bona & confidenti conſcientia poſſim dicere. Agnus dei, qui tollis pecata mūdi, dona nobis pacem. Illam vtiq; pacem: quam mundus dare non poteſt. Retribuat vobis dominus pro me: quando ipſe in referēda gratia imparem me cognoſco. Debeo tibi plurimum Vbertine cariſſime: debeo itidem virgini ſacræ, ac Deo a cunabulis dicatæ, Bonifaciæ ſorori tuæ: quam ideo probe edoctā fuiſſe, acu pingere, exiſtimo: q; in officina cordis ſui, per vitæ innocentiā, ſummum omnium artificem meruerit habere præceptorem. Vtriq; gratias ago ingentes: cum vtriuſq; opera factum ſit: vt tam inſigni ditarer munere. In futurum parcetis omnino labori, & ſumptui. Hoc tantum expeto a vobis: ne me fraudetis ſuffragio orationum veſtrarum. Aduentus vero ad nos tuus, ſemper futurus eſt nobis gratus atq; expectatus. Vale. Ex Camaldulo. Die. vltima Iunii. Mcccclxxxx.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LI.

m Inime miror: quod ſcripſiſti: nouiſſimam hanc meam in vrbem profectionem, cauſam nonnullis obloquendi dediſſe: q; iccirco Romam contenderim: vt Cardinalatum procurari. Quod tibi & ſcriptum & dictum teſtaris. Nam & hic itidem mihi ab amicis poſt reditum meum relatum eſt: idem multos Florentiæ ſenſiſſe: & ego in vrbem vadens, hoc ipſum prædixi futurum. Vitaſſem certe perq̄libenter hos rumores: & feci pro viribus. Nam elapſus iam fere annus eſt: ex quo tum a monialibus, tum a monialium propinquis, amiciſq;, ciuibus Florentinis, importuniſſime obſecratus ſum: vt Romam pro liberatione tam nobilis monaſterii peterem. In mea ſiquidem in vrbem profectione, ſitam eſſe victoriæ ſpem. Semper iis conſtanter reſpondi: vt alia, quæ per me fieri poſſent, proponerent. Hoc me bona de cauſa nunq̄ eſſe facturum. Quid agerem tamen, accerſitus litteris Reuerendiſſimi protectoris? Tanti ne facerem, hanc de me hominum falſam opinionem: vt obedire tanto patri pertinaciter recuſarem? Iam vulgabatur vbiq;: curare me parum, tot ſacrarum virginum oppreſſionem. Poſſe me breui itinere, grandi periculo conſulere: nec velle. Iam me inter ſylam, & charibdī conſtitutum videbam: vt alterutram partem elegiſſem, ſubiturum me hominum iudicia, & murmurationes certo ſcirē. Obtēperare malui: q̄ ſacrificare: ſatiſfaciēte mihi teſtimōio cōſciētiæ meæ: quæ mihi longe magis, merito repugnaſſet: ſi ob maledicentiā hominū, a

bono opere deſtitiſſem. Et ſcis tu domine deus:cui omnia ſunt nuda & mani/ feſta: qui rimaris ſecreta cordis: me nunq̄ verbo,nunq̄ facto,nunq̄ cogitatio ne,non litteris,non internunciis,aliquando ad Cardinalatum aſpiraſſe: cum multi hoc anno,ex quo de me cum aliis facta eſt mentio,inſtantius mihi ſuaſe/ rint:ne tantæ promerendæ,adipiſcendæq; dignitatis occaſionem negligerem. Omnibus eundem ſemper reſpondi ſermonem. Noſſe me optime,quis eſſem: vtiq;,nedum Cardinalatu,verum etiam lóge minore dignitate indignus. Sine rent hanc curam Deo:qui optime nouit quos elegerit. Si meritis ea eſſet digni tas demandanda:ſuper alium proculdubio caſuram electionis ſortem. Viſitaui autũno præterito in Etruria,ſicut quotannis facere cóſueui,colédiſſimum pro tectorem noſtrum Cardinalem Senenſem. Cui cum retuliſſem,propter quæ ipſum conueneram,nonnulla ordinis negocia: interrogauit,an aliud forem narraturus. Cumq; reſpondiſſem,nihil: Se vero habere aliquid mihi dicere,cõ/ tinuo intulit. Et cum per vnius fere horæ ſpatium,hac tantum de re mecum ſermonem protraxiſſet: in eam,quam ſuæ dignationi placuit proferre, & ego non merebar audire,ſententiam: reſpondi ei intrepide:me Cardinalatum nõ quærere: non petere:non etiam(ſi mihi crederet) cupere. Eſſe quidem me pec catorem: neq; ea præditum humilitate,quam creatori meo deberem. Non eſſe tamen adeo inſipientem: qui non cognoſcerem,ac mature perpenderem, & Cardinei ponderis magnitudiné,& paruitatis meæ imbecillitaté. Malle,me in plano ſtare:q̄ in eminẽtiore cóſtitutũ loco iugi ruinæ periculo exponi. Quid ipſe ad hæc dixerit,ſileo. Hæc prolixius in excuſationem meam tecum contu/ li: vt ſcias,quis mihi circa huiuſmodi ſit animus:& alia de cauſa,quam multi arbitrati ſunt,me nouiſſime Romam iuiſſe. Credant ſecus,qui voluerint. Suffi/ cit mihi: ꝙ ipſe mihi fidem præſtes. Cui etiam immenſas reuera gratias ago: ꝙ falſo de me ſuſpicãtes,maiore q̄ pro meritis de me teſtimonio,in tuam pro me ſententiam prudenter adduxeris. Det mihi dominus: vt ita aliis culpis,ſi/ cut ambitione,penitus vacem: vt æternam vitam,quam me potius vehemen ter expetere,q̄ Cardinalatum aut põtificatum,illis teſtatus es,adipiſci aliquan/ do tecum merear. Vale. Ex Camaldulo. Die.xvi. Iulii. Mcccclxxxx.

Dominio Florentino. LII.

n On eſt in agro Caſentinate populus:de quo benemerita ſit magis Sa cra noſtra Camalduleñ. Eremus: q̄ de oppidanis Socii. Vnde factum ſit:vt accæptorum benefitiorum immemores haudquaq̄ parem nobis modo referant gratiam:non ego certe ſatis intelligo. Tuemur modeſtiſſime iura no/ ſtra:quéadmodũ ſemel iuraméto obſtricti ſumus. Neminẽ ledimus: nemini in iuriã facimus. Benigno ſemp alloquio,& comitate,ac maioribus indies offitiis Socienſes nobis cõciliare curauimus. Et tñ vexare nos,atq; in forũ trahere con tẽderũt:ſicuti plenius corã,nr̃o vobis referetur noie. Perlectis vero Dignatiõis veſtræ litteris ſingulari humanitate refertis: quibus eorum cauſam,pia nobis

miſeratione

miſeratione commendaſtis: obtuli me illis lenibus verbis, in omnibus: quæ ſalua conſcientia præſtare ipſis poſſem: pollicitus ex animo habiturum me & honoris & commodi ipſorum ſemper rationem: idq; potiſſimum veſtræ cõmendationis intuitu: modo, quod a me peterent, ab honeſto minime abhorreret. Vale. Ex Camaldulo. Die. xviii. Iulii. Mccccl xxxx.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani. LIII.

dAri mihi verba a patre. M. non poſſum non iniquo animo ferre. Deceptus ſum lenibus verbis: ita vt impoſtorem hũc alterius ordinis, in noſtrum præter meam admiſerim voluntatem. Parcat eis Deus: qui huius fuerunt ſcandali autores. Nouerant optime propinqui eius: quo pede claudicaret iſte: & q̃ illi eſſet mala mens, malus animus. Nouerant naturam eius, ad altiora & minime conceſſa tendere: dignumq; eſſe vinculis & carcere: quem rationis freno compeſcere non poterant. Et maluerunt domo profugum tranſmiſſis alpibus, vniuerſam hanc Italiæ citerioris partem, eum licentius per vagari: ac palam cupiditates ſuas in aliena patria ſoluere, q̃ in ſua. Si ſcires: quot malis artibus ſit imbutus: qua vitiorum in dole præditus: ſignum crucis fronti imprimeres. Vix enim centeſimam partem noſſe te arbitror. Traditus in reprobum ſenſum: vt faciat ea, quæ non cõueniant: abiecto religionis habitu veſtem ſæcularium ſumpſit: indutoq; iterum quem exuiſſe videbatur, vetere homine, ad vomitum rediit. Doleo certe: non tam quia mecum, & cum aliis pluribus doloſe conflauit æs alienum: q̃ q effuſa (vt audio) pecunia, in deſperationem adductus, iugulaturum ſeipſum, aut laqueo vitam finiturum, minatus ſit: niſi creditoribus ſatiſfecerit pater. Quid vero ſperare a patre poſſit: ipſe melius noſti. Cura tamen tu: ſi potueris: vt mihi ſatiſfiat. Ora inſuper pro filio hoc prodigo: vt in regione longinqua conſtitutus, in ſe tandem reuertatur: ac relicta porcorum cuſtodia, ipſemet ad patrem redeat: patrem inq̃ ſpirituum, vt viuat. Alias de ipſo actum certo ſcias. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxiii. Iunii. Mccccl xxxx.

Nicolao Monacho Sancti Michaelis Murani. LIIII.

fAcile proſpexi: ac futurum tibi prædixi: ſubituram te pœnitentiam: ſi Abbatiæ adminiſtratione te abdicaſſes: quoniam ad id reuera non ratione & conſilio, ſed impetu potius ac perturbatione traherreris. Si tamen maturius perpenderis, & prælationis pondus, & vitæ priuatæ quietem: ſi illius periculum, huius ſecuritatem, tranquillo animo conſideraueris: felicem te profecto exiſtimabis: q in portu nauiges: agesq; pœnitentiam haud immerito pœnitentiæ tuæ. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxiiii. Iulii. Mccccl xxxx.

Petro Ballo Monacho: Capellano. LV.

pRæpoſitum te fuiſſe a vicario noſtro curæ monialium noſtrarum Sãctæ Chriſtinæ de Taruiſio, iampridẽ noui: & factũ probo. Nã præter q̃ q te idoneum ad id muneris agnoſco: cum & multa ſis expertus in religio

ne:& honeſta etiam commenderis vita:alia caritate &,zelo monachus ordinis commiſſi tibi gregis habiturus es curam:q̄ alienæ profeſſionis homines. Quã tum enim ad cuſtodiam religionis attinet:ita mihi de te perſuadeo: nunquam remotos habiturum te oculos ab exactiſſimo,ac diligentiſſimo cerimoniarum noſtrarum cultu : conſulturũq; pro viribus,integritati,ac ſaluti monialium: vt ſeruentur vaſa illarum ſancta. Accendetur(vt confido)ſexus infirmior,quotidia nis monitis tuis ad amplexandum feruẽtius ſponſum ſuum:dicturaſq; ſæpius illas atq; exultantius te hortante,non dubito in cordibus ſuis. In odorem vnguentorum tuorum curremus,adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Quod cum factum per dei gratiam fuerit : audituras ſingulas ſuauiſſimum illud canticum ſpero. Veni ſponſa Chriſti:accipe coronam:quam tibi preparauit dominus in æternum. Quamobrem officium tibi demandatum ita ſtudioſe curabis : vt & opinioni meæ de te conceptæ,bene reſpondeas:& alterum beatum Pariſium. qui noſtro indutus habitu monialibus iſtius monaſterii per annos ſexaginta p̄fuit,vita & moribus referas. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxv. Iulii. Mcccclxxxx.

Guidoni Priori Angelorum. LVI.

h Abiturum te exiſtimo,in aduentu harum latoris,tota quod mente petiſti. Effinxit imaginem Ambroſii quem miſiſti artifex q̄diligentiſſimus,ex imagine noſtra gypſea:idq; ſemel,atq; iterum. Nam cum in prima paululum aberrauerit:(non enim facilis eſt imitationis imitatio)ſecundam ita expreſſit accurate:vt liniamentis omnibus,huic noſtræ conſimilem haud dubie cenſeas. Erit tibi tuiſq;(vt ſpero)iucundum tãti patris ſimulachrum : tum quia in præſentia & ante oculos poſitum ,immemores vos eius eſſe non ſinet,qui & ſingulari doctrina,& incomparabili vita,vnicum nobis illuxit exemplar : tum quia non tam noſtri Camaldulenſis ordinis monachus fuit:q̄ in tuo iſto Angelorum monaſterio,educatus a puero atq; inſtitutus. Peculiaris certe iſtius loci gloria:peculiare ornamentum ac decus:merito abs te tantopere exoptatum : & per me tibi obſequentiſſime exhibitum. Vale. Ex Camaldulo. Die. prima Auguſti. Mcccclxxxx.

Laurentio Medici. LVII.

c Onfirmatas audio his diebus per nouum magiſtratum Florẽtiæ creatum multis monaſteriis ſuas exemptiones. Et quoniam nobiſcum quoq; communicata olim fuit a maioribus veſtris,hæc exemptionum beneficentia:confirmari itidem eas nobis magnopere expetimus. Quo nimirum donari munere nequaquam poterimus, abſq; ingenti obligationis cumulo erga tanti beneficii autores. Quamobrem cum ſumma rerum penes te ſit : teque annuente fiant omnia : obſecro enixius nobilitatem tuam : vt nobis hac in re ſolita faueat clæmentia & pietate. Harum latores votum noſtrum tibi minutius aperient. Si honeſta viſi fuerint poſtulare : confido plurimũ ,te pro tua munificentia, maiora etiam preſtitutum : atq; auctiore liberalitate. Erit tibi pro/

pterea

pterea domus hæc noſtra, de qua hactenus optime meritus es, longe magis
obnoxia. Vale. Ex Camaldulo. Die. ix. Auguſti. Mcccclxxxx.

Dominico Sacerdoti Capellano. LVIII.

m Agna nimirum neceſſitatis vis. Præciditur mẽbrum: vt corpus ſer/
uetur. Nũquid propterea, accuſandus eſt medicus? Placuit mihi ſemp
modeſtia tua, integritas tua, fides tua. Et tñ preſſum aere alieno ob annuas deci
mas monaſteriũ noſtrum ad ea nos impellit: quæ inuiti ac mœſti facimus. Vt
habeatur totius ratio: partem cogimur abiicere. Quotiẽs ſubito coorta tempe
ſtas atrox fœdaq; ſtrepente ingenti ſono, cœlo: ac inter horrẽdos fragores mi
cantibus ignibus: compulit nautas iacturam rerum, ac hominũ interdum face
re: vt naufragium deuitarent? Legiſti in actibus apoſtolorum. Et ſaciati cibo al
leuiabant nauem: iactantes triticum in mare. Apud Ionam quoq; ſcriptum eſt.
Et miſerunt vaſa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. Quid dico
de vaſis? Et tulerunt, inquit, Ionam: & miſerunt in mare: & ſtetit mare a feruore
ſuo. Et ne te multis morer. Si conſeruari iſthic potueris: erit mihi pergratum.
Sin vero tibi alio migrandũ fuerit: infelicia hæc accuſabis tempora: & me ex/
cuſabis. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxii. Auguſti. Mcccclxxxx.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LIX.

q Vod altero, ex quo meas litteras accæpiſti, die mihi rñderis: euidens
fuit tuæ erga me caritatis teſtimonium. Occupatus plurimũ, vniuer/
ſa ſemper intermittis negocia: vt mihi ſatiſfacias: vt me tuæ dignationi arcti/
us deuincias. Litis euentum non immerito eum ſperare potuiſti: quem ipſe op
tarem: ſi ad iudicis integritatem, atq; ſanctimoniam te cõuertas. Si vero aduer
ſariorum impudentiam, temeritatem, mendatia, commentaq; cõſyderes: Si mi
nas, ſi manifeſtam vim, & iuſtitiæ contemptum videas: timendũ cauſæ noſtræ
proculdubio cenſeas. Quod ego nimirum experimento didici. Fui Senis his
diebus per dies aliquot: præſto quoq; fuerunt aduerſarii coram Reuerẽdiſſimo
Cardinali Senenſe iudice delegato: qui optime nouit vtriuſque partis merita.
Tractata ſunt hinc & inde multa. Oblatæ vltro citroq; variæ optiones: ſi forte
cõponi negociũ potuiſſet: nõ tã ſaluo rigore iuſtitiæ, q̃ habita miſericordiæ &
æquitatis ratione: & nihil fere actum eſt: contendentibus illis, vt ſua in mona/
ſterium reſtitueretur: meq; ex aduerſo conſtantiſſime reclamante. Nihil profe/
cit iudex optimus ſua modeſtia, dexteritate, prudẽtia. Fecit: quod potuit: vt nos
pacificatos dimitteret. Sed emolliri ac flecti duriora ſilice pectora non potue/
rũt. Ago gratias: ꝙ mihi arma ſubminiſtraſti: qbus me defenderẽ. Neq; arrogã
tiuſculus (vt ſcribis) tibi propterea viſus fueris: ꝙ me docueris: quando & tu fa
cis omnia ſuggerente caritate: & ego edoceri indigens paratus ſum diſcere nõ
modo abs te, tuiq; ſimilibus doctrina & litteratura eminentiſſimis viris: verũ
etiam a puero anniculo. Contuli, quæ ſcripſiſti, cum Reuerẽdiſſimo Cardinali:
habita de te mentione: & benigne accæpit omnia. Gratam tibi fuiſſe interpre/
tationem illam noſtram ſuper ædificatione atq; inſtauratione domus tuæ: mi/
nime dubito: non quia tibi neceſſaria fuerit: qui iampridem creuiſti in tem/

plum ſanctum in domino in habitaculum dei in ſpiritu ſancto. Sed quoniam me diligenti nihil tibi a me poteſt eſſe non gratum. Exiſſe a nobis qui non fuit ex nobis: ſatis iam te noſſe arbitror. Huiuſmodi apoſtatæ ac traditi in reprobum ſenſum: procul ſint a me. Exiit autem non paruo meo damno: ſed longe maiore, ſuo. Quod vero nouiſſime ſcripſiſti: non eſt opus prolixius repetere. Tantum gratias ago: q; mihi credidiſti: & quidem veriſſima referenti. Haud minus reuera facile, & ego credo dignationi tuæ: immo eo conſtantius huius te eiſe mentis quam ſcribis, fidem habeo: quo apertius non iam verbis tantum verum etiam reipſa, hoc tum in Bellūnenſi, tum in Paduano epiſcopatu comprobaſti. Ego quid tibi, etiam longe anteq̄ hi exierint in vulgus rumores, optauerim: quo te dignum exiſtimauerim loco: nouerunt multi. Det mihi Deus: vt quod de te omni iampridem expetiuerim voto: gaudens ac lætus excipiam. Niſi me multæ impedierint curæ: qbus ſupra modū vexor: forte hoc autumno te viſam: & ore ad os loquar. Nam ſperantes hoc anno quieſcere ab annuis exactionibus: fefellit nos opinio. Vigeſimus hic eſt dies: ex quo mihi ſignificatū eſt: vt per totum Auguſtum, reliquū impoſitionis cuius dimidia pars reſtabat, bis cētum & .lxxiiii. nummos aureos perſoluerem: idq; ſub excommunicatiōis & priuationis pœna. Si inuaſiſſent Italiam barbari: neſcio profecto, an durius ageretur nobiſcum. Adhuc nobis iratus eſt dominus. Ora, vt det pacem in diebus noſtris: quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis. Vale. Ex Camaldulo. Die iii. Setembris. Mccccl xxxx.

Petro Priori Camalduli. Florentino. LX.

S Cire cupio: vtrum his nouæ adminiſtrationis tūæ auſpitiis, ſubiiſſe te ſentias leuius, q̄ pro exiſtimatione tua, pondus. Sunt enim nonnunq̄ rerum experimenta, opiniōe leuiora. Intollerabile primum aliquid videtur nobis: paulopoſt minus graue: proceſſu temporis leue etiam: ac demum longo vſu & conſuetudine iucundum & gratum. Quid.n. tam molle: quod non aſſiduitate duretur? Hoc proculdubio de te mihi promitto; quādo preſertim nō vltro te huic promotioni ingeſſeris: ſed vocatus a deo tanquam Aaron, Maiorum tuorum iudicio paruiſti. Quamobrem viriliter age: & cōfortetur cor tuū: & ſuſtine dominum. Quis enim ſperauit in eo: & derelictus eſt? Commendo tibi Chriſtophorum monachum. Is venit ad te: vt accæptis veſtimentis ac libris ſuis alio demigret. Curabis tu: vt contentus inde proficiſcatur. Eſt enim adoleſcens bonæ indolis: & quem a me educatum fuiſſe, non erubeſcam. Vale. Ex Camaldulo. Die. xiii. Septembris. Mccccl xxxx.

Guidoni Priori Angelorum. LXI.

P Lacuerūt mihi mirum immodum: quæ ex Abbate Arretino didici de te. Retulit enim mihi: q̄ religioſo obſequio: q̄ decoro apparatu: quam exactiſſimo cerimoniarum cultu: rebus diuinis operam dederis in inſigni die ſolēnitatis veſtræ. Oſtendiſti non ſolum religionem, & pietatem: quibus ſacra in honorem Dei & martyrum perſoluiſti verum etiam erga ordinem beniuolentiam, & fidem. Interfuiſſem q̄libentiſſime. Sed noſti occupationes meas: quibus ita moleſte implicor: vt non modo excuſare me facile debeas: verum etiam compati malis meis. Conueniſſe audio, Venerabilium patrū, quos ex diuerſis ordinibus accerſiſti, multitudinem copioſam: ad concelebrandum

tecum

tecum diem ſolennem. Magnum reuera (vt de laicis taceam) tuæ virtutis, ac religioſi animi teſtimonium. Quamuis enim ad dei laudem referenda ſint omnia: cui dicimus: Non nobis domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam: ſic tamen lucere debet lux noſtra coram hominibus: vt videāt opera noſtra bona: & glorificent patrē, qui in cœlis eſt. Hac de cauſa, hoc animo cōgregatis in vnū abs te tot patribus, reddidiſti altiſſimo vota tua, magna retributionis ſpe: accæpiſſeq; illum ne dubites hoc tuum ſacrificium iuſtitiæ, oblationes, & holocauſta. Nec vereri vllo pacto potes: vt illud tibi obiiciat per prophetam. Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Incenſum, abhominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras, & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Vale. Ex Camaldulo. Die. xv. Septembris. Mccccl xxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXII.

n On potui poſt reditum Baſilii Abbatis, ſicut mihi erat animus, dignationi tuæ ſcribere. Profecturus enim Camaldulo, ita fui per biduum, tum ab hoſpitibus ſuperuenientibus, tum a domeſtica familia interpellatus: vt non interdiu, non noctu, vel ad horam vacare mihiipſi valuerim. Quo ſane libētius inde me proripui: vt per dies aliquot, tot leuarer curis. Huc igitur biduo añ me recæpi. Vbi nactus pauxillulū ocii, ſatiſfaciendum officio meo cenſui. Ago ingentes gratias pietati tuæ: primum quidem pro accæpto benigniſſime Abbate Baſilio: qui pleno de tua erga ſe humanitate referēs ore: ex ſatiari vtiq; non poterat. Neſcio, inquit, an inueniri quæat tantæ autoritatis dominus, maiore benignitate præditus. Qua me comitate, qua affabilitate excæpit? Ero ei nimirum ſeruulus deditiſſimus in perpetuum. Protector eſt ordinis: atq; in religione noſtra princeps. Et tamen inter nos eſt: tanq̄ vnus ex nobis. De te vero (ad me autem conuerſus dicebat) q̄libenter ſermonem faciebat? q̄ ſummo affectu? quibus miſerationum viſceribus? Quæcunq; familiari confabulabamur alloquio: omnia ad te referebat. Crede mihi, aiebat, pater: diligit te, quantum alius nemo. Taceo reliqua. Subinde vero grate accæpi: q conſuluerit dignatio tua monaſterio de Luco. Facilius expectari poterit pax: vbi in bello indutiæ præceſſerint. Interea ſublatæ erunt offenſæ. Et forte aliquid citius per tuam ſapientiam excogitabitur: quod perpetuam vtriq; parti concordiam pariat. Vale. Ex abbatia Claſſenſi. Die. xxviii. Septembris. Mccccl xxxx.

Hermolao Barbaro equiti: Oratori Veneto. LXIII.

n Vlla re indigere minus arbitror monachos congregationis Sācti Michaelis noſtri: q̄ cōmendatione mea apud te: qui haud minus pietate ac religione, q̄ eruditione atq; doctrina inſignis prædicaris. Satiſfaciendum tñ fuit petenti Priori: q litteras noſtras tuæ nobilitati redditurus eſt: qñ propterea maiore fiducia aditum ſibi ad te viſus eſt polliceri. Scio te occupari quotidie in exequendis mandatis illuſtriſſimi Dominii noſtri Veneti: pauxillulumq; ſuper eſſe tibi poſſe ocii ad vacandum priuatis officiis. Vbi tamen commode poſſis: nō dubito te cuiq; patrociniū tuum imploranti, exhibere perq̄libēter ſtudium & operā tuā: neq; deeſſe per te, quin in omnes cōferas, quicquid potueris boni.

Deniq; habēt monachi noſtri Venetiis præcipuū bñfactorē,atq; tutorē,clariſſi mū virū patrem tuū.Haud mirum:ſi & Romæ quoq; in præſentiarum alterū patronum,& defenſorem rerum ſuarum habituri ſint filium:tanto parente di/ gniſſimum.Ero ſane ipſe hac de cauſa:erit itidem vniuerſa noſtra religio,q̄ cu/ mulatiſſime vtriq; veſtrum obnoxia.Vale Doctor eximie:ac patriæ decus. Ex Abbatia Claſſeñ.Die.xxiii.Nouembris.Mcccclxxxx.

Petro Priori Camalduli Florentini.LXIIII.

e Xactum eſſe duorum menſium ſpatium:quem tibi in prioratu,termi num præfixeram:bene ſcio.Et tu nihilominus pro tua modeſtia,meo te arbitrio ſubiicis.Redire ad eremi tranquillitatem cupis:nec tamen laborem adminiſtrationis obſtinatius refugis.Maiorum imperium tuo deſyderio præ/ fers:& obedientiam holocauſtis.Imitaris Chriſtum Saluatorem:qui factus obe diēs patri vſq; ad mortē:Si poſſibile,īquit,eſt trāſeat a me calix iſte. Verūtamē fiat volūtas tua.Hæc orans patri dicebat:qui paſſus pro nobis,reliquit nobis exēplum:vt ſequamur veſtigia eius.Veniam poſt natalis domini feſtum diem Florentiā:ſi deo placuerit:ibiq; corā diſces:quis mihi erga te ſit animus.Et ſpe ro non defuturā inter nos cōcordiam.Vale. Ex Camaldulo.Die.ii. Decembris. Mcccclxxxx.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senēſi Protectori.LXV.

ſ Cripſi rarius dignationi tuæ,per id temporis,quo fui Venetiis:q̄ pro more meo ac vetere inſtituto.Non quia defuerint cauſæ ſcribendi:cū vbiq;,quocunq; me recipio,aliquid emergat:propter quod interpel/ lare te frequētius opportune,importune,ac improbe etiam cogar: Sed quoniā & febre primum per dies aliquot:& deinde (quod longe grauius morbi ge// nus mihi viſus eſt) lateris dolore laboraui.Neq; ægrotaui ſolus:verum etiam alii duo ex iis,qui mecum venerant.Speraueram aliquantulum me conquietu/ rum in patria:ac poſt continuas,tum animi, tum corporis fatigationes, quas hic fueram perpeſſus,pauxillulum halitus,atq; virium reſumpturum.Sed non mutatione loci,facta eſt mutatio dexteræ excelſi.Credo ſane admonere me vo/ luiſſe dominum:fallacē eſſe hominum ſpē:& cogitationes inanes:ab ipſoq; re miſſionem a laboribus,nō a loco petendam:ita,vt iacenti mihi ſæpiſſime illud de pſalmo tacita ſuccurrerit cōſcientia.Quo ibo,a ſpiritu tuo:& quo,a facie tua fugiā?Si aſcēdero in cœlū,tu illic es:ſi deſcendero in infernū,ades.Si ſumpſero pēnas meas diluculo:& habitauero i extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me:& tenebit me dextera tua.Nō tñ pœnitet me ſuſcæpti peractiq; iti neris:qñ mea præſentia occurri manifeſto periculo:ne beneficiū Sācti Martini de Oppitergio,ordo noſter amitteret.Merebat̃ ꝓfecto eiuſmodi cœnobiū,ma iore ēt meo incōmodo cōſeruari:ne(qd parū abfuit) in alienū ius concederet. Rē minime enarro:quia et ex procuratore,& ex Priore Sācti Michaelis edoce/ ri de oibus poteris dñe colēdiſſime.Reliquū eſt: vt breue īpetretur:ne qd gra/ uioris ſcandali oboriat̃.Quod vt fiat:plurimū oro & obſecro dignationē tuā. Vale.Ex Camaldulo.Die.iii.Decēb.Mcccclxxxx.

Ioāni Maiori Eremi.LXVI.

p Etiit a me Chriſtophorus eremita:vt ſe recludi in cella permitterē:vi tā ritu Nicolai noſtri acturū impoſterū.Ego qdē huiuſmodi arduum

inſtitutum

inſtitutum improbare non audeo:cum non ſint condignæ paſſiones huius tē/poris,ad futuram gloriam.Caſtigandum eſt corpus:& ſeruituti ſubiiciendum: ne animo,quam nobiliorem hominis partem nouimus, indigne dominetur. Hunc eteni regere:illud expedit regi.Probandos tamē ſpiritus,ſi ex deo ſunt: & hortor,& moneo.Scriptum enim ſcimus.Nolite omni ſpiritui credere..Re/cludi in cella:hominum deuitare conſuetudinem:humi cubile ſternere: nudis pedibus incedere:intonſam barbam,ac ſordida deferre veſtimenta:horridiori bus cibis vti:& cōtra naturam ipſam,torquere ſupra vires corpus:& cætera id genus notabilia:ambitionem atq; ſuperſtitionem potius ſapere,a multis iudi/cari poterunt:q̄ religionem,ac pietatem.In omnibus ſeruandus modus.Fruga litatem meo iudicio exigit eremus,nō feritatem:cibos viliores atq; parabiles, nō inuſitatos ac tetros:vt homines,animal vtiq; rationale,nō feræ videamur. Temperamentum placuit ſemper.Et ſicut vulgo dicitur,medium tenuere bea/ti.Non infitior tamen inueniri poſſe:qui diuino freti præſidio,hanc diſtrictio/rem amplectantur vitam.Non eſt enim abbreuiata manus domini.Nicolaum noſtrum,iam triēnio incluſum,ſi perſeuerauerit,ex talibus fore confido.Tādem audiuit ex me coram Chriſtophorus veſter:quæ ſit mea ſuper hac re ſententia. Quod tu,cum reliquis eremitis cōſilium cœperis:illi acquieſcā.Hoc tantū in/feram:haud facile ſeruari humilitatem poſſe:vbi nos ab eius profeſſione,vitæ ſeparat diſſimilitudo.Forte illo ita permittente:cui bonum eſt,& iucundū,habi tare fratres in vnū:& qui habitare facit vnius moris in domo.Vale.Ex Camal dulo.Die.iiii.Decembris.Mccccl xxxx.

Baſilio Abbati Sancti Michaelis de Arretio.LXVII.

c Redo,te legiſſe apud Eſdram.Mittite munera iis:qui non habēt.Repe titis me muneribus oneras:& non contētus miſiſſe piſces,& multos, & magnos:quorum hic laboramus inopia:aliud inſuper ſuauius,ac delicatius me cogis accipere. Facis quidē hoc tu impellente caritate.Sed an ego accipiēs facere id poſſim ſalua cōſcientia:maturius animaduertendum.Cum ſcriptū ſit. Non accipies munera:quæ etiam excæcant prudētes.Et alibi.Qui odit mune ra:viuet.Itemq; Eſaias:Qui excutit manus ſuas ab omni munere:iſte in excel/ſis habitabit.Vides:q̄ non mihi integrum ac tutum ſit,accipere? Quā periculo ſum:nō etiam,quæ tu mittis,reiicere?Si te deuincire me his officiis arctius pu/tas:falleris.Nam neq; tu indiges:vt cumulatiore te beniuolentia proſequar:& mihi,quem mutuo diligis,damnum infers.Quamobrem aperte tibi denūtio: vt impoſterum (quod tutiſſimū mihi atq; vtiliſſimum futurū eſt) nihil mittas. Aut,ſi graue nimis hoc tibi viſum fuerit:adhibeas modum.Alias (mihi crede) quæcunq; tuo nomine allata fuerint ad me:ad te referentur.Vale.Ex Camaldu lo.Die.xviii.Decembris.Mcccclxxxx. Ioanni Maiori Eremi.LXVIII.

m Onet Corīthios Paulus:Nō vt nobis,īquiēs,ſit remiſſio:& aliis tribula tio:ſed ex æqualitate.Et in regula iubet Bīdictus pr̄:vt ꝑ ſingulo℞ ī/digētia,æq̄liter ī oēs neceſſaria diuidātur.Nec īmerito.Turpiſſimū ē.n.mona/cho ſupuacua poſſidere:quē magis decet,neceſſaria cōtēnere.Quō āt nō grauio ris noxæ rei erimus:ſi relicto ſæculo & pompis eius ite℞ ſeruierimus auaritiæ?

Propoſita nobis ſemel æternitate:in eam intédamus animum:paruoq; in hac vita contēti,ad veras potius diuitias conuertamur.Hoc nanq; decet Sanctos, & profeſſos paupertatem.Quamobrem,ne quid forte alicui ſurripuerit cupiditas:aſſcito tibi,quem malueris,ſocio,diligentius perſcrutaberis cellulas ſingulorum:neq; patieris,vt quiſq̄ te irrequiſito aliquid accæperit.Sit cuiq;,quod neceſſe eſt:quod ſat eſt.Superflua,& minime conuenientia recidātur.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxiii.Decembris.Mccccłxxxx.

Ioanni Maiori Eremi.LXIX.

r Edditurus rationē Angelus adminiſtrationis ſuæ,hoc nouiſſimo anni die:cupit te præſente,vtpote ſeueriore iudice & cenſore,atq; alio ex eremitis,id facere.Venies igitur, & Domnus Paulus tecū:vt ſatiſfacias homini:& datum omne atq; accæptum (q̄q̄ de fide ipſius nihil dubito)ad calculum diligentius reducas.Nec te moueat ſcrupulus:ſi forte hodie,cum ſit ſexta feria, ex inſtituto loci,ieiunium in pane & aqua vobis indictum ſit.Erit menſa expedita & parca:& Paulo ſumptuoſior,q̄ fuiſſet in eremo.Ponentur tibi minuta & vilia:atq; intercætera , ſaliti piſcis portiuncula : quem mihi ante aliquot dies Baſilius noſter dono tranſmiſerat. Neq; expectabo,vt facias,nimis delicatorū more:quorum ſtomachi recuſant piſcem attingere:niſi eodem die captum:ac niſi pauloante ex viuario eductum,palpitantem,& animam agentem viderint. Abſit a nobis hæc immodica ciborum luxuria:qui continentiam profeſſi Angelorum cibo potuq; quotidie reficimur.Eſca enim ventri , iuxta Apoſtolum, & venter eſcis:hunc & has deſtruet deus.Vale.Ex Camaldulo maiore. Die vltimo Decembris.Mccccłxxxx.

Laurentio Medici.LXX.

r Etulit mihi Domnus Maurus:quem dudum in Priorem Sanctæ Mariæ apud Caſtrocarrum ſubſtitui : quam prompte ac facile litteras ei cōmendatitias ad Caſtrocarriēſes dederis .Quo etiam fauore ac ſtudio,ab oppidanis illis fuerit excæptus:pleno ore expoſuit.Quamobrem cum tua potiſſimum cōmendatione,ac litteris factum ſit:vt pacificam loci poſſeſſionem accæperit:idq; magno ciuium illorum cōſenſu & gaudio:vterq; profecto noſtrum tibi vni,tuæq; īprimis clæmētiæ accæptū ferimus.Vna opa,duos tibi deuīxiſti. Quod enim vni ex filiis meis feciſti:mihi feciſti.Et hoc optamus:hoc præcamur:vt ſicut per te beneficium ordini conſeruatum eſt:& ei datum,cui ipſe voluit:ita & conſeruet te deus,atq; incolumen tueatur,in diuturniorem vitam : vt huiuſmodi miſerationum,& pietatis operibus pro tuo more inſiſtens,non humanam modo,ſed diuinā magis gratiam cumulatius promerearis. Vale Laurenti clariſſime.Ex Camaldulo.Die.xiii.Ianuarii.Mccccłxxxxi.

Galeotto Abbati Sancti Hipoliti de Fauentia.LXXI.

f Eciſti:quod te haud ſecus facturum,ſperauerā.Nunq̄ te duriorē:nunq̄ te nimium tui iuris cognoui.Obſecutus es abſq; vlla repugnantia petenti:nec reniti ea etiam in re voluiſti:quæ forte in controuerſiā haud īmerito adduci poterat.Gratias ago deo:tibiq; mi frater:quia ex ſentētia,geſta res eſt. Oſtendiſti,q̄ facilis ſis,q̄ benignus,q̄ pius.Referat tibi dominus,pro nobis gratiam:referat & Hilariano monacho filio nr̄o:Quē ſane ꝑ hoc facto eo arctius diligo:quo magis,quicquid Mauro noſtro exhibuit:gratuitū ac volūtariū fuit.

Recordabor

Recordabor aliquádo (ſi placuerit altiſſimo) humanitatis eius. Neq; Maurum ſecus factuꝝ opinor: vt experiatur reipſa, ſe in eos liberalẽ extitiſſe: qui ſint natura, beniuoli, memores, grati. Vale. Floretiæ. Die. ix. Februarii. Mcccclxxxxi.

Euſebio Hiſpano Monacho Sancti Michaelis Murani. LXXII.

ſ Cribis ad me ea humanitate: qua natura ipſa es præditus: quam mihi ſemper præ te tuliſti. Et vere non potuiſti firmiora in religione fundamenta iecilſe: q̃ vt ſummiſſius de te ſentires: eſſeſq; humilis in oculis tuis. Humilia ſiquidem altiſſimus reſpicit: & alta a longe cognoſcit. Vt idem perſeueres ſemper: q̃ maxime cupio: hac tamen exceptione: ne me tãti facias: ad quẽ te indignum exiſtimes litteras dare. Nunq̃ non libenter lego: quæ abs te proficiſcuntur: non tam quia te diligo: q̃ ꝙ ita ſcribis: vt non ſine voluptate, omnia tua legi merito debeant. Effers me nimiis laudibus: adeo, vt illas quilibet etiã ſumme appetens, aliquanto paucioribus contentus foret. Quocirca partius id mecum vſurpabis in poſterum: ſi continere te penitus nolueris. Si vero admiſeris conſilium meum: ne parce quidem. Debentur hæc laudum præconia, vita functis: quorum certiſſima extant merita: quos conſtet ad imortalitatem tranſiſſe. Dum vero ſumus in corpore: dum peregrinamur a domino: quemadmodum amore, an odio, ita laude, an vituperatione digni ſimus, penitus ignoramus. De negocio vniendi cœnobioli monaſterio veſtro: non eſt cur modo aliud tecum repetam: q̃ quod ex me coram accæpiſti. Non me fugit: quãtum debeam Sancto Michaeli: apud quem, per dei gratiam olim renatus ſum. Nunq̃ ſatis in eũ pro ſuis in me meritis conferam. Propitius ſit dominus votis meis: vt tantum poſſim, quantum opto. Bene certiſſime vobis eſſet. Incidimus in ea tempora: quibus caute agenda ſint omnia: neq; parum feciſſe exiſtimandus ſit: qui boni aliquid perfecerit: & ſi longior interceſſerit mora. Vale. Florentiæ. Die xiiii. Februarii. Mcccclxxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXIII.

i Nſidere animo dignationis tuæ: iuge deſyderium reformandi noſtri ordinis: adeo, vt quantum ipſius triſteris defectu: tantũ viciſſim profectu cõgaudeas: ſatis ſuperq; compertum habemus. Accipe ergo, quod actum eſt domine colendiſſime: quod vt tibi per me notum fieret, fidei ſuæ conuenire exiſtimauit Venerabilis frater noſter Angelorum Prior: qui te ſumma veneratione, ac pietate obſeruat, & colit. Credo te nõ latere: eũ eſſe huius ciuitatis, & quidẽ præcæteris, quos ego vtiq; nouerim, morem: vt hoc præcipue anni tempore, quod vulgo carnis priuium vocant, multæ paſſim, tum veteris tum noui teſtamenti recitentur, ac repreſententur hyſtoriæ. Hoc autem inſtitutum arbitror: non tam ad emulationem, atq; imitationem antiquorum; qui publice in theatris comœdias, & alia id genus agere conſueuerant: q̃ ad ocium euitandum: quod eſſe animæ inimiciſſimum certo ſcimus. Hunc igitur patrium morem ſecutus Prior ipſe: inuitauit me per hos dies: vt in ſuo Angelorum cœnobio intereſſem haud in iucundæ rei. Obſecutus ſum petẽti. Acta eſt a monachis ipſius comœdia: quam ſacerdos quidam ſatis peritus ediderat, de iudicio Salomonis, ſup filio meretricis noctu oppreſſo. Aderat Reuerẽdiſſimus Cardinalis

Medices:qui plurimum loco afficitur. Aderant alii complures nobiles & erudi ti viri:ita vt eſſent tum religioſis diuerſorum ordinum, tum laicis, qui audien/ di, ſpectandiq; gratia conuenerant, impleta ſubſellia. Atq;, vt ad rem ipſam re/ deam: inerat nimirum actoribus ipſis, tum in ſermone latine cōpoſito, tum in ipſo ore vultuq; mira ſuauitas: nihilq; defuit adoleſcentibus bonæ indolis, bo næq; ſpei: quod non apte, non appoſite, nō commode recitauerint. Crederes il los, comœdiæ ipſius fuiſſe autores: adeo ſingulari memoria, peracriq; īgenio, ſine vlla hæſitatione, quæ edidiciſſent, ſinguli referebant: adeo omnium perſo/ narum & ſenſus, & animos, voce ſimul ac geſtu decentiſſime exprimebant. Et ne te longius protraham domine colendiſſime, ſingula minutius recēſendo: peracta ſunt hæc omnia haud mediocri eorum, qui aderant, voluptate. Hæc ie circo tuæ pietati ſignificanda per me cenſuit Prior ipſe: vt qui pro reformando monaſterio ſupra modum laboraſti: pro eodem reformato, ac maiora indies incrementa ſuſcipiente, abundantius lætarere. Vale. Florentiæ. Die.xv. Februa/ rii. Mccccclxxxxi.

Matthæo Veronenſi Abbati Feſulano ordinis Canonicorum. LXXIIII.

q Vod optaueris diu me præſentē videre, cōgredi mecum: gratias ago. Quomodo vero eſſe poſſis virtutum (vt ſcribis) mearum admira/ tor & nominis: miror plurimum. Tutiſſimum ſane eſt, de omnibus, quos præſertim minime noueris, bene ſentire: Ne forte increpantem audire cō tingat. Tu quis es: qui alienum ſeruum iudicas? Suo domino ſtat: aut cadit. Cū tamen ſcriptum ſciamus: Ne laudes hominem in vita ſua: longe vtiq; minus admirari quenquam debemus: atq; ei ſupra merita aliquid tribuere. Nomē ve/ ro meum, quod ſit: non intelligo. Opinentur alii pro arbitrio de mea paruitate quicquid voluerint. Ego de meipſo nō fallar. Nemo enim ſcit hominum: quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo. Quod vero me tanta huma nitate in vitas: rogas: multiſq; a me præcibus contendis: vt ad viſendum con/ templandumq; monaſterium tuum ornatiſſimum veniam: admitto lubens pe titionem tuam. Promitto autem venturum me, non quidem ad præſtitutam diem: cum nō ſim, ob plurima negocia iuris mei. Veniam tamen: vbi primum mihi per occupationes licuerit. Et veniam: non tam intuendi nobiliſſimi cœ/ nobii gratia: quod ſemel, atq; iterum memini me vidiſſe: q̄ ineundæ coram, tecum amicitiæ: atq; vt merear tuo ſuauiſſimo perfrui conſpectu: & notas au/ dire & reddere voces. Vale Pater obſeruande. Florentiæ. Die.xxv. Februarii. Mccccclxxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXV.

m Onachus quidam ex iis, quos educaui: in Fonte bono, & pro ætate ha ud imperitus: habēs ſorores tres, iā adultas: & quaꝝ ætas, niſi parentū inopia obſiſteret, nuptias flagitaret: cupit ꝓmoueri ad ſacerdotiū: vbi primū, tertium ac vigeſimum annum attigerit. Sperat enim fore: vt per ſacerdotii functionem, ſororum virginias a perículoſo & turpi quæſtu facilius libere/ tur: & ſingulæ deinceps ſuo adiutæ præſidio, viris tradantur. Præcor itaq; dignationem tuam: vt id a Summo Pontifice, viuæ vocis oraculo impetrare contendat.

contendat. Eris quidem tu clæmentiſſime Domine virginibus his alter Nico/
laus: ne egeſtate, ac fame laborantes, ſeſe libidini proſtituere cōpellātur. Et quic
quid adepto ſacerdotio in illas frater cōtulerit: id omne tuæ pietati accæptum
feret. Vale. Florentiæ. Die. iiii. Martii. Mcccclxxxxi.

Ioanni Maiori Eremi. LXXVI.

d Vo ſatis triſtia allata ſunt ex vrbe: quæ breui epiſtola tibi ſignificanda
duxi. Alterum ad Dei Saluatoris noſtri cōtemptum: alterum ad iactu
ram eccleſiæ attinet. Romæ per hos dies apparuiſſe dicitur diabolus: qui men
dax eſt, & pater eius: fratri cuidam ordinis minorum: quē dicunt fuiſſe magicæ
artis ſtudioſum. Huic ſe obtulit neq̄ ſpiritus, facturum ſe illum Pontificē: ſi in
ignominiā chriſtiani nominis, baptiſmum euchariſtiāq; aſino exhiberet. Sedu/
ctus miſer, & ea ſponſione illectus: perpetrare nefandum ſcelus minime abhor
ruit. Quo facto, elapſum cōtinuo e manibus ſacrilegi, iumentum tandiu hianti
& aperto ore huc atq; illuc per vrbē, veluti furia inuectū, pergit diſcurrere: do/
nec ſacroſanctā: quæ ſiue palato ſiue faucibus hæſerat, hoſtiam reddidit. Depræ
henſus tam inauditi criminis reus: & cōfeſſus quid egiſſet: viuus incēdio cōcre
matus eſt: iuſto quidem dei iudicio: vt vnius exēplo ambitioſi omnes terrean/
tur: & contēptores diuinæ maieſtatis, a ſua cōuertātur impietate. Audiſti ſacro/
rum noſtrorum cōtumeliam, diuinitus vindicatam. Audi chriſtianæ religionis
detrimētū. Colēdiſſimus pater Cardinalis Sācti Marci, vita deceſſit. Scis ipſe:
quantæ integritatis & ſanctimoniæ vir fuerit: quanta morum grauitate prædi/
tus: q̄ iuſtitiæ tenax. Decus (nimirum) exiſtimabatur Romanæ Curiæ: ac ſplēdi
diſſimum eccleſiæ lumen. In pace obdormiat. Iube meo nomine pro illius ani/
ma præces fundi: vt ſingulari ipſius erga me olim præſtitæ humanitati, hāc ſal
tem retuliſſe gratiam videar. Vale. Florentiæ. Die. vii. Martii. Mcccclxxxxi.

Guidoni Priori Angelorum. LXXVII.

c Vm veniſſem ad te his diebus: oſtendiſti mihi epiſtolam, nondū obſi
gnatam, quā Reuerendiſſimo Domino Cardinali Medici eras miſſu/
rus. Inter cætera vero: quæ, pro ea familiaritate, quæ tibi cum illo eſt, ad eū tum
ioco, tum ſerio ſcripſeras: ſignificabas dignationi eius: mittere te cum eadē epi
ſtola, litterarum mearum exemplar: quas pauloante abs te requiſitus colendiſ/
ſimo Protectori noſtro Cardinali Senenſi dederam. Quibus aut parce cōmen/
daſſe viſus fuerā, actā a monachis tuis comœdiā, ſuper iuditio Salomonis, de
infantulo a meretrice dormiēte oppreſſo. Quantū ſane ad me attinet: ago gra
tias fidei tuæ, amoriq; in me ſingulari: q tanti me facis: tantum tribuis mihi: vt
ōia tua quæ ipſe approbauero, non ſecus ac pro lege accipias. Indignū me pro
culdubio fateor hac tua de me exiſtimatione atq; iudicio. Sed nō multū miror:
ſi amore falleris, q cecus deſcribitur. Aperiā igitur tibi clarius hac in re ſentētiā
meā: vt ſcias qd probauerim illis litteris meis: quidq; ſubticuerim de iduſtria:
qd nequaq̄ probabile exiſtimauerim: Vt ſi in agendis p monachos comœdiis,
opinioni meæ niti volueris: cōſtanter illā admittas. Sin minus: eā itidē reiicias
iure tuo. In me cōſulēdo ſuper rebus tuis, facile poteris deſyderare prudētiā: fi/
dem nunq̄. Sēper te Veronā verſus, quæ libertatis ciuitas eſt, deducere conten/

dam.Placentiam,quæ Domino ſeruit,mecum nunq̃ diuertes.Laudaui itaq;(vt
ſcias) litteris meis monachorum tuorum egregiam indolem : Laudaui inge/
nium:pronunciationem:memoriam.Tanta ſiquidem eos commẽdatione his
de cauſis dignos cenſeo:vt merito putem,ſatis illos nunq̃ poſſe laudari. Mira/
tus ſum ego quidem in adoleſcentibus vim dicendi,accõmodatamq; rebus ſin
gulis actionem:ita,vt non inceſſu,non diſcurſu,&(quæ ſunt ſingularia pronun
tiationis adiumenta) non oculis,non manibus,alioue corporis motu,vnq̃ of/
fenderint.Miratus ſum inſuper tenaciſſimam memoriam:ꝙ in tam celebri do/
ctiſſimorum,magnæq; autoritatis,virorum conſenſu in tanta rerum varietate
& copia:non modo aliquod verbum,ſed ne iota vnum , aut vnus apex (quod
ego vtiq; animaduerterim) cuiq̃ illorum recitando exciderit.Et quis,oro , his
non caperetur blandimentis?Quis hæc merito improbanda cẽſeret?Hæc igi
tur ſunt (ſi bene memini) quæ apud.R.Protectorem commendaui:quæ digna
exiſtimaui,vt tanto viro per me litteris nota fierent. Laudaui præterea & iiſdẽ
litteris:ꝙ,quẽadmodum mihi retuleras coram,ea poriſſimum de cauſa talibus
actionibus exerceri permittebas monachos tuos:vt habita ætatis eorũ, & clau
ſuræ arctioris,ratione,facilius continerentur domi:& occupata adoleſcẽtia his
gratioribus ſtudiis,ocium ac deſidiam deuitaret.Bona certe mens:bonus ani/
mus.Sed abſit a me:vt facere aliquando , te aliquid putem,in adminiſtratione
familiæ tuæ,mala voluntate.Noſſe te arbitror vultum pecoris tui:omniaq; ad
illius cõmodum & vtilitatem referre. Et ſi quando in iuniores tuos vlla veteris
remiſſione atq; indulgentia:non continuo id a te fieri exiſtimandum eſt:vt la/
xius ac licentius viuant:verum ne nimio ſeuerioris propoſiti rigore frangãtur.
Imitaris prudentiam Iacob,dicẽtis fratri ſuo.Noſti domine mi:ꝙ paruulos ha
beam teneros,& oues & boues fœtas mecũ:quas ſi plus in ambulando fecero
laborare:morientur vna die cuncti greges.Recordaris precepti Sãctiſſimi pa/
tris noſtri Benedicti:quo vnumquẽq; noſtrum monẽs: Nequid,inquit,nimis:
ne,dum nimis cupit eradere eruginem,frangatur vas.Hæc te probe callere nõ
dubito:multa iampridem in religione expertum.Quid igitur eſt tãdem:quod
in ea monachorum tuorum exercitatione minus probem?Accipe paucis Prior
mi:& eo penitus animo accipe:quo fuerint a me conſcripta. Primum quidem
non ſum ego is:qui a magnis viris,tum gentilibus,tum noſtris,diſſentiam :vt
putem,nullam vnq̃ & corporibus & animis dandam remiſſionem. Alternãda
quippe duco triſtibus læta:ſeriis & grauibus,iocoſa & grata . Miſcendaq; ſunt
(ſicut habemus in regula) temporibus tempora:terroribus blandimẽta. Neq;
enim in eadem intentione ſemper retinendus eſt animus. Qui ſi pluribus in/
terdum obruatur curis:nec ad honeſtam aliquam reuocetur relaxationem:non
modo acriores non reſumit vires:verũ aſſiduo magis labore hebetatur & frã/
gitur.Naturalis profecto videtur eſſe,omnibus remiſſio:quod quotidiano ex/
perimẽto cognoſcimus.Tolle corporibus ſomnum & cibum:& pauloport de/
ficient.Nõne feſti dies iccirco inſtituti ſunt:vt cõmuni publicaq; lætitia quieſce
re cogeremur?Scriptum deniq; ſcimus.Et requieuit Deus die ſeptimo,ab om/
ni opere:quod patrarat.Quod etſi pueriliter accipiendum nõ ſit:tanq̃ operan/
do laborauerit

do laborauerit deus:qui dixit,& facta ſunt : ſed per dei requiem,noſtra potius requies ſignificetur,qui in illo poſt opera bona requieſcimus:idemq; in veteri populo dei ex præcepto legis,vacatione ſabbati figuratum ſit : ſeptimo tamen quoq; die & nos ex inſtituto eccleſiæ vacare iubemur ab operibus:quibus fatigari corpus ſolet.Sed nunquid propterea omne remiſſionum genus,omnibus conuenit?Nonne,quæſo(vt ad rem ipſam veniam)aliud deo dicatos:aliud ſæculares decet?Comœdiam legimus in theatris nõ in monaſteriis agi ſolitam: nec a monachis,ſed ab humilibus,ac ſordidis hominibus. Cautum ſiquidem apud Romanos lege olim fuerat : vt ſiquis Romanus ciuis (quemadmodum Cicero meminit)artem ludicram ſcenicamq; exerceret:non modo honore ciuium reliquorum careret:ſed etiam tribu,nota cenſoria amoueretur. Nec immerito ſane.Nam ſi ipſius vocabuli vim cõſyderes:laudabis Romanos :ꝙ nõ ſolum Curiam ſenatoriam,ſed ne plebeiam quidem tribum,comœdis ac ſcenicis hominibus dehoneſtari paſſi ſunt.Siue enim a vico & cantu:ꝙ in vicis iuuenes cantare quæſtus gratia ſoliti eſſent:ſiue a commeſſatione,ꝙ amantium iuuenum,& paraſytorum,ac lenonum compotationes & conuiuia canerentur: (quod vtrunq; græca deriuatiõe poteſt intelligi) appellatam dixerimus comœdiam:haud temere Romana nobilitas,ludorum ſcenicorum actores omni honore indignos iudicauit.Quid enim comœdia præſefert:niſi Ludos,niſi conuiuia,niſi lectiſternia,niſi(vt in ſumma dicam)ſpectacula turpitudinis?Deſcribit nãq; mores hominum,iuuenumq;,ſenumq;:Qualiter & ſerui decipiant dominos.Quid meretrix:quid leno dolis confingat auarus. Et ne forte inferas: vt hæc vtilia eſſe contendas:Hæc quicunq; leget:ſic,puto,cautus erit : gratias ago deo,ꝙ non dixerit:quicũq; aget:ſed quicũq; leget. Nam & Romani ſicut comœdiarum actores,infamiæ nota:ita illarum autores,honore dignos putabant.Quis,n.neſciat:complura nobis nota fieri perlectionem, honeſte licere: quæ minime per actionem liceant?Multa profecto in Sacris noſtris codicibus (vt de gentilibus taceam) reperiuntur:quæ,ita requirente hiſtoriæ fide,quotidie vtiliter legimus.Nonne ſi illa eadem hiſtriones ac ſcenici obſcenis,tum vocibus,tum motibus actitarent:iuſte oculos auerterent intuentium:ac modeſtiſſimum quẽq; in fugam conuerterent?Quis enim caſtis ferat luminibus: ſi ſibi intueri contigerit agentes:Noe verenda nudantem:Loth filias opprimentem: Onam Iudæ filium,rem deteſtabilem facientem:Iudam ipſum cum nuru coeũtem:Dinæ Iacob filiæ,illatam contumeliam : Ruben cubile patris maculãtem: Phinees pugione perfodientem in genitalibus virum & mulierem Madianitẽ, turpitudini operam dantes : Concubinam Leuitæ ꝑ totam noctem a Gabaonitis illuſam : Amon ſorori virgini ſtuprum inferentem : & mille alia id genus: quæ ſilentio prætereo?Quis,inquã huiuſmodi actitantes æquo animo ferat? Quis non deteſtetur:non abhorreat:non inſectetur? Quis ſanus deniq; ,non inſanire id genus hominum dicat?Et tamen hæc omnia quotidie legendo percurrimus,ad animarum profectum & vtilitatem.Quæcũq; enim ſcripta ſunt: ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Sufficit vtiq; ad doctrinam,vt legãtur:aut ab aliis legentibus audiantur:non vt ab agentibus conſpiciantur.Intrat mors,

ait propheta, per feneſtras noſtras. Et in pſalmo quotidie domino decãtamus. Auerte oculos meos: ne videant vanitatem. Nam & acriorem eſſe ſenſum viſus, q̃ auditus: quis neſciat? Ipſe idem pſalmographus, quid inter vtrũq; diſtet, experientia magiſtra nos doceat: qui nõ auribus, ſed oculis, adulterium perpetrauit. Non video ſane: quid prodeſſe nobis poſſit ſolitudo: curue includamur cœnobiis monachi: ſi non ſolum ea videre nobis licuerit: quorum, vt deuitaremus conſpectum, monaſteriorum clauſtra duximus expetenda: propter quæ auertimus oculos, ne viderent vanitatem: verum etiam ſi per noſmetipſos eadem repræſentemus. Audi, quæſo, Iob: ſicuti patientia, ita & cõtinentia inſignẽ. Pepigi, inquit, fœdus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Vide prudentiam hominis: expende accuratius verba eius. Non dixit: Pepigi fœdus cum animo meo: cum rectius dicturus fuiſſe videatur. Si quidem animo cogitamus: non oculis. Sed cõueniſſe ſe cum oculis teſtatus eſt: quoniam optime ſciret: quia per oculos ad facinora via eſt. Quamobrem ſic exiſtimo: ſpectacula huiuſmodi magna eſſe irritamenta vitiorum: plurimumq; obeſſe, adoleſcẽtibus precipue: qui illis oblectantur: ac libenter interſunt. Verum longe magis mihi perſuadeo, inſidere eorũ animis aliquid mali: qui non modo præſto ſunt: ſed ipſi hiſtrionum funguntur officio. Quod ſi forte laicis permittendum quis duxerit: ego (quantus meo captu & ingenio aſſequi poſſum) iis qui ſemel exhibuerunt corpora ſua, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, haud mediocri ſemper vitio dandum arbitror. Quomodo enim exagitari eorum pudorẽ, credendum non eſt, qui ſcortum agunt: cum & verbis, & geſtibus conſentaneũ eſſe vigorem animi oporteat: ſi quis partes ſuas commode implere voluerit? Scrupuloſiorem me forte iudicabis, ex eo: quod dicturus ſum modo. Dicam tamen. Nullum omnino aliud veſtimentorum genus, præter eccleſiaſtica indumenta, atq; ornamenta conuenire vllo vnq̃ tempore religioſis puto: niſi id qd ſemel in profeſſione accæperunt. Veſtitis dormiendum nobis eſt ex inſtituto regulæ: atq; ad extremum vſq; vitæ, diem ſine intermiſſione habitum noſtri ordinis, tanq̃ militiæ noſtræ inſigne deferẽdum. Et ſine peccato meretritium induere nos poſſe confidimus? Sentiãt hoc, quicũq; voluerint. Me haud facile in ſententiam ſuam trahent. Quamobrem, ne te pluribus obtundam, Prior cariſſime (iam enim modum epiſtolæ exceſſiſſe mihi videor) id capias hac in re cõſilii: quod ſanius ac tutius iudicaueris. Et crede mihi: qui te diligo in veritate, & in caritate non ficta: ita præſertim exigentibus meritis tuis: non deeſſe complures, nequaq̃ cotemnendæ autoritatis viros, ſæculares dico: qui hoc idẽ opinentur mecum. Quod & liberius mihi poſtmodum coram aperuerunt. Solent frequenter, quorũ non multum intereſt, quæ grata, & probata nobis eſſe cognouerint: gratiora ſibi, atq; probatiora eſſe oſtendere. Blandiuntur præſentes: abſentes lacerant. De quibus bene per prophetam dicitur. Ore ſuo benedicebant: & corde ſuo maledicebant. Labiis enim honorant: cum ſint procul corde. Prudens certe, ac bonus exſtimaris: nec vlli incognitũ arbitror: q̃ ſummis viribus contendas: vt educes familiam ſanctam, immaculatamq;: vt angelicis monachis Angelorum monaſterium repleas. Examinabis igitur tecum: quæ ſyncero

amore

amore conſcripſi:& id eliges:quod apud te conuicerit ratio. Hoc tantum vel/
lim abs te:vt ſi cuiquam exigenti potiorem aliquam meis omnibus facti tui ra
tionem reddideris:noſtram apud illum,non improbes fidem. Vale. Florentiæ.
Ex Camalduli noſtri monaſterio. Die. x. Martii. Mccccl xxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXVIII.

q Vanto mœrore & conſternatione animi excæperim funeſtiſſimũ nun
cium obitus clariſſimi Domini,mihiq; colendiſſimi patris Cardina/
lis Sancti Marci:explicare certe verbis nõ poſſem. Hoc te mihi facile credere,
certo ſcio:qui optime noueras tanti viri merita. Neq; enim indolui propterea:
ꝙ mihi affici plurimum viſus ſit:ꝙ eſſet patriæ decus,ac nationis noſtræ Vene
tæ honorificentia,& gloria:verum longe magis,quoniam cecidiſſe arbitror cõ
lumnã eccleſiæ firmiſſimam:ac ſublatum Romanæ Curiæ validiſſimum præ
ſidium:extinctumq; apoſtolici ſenatus ſplendidiſſimum lumẽ: hominem ſane
ingenio mitem:pietate inſignem:eccleſiaſticæ immunitatis defenſorem acerri
mum:& fortiſſimum diuini honoris protectorem. Non ſunt hæc tibi comme/
moranda obſeruandiſſime Domine:tum quia mores ac vitam collegæ Sãctiſ/
ſimi per tot annos expertus es:tum quia refricare tibi quodammodo vulnuſ
videor:quem eius deſyderio affectũ præ cæteris ſui ordinis,mihi facile perſua
deo. Amabatis inuicem mirum immodum:Reuerebatur alter alterum mutua
veneratione:Eratis(ſicut ex vtroq; veſtrũ didici)duo in vno ſpiritu. Quid ta
men? Sicut domino placuit:ita factum eſt. Sit nomẽ domini Benedictum. Præ
ceſſit nos prior. Vtinam ſuis meritis munierit nobis viam: vt ad eam cœleſtẽ
patriam,ad quam euolaſſe creditur(quandocũq; placuerit altiſſimo)& nos ſub
ſequamur. Verum de hoc hactenus:nã vere nõ ſine lachrymis ſcribo. Vale Do/
mine colendiſſime cui me plurimum commendo. Florentiæ. Die. xii. Martii:
Mccccl xxxxi.

Ioanni Maiori Eremi. LXXIX.

m Eminiſtine hyemis diuturnioris,rigidioris,horridioris? Florentiæ ſu
mus:vbi media plerũq; hyeme,verna ſolet eſſe temperies. Et ecce ve
re medio inhorreſcit hyems. Mouimus Camaldulo menſe Septẽbri:
vt peteremus Venetias. Scis ipſe:quanto frigore illud iter peregimus. Remini
ſci præterea te non dubito: quanta ſiccitate per eos menſes,quibus ibidem fui
mus,laboratum ſit. Adeo enim cœleſtes per id tẽporis defuerunt aquæ: vt clau
ſum Heliæ tempore cœlum,nobis referrent. Nam & nauigari per vrbem cer/
tis diei horis(quod reipſa bene experti ſumus) ne leuibus quidem ac exiguis
cymbis poterat:& allata maioribus nauigiis aqua fluuiatilis, æſtiuo more,etiã
Nouembri menſe vendebatur. Portendebat nimirum intempeſtiua illa vis fri/
goris,& aquarum defectus,futurum annum hunc ſicut nouimus, ſæuitia hye/
mis ac incredibili rigore, memorabilem atq; inſignem. Miramur alpes,altiſſi/
mis obſitas niuibus:cum in plano idipſum,fere bona hyemis parte,vbiq; exti/
terit. Quod enim iter,quamue terræ partem,non oppleuerunt niues? Adeo:
vt intolleranda vis frigoris non ſolum iumenta, verum etiam multos paſſim
homines conſumpſerit. Nam in ipſo rigore,ac gelu deficiẽtia corpora proſter
nebantur:quando quidem nix cumulata ventis ambulantes fatigaret:ac veluti

in foueas delatos, miſerrime hauriret. Stupent Florẽtini: Arnum Fluuium adeo gelu obduruiſſe: vt plurimi iuuenes ſuper eum ad pilam calcibus luſerint. Stupere multo magis debent: cum audiunt apud Venetias ita a continenti in vrbẽ vſq;, paludem omnem glacie fuiſſe conſtrictam: vt non parua hominum multitudo & Venetiis incontinentem, & inde Venetias ſuper illam pedes vltro citroq; confiueret. Quid dico pedes? Curru & æquo vecti nonnulli feruntur. Aduenisse præterea Venetias duos lupos, certum eſt: nemine illos niſi forte fame, impellente: atq; ibidem intra vrbem captos: Quod pro miraculo habitum eſt. Taceo Padum, Atheſim, & alia Flumina complura in eam ſoliditatem obdurata: vt per ea quadrigæ & equites diebus multis tranſierint: & vbiq; continentẽ referrent. Quis hæc, qui non interfuerit, crediturus eſt? Superabunt hæc (mihi crede) poſterorum omnium fidem. Nuſq̃ enim eſſe perhibetur aliquis tam pro uectæ ætatis: qui fuiſſe vnq̃ meminerit adeo gelidam ac niuoſam hyemẽ. Non itaq; ſine cauſa cometes apparuit: quod vtiq; portentum, & tempeſtates multas, & aeris inclementiam, atq; intemperantiam, prædicere conſueuit. Cuius rei nautæ præcæteris optimi hoc anno teſtes ſunt: quãdo plurima nauigia aſſiduis procellis in terram delata, paſſim per littora, ſoluta & confracta, reperta dicantur. Hæc ad te iccirco ſcribenda exiſtimaui: vt facilius feras iſtam modo in Eremo commorationem: nec mireris te pati in alpibus: quod vbiq; in plano omnes patiuntur. Vale. Florentiæ. Die. xii. Martii. Mccccl xxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXX.

q Vantum oderim ſimulationes Domine mi optime: vt aliud dicam, aliud ſentiam: nouit is plane, qui cogitationes hominum nouit. Quãtis igitur falſus fuiſſe mihi non videar opinione mea: te pro tua ſingulari prudentia facile coniecturum fuiſſe: quo animo laudauerim actam a monachis comœdiam: tamẽ quia inuitus id feci: & minus prudẽtes decipere potuit (quemadmodum re ipſa expertus ſum) mea illa ſuſpecta commendatio: non ab re duxi, mittẽdum ad dignationem tuam correcti erroris mei teſtimonium. Ex ipſo diſcere poteris: q̃ minime pati diutius quiuerim, falli quenq̃ mea cauſa: partim ſtimulante conſcientia, partim repugnante natura. Et profecto niſi prior ipſe a me contendiſſet: vt anteq̃ meas illas litteras ad te mitterem: perlegendi & trãſcribendi eas, ſibi poteſtatem facerem: apertiſſime aperuiſſem tunc primum, q̃d ſentirem. Sed nolui contriſtare tam cito hominem: vt oportunius poſtea, oblata occaſione idipſum facerem. Si quis tamẽ iccirco me ſimulationi obnoxium fuiſſe affirmauerit: hunc oratum velim: vt ſicut damnauit errantem: ita & abſoluat ſe corrigentem. Neq; multum miretur: ſi Petrus peccator hoc admiſerit: cum Petrus piſcator hominum, & apoſtolus a tali non fuerit culpa immunis: ita vt ei coapoſtolus reſiſteret in faciẽ: quoniam reprehẽſibilis videbat᷑. Barnabas quoq; ſimulante Petro, ductus eſt in eandẽ ſimulationem. Precor autem te domine colẽdiſſime: vt ſeorſum legantur litteræ his incluſæ: nec alicui tradantur legẽdæ: ne forte iniquo animo id ferat, cui illas conſcripſeram. Quamuis idẽ (vt eſt mihi obſequentiſſimus) & reuerẽter eas accæperit: & mihi gratias egerit: pollicitus in poſterum, ſe obediẽtiſſime monita mea impleturum. Vale.

Florẽtiæ.

Florentiæ.Die.xxiii.Martii.Mcccclxxxxi.

Bernardino Priori.Sancti Michaelis Murani.LXXXI.

p Erlegi hac quadrageſima eximii doctoris,atq; Sanctiſſimi Auguſti/
ni de Ciuitate dei nobiliſſimum opus.Placuit ſummopere, ſicut meri
to debuit : facileq; perſpexi q̃ alti vir ingenii ille fuerit,q̃ profundæ doctrinæ.
Debet ei plurimum Chriſtiana religio,& catholica fides:quam,confutatis gen/
tilium,& maxime Philoſophorum erroribus,tot atq; adeo apertiſſimis,ac for/
tiſſimis rationibus confirmat:vt mihi iam non credere,ſed comprehendere vi
dear.Et quoniam,vbi mihi non defuit ocium,ex libris,quos legi,aut excerpere
præcipua quædam,aut annotare ſecũdum ordinem alphabeti rerum capita cõ
ſueui:cum hoc in præſentia facere nõ potuerim,plurimis impeditus negociis:
vellem vt compleretur per te deſyderium meum.Eſt apud Sanctum Mathiam
idem Auguſtini volumen,cum indice ſatis copioſo:& in alphabetum redacto.
Illũ ſi mihi in re gratiſſima obſequi cupis,a filiis noſtris monachis Sancti Mi/
chaelis tranſcribi curato:vt veniens collector noſter ſtatuto tempore,inde ad
me rediens ſecum deferat.Poteris id negocii pluribus demandare:vt nũc hic,
nunc ille aliquid ſcribat:ne vni tantum opus impoſitum,aut grauius videatur,
aut tardius deponatur.Hac re mihi hoc tempore facere gratius nihil potes.
Vale.Florentiæ.Die.vi.Aprilis.Mcccclxxxxi.

Guidoni Priori Angelorum.LXXXII.

a Vdio,non defuiſſe:qui nouam ſubſtituti a nobis in Sancto Benedicto
Prioris electionem,haud plene comprobauerint: ꝙ iuniorem,q̃ pro
dignitate loci ac meritis,ſuffecerimus.Primum quidem gratulãdum mihi plu
rimum cenſeo:ꝙ nihil aliud iſti obiiciant,q̃ ſubſtituti ætatem. Nam cum inter
nos conueniat in reliquis:facile(vt exiſtimo) vna tantum in re diſſentientium
a nobis refelletur opinio.Deinde ſi id minime conſecuti fuerimus : vt ratione
conuicti nobiſcum ſentiant,& factum probent : non continuo nos pœnitebit
electionis noſtræ : quando certiſſime nouerimus,nos ea in re & monaſterii in
digentiæ,& noſtræ ſimul conſcientiæ,optime conſuluiſſe.Iuuenis eſt,inquiunt,
qui pater monachis datus eſt.Sextum & vigeſimum agit annum.Gratias deo:
ꝙ non ſextum decimum,ꝙ non vigeſimum,tantum.Plane ſcitur,quid iura ve/
lint:quibus vtiq; ſancitum eſt:vt ſufficiat promouendo in Priorem, Abbatem
ve:ꝙ quartum & vigeſimum annum exceſſerit.Hic vero noſter, ſupra ætatem
legitimam promotus eſt.Vno atq; altero anno ſupergreditur. Nulla indiguit
diſpenſatione Pontificis:vt præficeretur a nobis.Canonice igitur inſtitutus,ac
dudum præſbyter ordinatus,merito admitti pro ſene debet: quãdo præſertim
nihil aliud præſbyter,q̃ ſeniorem ſignificet. Idipſum quoq; cauetur per ſtatuta
noſtri ordinis:vt is ætatis legitimæ ad prælaturam exiſtimetur:q vigeſimum
quintum annum attigerit.Quid vero tu dicis Benedicte Sãctiſſime:ſub cuius
ductu & imperio monachi omnes militamus ? Nunquid tu tantum prouectæ
ætati tribuis(quemadmodum hi nimium ſcrupuloſi rerũ æſtimatores faciunt)
vt ſenectutem canitie,magis q̃ probitate metiaris ? Et reuera ſi iure terminan/
da lis eſt:tu ſolus dirimere facile illam potes. Quis.n.non tuo iuditio ſteterit?

immo quis nõ pro me ſententiam latam putauerit: ſi quod a me factum fuerit, ſecundum tua præcepta quibus ſolẽni voto aſtringimur, cognouerit factum? Vitæ merito, inquis, & ſapientiæ doctrina eligatur: qui ordinandus eſt: etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis: Videmus profecto, nullam hic ſeneɫutis, in prælatis eligendis factam mentionem. Vitæ tantum attenditur meritum eius qui præficiendus ſit: etiam ſi minimus omnium fuerit in cõgregatione. Vis noſſe: qui tantum canos veneraris: quid idẽ pater noſter de iunioribus ſentiat? Cum de adhibendis ad conſilium fratribus meminit: conuocari iubet omnem cõgregationem. Quod iccirco ſe facere teſtatur: quia ſæpe iuniori reuelat dominus, quod melius eſt. Et alibi etiam: Aetas, inquit, nõ diſcernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel & Daniel pueri, præſbyteros iudicauerũt. Nec immerito ſane: cum ſcriptum ſit. Senectus quidem venerabilis eſt: nõ diuturna neq; annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Quod vero ſenectus numero annorum computanda non ſit: ita, vt quemadmodum iuuentus in ſenibus turpis, cõtra ſit exiſtimanda in adoleſcẽtibus decora ſenectus: innumera tum exempla, tum dicta magnorum virorum adduci in medium poſſunt: ex quibus pauca perſtrinxiſſe ſufficiet. Nam ſi non inuenirentur ſenes: qui & doctrinæ, & vitæ bonæ defectu, pueris etiam merito eſſent comparandi: nõ ſcriberet corynthiis Paulus. Nolite pueri effici ſenſibus: ſed malitia puuli eſtote. Niſi iunioribus deteriores aliquãdo euaderent ſenes: nequaq̃ Eſaias diceret. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorũ maledictus erit. Niſi eſſent & moroſi, & cupidi, & intemperantes ſenes: non legeremus apud Danielem. Egreſſa eſt iniquitas a Senioribus. Deniq; euangeliſtæ non adeo frequenter confirmarent: multa Saluatorem noſtrum paſſum fuiſſe a ſenioribus. Si autem e diuerſo deeſſent iuniores tempore: qui & bonarum diſciplinarum cognitione, & egregia virtutum indole prouectioribus, ac longæuis æquãdi forent, atq; etiam anteponendi: non diceret is: qui fratrum minimus vnctus eſt in regem. Super Senes intellexi: quia mandata tua quæſiui. Neq; filius eius ſapiens in ſuis parabolis meminiſſet. Vt detur paruulis aſtutia: & adoleſcenti ſcientia, & intellectus. Itemq; alibi. Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſene & ſtulto. Paulus quoq; Timotheo non ſcriberet: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in caritate, in fide, in caſtitate: Niſi is, qui ſapientiã præſtat paruulis, qui linguas infantium facit diſertas, qui ex ore lactentium perfecit laudem: ſibi etiam in ætate minoribus cõplaceret: ac dignitatibus eos dignos faceret. Ioſeph victor libidinis, & caſtitatis exemplum, cum eſſet adoleſcens induſtrius, & ſapiens, plenuſq; ſpiritu dei, nonne contemptis decem fratribus maioribus natu, præfectus eſt vniuerſæ terræ ægypti? In liberatione mulieris, falſo accuſatæ adulterii: nonne in tam confertiſſima virorum, & ſeniorum turba, ſuſcitauit dominus ſpiritũ pueri iunioris: cui nomẽ Daniel? Dauid de quo ſupra tetigi, qui de ſeipſo dicit. Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: nonne ſingulari dei munere, dicentis ad Samuelem: Ne reſpicias vultum eius, neq; altitudinem ſtaturæ eius: quoniam iuxta intuitum hominis ego non iudico: Homo

enim

enim videt ea,quæ parent:dominus autem intuetur cor:nõne hic,inq̃,dignus habitus eſt:qui paruulus adhuc,& oues paſcens,præeſſet Iſraeli?Quid te obtũ/do pluribus?Si percurrere voluero,ac ſtrictim ẽt cõtexere:quot reges,quot du/ces,quot imperatores,olim extiterint:cum non dum aut iuuentute,aut adoleſcẽ tia,aut etiam pueritia exceſſiſſent:idq; non ex noſtris tantum , verum etiam ex gentilibus:quis erit epiſtolæ modus?Plena ſunt commentaria omnia:Monu//menta plena.Sed quoniam de eccleſiaſtica nunc agimus dignitate:in ea tantũ modo confirmanda pſiſtamus:Quamquã ſæculares magiſtratus,& poteſtates haud multum in hoc ab eccleſiaſticis diſcrepant.Quot iuniores,in epiſcopos, & in alios huiuſmodi præſules,& in eam etiam,quæ ſupremæ proxima eſt,di/gnitatẽ,quotidie fere cernimus promoueri?Quot ab initio promotos & legi mus,& audiuimus?Et ne te per ſingulos eccleſiæ ordines protraham : nonne in ſacro duodenario apoſtolorum collegio,diſcipulum illum adoleſcentem ad miramur:qui priuilegio amoris precipui,ſupra pectus domini ĩ cena recubuit: ac cæteris altius diuinitatis eius patefecit archana?Eant nunc:qui tantopere ſe nio deferunt:& nobis vitio dent:ꝙ ſexagennarium,aut quinquagẽnarium ſaltẽ non præfecerimus.Metiantur ætatem,annorum numero,non vitæ merito.Mi hi certe longe ab iis aliena mens eſt.Neq; tamen hoc iccirco dixerim: ꝙ mini/me honorandam atq; æſtimandam ſenectutem putem:ne forte quis me illi bel lum indixiſſe arbitretur:quando ita cum ea conuenire omnes cupimus : vt ad ipſam(ſi placuerit domino)q̃longiſſimis etiam prorogatam terminis perue/niamus.Nam & de ea per Moyſem præcipit dominus.Coram cano capite cõ/ſurge:& honora perſonam Senis.Et multa in eius laudem a multis & magnis viris conſcripta ſunt.Tantum ab iis contendo:qui adoleſcentiam in prælatis accuſant:criminantur:damnant:vt maturiore iudicio rem examinent : ac po/ſtea ſententiam ferant.Forte aſſentientur nobis:& quod fecimus,cõprobabũt: reminiſcentes prophetæ dicentis . Bonum eſt viro:cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.Qui ſi perſuaderi non potuerint : præſtolentur æquo animo ſucceſſum rei.Viſitent frequentius reformatum monaſterium:perſcrutentur cu rioſius immutatum loci ſtatum:& reipſa experiãtur:an deſolato illi ac ruinam minanti,bene conſuluerimus.Non iudicent ſecundum faciem:ſed rectum iudi tium iudicent.Si mihi non credunt:operibus credant.Si in eligẽdo nouo prio re erraſſe me obſtinatius contenderint:vt non diligenter(quemadmodum ſcri ptum eſt)agnouerim vultum pecoris mei:ſaltem iudicio atq; prudentiæ Lau/rentii Medicis,viri clariſſimi,& tot,tantaq; experti deferant : Qui ſi non opti/me nouiſſet hominem,quem præfecimus: non illum ſua præſentia,dum elige retur,dignatus fuiſſet.Sed electiõi noſtræ humaniſſime interfuit:eamq; appro/bauit,commendauit:& bona concœpta ſpe reformandæ illius domus , atq; in priſtinam dignitatem,& ſanctimoniam per iuniorem noſtrum priorem reſti/tuendæ,a nobis diſceſſit.Et ſpero tantum virum,nequaq̃ falſum iri ſua expecta tione.Quin pro ipſo priore ego ſpondeo:ꝙ ſi non alius futurus ſit prælatus,q̃ priuatus extiterit : ſatis illum pleniſſime facturum non tam ipſius Laurentii,q̃ & meæ,ac bonorum ſimul omnium opinioni & deſyderio . Hæc ad te proli/

xius cenſui conſcribenda: vt non tam factum meum defendiſſe me iuſtiſſimis
rationibus intelligeres, q̃ tuum. Quẽ enim promoui ego: tu educaſti: tu inſtitui
ſti: tu formaſti. Et ſcis ipſe me melius: q̃ ſit idoneus, iunior hic filius tuus guber
nandæ familiæ: quibus ſit moribus præditus: q̃ ſenili grauitate. Crede mihi ve
nerande frater: vbi diffundi virtutum eius odor per vrbem cœperit: vbi maio/
ra omnia de ſe, q̃ a me prædicantur, reipſa præſtiterit: obſtruetur penitus oblo/
quentium ora. Vixq; vnum aliquem inuenies: qui non illum, & vt iuuenem di/
ligat: & reuereatur vt ſenem. Vale. Camaldulo. Die. xi. Aprilis. Mcccclxxxxi.

Guidoni Priori Angelorum. LXXXIII.

e N adeſt tibi dominicus conuerſus: quem tantopere expetiſti. Venit
próptus & facilis: ſi modo is ſit futurus: qui tuæ, ac Prioris Sancti Be
nedicti opinioni reſpondeat. Miratur ſe requiſitum fuiſſe: cum ſit cæcutiés: atq;
(vt ipſe de ſe iocari ſolet) Lucernas extinctas ferat. Paratus tamẽ eſt pro modu
lo virium ſuarum id oneris ſubire: quod a me, quod ab vtroq; veſtrum ſibi im
poſitum fuerit. Bonum illum exiſtimo, & timentem deum: neq; imprudentem
neq; inconſultum: neq; ſicut luminibus, ita & mente captum. Quin, ſpero, vbi
ipſum melius cognoueritis: facile ſe Thobiam alterum vobis relaturum. Erit
itaq; vtriq; veſtrũ commendatus: vt non minus ipſe de vobis contentus futu/
rus ſit, q̃ vos de ipſo. Vale. Ex Camaldulo. Die. xix. Aprilis. Mccccxxxxi.

Petro Priori Camalduli Florentini. LXXXIIII.

d Ixi tibi coram: periculoſam mihi videri, nimium ſcrupuloſam cóſcié/
tiam iſtam tuam. Scribis ferre te iniquo animo: ceruum quem neſcio
quis Abbati Baſilio dono dederat, per clauſtra monaſterii diſcurrere: idq; a ſæ
culo non fuiſſe auditum: eſſeq;, iudicio tuo abominabile. Bonũ te eſſe, non infi/
tior. Sed (quoniam de huiuſmodi nunc animali agitur) ceruina nimis ſimplici
tate deciperis. Sicut enim placidiſſimum animalium omniũ dicitur: ita, & ſim/
plex admodum, ac rerum omnium miraculo ſtupens: adeo, vt ſagittas & arcũ
venantis, cum admiratione intueri perhibeatur. Et quidem ꝙ a ſæculo nó fuiſ/
ſe auditum ſcribis: fateor me in pluribus monaſteriis ceruos vidiſſe. Neq; ipſe
vnq̃ hoc ſum admiratus: neq; alios, præter te vnum, qui mirati fuerint noui. Et
merito ſane. Quid enim eſt ceruus: niſi factura dei: de qua ſcriptum eſt? Dele/
ctaſti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarũ exultabo. Igno/
ras ne tu: (non enim es illitteratus) ab apoſtolo dictum. Inuiſibilia dei a creatu
ra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur? Quid habeat præte/
rea ceruus abominabile (vt ſcribis) non intelligo: cum Salamon dicat. Cerua
cariſſima: & gratiſſimus hinnulus: Vbera eius inebrient te omni tempore: & in
amore eius delectare iugiter. Nam & in canticis canticorum, idem de ſponſo
animæ dicit. Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum. Optima ſa
ne comparatio. Cum enim ſponſus hic, verbũ ſit ac ſermo: & propheta de ipſo
teſtetur: ꝙ velociter currit ſermo eius: merito ſimilis ceruo deſcribitur: quod
animantium genus curſu velociſſimum eſt. Niſi forte cornutum animal ideo
hunc velimus ſponſum ſignificare: ꝙ de ipſo ſcriptum ſit. Et cornua in mani/
bus eius. Siue propterea: vt intelligamus: eum futurum iudicem bonoꝝ & ma/

lorum

lorum:cum dicat in pſalmo.Et omnia cornua peccatorum confringam:& ex/
altabuntur cornua iuſti.Nonne ſi hæc meditari accuratius volueris : quotienſ/
cunq; tibi ceruus occurrerit:totiens gratiſſimi illius hinnuli recordaberis : qui
cruci affixus inter cornua cerui Euſtachio martyri apparuit?Qui Egidio con/
feſſori,degenti in ſolitudine,ceruam ſociam & nutricem dedit?Nonne item il/
lius gratiſſimi hinnuli dulciſſima tibi occurret memoria:cum erecta fueris cer
ui cornua contemplatus:qui erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri
ſui?Fruſtra igitur ne impudēter dicam,abominaris ceruum:cuius occurſu atq;
præſentia (ſi volueris) vtiliſſime vti poteris.Taceo:ꝙ cum ſerpentibus illi pu
gna eſt:quos etiam e cauernis,narium ſpiritu , renitentes ac reluctantes extra/
hit.Taceo,ꝙ coagulo hinnuli in vtero occiſi,contra eorundem morſus præci/
puum remedium fiat:aduſtumq; ipſius cornu,odore eos ipſos fuget.Taceo:ꝙ
non ſolum febre nunq̄ laboret:verum etiam eius carnē deguſtare frequentius
ſoliti,longo æuo caruerint febribus.Multa quoq; alia præterea de induſtria,bre
uitatis ſtudio:quæ ſi non tam ad corporis naturales vſus,q̄ ſpirituales animæ,
retuleris:facile cognoſces,quantum tibi profutura ſit cerui cohabitatio.Quod
vtinam reipſa experiaris.Si quādo ſpiritus feruore excitatus : erectis in cœlum
oculis & manibus:in eam geſtias atq; erumpas vocem.Quemadmodum de/
ſyderat ceruus ad fontes aquarum:ita deſyderat anima mea ad te deus.Et item
dicas gratulabundus & gaudēs.Deus dominus fortitudo mea:& ponet pedes
meos,quaſi ceruorum.Vale.Ex Camaldulo.Die.xxv.Aprilis.Mccccl xxxxi.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani.LXXXV.

m Vlta,quæ iſthic emerſerunt , noua ſignificaſti.Si tamen aliquid exiſti/
mandum ſit ſub ſole nouum. Quid enim aliud audimus quotidie:ni
ſi rerum viciſſitudinem,inconſtantiam , inſtabilitatem?Hunc humiliat,& hūc
exaltat dominus:quia calix in manu eius,vini meri,plenus mixto.Bene reuera
plenus mixto.Nihil frequentius:nihil vſitatius:nihil quotidianum magis.Tri/
ſtatur ille:ꝙ biberit calicē iræ domini.Hic autem gloriatur dicens.Calix meus
inebrians,q̄ præclarus eſt?Erudimur ſane huiuſmodi varietatibus atq; muta/
tionibus ad contemptum mundi,& eorum omnium,quæ in illo commoda &
bona exiſtimantur:& excitamur ad intendendum eo animum, & cogitationes
noſtras:vbi ſunt immortalia bona:vbi vera ſunt gaudia.De hac ſæculi varieta
te,vanitate,non eſt,cur amplius eccleſiaſtē Salomonis habeamus in manibus:
cur ipſum ſtudioſius plegamus.Scatēt quotidiana vbiq; exēpla,ad noſtram do
ctrinam & eruditionē.Et beatus:quē vel ſic erudierit dn̄s : vt caſus aliorū,eius
ſit ædificatio.Scribis cōplures magnos & ditiſſimos viros,patritios Venetos,
hac hyemē obiiſſe diē ſuum:itēq; ſenes illos duos,monachos noſtros,apud Sā
ctum Mathiā,intra ſex dies deceſſiſſe.Vt parati ſimus & nos:hoꝝ obitu admo/
nemur.Neſcit enim,ſicut ſcriptū eſt,homo finē ſuum.Sed ſicut piſces capiūtur
hamo:& aues laqueo cōprachēduntur:ſic capiūtur homines in tēpore malo:cū
eis ex tēplo ſuperuenerit. Opto,vt omnes ſimul in pace quieuerint:vt mortui
ſint in domino.Florētiæ quoq; his diebus multi,& ex iis cōplures viri diuitia/

rum,dormierunt ſomnum ſuum.Quotidieq; nunc hi,nunc illi nũtiantur mor
tui:ita,vt ſecutura æſtas peſtilens timeatur poſt pleureſim:quo nũc morbo ciui
tas laborat.Oratoris vero caſum,clariſſimi viri,atq; ætate noſtra ĩgenio & do/
ctrina eminẽtiſſimi, per q̃ moleſte tuli.Is mihi primũ ĩnotuit:cũ eſſem Floren
tiæ:ignorauiq; ad hãc diem:cur promotus a ſũmo Põtifice,a Senatu noſtro Ve
neto non fuiſſet admiſſus.Ceſſiſſe id ad patriæ decus & gloriã,primũ opinatus
ſum:vt tãti eſſet habitus orator Venetus:qui laicus adhuc,& nullis ſacris initia
tus,ad patriarchatũ.Aquileiẽſem erectus fuiſſet.Factus autem ex te certior,cur
hoc ei acciderit:quid dicã,neſcio.Niſi,ꝙ illud mihi Salomonis in mentem ve/
nit:Nec velociũ eſſe curſum:nec fortiũ bellũ:nec ſapientium panẽ:nec docto/
rum diuitias:nec artificũ gratiã:ſed tẽpus caſumq; in omnibus.Semp tñ mihi
perſuaſi:nõ temere in eũ,Senatũ animaduertiſſe.Neq; enim puerile illud iudi/
cium eſt:aut vnius arbitrio quicq̃ ibi decernitur.Regunt apud illos,non regun
tur leges.Pro ſeruata iuſtitia,nõ poſſunt nõ cõmendari. Quod vero idẽ Sena/
tus accæpta a Põtifice ptãte,Donatum quẽdam,Patriarcham elegerit : quodq;
paucis ab eo ſuffragiis ego ſuperatus ſim:idq; propterea,ꝙ promiſſum illi,ne/
ſcio qua de cauſa,ante fuerat primũ beneficium vacaturũ:alias meum futurum
fuiſſet:ago gratias ſummo Deo:qui bene omnia fecit. Dignũ Senatus iudicio
elegit:indignum reiecit:eiq; pepercit ab onere:illuſtriſſimũ deniq; Dominiũ,
datæ fidei obligatione abſoluit.Vale.Ex Camal.Die.viii.Maii.Mcccclxxxxi.

Baſilio Abbati Arretino.LXXXVI.

i Ndigemus hic ſemper opera tua:quia reuera nunq̃ deſunt Camaldu/
li multa ſimul negocia.Et abũdat domus hæc,ſicut hominibus mul/
tis,ita & negligentibus multis.Pauci ſunt:qui in tam numeroſa familia,arden/
ter onera ſubeant:& idonei ſint ad perferenda.Vix dudum profectus hinc fue/
ras:& quæſiuit ex me Camerarius:quando eſſes rediturus:ac ſi ſine te nihil poſ
ſit facere.Et reuera ſic eſt.Nã bonus eſt vir : ac timens Deum:atq; imprimis re
bus noſtris fidelis.Sed ſiue natura,ſiue ætate iam ingraueſcente,ita eſt ad expe
dienda,quæ ſibi iniũgũtur,opera tardus & remiſſus:vt multa propterea,vtraq;
familia noſtra,patiatur incõmoda.Scis autem ipſe:quot,& quanta perficienda
hoc tem pore incumbant nobis expectãtibus,præſertim magnos illos(vt no/
ſti)tum eccleſiaſticos,tum ſæculares viros:qui ſe hac æſtate huc vẽturos pollici
ti ſunt.Inter cætera vero vrget me acrius , Muſoleæ domus ædificandæ opus
non contemnendum,neq; parui certe momenti.Extruenda hoc anno a funda/
mentis (ſi annuerit dominus votis noſtris) ad ſummum vſq;,ac tecto operien
da:curam ac ſolicitudinem maximam poſtulat.Et adhuc nihil fere aliud para/
tum eſt,præter parum calcis,idq; haud ſatis decoctum:quod modo educentes
ex calcaria,bene aduertũt.Lapides etiam ad erigendos parietes non deſunt:qñ
vtræq; vetuſtæ illæ ædes,ſatis abunde nobis lapides ſumminiſtrabũt.Quãuis
minus cõmodi futuri ſint:q̃ ſi nuper ex fodina exẽpti forent. Aiunt enim vete/
ranum lapidem , & qui ſemel calcem expertus ſit : ſecunda non amare coniu/
gia.Reliqua omnia paranda ſunt nobis.Calcis adhuc plurimum excoquẽdum
eſt:arena conuehenda:conficiendi lateres:excidendæ ad contignationes & tra

beationes

beationes,abietes.Et ne recenſeam ſingula:conducendi ſunt fabri,& ante om/
nia peritus architectus:cui vni , operis totius demandetur cura . Hæc & alia
multa id genus,ſtructuræ pernecesſaria,quando expedietur,immo quando in/
cohabuntur,te abſente?Veni ergo poſt biduum omnino,aut triduum ad ſum/
mum:præſertim,ne hæc æquabilis & temperata cœli tempeſtas,ad ædifican/
dum accommodatisſima,elabatur nobis . Vbi appoſueris tu manus : facile ac
tempeſtiue omnia abſoluentur.Tu enim(quemadmodum de Dauid legimus)
pro decem milibus computaris.Nam neq; in exequẽdis mandatis expeditio/
rem:neq; ad obſequẽdum mihi promptiorem:neq; in omnibus negociis me/
is induſtrium magis,aliquem expertus ſum.Non es iumentum calcaribus in/
digens:nõ ſtimulo vrgendũ.Vbi ſemel tibi iniũxi aliquid:factũ putaui.Vale.Ex
Camaldulo.Die.xi.Maii.Mccccl xxxxi. Guidoni Priori Angelorꝝ.LXXXVII.

m Eticuloſi ſunt natura ſenes:& quo minus ſibi de via supereſt : eo plus
viatici appetunt.Quaſi vero,cum rerum abundantia , eis protogan/
da ſit vita:quæ multo magis frugalitate ac parcitate ꝓducitᷓ.Beninca
ſa ſenior,qui eſt apud Sanctum Benedictum:vbi ſibi abũde neceſſaria ſummini
ſtrantur:ſæpe & multum me obſecrauit:vt ſe tibi commendarem.Trepidat ti/
more:vbi eſſe non debet timor.De nemine enim quæritur:bene dicit de om/
nibus,& de Priore in primis:quem ſibi adeo eſſe indulgentisſimum ſcribit:vt
ſuæ ſenectuti nihil deeſſe patiatur.Solum metuit : ne tanto priuetur cõmodo:
ne inde abiectus,cogatur mendicare.Hortatus ſum hominem:vt bono ſit anĩ
mo:ac de tua humanitate confiſus,abiiciat a ſe penitus iſtam curam . Quando
quidem non dubitarem,eſſe te eiuſmodi:qui optime ſcriptum ſcires . Ne ſper/
nas hominem in ſua ſenectute.Et alibi.Ne proiicias me in tempore ſenectutis:
cum defecerit virtus mea,ne derelinquas me.Solaberis itaq; bonis verbis,for/
midoloſum ſenem:ac nulla ſe indigere apud te commẽdatione , miti ſermone
oſtendes:ne me amplius obtundat.Ipſe etiam alacrius tua deuinctus benigni/
tate,monaſterio inſeruiet:ac fidelius & promptius demandata ſibi negocia exe
quetur.Licet enim octogeſimum (vt mihi olim retulit) ætatis annum agat:&
forte iam exceſſerit:ſic tamen eſt compacto,& robuſto corpore,ſenectaq; adeo
viridi:vt ei,etiam contra rationem ætatis,haud parum adhuc operæ ac labo/
ris poſſit iniungi.Non ſum modo in ſcribendo prolixior:quonia & nihil aliud
ſcribendum occurrit:& Abbas Arretinus,qui has tibi redditurus eſt litteras,lõ/
giore (ſi opus fuerit) ſermone,breuitatẽ epiſtolæ cõpẽſabit.Vale.Ex Camaldu
lo.Die vltia Maii.Mccccl xxxxi. Petro Priori Camal.Florẽtini.LXXXVIII.

i Lluminatum audio capitulũ,iuxta chorũ tẽpli,feneſtræ maioris aper
tione.Accõmodatum quoq; fuiſſe refectorium inferius,monachorum
vſui:circũpoſitis vndiq; ligneis ſeſſionibus.Quæ cum iſthic eſſem,fa
cienda ſuaſeram.Vtrũq; perplacuit.Eſt enim nõ tam ad decorem & ornatũ mo
naſterii,qui profecto nõ eſt cõtemnẽdus:q̃ ad vtilitatem & cõmodũ inhabitan
tium,multo magis.Superius cœnaculũ inſeruire hoſpitibus poterit:qñ præſer
tim ipſe præſto fuero:ſi quis forte,maiore dignus honore aduenerit . Donatus
monachus graui & diuturna vexatus infirmitate,venit Florẽtiam:non quidem

ſpe percurandæ valitudinis,quam incurabilem penitus arbitratur : verum vt laxet pauliſper animum:ac cœli mutatione corpuſculum modice reficiat. Ne/ſcire ſe,neq; ſciri a quoquam vel peritiſſimo phyſico,poſſe affirmat:quo gene/re morbi laboret.Ego auté,quãuis medicus non ſim,eadem ipſum teneri ægri tudine certis coniicio argumentis:qua olim Beatiſſimum Gregorium,ob ſto/machi debilitatem laboraſſe, non ſemel legimus. Syncopim eam infirmita/tem phyſici appellant:ideſt conciſionem vitalium. Nam & die noctuq; horis indifferentibus comedere illum oportet: & ſi vel parum ei inambulãdum eſt: ſubſiſtet decies,ac ſedebit:intercludente illum ſpiritu,atq; arctius meante. Con ſulet medicos,ſi voluerit:quorum ſi paruerit monitis:forte conualeſcet. Ipſum per eos dies, quibus moraturus eſt apud vos, tuæ & aliorum curæ ſtudioſius commendo. Qui ſi grauauerit vos pluſculum:mementote, quia charitas pa/tiens eſt:& miniſtrare in huiuſmodi,quam miniſtrari facilius. Vale. Ex Camal/dulo.Die.vi.Iunii.Mcccclxxxxi.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani.LXXXIX.

m Agnum,inuſitatum,inopinatum exemplum:& non modo ætate no/ſtra,verum etiam multis retro ſæculis prope inauditum. Abdicauit ſe ſponte his diebus Cardinalatu Reuerendiſſimus dominus Alerienſis:abdi/cauit epiſcopatu:abdicauit benefitiis omnibus,quæ poſſidebat. Res nimirum portento ſimilis:& quam,cum reputo mecum,ſomniaſſe videor.Sic eſt tamẽ: vniuerſa (vt accæpi) ciuitate Florentina admirante factum : ac pro miraculo habente.Et merito ſane.Quis enim hoc ſe auditurum ſperaret:vt ea tempeſta te,qua ſupra modum viget ambitio:quãdo vel minima eccleſiaſtica dignitas, maximi æſtimatur,ac ſummo habetur in pretio:quando neglectis paſſim ani/mi bonis,voluptates corporis,& quæ fortunæ appellant bona, vehementiſſi/me appetuntur:ea inquam tempeſtate reperiendus foret:qui de mundi contẽ/ptu,adeo ſingulare mundo exemplum daret? Ego ſane,admirari hominem di gne ſatis non poſſum:qui ob ardentiſſimum dei amorem,& diuitiis pauperta/tem:& ſæculi pompis,honeſtam quietem:& dignitati,quæ ſupremæ proxima eſt,priuatam vitam conſtantiſſime prætulit.Atq; vtinam beato hoc exemplo, non tam ſibi,q̃ multis etiam aliis cõſuluerit:vt ſi defuerint,qui abdicatis digni/tatibus (eſt enim perq̃paucorum iſta virtus) Alerienſem imitentur:ſaltem nõ deſint,qui & in adeptis moderatius viuãt:& in adipiſcẽdis non aſcendere aliũ/de,ſed intrare per oſtiũ,velint.Vale.Ex Camaldulo. Die.vii.Iunii.Mcccclxxxxi.

Vgolino Verrino Florentino.XC.

n On ſunt extorquendæ a me importunius litteræ:qui vltro prouoca/re ad ſcribendum,amicos conſueui.Nõ q; eiuſmodi ſit litterarũ mea/rum compoſitio:vt oblectare aliquem,ſui merito poſſit:Sed quia malo deſyde rari a me ſcribendi ornatum:quam meæ erga amicos beniuolentiæ ac fidei te/ſtimonium.Minaris,te mihi ſæpius ſcripturum:vt a me epiſtolas vel ſcriben/di importunitate extorqueas:niſi tibi citius reſpõdero.Et ego tibi amice reſpõ deo.Niſi initæ dudum tuo aduẽtu amicitiæ habuiſſem rationem:quæ vltro ci/troq;,& dandis & accipiendis litteris,confirmari atq; augeri conſueuit:lõgior,

q̄ voluiſſes,interceſſiſſet mora:ante aquam ſatis tuo deſyderio feciſſem:vt hac̄ tarditatis meæ occaſione,quo me frequentioribus epiſtolis obtundere magis putaſſes:eo ipſe vberiores tuis legendis fructus,& cumulatiorem percipere voluptatem meruiſſem. Sed nolui ingratus videri tam pio amori erga me tuo: quando præſertim,& rogando minaris:& minando rogas: catulorum more nobilium:qui domeſticis ſe irritantibus oblatrant potius,q̄ mordent. Quod vero ad viſendam eremum,mei te in primis nominis fama pertraxerit: haud exiguam confuſionis materiam,falſa hæc tua de me opinio,mihi exhibuit. Noui enim meipſum optime:nec me præterit,q̄ male, tuæ exiſtimationi reſpondeam.Nam ſicut ait Apoſtolus:Nemo ſcit hominum, quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis,qui eſt in ipſo.Hoc itaq; certo ſciens: quo maioribus paruitatem meam cumulaſti laudibus:eo grauius oneratum me ſentio.Tu quoq;:licet tutius erres,de malis bene ſentiens,q̄ de bonis male:reputare tecum debes: laudari digne,ac merito non poſſe hominem,niſi poſt conſumationē,niſi poſt exactum huius vitæ curſum.Vnum eſt:quo te effuſius laudantem æquo animo patiar:ſi tot de me pleno ore predicans, qualis eſſe debeam, quibuſq; virtutibus,qua religione præditus,oſtendere voluiſti.Cæterum dici vix poſſit: quanta animi voluptate perlegerim,tum tuum, tum vnici olim filii tui, carmen. Vtrunq; ſane ornatiſſimum:vtrunq; (quod maximi certe facio)chriſtiano poeta digniſſimum.Solent naſci aliquando filii,parentibus aliqua ex parte ſimiles. Sed qui tam abſoluta,& perfecta ſimilitudine,ſicut hic te,patrem retulerit atq; expreſſerit:vidi neminem.Beatus nimirum tu,tam egregiæ indolis filio: tam erudito:tam probo.Beatus ille viciſſim,te genitore,te iſtitutore:viro vtiq; doctiſſimo atq; grauiſſimo.Quam bene,ſi viueret,poſſet dicere. Qui videt me: videt & patrem. Retuliſti mihi coram, nonnulla de illo his diebus. Sed ego (quod bona tua dixerim venia) vt ſuſpecto,patris de filio,teſtimonio, minus credulas aures adhibui.Nunc vero perlecto eius diſticho:quod mihi,non tam eminentiſſimam adoleſcentis doctrinam,quam florentis ætatis continentiſſimam vitam,ac virgineum pudorem,luce clarius aperuit:video q̄ parce,q̄ moderate,apud me commendaueris filium.Mihi quidem carmen eius ſummopere placuit:delectauitq; me admodum,tum materiæ varietate,& grauitate,tum mira elegantia,& venuſtate.Nihil in eo molliculum: nihil impudicum: nihil non ſanctum.Inſectatus eſt ſine amaritudinevitia:extulit grauiter virtutes.Sed quo præſtabilior eſt doctrinis omnibus vita immaculata:eo quidem adoleſcētem hunc tuum Michaelem,miror magis: qui conſilio medicorum, licet minus chriſtiano,potuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus:& facere mala, & non fecit. Virginitatem,longioris vitæ prætulit ſpei: vt immaculatum & incorruptum corpus Saluatori ſuo redderet:qui paſcit inter lilia, ſeptus choreis virginum.Merito Michael:merito angelus.Eſt enim angelis cognata virginitas. Audiat lubrica adoleſcentia:quid hic adoleſcens, vnde vigeſimum vix natus annum de ſeipſo ſcripſerit:quid reipſa conſtantiſſime præſtiterit. Scribit enim Petro cuidam: qui poſita virginitate, vt ſalutem recuperaret, hortatus eſt. Cur Petre virgineum hortaris me ponere florem?Non faciam:vel ſi hoc cer/

ta paranda ſalus. Itemq̧;ad Paulum,præceptorem ſuum. Promittunt medici coitu mihi Paule ſalutem. Non tanti, vitæ ſit mihi certa ſalus. Nunquam ſa/ne Vgoline mi, hi mihi excident verſus: nunquam mihi ipſorum autoris ela/betur memoria. Vbicunq̧; de tam ſingulari virtute inciderit mentio: recitabo Michaelis diſticha: ſi forte ad æmulationem,eius ætatis iuniores prouocent. Illectus odore virtutum cariſſimi filii tui,longius,ac putaueram,ſcribendo eue ctus ſum: videorq̧; pene oblitus patris,dum admiror filium. Non tamen ſic eſt.Bona arbor,bonos fructus facit. Et exhorrere arborem nulla ratione pote/rit:qui fructibus illius delectatur. Et ſcriptũ ſcimus.Qui honorificat filium:ho norificat patrẽ.Verũ de his hactenus.De Hermolao nihil aliud noui. Si qd ad me allatum de eo fuerit:quod tibi exiſtimauero gratum fore: q̃ primum cer/tior fies.Accæptum heri veſperi opuſculum cum litteris tuis,nondum ad Ioan nem eremitam noſtrum,vt monuiſti,tranſmittẽdũ permiſi:vt prius ego illud perlegerem. Cras,vbi illuxerit, munus tuum accipiet.Et fore illi gratiſſimum non dubito:vtpote & loco,& perſonæ accommodatiſſimum. Vale. Ex Camal dulo maiore.Die.xi.Iunii.Mccccl xxxxi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XCI.

P Oſcere nullo pacto debuiſti a me veniam: qui in me nihil peccaſti. Niſi q̧ ibi cognouiſti culpã(qd eſſe piarũ mentiũ conſueuit)vbi culpa non eſt.Non me viſitaſti Venetiis infirmum,mente (vt ipſe ſcribis) infirmior. Et ego ſatis ſciebam:te nunquam mecum non eſſe:nunquam pro mea nõ de/præcari valitudine.Quin eſſe paratum ſemper(vbi neceſſarium foret)non vi ſitare me ſolum:verum etiam ægrotanti aſſiſtere,ac miniſtrare: Saluatoris no/ſtri Ieſu humilitatem imitatũ:qui miniſtrare venerat,non miniſtrari.Sed quan do per dei gratiam,nec ego adeo ægrotaui grauiter:vt neceſſaria multum mi hi fuerit amicorum viſitatio:& tu huiuſmodi pietatis operibus, longe vtilius occupatus tenebaris:non eſt,cur te accuſes negligentiæ.An negligens tu? An non continuam potius infirmorum curam gerens? Qui,ex quo præſulatum iniiſti,totis contendiſti viribus:vt ſubditus tibi populus ſanaretur a languori/bus ſuis.Quando enim litigas pro bonis temporalibus epiſcopatus tui:quan/do cum iudæis dimicationem ſuſcipis:quando aduerſus eos pugnas,qui eccle ſiæ opprimunt libertatem:quando ſub is delegationum apoſtolicarum onera: quando propter iuſtitiam,magnorum virorum inimicitias non reformidas: quando nihil,niſi graue,niſi moleſtum defertur ad te:quando inq̃, hæc,& alia id genus operaris:quid aliud agis:q̃ infirmorum curam geris?Non enim hæc facis:quia velis mortem peccatorum:ſed vt conuertantur,& viuant:atq̧; ad ſa nitatem vtriuſq̧; hominis redeant.Nullam admittis quietem:vt laborantibus opem feras:Sciens ſcriptũ.Qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ ſuæ: ſaluabit animã eius a morte:& operit multitudinem peccatorum. Quereris ta men:triſtaris:mœres:grauari te,nimio epiſcopatus onere ſentiẽs. Nõ ſuppete re tibi legẽdi ociũ:non vacãdi tibiipſi,vt olim cõſueueras,doles.Quid ergo di cemus ad hæc?Nunquid ſuadendum eſt tibi: vt depoſita ſarcina, alio te reci/pias? Sed ecce occurret tibi dominus dicens. Vado Paduam, iterum crucifigi.

Et exprobrata

Et exprobrata tibi,ſiue impatientia,ſiue modica fide,cogeris cum rubore, & cõfuſione redire in domum tuam: vnde exiſſes: Quod accidiſſe fertur primo illi epiſcopo Vrbis Romæ. Deniq; hoc ĩfero,mea erga te ſolita fiducia. Si ipſe ſumpſiſti tibi honorem: Si temetipſum clarificaſti,vt Pontifex fieres:abdicato epiſcopatu,onus excute:quietem,ac receſſum pete. Sin vero tanq̃ Aarõ (quod neminem latet) electus fuiſti:æquo ac præſenti animo ſemel impoſitum tibi iugum defer:imitator eorum (ſicut Apoſtolus meminit) qui fide,& patientia hereditauerunt promiſſiones:immo illum æmulatus:qui,cum eſſet filius dei,didicit ex iis,quæ paſſus eſt,obedientiam:& conſumatus,factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi,cauſa ſalutis æternæ:a Deo Pontifex iuxta ordinem Melchiſedech. Vale. Ex Camaldulo. Die.xvi.Iunii.Mcccclxxxxi.

Vgolino Verino Florentino.XCII.

g Ratas tibi fuiſſe litteras meas:facile credo. Non q̧ in eis plurimum ſit ingenii,facundiæ,prudentiæq; (vt ſcribis) ſed magis amoris plurimum. An diſſimulandum mihi tecum fuit,q̃ mutua te caritate complecterer: qui præueniſti me Prior ipſe in benedictionibus dulcedinis:& cõciliatam mecum nuper tua viſitatione amicitiam,etiam ſuauiſſimis,atq; ornatiſſimis litteris confirmaſti Procul ſit a me in amicos ingratitudo. Ego diligentes me,diligo:& quidem (vt euangelicis vtar verbis) menſura bona,& conferta, & coagitata,& ſupereffluenti. Superari a quocunq; in reliquis omnibus, facile potero:in hoc (vt ingenue fatear) nemini cedam. Quod me Ambroſium alterum anteceſſorem noſtrum putas:vtinam dei miſeratione,vel ꝓcul liceat mihi,tanti viri ſequi veſtigia. Eo,nanq; & vitæ & doctrinæ ſplendore eluxit nobis: vt non facilem ſui cuiquam æmulationem reliquerit: ac magnis illis viris maioribus noſtris, qui in Sanctorum numerum relati ſunt,tum morum ſanctimonia,tum vtriuſq; linguæ eruditione,merito poſſit comparari. Iucundiſſime vero perlegi:quæ effuſiſſime ſcripſiſti de Hermolao noſtro Veneto. Nec minus nimirum mihi cordi fuit,litterarum,quas ab eo dudum accæpiſti,exemplum. Video enim:q̃ vtrunq; teſtimonium,famæ illius opinioniq; omnium de ſingulari eius virtute ac probitate,optime reſpondeat. Det illi dominus,nouo hoc, quo pauloante initiatus eſt:fungi ſacerdotio:& habere laudem in nomine ipſius:& offerre illi incenſum dignum,in odorem ſuauitatis: Vt quemadmodum litteratura nulli cedere,noſtra ætate exiſtimatur:ita cooptatus in ſacerdotalem dignitatem,creſcat in templum ſanctum in domino, inhabitaculum dei,in ſpiritu ſancto. Tu vero incuſare patriam deſine: tanquam ſcæua in Hermolaum parens extiterit:& nouercali eum odio fuerit proſecuta. Nunquam meo iudicio melius de illo merita eſt,quam modo: & quo ſeuerior atq; inclæmentior viſa eſt:eo indulgentior,ſi rei euentum conſyderes, putari poteſt. Oblata eſt enim philoſophiæ ſtudioſiſſimo,& chriſtianæ atq; eccleſiaſticæ militiæ nuper aſſcripto,inopinata occaſio demonſtrandæ conſtantiæ,ac virtutis ſuæ. Siquidem virtus viri per patientiã dignoſcitur:Quæ,ſicut ait Apoſtolus,opus perfectum habet. Nã & his a philoſophis,ſũmis laudibus celebratur:nõ q philoſophiæ tantum documenta cognouerit:ſed in quo reipſa extiterit,malorum ac

cidentium,aut ſibi illatorum,cum æquanimitate tollerantia. Et de huiuſmodi
ſcriptum ſcimus. Beatus vir:qui ſuffert tentationem: quoniam,cum probatus
fuerit,accipiet coronam vitæ:quam repromiſit deus diligentibus ſe. Tuliſſe au
tem æquo animo Hermolaum:quod ſibi patria negociũ exhibuit: vel ex hoc
compertum habemus:ꝙ accæpta Senatus voluntate,ceſſit ſponte adeptæ di/
gnitati:ſeqꝫ Patriarchatu continuo abdicauit. Imitatus eſt Iſaac obedientiam:&
parenti alacriter obſecutus,facile omnibus præſe tulit:qua ſit benignitate,qua
pietate præditus:& q̄ ab omni animi remotus perturbatione. Scit nanqꝫ ſcri/
ptum eſſe. Quis enim filius:quem nõ corripit pater?Et paulopoſt. Omnis au/
tem diſciplina,in præſenti quidem videtur nõ eſſe gaudii,ſed mœroris:poſtea
vero fructum pacatiſſimum exercitatis,per eam reddet iuſtitiæ. Et, vt clarius
aperiam:quid de ipſius integritate,quid de fide erga patriam ſentiam:credo ſa
ne:prorſus ita confido:Vbi illi innotuit Senatus decretum:dixiſſe apud ſe. Im/
mitius egiſtis mecum conciues mei: q̄ pro mea expectatione. Sed ego vobis
parco:immo & gaudeo, gratulorqꝫ huic veſtræ ſeueritati:ꝙ rigidius interpre/
tati leges veſtras,nulla mouemini perſonarum accæptione. Libenter careo pri
uato meo cõmodo:vt maieſtati,ac dignitati publicæ conſulatis. Placet mihi ſu
pra modum:ꝙ regere apud vos,non regi,leges videã. Sed & gratias ago deo:
ꝙ a vobis non admiſſus factus ſum ciuis Sanctorum,& domeſticus dei:ſuper/
ædificatus,ſuper fundamentum Apoſtolorum & prophetarũ:ipſo ſummo an/
gulari lapide Chriſto Ieſu. Loquens de Hermolao,longius ſermonem protra/
xi,q̄ deſtinaueram. Verum ne mireris:ſi in hoc paria tecum feci:qui illum tecũ
pariter diligo,& colo. Sit illi dominus ſemper adiutor in opportunitatibus:vt
ſpretis penitus huius ſæculi blandimentis,ac voluptatibus,totus ſpiritu ambu
let:totus ſit dei. Proſpecturus maritum vnicæ filiæ,iam nubili,& cuius ætas nu
ptias efflagitat:petis a me,vt eremitis iniũgam orationum,ſuffragia ad Deum
pro ea. Faciam,quod petiſti:vbi primũ illos viſitauero. Eſt enim res nõ cõtẽnẽ/
da,neqꝫ parui momenti:quam facturus es:pro qua merito impetrãdum eſt au/
xilium dei. Trade,inquit Sapiens,filiam:& grande opus feceris:& homini ſen/
ſato da illam. Vale. Ex Camaldulo. Die. xxiii. Iunii. Mcccclxxxxi.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani. CXIII.

m Irabar haud parum,verũ fore:vt Cardinalis,noſtra tẽpeſtate,eremita
factus diceretur. Rediit Romã Alerienſis,reuocatus a Põtifice e medio
itinere:nec eſt permiſſus:vt quo animũ intenderat bonus,ac pius pater:eo per
ueniret. Elegerat pacatiſſimum vitæ genus:vt eremum Camaldulenſem inco/
leret:Hieronymum (vt arbitror) emulatus. Et ecce inuidit tam religioſo pro/
poſito ſpiritus neſcio quis: inuidit quoqꝫ noſtræ omnium cõmuni ædificatio/
ni:vt ambitionis vento inflati,ac tumẽtes,adeo raro,adeo notabili humilitatis
priuaremur exemplo. Expectabimus tñ certiorem euentum rei. Nã repetere vr
bem iccirco forte iuſſus eſt:vt probetur ſpiritus,an ex deo ſit. Si enim ex eo fue
rit:ambulare eum oportebit vocatione:quã vocauerit illum deus. Detineri in/
uitus aliquãdiu in vrbe poterit:impediri vero penitus,ne ſe inde aliquando ꝓ/
ripiat,haud quaq̃ poterit. Vale. Ex Camaldulo. Die prima Iunii. Mcccclxxxxi.

Cardinali

a Vdiui,dignationem tuam in ſuburbiis nunc Florentiæ cōmorari.Ve/niſſem ad te viſitandum pro meo officio,q̄libentiſſime:ſi mihi id per aduerſam licuiſſet valitudinem. Laboraui enim per hos dies dolore laterum. Mittendum itaq; duxi Abbatem vnum ex noſtris:qui vicario pro me munere fungeretur:excuſaretq; me apud dignationem tuam. Neq; hoc ſolum: verum etiam offerret illi meo nomine vtrăq; domum noſtram,Eremi,& Camalduli: inuitaretq;,& alliceret ad noſtram hanc ſolitudinem inhabitandam:vt facilius deuitaret æſtus vrbanos,atq; vrbi proximos.Quamuis enim ſuburbanum ele geris:quo plurimum oblectari queas,tum regionis amœnitate,tū propinqui/tate vrbis:alto tamen in ſeceſſu(vti optime noſtidomine colendiſſime) poſita domus noſtra,& liberiorem tibi aerem,& puriorē præſtabit. Vtilius ſane iſthic & commodius ſuppeditari poſſunt tibi cætera omnia.Vnum tantum inuidere nobis merito poteſt paradiſus ille delitiarum:cœli videlicet huius temperiem miramq; æſtatis clæmentiam.Hic enim & gratiſſimæ auræ: & ſyluarum vm/bræ ſubgelidæ:& limpidiſſimi non deſunt fontes:nō minus ad vſum,q̄ ad vo luptatem.Eligat dominus meus:quod ſibi gratius fuerit.Tua eſt domus hæc: tua Familia:tuus ego imprimis.Vtere pro arbitrio,rebus tuis. Vale. Ex Camal dulo.Die.xxii.Iulii.Mcccclxxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XCV.

v T prioribus litteris dignationis tuæ(binas enim eodem die accæpi) prius reſpondeam:ago gratias pietati tuæ:q; & iucundiſſimæ tibi fue rint litteræ noſtræ: & Benedictus monachus,q̄tum voluerit,abs te auditus ſit. Habes hoc iter cætera præ omnibus,quos ego noui:vt affabilitate,comitate, manſuetudine,cedas nemini.Mitis es:quia humilis corde:& icirco tecū ſemp eſſe non dubito,qui humilia reſpicit:& alta a longe cognoſcit. Exhortatio aūt tua domine colendiſſime,ad perferēdum,quæ ſunt huius mundi: haud minus mihi fuit grata, q̄ oportune exhibita. Scribis enim omnem perfectionem eſſe in patientia: & abhorrere non debere Sanctos viros,fluctuationes mundi,ſed optare.Et ego quidem nulla re magis indigeo,q̄ patientia: qui quotidianis,ne dicam continuis,& illis ſane acrioribus,flagellis erudior.Oro deum aſſidue:vt imperfectum meum videant oculi eius: & gratia ſua donet mihi patientiam, quæ opus perfectum habet.Optanda vero eſſe aduerſa omnibus nō dubito:q imitari voluerint Saluatorem.De quo Paulus dicit.Quod propoſito ſibi gau/dio,ſuſtinuit crucem: confuſione contempta. Verum concupiſcente aduerſus ſpiritum carne:ſi quis mihi optionem daret:propenſior forem ad amplecten/dum propoſitū gaudium,q̄ mœrorem.Plane hæc eſt infirmitas mea.Secederē promptius cum infantulo Ieſu in ægyptum:q̄ cum eodem adulto,ac iam per/fectæ ætatis,Iudæ traditori accurrerē. Quia tamē hæc omnia ī manu dei ſunt: & nauigandum eſt nobis non noſtro arbitrio,ſed prout flauerit ventus: ſubdi conabimur diuinæ pietati:& obtēperabimus patri ſpirituum,vt viuamus.Det ipſe nobis pro ſua clæmētia:vt tentatio nos nō apprehendat,niſi humana:nec permittat tentari nos ſupra id, quod poſſumus: ſed faciat cum tentatione etiā

prouentum: vt poſſimus ſuſtinere. Foris pugnæ: intus timores. Vtrūq; per an/
nos vndecim cū apoſtolo iugiter fere paſſus ſum: & de omnibus his eruit me
dominus. Et eruet imposterū, ſi placuerit ei. Nō enim eſt abbreuiata manus il/
lius. Vale. Ex Camaldulo. Die. viiii. Auguſti. Mcccclxxxxi.

Guidoni Priori Angelorum. XCVI.

P Oſuiſſe te rationem cum procuratore tuo ſuper adminiſtratione dati, & accæpti: deprehenſumq; fuiſſe per calculatorem ſolertiſſimum, cui id negocii Laurentius iniunxerat, debitorem tuum tercentum nūmum aureo/rum: qui ſe tuum putauerat creditorem: lætor plurimum. Cedet hoc tibi ad ho norem & commodum. Nam & diligenti cura præeſſe te domui tuæ oſtendis: & in vſus familiæ reſtitutam tibi pecuniam expendes: aut diſſolues, ſi quod re/ſtat, æs alienum. Erudiris hoc exemplo: erudiūtur & cæteri: quorum facultates ac redditus per alios adminiſtrantur: vt bene aduertant: quibus committāt res ſuas. Creſcente ſupra modum nummi cupiditate decreuit fides: vt vix vnus ali quis inueniatur: qui non fraudulenter aliena pertractet. Et ſane ꝑpinquitate, ac neceſſitudine coniunctus tecum, nulla neceſſitate ad fallēdum cogi debuit: nul lo, vel maximo, præmio corrumpi: vt fidem, ſacratiſſimū humani pectoris the ſaurum violaret. Violauit tamen: nec parua pecuniæ ſumma impoſuit tibi. Sed non dubito pœnituiſſe illum fraudis: vbi reducta ad calculum adminiſtratiōe, negare debitum non potuit. Parcat ei deus: & caſtigatum, & confuſum reuocet eum ab hac auri ſacra fame. Tu vero vigila, vt facis: in omnibus labora: mini/ſterium tuum imple: & in pace angelica monachos tuos perpetuo conſerua. Qua ſane re nihil mihi iucundius potes nunciare. Orabis quoq; pro noſtra pa ce, & ſalute eum: qui eſt autor pacis, & amator caritatis. Quod nos, ac ordinem ſæpius Laurentio commendes: gratias agimus. Facies itidem in futurum: & erimus tibi eo magis obnoxii. Conferet tecum alia complura Baſilius Abbas: quem etiam tibi commendo. Vale. cum Familia omni. Ex Camaldulo. Die. xi. Auguſti. Mcccclxxxxi.

Fran. Picolhomineo. Cardinali Senēſi ꝓtectori. XCVII.

C Omprobatum fuiſſe a dignatione tua conſilium meum: ex eius litte/ris plane didici. Vt perſeuerem in ſententia, non ſum exhortandus: qn̄ hoc eſt firmum meum, conſtanſq; propoſitum. Cum tibi oportunum perficiendæ rei tempus viſum fuerit: tunc videbitur & mihi. Scio enim te pro magiſtratus amplitudine occupatiſſimum eſſe: neq; aſſiduis curis, & ſolicitudi/nibus vacare. Qui enim præeſt: in ſolicitudine: Et quidem eo vehementiore at q; acriore: quo magis prodeſſe, q̄ præeſſe quiſq; nititur. Moleſte tamē accæpi: iſthic quoq; ſortem domini vexari: ac nouis tributis perſolnendis a Dominio grauari Senenſi. Quod & te ægerrime ferre non dubito. A boue maiore diſcit arare minor. Inoleuit hic mos iampridem per totam fere Italiam: vt regale ſa/cerdotium laicis ſeruiat: ita permittente Domino, vt ego arbitror, propter pec cata noſtra: vt caſtigati ab eo hac ſeruitute, amplius nō ſeruiamus peccato: ſed ſubditus fiat omnis mundus Deo. Ait. n. ipſe in euangelio. Si manſeritis in ſer/mone meo: vere diſcipuli mei eritis: & veritas liberabit vos. Caueant tamē op primentes nos: ne & ipſi cōtra ſe prouocent iram Dei. Audiant Paulū. Tu quis

es: qui

es:qui alienum ſeruum iudicas? Suo domino ſtat: aut cadit. Mihi vindictam, ait dominus, non tibi. Tibi dicitur. Beatius eſt magis dare: q̃ accipere. Et tu ſemel deo datum, dicatum, oblatum in vſus tuos rapis. Male profecto. Nõ ſic maiores illi noſtri: non ſic conſueuerunt. Legant iſti apud Geneſin: quid egerit Ioſeph: permittente ita fieri rege barbaro, atq; a fide alieno: quando oppreſſerat fames terram. Scriptum eſt enim. Emit igitur Ioſeph omnem terram ægypti: vendẽtibus ſingulis poſſeſſiones ſuas, præmagnitudine famis: ſubiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius, a nouiſſimis terminis ægypti, vſq; ad extremos fines eius: præter terram ſacerdotum, quæ a rege tradita eis fuerat: Quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et iccirco non ſunt cõpulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Et paulopoſt: Ex eo, inquit, tẽpore, vſq; in præſentem diem, in vniuerſa terra ægypti regibus quinta pars ſoluitur. Et factum eſt quaſi in legẽ: abſq; terra ſacerdotali: quæ libera ab hac conditione fuit. Quẽnam laicorum noſtri temporis non cogeret reſipiſcere, Domine colendiſſime, huius barbari regis exemplum: hæc religio: hic erga ignotum deum cultus? In fame vltima, & defectu rerum omnium, pepercit Pharao ſacerdotibus idolorum: immuneſq; a tributis, non modo eos conſeruauit: verum etiam elemoſynis iuuit. Et noſtri in ſumma abundantia, impinguari conantur pane Chriſti: nec verentur mittere falcem in meſſem alienam: ſibiq; ſubiicere Chriſtos Domini. Non fuerat mihi animus, hæc ad te prolixius ſcribere. Sed arrepto calamo, temperare me non potui: quin communem ĩ fœlicitatem tecum quererer. Parcet mihi dignatio tua: ſi impatientius aliquando, vltra modeſtiæ metas feror. Vale. Ex Camaldulo. Die. ii. Septembris. Mcccclxxxxi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XCVIII.

b Inas heri dignatiõis tuæ litteras accæpi, humanitatis, & fidei erga me plenas: pro quibus, tum ego, tum Abbas Montis Chriſti, cui tuæ pietatis interceſſione, collatum ſibi a me beneficium, Romæ etiam confirmatum eſt: ingẽtes agimus gratias. Quod vero hortaris: vt feram æquo animo: ſi tardius mihi reſcriptum fuerit, ſuper conuocatione illa prælatorum: perſeuerante vehementius indies aduerſariorum vexatione, vt onerent clerum: teq; acrius repugnante: & hoc ad ſingularem animi tui manſuetudinem refero, domine colendiſſime. Nũq̃ requieſcis: vt officio tuo, vt commiſſæ tibi multorum curæ pro viribus ſatiſfacias: anguſtiatus, afflictus: & quo dignus non eſt hic mũdus. Et tamen pro me, pro rebus ordinis, adeo ſolicitus es. Præuenire cupis facto, quæ litteris facienda ſignifico: ita es moræ impatiens ad implenda vota mea. Referat dominus pro me dignationi tuæ meritam gratiam. Vt vero orem pro te: vt memor ſim tui: hæc aliis ſcribe optime domine. Tunc enim primũ obliuiſcar tui: cum oblitus mei fuero. Non intermitto pro te quotidianas præces. Quæ ſi ita meritis fulcirentur, ſicut funduntur ex animo: plurimũ illas tibi profuturas non dubitarem. Offerre pro domino meo non poſſum vitulum ſaginatum, nõ agnum anniculum ſine macula, non hedum capratum. Contendo nihilominus offerre, vel par turturum, aut pullos columbarum. Mente autẽ confuſum te eſſe, ac plenum amaritudine, facile adducor, vt credam. Cardinalatus

fungeris dignitate:quæ ſupremæ proxima eſt.Et profecto,quo maiora ſunt horologia:eo grauiora illis perpendicula appēduntur.Nam & de te,tuiq; ordinis patribus ſcriptum arbitror.Domini enim ſunt cardines terræ : & poſuit ſuper eos orbem.Quem vero magis præmi,atq; incuruari ſub pondere,probabilius credimus:q̃ ii,qui portant orbem?Portare tamen te oportet onus:cui ſemel humeros ſubieciſti:ne ſi illos ſubduxeris : grauior ruina immineat. Inſeparabilia eſſe honorem,& onus:ſatis per triginta annos expertum te exiſtimo. Cæterum ad perferendum hortatur nos Paulus.Si ſuſtinemus,inquit:& corregnabimus. Dominus quoq; facit nobis animos,dicēs.Non ego te deſeram : neq; derelinquam.Ita,vt confidenter dicamus.Dominus mihi audiutor: non timebo,quid faciat mihi caro. Vale.Ex Camaldulo.Die.xviiii.Septembris.Mcccclxxxxi.

Vgolino Verrino Florentino.XCIX.

v Eni Florentiam heri veſperi:vbi redditæ ſunt mihi continuo litteræ tuæ.Fuerunt mihi,laſſo præſertim & de via feſſo,iucūdiſſimæ.Recreaſti etenim me atq; refeciſti oportuno ſatis tempore : tum quia cognoui recenti epiſtola tua,ſeruare te in amore conſtantiam:tum vero nuncio,tui gratia mihi q̃ gratiſſimo.Gauiſus nāq; ſum plurimum : deſpondiſſe te filiam iuueni(qualē maxime optaſti) moderato,& probo.Benedicat eis deus:vt creſcant,& multiplicentur,ac repleant domum:vt videas tu ſenex,ac plenus dierum filios filiorum tuorum,in tertiam & quartam vſq; generationē. Atq; inter cæteros,quos enixura erit hæc,quam in matrimonium dediſti,virgo tua:pariat tibi aliquando filium:qui & nomen & mores referat Michaelis,olim virginis tui. Qui de collo tuo pendens,qui blādiens tibi,obliuiſci tandem te faciat defuncti nati: ne diuturniori mœrore ob eius tabeſcas deſyderium.Futurus ſit hic ꝓ illo tibi vicarius:futurus ſit baculus ſenectutis tuæ. Quod vero id potiſſimum meis eremitarumq; præcibus te impetraſſe cōfidis:vt de eremitis taceam,de me ſic exiſtima : Si quid hac in re tibi profui,id totum tuæ de me fidei tribuendum eſſe. Vade,inquit,dominus:& ſicut crediſti,fiat tibi.Et alibi.Fides tua te ſaluā fecit. Vale.Die.xxvi.Septēbris.Mcccclxxxxi.

Guidoni Priori Angeloꝝ.C.

e Xcæpti ſumus apud Cerretum a Fratribus tuis humanitate multa,delitiis multis.Appoſita eſt nobis cena ſane Locupletiſſima: ita,vt non hoſpitari mihi viſus ſim ruri,ſed in media Florentia.Parcior ac frugalior ſuffeciſſet nobis.Sed obſequendum fuit contubernalibus tuis : quos impleſſe deſyderium tuum non dubito,non tam apparatu nitido,q̃ copioſo. Quamobrem habeo tibi gratiam:relaturus q̃libentiſſime,ſi quando ſe obtulerit occaſio. Scit dominus,quia non mentior:quæ hodie contulerim de te cum protectore colēdiſſimo.Ea tam grate accæpit:vt me non requirente,ſponte promiſerit:ſe tibi litteris,pro tua in me caritate ac fide,ſatiſfacturū.Didicit ex me vultu hilari:q̃to ſtudio incumbas adminiſtrationi tibi creditæ:non tam in familia,optimis moribus imbuenda:q̃ in augumentatione redditum,& ſtructura domus. Verum nihil audiuit iucundius:q̃ ꝙ me ſingulari complectaris beniuolentia.Longum eſſet ſingula commemorare:quæ de te vltro citroq; contulimus. Coram haud multo poſt,nota tibi fient omnia.Commendo tibi Abbatem Poplennæ,tui ſane obſeruantiſſimū

ne obſeruantiſſimū

ne obſeruantiſſimum,ac præconem fidelem laudum tuarum. Plurimum in tuo fauore confidit,atq; patrocinio. Referet ipſe: quid abs te cupiat. Ne ei,quæſo, deſis:& longe illum tibi arctius deuinxeris. Vale. Ex monaſterio Roſæ. Die. vii. Octobris. Mcccclxxxxi.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER TERTIVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulēſis. Baſilio Abbati Arretino. Epiſtola. I.

t Erreno & fragili corpore confecti,ea conditione omnes naſcimur:vt variis morbis ſimus ſubiecti: aduerſariq; humanæ naturæ potiſſimū videatur:ſi diutius a nobis infirmitas abeſſe cōtigerit. Hac autem affecti,medicorum defectu multi pereunt: aut certe grauius vexantur. Quamobrem venire iuſſi ad te fratrem tuum Gabrielem:vt peritorum conſilio,eius malæ valitudini occurratur. Abūdat,meo iudicio malis & noxiis humoribus: ita exigēte ipſius complexione:nec repugnante ætate. Quātum ego ſentio:purgatione indiget,& ciborum abſtinentia: vt redundātia maligni humoris,ad crura & brachia deſcendentis,facilius cohibeatur. Nam,vt de crurum vlceribus taceam: oſtendit mihi heri veſperi,ſiniſtri cubiti flexuram,tetro rubore circūfuſam:cruſtaq; duriore & ſanie opertam:ita vt inhorruerim videns. Itaq; haud contemnendum ratus morbi genus,Arretium ipſum mitto. Conſules medicum,quo citius potueris:ne dilatiōe creſcat infirmitas:ac latius ſerpat indies. Principiis obſta:ſero medicina paratur: Cum mala perlongās cōualuere moras. Vale. Ex Camaldulo. Die. iiii. Nouēbris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verrino Florentino. II.

c Vm humanæ vitæ ſpatium,tam breue,tam momentaneum,&(vt ipſe ſcribis) tam circunciſum nobis conſtitutum fuerit:ego nullam potiorem cauſam inuenio:q̄ vt illud apoſtoli ſine intermiſſione cogitātes: Non habemus hic manentem ciuitatem,ſed futuram inquirimus: breuitatem vitæ,bonis operibus prorogemus. Quo enim pacto ſperare perennem illam & ſempiternam poſſumus vitam:niſi bene viuendo promereri eam omni conatu cōtenderimus? Saluatorem expectamus:idem inquit Paulus: Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratū corpori claritatis ſuæ. Et alibi. Sobrie,& iuſte,& pie viuamus in hoc ſæculo: expectantes beatam ſpem,& aduentum gloriæ magni Dei. Et vere ſic eſt. Da hominem:qui diutiſſime vixerit: qui & Neſtoris & Matuſalē annos exceſſerit: laxa huic etiam longe amplius anguſtias temporis. Nonne iſte,non modo pūctum,ſed puncto minus vixiſſe tibi videbitur:ſi corruptis moribus,dum fuerit in corpore ſeipſum fœdauerit atq; maculauerit:ſi deſidioſe ac turpiter,ſi minus q̄ Chriſtianum hominem ac renatum fonte baptiſmatis,deceat ſancte ac religioſe vitam duxerit? Ille contra,ille ſenex moritur:ille longæuus,ac plenus dierum hinc demigrat:qui,quantuluncūq; ſuperuixerit,nunq̄ a domini ſui fide atq; imperio deſciuit. Qui in diebus ſuis placuit deo:& inuentus eſt iuſtus. Qui

peregrinari ſe a domino ſentiens, feſtinauit ingredi in illam beatam requiem, dicens. Infœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Itemq́ꝫ. Diſſolui cupio: & eſſe cum Chriſto. Qui deniq́ꝫ iis omnibus, quæ graui tua epiſtola enumeraſti, vitiorũ contagiis immunis extitit. Ea non temere, vt vereris, congeſta: verum ad propoſitum breuitatis vitæ, optime facientia: ſingulari voluptate perlegi. Et eo vehementius ad amplexandam charitatem, liberalitatẽ, pietatem, fidem, excitaſſe mihi animum viſus es: quo vrgentius & acrius in oppoſita iis inuectus es crimina. Atq́ꝫ vtinam ad emẽdationem ſui, quiſque ita niteretur: quemadmodum tu bene monuiſti: vt nõ tam exteriori ornatu, q̃ interiori, q lõge præſtabilior eſt, maieſtatẽ Dei veneraremur. Spiritus enim eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Neſcitis, ait apoſtolus, quia templum Dei eſtis: & ſpiritus ſanctus habitat in vobis? Et de ſeipſo loquens dicit. An experimẽtum vultis noſſe eius: qui in me loquitur Chriſtus? Templa ſatis iſta, longe iis nobiliora, & præſtantiora: quæ arte ædificatoria, per manus artificum, miro opere, multaq́ꝫ impenſa extruimus, & exornamus. Propitius ſit nobis dominus: vt ipſius præueniente nos gratia, exhibeamus in his templis non manu factis, noſmetipſos, per ſingulos dies, hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium noſtrum. Scripſiſti in calce epiſtolæ, quam nudius tertius hic accæpi: non tam reſponſum, q̃ reditum meum, te cupere. Ecce iam redii. Sed ego adeo extendo epiſtolam: ac ſi multo poſt forem rediturus. Tu quoq́ꝫ, ſi modo per occupationes tibi licuerit: nil mihi reſcribas: attamen ipſe veni. Nam expectatus venies. Ex Camaldulo Florentino. Die xviii. Nouembris. Mcccclxxxxi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. III.

S Vbleuatũ te (vt ſcribis) epiſtola mea, vt orõnibus quoq́ꝫ adiuuẽ, hortaris. Alias tibi recepiſſe me memini: quotidie me id feciſſe, & facturũ habere in animo. Quod diligentiſſime hucuſq́ꝫ ſeruaui. Vtrum tibi aliquid contulerit hæc mea pro te aſſidua depræcatio: tu videris. Si enim pro te depræcanti æque defuerit fides tua: ſicut propria mihi deſunt merita: effunderem proculdubio verba in ventum: fruſtra mouerem labia: incaſſum attollerẽ manus. Si vero illa præſto fuerit: oratio mea in ſinum tuum facile conuertetur. Quemadmodum legis. Fides tua te ſaluum fecit. Prædicaſſe vero me, non qualem fores, ſed qualis eſſe deberes: non ſicut tu de teipſo, ita & ego ſentio. Mentiri non tam timeo propter Deum, & propter conſcientiam: q̃ etiam plurimum erubeſco. Benefacta tibi tua paucis perſtrinxi: vera locutus. Ita ſit tibi in futurũ a dextris dominus, ne commouearis: neq́ꝫ offendas ad lapidem pedem tuum: ſicut hactenus recta ingreſſus es: ſicut ambulaſti digne, Deo per omnia placẽs. Quod vero montem pietatis erexeris: & vt eſſet, vnde pauperibus abſq́ꝫ vſuris mutuum daretur excogitaueris: lætus accæpi. Honeſtiſſimo & vtiliſſimo conſilio ciuitatem totam ſubleuaſti. Optimum ſane inuentum: & non, niſi a pietatis ſpiritu, animo tuo infuſum. Quid. n. laudabilius? Pietas, ĩquit Paulus, ad oĩa valet: promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt pariter, & futuræ. Indixiſti iampridẽ aduerſus fœneratores iudæos bellũ. Sperare modo facile licet: haud multo poſt te illos fugaturum: ac de iis potiturum victoria. Leuaſti oculos tuos in

montem:

monte͂: vnde veniet auxilium tibi. Erexiſti turrem contra facie͂ Damaſci: quæ nec miſſilibus offendi poſſit: nec arieti aut vllis machinis ceſſura ſit. In monte ſaluum te facere cum iuſto Loth voluiſti: vtiꝗ in monte, in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo: & enim dominus habitabit in finem. Baptizaſſe autem te ethnicos duos: maurum vnum: turcum alterum: idꝗ in die natalis tui: perqua͂ iucundæ legi. Det illis dominus: vt renatis fonte baptiſmatis, vna ſit fides mentium, & pietas actionum. Opto mirum in modum: vt hæc de gentibus nouella plantatio, ac primitiæ ge͂tium, aliis co͂pluribus nationibus aperuerint viam: vt relictis idolis ſuis, conuertantur ad Deum viuum & verum: vt pro duobus, milia infidelium, vno die (quod in actibus apoſtolorum factum legimus) abs te baptize͂tur. Nihil vero minus aduertere mihi videor: q̄ quod in calce ſcribis litterarum tuarum: factum ſcilicet te barbarum propemodum: ex quo epiſcopatus ſarcina tibi fuit impoſita. Siue enim hoc ad ſtilum referas: ſiue ad viuendi mores: vtru͂ꝗ ego conſtantiſſime reiicio. Eadem eſt compoſitio in ſcribendo: eadem grauitas: nitor idem. Et in tantum barbarus non es: vt barbaros e͂t latinos facias. Vale. Florentiæ. Die. xxiii. Nouembris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verrino Florentino. IIII.

l Onge ſecus, q̄ vereri ipſe viſus es, euenit mihi. Terrendum me dubitaſti magnitudine voluminis. Ego vero perlegi totam, quam ad me miſiſti, poematis tui partem: & ea ſane voluptate: vt ſemel ſumptum opus lege͂di gratia, vix depoſuerim: donec ad nouiſſimu͂ vſꝗ verſum illud percurriſſem. Intermiſi, quæ mihi erat in manibus, epiſtolarum diui Hieronymi lectio͂em: elega͂ti heroico tuo mirum in modum delectatus. Si reliquum miſeris: ne iota quidem vnum, aut vnum apicem prætermittam: quin legam totu͂. Abiice abs te ſacietatis ac faſtidii curam: neꝗ ſis hac de cauſa ſolicitus nimium. Non eſt cibus, qui faſtidium, qui nauſeam pariat. Quo plus ſumpſeris: eo magis appetentiam excitat: atꝗ eſurire vehementius cogit. Mitte ergo quod miſſurus es: neꝗ quicq̄ minus formides: q̄ vt in opere tuo perlegendo, mea aliquando relaxetur intentio. Vale. Ex Camaldulo noſtro Florentino. Die. xxvi. Nouembris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verrino Florentino. V.

c Vræ me proculdubio præmunt: nec deſunt occupationes domeſticæ. Sic tamen blanditur mihi liber tuus: tanta me tenet dulcedine: vt quotie͂s illum in manus ſumo: longius procedam legendo, q̄ mihi fuerat animus. Inuitat me & allicit materia ipſa, vtiꝗ virilis & ſancta. Caroli amplitudo & pietas deſcribitur: cuius ſi domi ac foris res geſtas conſyderes: neſcio an parem illi, Chriſtianum principem alterum inuenias. Delectat me inſuper compoſitio ipſa grauis & materiæ accommodata. Habes in poteſtate (ſi quid tamen eſt in me iudicii: quod non me præterit, q̄ ſit exiguum) vocabulorum electiſſimoru͂ ac ſplendidiſſimorum ſyluam. Res cum ſummo nitore ac luce ponis ante oculos. Præſto ſunt haud quaq̄ indecoræ tranſlationes. Comparationibus ac ſimilitudinibus, quæ maxime poetis conueniunt: quiꝗ eſt proprius carminis decor: elegantiſſime & congruentiſſime illuſtratur opus. Reſonans ac facile decurre͂s verſus. Quo fit: vt no͂ immerito quoſdam te (ſicut ſcribis) Virgilii ſimiam ap/

pellare exiſtimem. Miror ſane: cur hactenus curare diſtuleris: vt poema tam cla rum, ac facile veteribus comparandum, in multa exemplaria impreſſum non fuerit. Neq; .n. tibiipſi lucubraſſe id operis tantum debuiſti: ſed amicis, ſed litte rarum ſtudioſis. Quod, vt facias: q̃ maxime ſuadeo. Significaui paucis: quid de tuo heroico ſentirem: vt petenti tibi morem gererem. Vereor tamen: ne me ta cita conſcientia repræhendas: ꝗ imperitus poeticæ, auſus ſum de poeta ſenten tiam ferre. Factus ſum inſipiens: tu me coegiſti. Vale. Florentiæ. Die. xxviiii. No uembris. Mcccclxxxxi.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani. VI.

d Iſſentis a nonnullis, qui iſthic ſunt, in admittendo ad ordinem noſtrũ Marco monacho: & miraris, me quoq; non dediſſe illi cõſtantiſſime repulſam. Ego vero, niſi fallor, ita me geſſi hac in re: vt ne dum cõſtãs ſed durior etiam, potuerim exiſtimari. Tot parentis & proquiquorum eius præ ces: tot neceſſariorum meorũ interceſſiones: tot ſummiſſiones: tot litteræ: quẽ non iampridem flexiſſent? Quem non in ſuam traxiſſent ſententiam? Creditor pecuniæ quam ei mutuaueram, nunq̃ pro eo mitius ſum locutus: niſi vbi mecũ æs alienum diſſoluit. Quod ne vtiq; feciſſem: niſi a vobiſmetipſis, tum liberan dæ Abbatiæ Lemmi gratia, tum impœnitentem reum commiſeratione, mihi per frequentes litteras, etiam arctiſſime, fuiſſet cõmendatus. Quid tamen egi? Nunquid a me abſolutus (quamuis proſtratus ad pedes meos, totum ſeſe mihi dediderit) rediit domum? Nunquid excuſaui apud vos, quæ admiſiſſet flagitia? Vnum tantum exorauit a me: vobis illum, & aliis compluribus magnæ autori tatis viris mihi commendantibus: vt huius cauſæ iudicium referrem ad vos. Quod minus repugnanter feci: quia vos noſſem & bonæ conſcientiæ, & haud contemnendæ doctrinæ. Debuit ne tam ſupplex, tot dierum peracto magnis ſumptibus itinere, in deſperationem adduci: vt abundantiori triſtitia abſorbere tur? Hoc ſane neq; Chriſtianæ pietatis eſſe arbitror: neq; religioſæ iuſtitiæ. Cru delitati magis tyrãnicæ proximum duco. Creuiſſe mecum ab infantia miſera/ tionem, non infitior: Nunq̃ tamen non abhorruiſſe me peccantes memini: niſi poſtq̃ illos errati pœnituiſſet. In hoc imitari me Dei clæmẽtiam puto. Eſtote, inquit, miſericordes: ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Si enim iniqui tates obſeruaret dominus: quem noſtrum non reiiceret? quẽ mortalium nõ ab/ horreret? Legiſti in euangelio. Magiſter: modo depræhenſa eſt hæc mulier in adulterio: lapidari meretur ſecundum legem. Tu autem quid dicis? Audi reſpõ ſum, iuſtitiæ plenum. Qui ſine peccato eſt veſtrum: primus in illam lapidem mittat. Vis autem noſſe miſericordem & clæmentem iudicẽ? Vade: & amplius noli peccare. Ego reuera ita ſentio: neminem adeo de ſua ſibi blandiri innocen tia: qui non magis tacita conſcientia probet: vt in humanos errores clæmen/ tia potius q̃ ſeueritate vtamur. Conſyderans, inquit apoſtulus, teipſum: ne & tu tenteris. Peccauimus omnes: iniuſte egimus: iniquitatem fecimus. Alius deſti/ nato animo: alius impulſu: alius vltro: alius malis conſiliis, inuitus pene ac re/ nitens delinquit. Luctatur alius cum vitiis vt reſiſtat: & tamen cedit aliquando. Multum diſtare inter vtrũq; peccantium genus: nemo dubitat. Quod quia fa/ cile diſcerni nõ poteſt: nullius temere deſperanda ſalus eſt. Venialius peccaue/ ris: ſi

ris:ſi moderationem & temperamentum exceſſurus aut clæmentiæ aut ſeueri/
tatis:in mitiorem partem declinaueris.Ne tamen putes hæc iccirco a me eſſe
conſcripta:vt pro.M.ſententiam tulerim.Semel reieci in Abbatem tuum,& ali
quot ex vobis huius cauſæ cognitionem.Si dignus ſimul & idoneus viſus fue
rit:qui Lemmo præficiatur:ſic fiat.Sin minus:nihil agatur repugnante conſcië
tia.De conuenientibus in templum neglige͂tius,fere idem ſentio. Infirmorum
cura ex inſtituto regulæ præcipue nobis iniuncta eſt. Qui minus indiget, in/
quit Senex ſanctiſſimus,ac multa expertus : agat Deo gratias:& non murmu/
ret.Qui vero plus indiget:humilietur pro infirmitate:non extollatur pro mi/
ſericordia.Simulat aliquis malam valitudinem? Adhibeatur medicus:qui di/
ſcernat:qui iudicet:qui ſimulationes aperiat.Tum prælatus animarum medi/
cus,ſuo fungatur munere.Scriptum enim ſcimus. Compelle intrare. Tu vero
quid tantum pro infirmis,ne dicam contra infirmos,ſolicitus es? An ignoras:
quod ait Gregorius?Abel eſſe renuit:quem Cain malitia non exercet. Exercent
nos ad patientiam mali:mere͂di materiam nobis præbe͂t. Porro ſi ſuſtinemus:
& conregnabimus.Et vbi,quæſo,aut quando defuerunt huiuſmodi? Queritur
ille:dolere ſibi caput:hic ſtomachum:alius ventrem.Quid ni credam eis?No͂/
ne tutius,vel mentientibus,ac ſimulantibus habetur fides:q̄ de ſimulatione ſu/
ſpectis negatur humanitas?Longe meo iudicio ſalubrior cogitatio : Inſtruere
huiuſmodi in ſpiritu lenitatis:admonere:exhortari verbo,& exemplo:obſecra
re pro Chriſto,vt reconcilientur Deo. Murmurantibus aliis atq; impatientius
ferentibus,laxius ac remiſſius ſe agentes inter vos:tu diſce quid ſit : Miſericor/
diam volo:& non ſacrificium:Illum imitatus:qui non venit vocare iuſtos,ſed
peccatores.Iuuandi ſunt infirmi:non deſperandi. Donec extremus in eis hali/
tus ſupereſt:exhibenda eſt eis cura:neq; ſtatim ſigna mortifera prænuntianda.
Falle͂di ſunt ad tempus molliori medicina:vt oportuno poſtea tempore ama/
rior eis,et auſterior potio præberi vtilius poſſit.Congredi,inquis,cum talibus
nequeo ipſorum occurſum deuito:auerto facie͂ mea͂ ab eis.Male profecto. Ze/
lum habes:ſed non ſecundum ſcientiā.Non debet medicus ægro eſſe infeſtus:
ſi cupit ſanare.Etiā ſi ſpem proieciſti:diſſimula:ne magis mede͂tis culpa q̄ mor
bi vi periiſſe iudicetur infirmus.Exprobrat dn̄s paſtoribus dicens. Quod craſ
ſum videbatis:aſſumebatis.Quod infirmū & debile:proiiciebatis.Grege͂ vero
meū nō paſcebatis.Quod ne fiat:dilige͂tiſſime caue͂dū eſt.Contra nāq; ſcriptū
nouimus.Qui conuerti fecerit peccatore͂ ab errore viæ ſuæ:liberauit animam
eius de morte:& opit multitudine͂ peccatorū.Vade ergo:& tu fac ſimiliter.Con
ſolatoriam a me petiſti epiſtolā:ego vero monitoriā dedi. Capies hac in re id
conſilii:quod ſalubrius iudicaueris.De Paduano epiſcopo patre meo cole͂diſſi
mo,nihil aliud ſcribo:qm̄ his diebus ad eū dedi lr̄as.Ago illi gr̄as:q; pluri mā
mihi ſalute͂ per te impartitus ſit.Vale.Florentiæ.Die.v.Dece͂bris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verino Florentino.XVII.

r Emitto ad te Verine cariſſime ſecundā poematis tui partem. Quam
ſcias,me pari qua primam percurriſſe voluptate:imnio (ſi mihi cre/
dis) eo maiore atq; auctiore:quo ſeſe mihi dignior:& (vt aptius loquar) chri/

ſtianior obtulit materia. Depictum enim vidiſſe infernum ac purgatorium, nõ deſcriptum perlegiſſe, mihi viſus ſum: ita apposite & ordinate illorum myſte/ria & abdita reſeraſti. Paradiſum conſequenter expecto: cuius lectione contem/platione intuitu, quanto replendus ſim gaudio: ſatis mihi diuinat animus. Sa/tiabor, inquit Propheta: cum apparuerit gloria tua. Cæterum occurrente ho/die beatiſſimi Nicolai, ac de Venetis noſtris optime meriti, feſto die: mitto ad te eiuſdem præſulis vitam: a conterraneo meo patricio, viro eloquentiſſimo, olim æditam. Cum enim pro tua humanitate legendi heroici tui mihi poteſta/tem feceris: impatiens moræ ſum in referenda tibi aliqua gratia. Quod quia facere de meo non poſſum: ſatiſfaciendum tibi de alieno exiſtimaui. Conſla/tum tecum æs alienum, vtcunq; pro me diſſoluet conciuis meus. Cui tamen ſi quid defuerit: Nicolaus miſericordiarum pater, nõ tam immiſſo per feneſtram auro: quam (quod deſyderabilius eſt ſuper aurum & lapidem prætioſum mul/tum) impetrato tibi cœlorum regno, abunde compenſabit. Vale. Florentiæ. Die. vi. Decembris. Mcccclxxxxi.

Ioanni Maiori Eremi. VIII.

b Ene ſe habere omnia in Eremo: lætus accæpi. Et benedictus Deus: cu ius gratia in vobis vacua non fuit. Curandum pro viribus: vt eadem ſemper in vobis maneat. Quod ſit quidam eremita: qui recludi admodum cu/piat: ego nec probo nec vitupero. Niſi enim mihi conſtiterit de ſpiritu, an ex deo ſit: ſuſpenſam tenebo ſententiam. Viderit is: qui eiuſmodi eſt: qua id ſit mẽ te facturus. Bonum ſemper & iucundum exiſtimaui, habitare fratres in vnum: quoniam (ſicut habes in pſalmo) illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vſq; in ſæculum. Contra legitur. Væh ſoli: quoniam ſi ceciderit non ha/bet ſubleuantem. Si mihi hac in re (neq; enim cohibere me poſſum, quin aper/tius proferam, quod de recluſis ſentio) ſi mihi inquam haberetur fides: conten ti eſſetis omnes cõmuni eremi vita. Vbi enim fuerint duo vel tres, hoc eſt plu/res congregati in nomine meo: ibi ego ſum in medio eorum: dicit Dominus. Et nos ferarum ritu conſpectum nedum congreſſum hominum perhorreſci/mus: vt non ſit in medio noſtri Deus: qui habitare facit vnius moris in domo. Recludatur, quicunq; voluerit: deuitet fratrum colloquia: ſibiipſi tantum viuat. Mihi illi dentur eremitæ: qui ſimul in templum die noctuq; ſine intermiſſione conueniunt: qui vnanimes vno ore benedicunt Deum, & patrem domini no/ſtri Ieſu Chriſti: qui per quotidianam conuerſationem alter alterius onera por/tantes, mutuo ſibi caritatis officio deſeruiunt: qui Prioris ſui, aut maioris arbi/trio ſubiecti, eorum imperia per hanc recluſionis occaſionem haudquaq̃ detre ctant: qui iuſſi omnia faciunt: iniuſſi nihil præſumunt. Qui deniq; non glirium aut talparum more, latibulis delectantur: vt ocio torpeant: ſed in acie ſtare, ac dimicare vltro cupiant. Verum de hoc tu videris. Hauſturus modo iuſſu me/dici poculum, ad percurrandum laterum dolorem: quo nudius tertius a ſepti/ma noctis hora vſq; ad vigeſimam acriter vexatus ſum: non poſſum reſponde re ad alia, quæ ſcripſiſti. Vale: & eremitas omnes ſaluta meo nomine. Florẽtiæ. Die. viiii. Decembris. Mcccclxxxxi.

Vgolino

p Oſtridie eius diei:quo miſeras ad me tertiam Carliados tuæ partem: inuaſit me grauis laterum dolor. Qua re factum eſt : vt ne dum per/ currere paradiſum tuum (quod mirum in modum expetebam) ſed ne ingredi quidem mihi licuerit.Nondum etiam penitus conualui. Et forte iccirco , acri me dolore vexari per dies aliquot permiſit dominus:priuſquam in paradiſum admitterer:vt corpore ac mente purgatior , perambularem ſydereas manſio/ nes:& ſedes piorum inuiſerem.Neq; tamen (vt ſpero) quippiam hac dilatio/ ne,amiſerim.Nam quo productum fuerit longius deſyderium meum contem plandi cœleſtia:eo auidius ad ſingula figam atq; intendam aciem:ardentiuſq; rimabor . Quod vero ab æditione poematis abhorreas,tanquam feſtinata ni/ mis,& non plene examinata:vide ne fallaris opinione:& ibi trepides timore, vbi timendum non ſit.Ego ſane non inficior:improuidam plerunq; eſſe ac cæ cam feſtinationem.Sed nunquid tot retro annis elaboratum opus , formidare te merito cogit:ne nimis tempeſtiue æditum videatur?Conſuluiſti(vt ſcribis) doctiſſimum quenq;: multorum ſubiiſti iudicia.Quid vltra ſuperſedes?Quid differs lucubrationum tuarum æditionem ? Atq; (vt euangelico vtar verbo.) Quouſq; animas noſtras tollis ? Si æmulorum inuidiam times:ne diligentius perueſtigatis erroribus,te carpant:caue,ne dum commendari ab omnibus ſtu/ dia tua ſupra modum exoptas:chriſtiana in te (quod bona venia tua dixerim) humilitas deſyderet .Deuitaſſe æmulos,ne is certe,cuius ſimia diceris,penitus valuit.Ede,itaq;:publica:in lucẽ profer:abiice abs te æmuloꝝ curã.Illuſtrius & perfectius videbitur aurum:vbi per ignem fuerit comprobatum. Sed longior modo ſum:quam infirmitas mea poſtulat.Baptiſtæ Catenatio,viro optimo ac de me bene merito,conciuis mei opuſculum pro arbitrio commodabis . Eſt enim eiuſmodi theſaurus:qui eo magis creſcat:quo fuerit in plures erogatus. Vale.Florentiæ.Die.xii.Decembris.Mccccl xxxxi.

Ioanni Maiori Eremi.X.

c Onualui per Dei gratiam de infirmitate:orantibus (vt confido) pro me omnibus vobis.Hoſpitalitatis,de qua ſcripſiſti , habendam om/ nino curam exiſtimo:tum caritatis debito : tum vero,ne cuiquam iuſta detur murmurandi occaſio . Non eſt:vñ laute ac delicate accipiantur oẽs,qui ſuper/ ueniunt?Vel panis non deſit:vel calix aquæ frigidæ. Si enim multum tibi fue/ rit,abundanter tribue:Sin autem parum:etiam parum impartiri ſtude . Sit ta/ men & fidelis & prudens oportet:cui diſpenſandi demandata eſt cura:iuxta il/ lud Sapientis cuiuſdam.Cui das,videto.Non enim,vt ait Saluator noſter,bo/ num eſt ſumere panem filiorum : & mittere canibus . Alenda primum fami/ lia : nec commitendum , vt indiſcreta hoſpitalitate , nimioq; minus indigen/ tium acceſſu , victui neceſſariis defraudetur . Si de cumulo potes , inquit Ber/ nardus,adiuua me : Sin autem : parce tibi.Admonebo tamen eos,quorum in/ tereſt : Sicut hortatus es:ne obliuiſcantur hoſpitalitatis : propter quam (ſicut Paulus meminit) quidam placuerunt Deo, Angelis hoſpitio recæptis. Quid vero permiſerit Dominus de ambitioſo illo , qui præpropere & immature

appetiit ſacerdotium: ex eius reditu intelliges. Fraudatus eſt, iuſto Dei iudicio, deſyderio ſuo: reditq; domum diaconus, ſicut inde huc venerat. Placuit mihi: Domnum Nicolaum recluſum eremitam tranſiſſe ad celam Papæ: illaq; (vt ſcribis) plurimum oblectari. Eſt ſane tanto huiuſmodi recluſis accommodatior: quanto & ab ingreſſu eremi remotior. Det illi dominus contra ſpirituales inimicos potentiam: vt ſuperatis dæmonum infeſtationibus, ſanctiſſimam in ea perſeuerantiſſime ducat vitam. Salutabis eum ex me: &, vt ſibi hæc loci mutatio profutura ſit, meo nomine annuntiabis. Gaudeo præterea, inuentum tandem fuiſſe piſtorem, ſecundum cor veſtrum: qui panē bene ſubigat conficiatq;: & furfure etiam a farina (quod erat duorum munus & opera) cribro farinaceo idem ipſe accurate ſecernat. Erit vobis hic panis ſalubrior: vtpote qui facilius concoquetur. Erit itidem ſuauior: vt minus graue futurum ſit vobis ieiunium in pane & aqua. Danda eſt opera: ne malæ tractationis vos poſſit arguere: vt diutius iſthic perſeueret. Vale: & Familiam omnem ſaluta verbis meis. Florentiæ. Die. xiiii. Decembris. Mcccclxxxxi.

Gabrieli Suppriori Fontis boni. XI.

n On bene me quiſquam ædificat: qui ſigna & argumēta ambitioſi animi præſefert. Promoueri ad ſacros ordines, non niſi inuiti ac renitentes debemus: & vltro, idq; adhuc impuberes, fere petimus ſacerdotiū. Præpropera ſane feſtinatio: cæca omnino. Si maturius conſyderarent, qui eiuſmodi ſunt: quid & q̃ magnum ſit: quod tam temere appetunt: forte digitum opponerent ori ſuo. Regale, inquit Petrus, ſacerdotium. Grandis honor: & adeo certe grandis: vt ignorem, an excogitari poſſit maior. Sed graue e diuerſo pondus huius eſt honoris. Monebis itaq; Petrum monachum meo nomine: ne præcurrere ad hanc oneroſam dignitatem velit. Præcox fructus inſuauior eſt ſemper atq; inſalubrior. Præparet ſe ad promerendum in humilitate gradum altiorē Siquidē humilia reſpicit Deus: & alta a longe cognoſcit. Reliqua ex Priore Sācti Georgii corā intelliges. Diuini tantū cultus, & clauſtralium noſtrorum, ſicut facis, curam habe. Vale. Florentiæ. Die. xvii. Decembris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verino Florentino. XII.

p Oſteaq̃ a me nouiſſimæ digreſſus es: nocte in ſequenti, poſt nocturnas laudes, nemine circūſtrepente, nemine interpellante, redire ad intermiſſam poematis tui lectionem volui: ſatis præſertim ex valitudine confirmatus. Irreligioſum ſiquidem putaui: ad ea contemplanda, occupatum & male habentem, niti animum intendere: quæ nō niſi omni vacans moleſtia & ocioſo ſimilis meditari deberet. Itaq; defixus & mutus paradiſum tuum omnem ꝑluſtraui: non poeticis depictum fucis: ſed chriſtiana pietate ac religione cōſcriptum. Viſus ſum mihi (procul abſit adulatio) intereſſe cū Hieronymo agminibus Angelorum: ac pene in eam prorupi vocē. Ecce video cœlos apertos: & Ieſum ſtātem a dextris Dei. Et quid obſecro, obmiſſum eſt, in manifeſtādo Beatorū gloria: qđ & decētiſſime & minutiſſime nō deſcripſeris? Que i diuinis ſcripturis, a viris doctiſſimis de ſublimi cœloꝝ regno, de æterna beatitudine, olim ꝑdita ſunt: quæ Apoſtolus vidiſſe ſe archana memorat: quæ nō licet hoī loqui:

propriis me intueri luminibus credidi. Ordinate omnia: catholice omnia: per ſancte omnia. Hæccine laicum hominem: & rei familiaris diſtentum curis: ef ficere potuiſſe? O fœlicem illum diem: ſi vnquam ad illum Beatorum ſpiritu/ um, conſeſſum transferri meruerimus: Si quæ nunc per ſpeculum & in enyg/ mate: tunc facie ad faciem nobis licuerit cõtemplari. Sed quid te obtundo plu/ ribus? Mitte reliquum operis: vt gaudium meum ſit plenum. Vale. Florentiæ. Die. xviii. Decembris. Mcccclxxxxi.

Vgolino Verino Florentino. XIII.

Perlegi, mi Vgoline, opus tuum: opus nimirum elegans: figuratum: ſublime: graue: magnificum: & quod facile certare cũ antiquioribus poſſit. Miſiſti ad me illud per partes: veritus, ne ſi totum ſimul legendum mi/ ſiſſes, deterrendus forem voluminis magnitudine. Prudenter tu quidem: quã/ uis hac in re ſuperfluo, & formidoloſe nimis. Nam etſi obrui ſtomachus ſolet ciborum multitudine: atq; ad faſtidium potius & nauſeam, quam ad appeten/ tiam excitari: non ita tamen eueniſſe mihi, in percurrendo heroico tuo, diffuſo licet ac magno, Quando profecto eiuſmodi viſum eſt mihi: id apud me gratiæ habuit: vt non (ſicut dubitaſti) me affecerit ſatietate, dum legerem: verum de/ ſyderium ſui potius relegendi, mihi reliquerit. Non blandior tibi Verine cariſ/ ſime, hæc ad te ſcribens: non indulgeo amori: qui præcurrere aliquando ſuis deſyderiis ſolet: ſed ſimplicitate & iudicio (quantulũcumq; in me eſt) quid ſen tiam profero. Hoc tantum libere improbauerim: quod aliis litteris meis feci: differri abs te, tam præclari poematis editionem tanquam immaturam feſtina tamq;. Scilicet hoc tibi pertimeſcendum eſt: ne elucubratum in tua iuuentute opus, ac per tot annos recognitum & emendatum: feſtinationi obnoxium ſit. Publica quandocunq; volueris: ſero ab omnibus, qui recte ſentient, non matu/ re iudicaberis publicaſſe. Neminem enim fore arbitror: qui te non exceſſiſſe po tius legitimum edendi tempus: quam præueniſſe aut maturaſſe exiſtimet. Et erunt fortaſſe: quibus etiam non ab re penitus ſubitura ſit indignatio: q eos ob tardiorem editionem, legendi voluptate & commodo, tanquam illis inuidens, & quaſi conſulto, defraudaueris. Quamobrem ſi obſecutus cõſilio meo fueris: non vltra hærebis: non cunctaberis: non diutius penſitabis. Abiges a te ſcru/ puloſiorem iſtam curam. Sicut mihi feciſti: ſic & aliis omnibus, legẽdi libri tui copiam facies. Audi quid ſacræ teſtentur litteræ. Theſaurus inuiſus, & ſcientia occulta: quæ vtilitas in vtriſq;? Inuenies, opinor non ſolum qui legant: ſed & qui ediſcant: qui paſſim decantent: qui, ſi in plura trãſcriptus fuerit exempla/ ria, certatim emant. Metus iſte tuus, ne ab omnibus cõmendandum ſit, quod fe ciſti: conuertetur in gaudium: cum audieris doctiſſimum quẽq;, & quorum iu/ dicio plurimum tribuendũ ſit: carmen tuum pari conſenſu & laude comproba re. Quod ſi inuidorum æmulatione ſecus forte acciderit: quid ad te hominem chriſtianum: & vtilitati multorum, non inani de te exiſtimationi, inſeruien// tem? Nunquid tantum impendiſti operæ ac laboris: tantum vigiliarum de/ ſumpſiſti: ſola ſæculi gloria famaq; ductus: vt multorum gaudeas teſtimonio: vt humana laude, tanquam lucubrationum tuarum mercede, paſcaris: vt me/

rito audias. Amen dico tibi Verine, recæpiſti mercedem tuam? Abſit hoc a te, haud minus probo, q̃ erudito. Illud magis in ore, in corde tuo verſetur. Nõ no bis domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Quid enim habes: quod non accæpiſti? Si autem accæpiſti: quid gloriaris, quaſi non accæperis? Sufficit tibi: ſi minus q̃ pro meritis laudatũ opus tuum fuerit: feciſſe te illud nihilominus laude dignum. Et de poemate tuo, ſatis. Vale Florẽtiæ. Die.xxiii. Decembris. Mccccl xxxxi.

Gabrieli Suppriori Fontis boni. XIIII.

n Ouitiorum curam, ſemel demandaui tibi. Vtere tradita a me tibi poteſtate. Militamus ſub regula (quemadmodum teſtatur Gregorius) diſcretione præcipua. Ego tamen nouitios tutius continerem domi: vt & clauſuræ ac ſolitudini, quæ imprimis monachos decet, a tenero aſſueſcãt: & affectum parentum, quos etiam Saluatoris noſtri monitis, odio habere iubentur: diſcant non magnifacere. Habes ceram mollem: & cuicũq; impreſſioni obnoxiam. Quod hac tenella ætate iuniores iſti ſignum accæperint: haud facile delebitur. Horologium per mulionem noſtrum ad te mitto. Cura (ſicut facis) vt die noctuq; in templum ſuo tempore omnes conueniant. Vale. Florẽtiæ. Die vltima Decembris. Mccccl xxxxi.

Ioanni Maiori Eremi. XV.

d Ixi tibi alias, & nunc iterum dico. Petunt multi, idq; fere quotidie, in eremum recipi: qui ex eremi conſtitutionibus admitti prohibentur. Sacerdotes laici: nullis etiam ſacris initiati: & iuniores ætate. Petunt autem importune. Quorũ vnus hic eſt: qui has ad te litteras deferet. Vix enim attigiſſe illum, ſecundum ac vigeſimum annum puto: & ſæcularis eſt. Hortatus, ſum adoleſcentem, bonæ (vt videtur) indolis: & pro ætate ſatis peritum: ne altiora ſi in tempeſtiuius quæreret: neq; a me peteret, quod præſtare nõ poſſem. Eligeret potius alterum ex noſtris, quem maluiſſet Camaldulum: aut aliud noſtri ordinis monaſterium: vt in cœnobiali inſtitutione per triennium legitime probatus, ad arctiorem eremiticæ ſeueritatis vitam deinceps migraret. Perſuaderi minime potuit: trahi ſe in ſolitudinem in credibili deſyderio, affirmans. Tandem a me impetrauit: vt ſaltem per me ſibi liceret, eremum viſitare: quod, etiam, me non permittente, in ſua poteſtate ſitum erat. Alterum e duobus, hoc ipſius in eremum acceſſu, futurũ arbitror: vt viſo diligentius loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, aut pauefactus ac territus ſeſe inde ꝓripiat: aut apud Camaldulum, triennio in humilitate & ſummiſſione probandus, eligat manſionem. Cuius quidem rei Suppriorem noſtrum poteris admonere: aut hunc ipſum ad eum dirigere: vt probet ſpiritum, an ex Deo ſit. Vale cum familia omni. Florentiæ. Die prima Ianuarii. Mccccl xxxxii.

Ioanni Maiori Eremi. XVI.

n On boni ſum tibi nuntii baiulus. Nouam habemus impoſitionem: nouum onus. Quam vero oportuno tempore: tu cogita. Indictum generale capitulum: ſtructura domus Muſoleæ: redemptio mox futura prædii noſtri ad portam crucis: plurimum requirunt pecuniæ. Et quõ tot ſimul ſumptibus ſufficere poterimus: niſi adiuuerit nos Deus? Sic tñ ſe res habet. Verum

de hoc

de hoc ſatis. Plenus etenim ſum amaritudine: atq; ob inexpectatum nuntium haud parum animo conſternatus. Aliud accipe: quod requiſitus ab Vbertino ad te ſcribo. Sacerdos quidam Florentinus, Bernardus nomine: qui æſtate proxime præterita eremum adiit, vna cum claudo alio ſacerdote: ſumma contentione, incredibiliq; deſyderio, petiit recipi apud vos. Neq; hoc ſolum: verum etiam admiſſus in Eremum, continuo recludi exoptat. Aiunt hominem tanta victus parcitate & abſtinentia per complures vixiſſe annos: vt fidem pene audientium ſuperet. Nam, quod commendat Apoſtolus: Bonum eſt homini non manducare carnes, neq; bibere vinum: hoc iſte diligentiſſime ſeruat. Et, vt ſummatim complectar vitæ ipſius ſeueritatem: præter panem, herbas, & legumina, nihil fere aliud in cibum ſumit. Solitudinis vero ita ſtudioſus fertur: vt vix eum aliquando quiſquam vrbē perambulare viderit. Cōtemplationi etiam impenſius deditum affirmant, qui eum nouerunt: & tantam de eo eſſe apud magnæ autoritatis & famæ viros exiſtimationem audio: vt alter Bernardus Clareualenſis putetur. Quantum vero huic afficiatur Vbertinus noſter: qui ſummis illum apud me laudibus extulit: ipſius tibi litteræ indicabunt. In tantum vt mihi ſponte pollicitus ſit: ei ſe omnia ad ingreſſum eremi neceſſaria prouiſurum. Multum mihi ſemel atq; iterum commendauit hominem: multum, vt tibi ac cæteris eremitis eundem ſuo nomine commendarem, deprecatus eſt. Nō deſunt: qui huius animum ab hoc propoſito reuocare conentur: atq; ad aliam religionem transferre. Ipſe autem ſolitudinem illam noſtram, & tranquilliſſimum (vt ſibi perſuadet) ocium, cunctis aliorum ordinum commoditatibus præfert. Circuncisi ac breuis ſermonis eſt. Et iccirco recludi ſtatim cupit: vt nihil audiat, nihil dicat: quod ſe aut audiſſe, aut dixiſſe, pœniteat: vt nullis inquietetur rumoribus: nulla ſpe, nullo metu ſolicitetur. Deo tantum ac ſibi vacare deſyderat: cū deo ac ſecum loqui. His & aliis huiuſmodi de hoc ſacerdote ſermonibus, repletæ mihi ſunt aures: & pauciora narraui, quam audierim. Credo te hunc ipſum vidiſſe aliquando: & allocutum etiam fuiſſe in eremo: idemq; reclusum noſtrum, Domnum Nicolaum: cuius iſte expetebat cōgreſſum: eo tempore feciſſe. Quid hac in re ſentias tu, quid eremitæ cæteri: ſcire cupio: reiiciendus ne ſit tanti nominis præſbyter: an admittendus: ea præſertim conditione, quam petit: vt recludatur continuo. Periculoſam non inficior eſſe talem ſolitudinem: neq; facile quemlibet ſibi relinquendum eſſe: ne illa male vtatur. Prodeſſe plerunq; exiſtimatur: quod experientia magiſtra obfuiſſe didicimus. Vbi enim commodius mala agitantur conſilia: futuræ ſtruuntur inſidiæ: noxiæ cupiditates ordinantur: quam in ſeceſſu & ſolitudine? Nullus ibi pudor: metus nullus: vbi viuitur remotis arbitris. Tanquam mœroris amicam, & a vanitate laudantium adulatorum immunem, pleriq; eam probant: cum contra hortetur nos Paulus. Gaudete in domino ſemper: iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Examinabitis inuicem diligentius, quæ ſcripſi: & fuſa per dies aliquot oratione ad Deum, de veſtra ſententia reſcribetis. Ex vobis etenim in huiuſmodi, quibus ea vſu notiora ſunt, qui periculum feciſtis: facile pendebo. Vale Florentiæ. Die. xvii. Ianuarii. Mcccclxxxxii.

q Væ de Chriſtophoro ſcripſiſti: parum admiratus ſum. Sic enim futu/
rum de illo iampridem mihi perſuaſeram. Ignorantium hic mos eſt:
indulgere gulæ: obedire ventri: marcere ocio: elatione intumeſcere: parere ne/
mini: deſyderia ſua implere. Animantium certe ratione carentium loco, tales
numerandos cenſeo non hominum. Immo ne animantium quidem, ſed mor/
tuorum. Quomodo enim non mortui credendi ſunt: qui nec ſibi, nec aliis vi/
uunt? Qui nec ſeipſis vtuntur: nec aliquibus vſui ſunt? Mortem profecto ſuam,
operibus mortuis, viuentes huiuſmodi anteceſſerunt. Si ſine commeatu vel tuo
vel gubernatoris profectus eſt: vbi primum reuerterit, dimittatur in pace.
Erit aliis exemplo: ne ſuo arbitrio, quoquam ſe recipiāt: & domum peſtilente li
beraueris. Arretium ibis, quandocūq; volueris: relicto pro te vicario, quem ſcri
pſiſti. Vale Florentiæ. Die. xvii. Ianuarii. Mcccclxxxxii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XVIII.

Vlla alia magis re adducor, vt credam: iratum eſſe valde contra nos
n Deum: atq; inexorabilem videri: quam ꝙ continuis nos flagellis af/
fligit. Licet enim ſcriptum ſit: Quos amo, arguo & caſtigo: Et, caſti/
gans caſtigauit me dominus: & morti non tradidit me: Et, flagellat autem om
nem filium, quem recipit: multaq; id genus in diuinis ſcripturis reperiantur:
non tamen penitus obliuiſci clæmentiæ, non derelinquere vſquequaq; ſolet:
vbi aliquādiu iuſtitia exigente corripuit. Nam de ipſo legimus. Cum iratus fue
ris: miſericordiæ recordaberis. Et ipſemet dicit in pſalmo. Si autem derelique/
rint filii eius legem meā: & in iudiciis meis non ambulauerint: Si iuſtitias me/
as prophanauerint: & mandata mea nō cuſtodierint: Viſitabo in virga iniqui/
tates eorum: & in verberibus peccata eorum. Miſericordiam autem meam nō
diſpergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea: Neq; prophanando teſtamen/
tum meum: & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. Huius re vera
diuinæ miſericordiæ, innumerabilia habemus in vtroq; teſtamento exempla.
Percurrat, qui voluerit: & inueniet haud multo poſt flagellatos ſanaſſe: conuer/
ſumq; ad miſericordiam fuiſſe, miſericordiarū patrem: cuius miſericordia ple/
na eſt terra: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Quid ergo eſſe aliud
poſſit: cur impoſitum ceruicibus noſtris tot annorum iugum, quod multis re/
tro annis, neq; patres noſtri, neq; nos aliquando portauimus: nō permittamur
excutere: minime intelligo: niſi quia peccata noſtra diuiſerūt inter nos & Deū:
neq; conuertimur ad eum in toto corde. Decimæ, ſacerdotibus ac templo dica
tis, diuina inſtitutione debentur. Et nos mutato viuendi ordine, mutata rerum
natura binas quot annis decimas, duplicato onere, neſcio quibus perſoluere co
gimur. Requieſcit tota Italia: nullis vexatur ſeditionibus: nullis præmitur bel/
lis. Pacata ſunt omnia: tranquilla: exultantia. Solis nobiſcum male agitur, iam
diu fatigatis: exinanitis: obtritis. Semel tēplo a maioribus oblata: oblata Deo:
velimus, nolimus, ad poſteros redeunt. Nō eſt, qui opituletur: qui auxiliū ferat.
Atq;, vt de reliquis taceam: quorum vicem, æque ac meā doleo: ego quid am/
plius facturus ſim boni, in hac tum publica tum priuata mea adminiſtratione,

minime video. Ligatis manibus & pedibus, miſſus mihi videor in tenebras cō fuſionis, horroris, deſperationis. Statuerā (vt bene nouit dignatio tua) pro vtilitate & reformatione ordinis generale celebrare capitulum. Aedificandæ immo reficiendæ neceſſario domui vindemiæ noſtræ: quam ruinam minātē hoc anno demoliti ſumus: appoſueram manus. Redempturus eram ad dies paucos prædium eremi: quod per annos circiter octo, ob annua tributa fœneratores poſſederunt. Sperabam enim fore: vt diutius quieſceremus: reſumptis aliquantulum ex longa agitatione viribus. Et, o, recidiuam peiorem radice. Dum erigere nos vtcunq; contendimus: iterum incauti, & nihil tale expectantes, allidimur: proſternimur: confodimur. Tercentum ac triginta ſeptem nummos aureos (tot enim exigendi, vt non dicam extorquendi ſunt a me) vbi quæſo Domine mi reperiam? vnde conflabo? niſi aut grauiſſimo fœnore, aut diſtracto eremi patrimonio? Quātum ad me attinet: fateor ingenue, mitius mecum agi, q̄ pro peccatis meis. Quātum vero ad familiam meam: non poſſum non vehementius angi, eius gratia: quæ me ſibi præſidente, ſemper cum inopia, cū ægeſtate pugnauit. Fodere non valeo: mendicare erubeſco. Alere tamen illam debeo: enitiq; (etiam ſi omnia, quæ in ſacrario noſtro ſunt, venire oporteret) ne deſit ei panis ad edendum: & veſtimenta, quibus operiātur: neue tecta, quæ ob gelidum alpium cœlum, magno ſumptu, quotannis reſarcienda ſunt, in caput eius ruant. Vtor frequentius ſermone bono: iuxta illud. Sermo bonus ſuper datum optimum. Sed (mihi crede, pater optime:) quia in huiuſmodi neceſſitatibus, ſemel atq; iterum repetitus vix ſufficit ſermo bonus. Tertio ſi illo vſus fueris: aperta fronte reiicitur. Si non habes, inquiunt, quære: fœnerare: diſtrahe quæ ſunt eremi: vt viuamus. Scriptum eſt. Qui non laborat: non manducet. Et nos quomodo laboraturi ſumus: niſi manducauerimus? Hæc quotidie verſantur in oculis, in auribus meis: his, per annos duodecim, quibus infœlix hunc magiſtratum gero, cruciatibus, anxiatus eſt in me ſpiritus meus: in me turbatum fuit cor meum. Viuatur in Eremo & Camaldulo, q̄to parcius aliquis voluerit: Superuenientes, qui nūq̄ deſunt hoſpites, minus etiam, quā deceat, laute admittantur: Nullæ a nobis decimæ, nulla exigantur tributa. In veritate dico tibi: quia non mentior. Semper minores ſumptibus ordinariis redditus noſtros, inuenies. Et tamen tot a me per hos annos milia aureorum extorta ſunt: vt eadē pecunia, altera Eremus facile conſtrui atq; exædificari potuerit. Quæ de me dico: imaginare itidem de reliquis, mei ſimilibus: q̄to damno & incommodo, hac tempeſtate beneficiis ſuis præſint: q̄ inuito animo, q̄ amaro alienis proſint. Ex quibus nonnullos audiui deſperatione ductos, nō ſolum in eos, qui huius rei videntur autores: verum etiam in Deum ipſum, eiuſq; vicariū tot maledicta congerere: tot effundere verba blaſphemiæ: vt ſi interfuiſſes Domine colēdiſſime, tiniiſſent profecto ambæ aures tuæ: atq; inhorruiſſes totus. Male re vera, & impie: vt ſe vinci aliquis ſinat impatientia. Sed nunquid rugiet onager: cum habuerit herbam? Aut mugiet bos: cum ante præſepe plenum ſteterit? Immunes præterea dicuntur ab hoc onere (quod cæteros plurimum ſcādalizat) pinguiores ꝓ arbitrio. Et ad canes (vt fertur) macilentos, aduolare co-

guntur muſcæ. Non vt aliis, inquit apoſtolus, ſit remiſſio: vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate. Sit hoc: & nulla de decimis futura erit mentio. Sed quádo hoc erit? Quando diuites per potentiam non opprimet nos? Quando replēdi ſint ſatis? Quando tot fluminibus in illud decurrentibus, mare iſtud redundabit? Quando illorum abundantia, erit noſtræ indigentiæ ſupplementum? Ego arbitror, iuxta Salomonis ſententiam, audituros nos iugiter, huius ſanguiſugæ filias: affer, affer. Tria, idem aſſerit, eſſe inſaturabilia, & quartum, quod nūq̄ dicit, ſufficit. Infernus videlicet: & reliqua tria, quæ ipſe enumerat. Ego autem quintum: Sitim ſcilicet nos exhaurientium: addendū puto. Prolixius ad te ſcripſi modo colendiſſime Domine: q̄ mihi arrepto calamo, ſcribendi animus fuerat. Licere mihi tecum omnia iampridem mihi perſuaſi. Et ſi per hoc tempus generalatus mei: quo multa ſine intermiſſione me oppreſſerunt aduerſa: id tui ſolatium mihi defuiſſet: vt nō libere tecum cōmunicare potuiſſem curas meas: atq; effundere æſtus meos: nihil non iniquiore tuliſſem animo: oīa longe grauiora, & moleſtiora ſenſiſſem. Vnum itaq; precor: vt quando nullum aliud his noſtris calamitatibus remedium ſupereſt: orare digneris pro nobis ad dominum: vt non ſecundum peccata noſtra faciat nobis: neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuat nobis. Sed cito anticipent nos miſericordiæ eius: quia paupe res facti ſumus nimis. Si enim iniquitates obſeruauerit dominus: Domine mi, quis ſuſtinebit? Mittat nobis auxilium de Sancto: & de Sion tueatur nos. Faciat pacem in diebus noſtris: & recōcilietur nobis: neq; nos deſerat in tempore malo. Vale. Florentiæ. Die. xx. Ianuarii. Mcccclxxxxii.

Mariano Cuccino Procuratori. XIX.

s Cribis, quid cupias: & cupis, quod ſcribendum non fuerat. De futura nouorum Cardinalium electione, nō eſt meum cogitare. Quid enim ea res attinet ad me? Longe ſane minus curare ipſe debeo: vt (quemadmodum hortaris) vel mea, vel propinquorum meorum opera, ad eā dignitatē promouear. Non eſt religioſorum, & monachorum præcipue, in clauſtris ſuis quiete degentium, fructus: qui potiſſimum expetendus ſit: vt poſt multos vitæ regularis labores ſola ambitione paſcantur. Vt merito audiant. Amen dico vobis: recæpiſtis mercedem veſtram. Ex quo de me cum aliis, hoc triennio (vt bene noſti) mentio facta eſt: ſcit deus, cui non mentior: me eadem de re, ne vnum quidem verbum cum aliquo pro me feciſſe: quia contra me erat. Et abſit a me: vt hoc tandem promeruerim per annos triginta: quibus in monaſterio Dei mancipatus ſeruitio, vitam duxi: vt fur dicar & latro: qui non per oſtium intraſſem in ouile ouium: ſed aſcendiſſem aliunde. Nemo enim ſumere ſibi honorem debet: ſed qui eligitur a deo, tanq̄ Aaron. Quot labores fuerim per annos duodecim in generalatu ꝑpeſſus: quot acciderint aduerſa: quot pericula ſubierim: tu es optimus teſtis. Vbi ſi quid per dei gratiam viſus ſum æquiore animo tolleraſſe: ſi quid in tribulationibus meis admiſiſſe ſolatii: ea potiſſimum de cauſa arbitror contigiſſe: ꝙ ad hunc magiſtratū, ſicut nullis meis meritis, ita nulla mea opera & ſtudio, ita non ſponte, ſed tractus venerim. Nonne ſi tuo obſecutus cōſilio, compos fierem voti tui: præter cōſcientiæ ſcrupulum, quam magnopere

offenderem,

offenderem, merito mihi grauioris eſſem cauſa oneris: qui fuiſſem & honoris?
Donet mihi dominus: vt non magis pro huiuſmodi re infuturum deſipiam: q̃ hactenus feci. Habes erga me Mariane cariſſime hac in re caritatem: habes zelum: Sed (quod tua bona venia dixerim) non ſecundum ſcientiam. Non eſt in me: cur tãtı me facias: cur me ſublimiore illo gradu dignum putes. Ora potius Deũ: vt præficiat ipſe eccleſiæ ſuæ ſanctæ: quos idoneos nouerit: quos dignos fecerit. Me ſinat in cœnobii quiete reliquum vitæ traducere: Qui profecto (ſi recte iudicer) non modo ad alicuius magni nauigii gubernacula ponendus ſum: ſed ne lembi quidem. Vale. Florentiæ. Die. xxi. Ianuarii. Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi. XX.

a Nteq̃ reſcripſeris mihi, de tua & Eremitarum ſententia, ſuper admittendo in Eremum ſacerdote Bernardo Florentino: adiit me ipſe cum Vbertino ſuo. Placuit mihi hominis modeſtia: q̃tũq; elicere ex mutuo colloquio potui: duci illum ſpiritu, qui ex deo ſit, nequaq̃ dubito. Totum ſeſe dedidit mihi: paratum ad omnia, quæ ſibi fuerint imperata. De recluſione ſe id petiiſſe: ad quod geſtiiſſet animus. Facerem tamen ipſe: quod melius iudicaſſem. Putare ſe, me nihil ei iniuncturum: niſi quod mihi inſpirauerit Dominus: quod quæ ſaluti ipſius fuerit conducturum. Quãobrem differendum minime arbitratus ſum: quin ei morem gererem: petẽte præſertim pro eo ſumma inſtantia Vbertino noſtro: qui ſingulari Eremum pietate, ac veneratione proſequitur. Venit autem vna cum Simone Eremita: quem iccirco ſuperſedere hic diutius iuſſi: vt haberet Bernardus lucem itineris & morigeratum & gratum. Trades ei habitum quarto nonas Februarii: in die ſcilicet purificationis beatæ virginis Mariæ: vt purificatus mente & corpore: indutuſq; nouum hominem, qui ſecundũ Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis: peculiari in illam deuotione per omnem vitam ſuam propenſius feratur. Et eam ſibi patronam atq; adiutricem perpetuam, tota animi intentione diligendam, implorandamq; cognouerit: in cuius ſolẽni celebritate mutatus in virum alterum, ſuper niuem meruerit dealbari. Vale. Florentiæ. Die. xxvii. Ianuarii. Mcccclxxxxii.

Benincaſæ Priori Pratalis. XXI.

q Vod Saluatoris noſtri exemplo, inuitatus non recuſaueris intereſſe nuptiarum conuiuiis: Si erat mater Ieſu ibi: Si cæteri diſcipuli vna cum præceptore: non modo vitio non dandum puto: verum etiam tibi inuideo: q; non & ipſe tecum præſens fuerim. Super hoc tu videris. Ego ſane, licet ſcriptũ ſciam: Honorabiles nuptiæ: & torus immaculatus: licet Ieſus ad confirmandũ matrimonii ſacramentum, ſemel ad nuptias iuiſſe, non ſemel legerim: nõ tamẽ continuo licere monachis affirmauerim: vt huiuſmodi nuptiaꝝ ſeſe epulis immiſceãt. Verum, vt ad id redeam: quod petiſti: ſcribis inter miſſarum ſolẽnia, & ſpõſi ac ſponſæ benedictionem, audiſſe te: quod minime intelligas. Deus iſrael coniũgat vos, & ſit vobiſcum: qui miſertus eſt duobus vnicis. Qui ſint iſti vnici: & an pro vnicis, eunuchis legendum ſit: quod te aliquando audiſſe teſtaris: edoceri poſtulas. Primum quidem (vt ſcias) nũq̃ benedixiſſe me memini ſponſæ ac ſponſo. Quãtum tamen hæc ſonant verba: nihil apud me dubii relinqui/

tur:quin non eunuchis,ſed vnicis legendum ſit:& hos nimirum illos eſſe vni/cos:de quibus apud Thobiam ſcribitur:Saram videlicet Raguelis filiã:& Thobiam,Thobiæ magni filium.Cum enim in ſeptẽ viros Saræ præualuiſſet prius dæmonium:qui ita libidini vacabant ſicut equus & mulus:quibus non eſt intellectus:& tradita poſt modum conſilio Raphaelis archãgeli eadem fuiſſet Thobiæ,non luxuriæ cauſa,ſed poſteritatis amore:accæpto ancillæ nuncio Raguel,ꝙ reperti in lectulo fuiſſent ambo ſani atqꝫ incolumes:inter cætera congratulationis verba,quibus benedixit dominum,hæc ſi legeris inuenies . Miſertus es autem duobus vnicis.Putauerat enim Raguel,& Anna vxor eius:ꝙ & in Thobiam poteſtatem habuiſſet dæmonium:quemadmodũ & in ſeptem alios priores habuiſſet.Vale.Florentiæ.Die.xviii.Februarii.Mcccclxxxxii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXII.

b Iennio ante profectus Romam,ob religionis noſtræ negocia:materiã de me murmurandi,ſicut meminiſſe te arbitror,multis dedi . Quid modo futurum putas Domine colendiſſime?Ecce enim & nunc in vrbem va/do:& curialis vado:& Cardinalis nouelli comes vado.Sed ſi mihi credis,in vrbem trahor.Obedire me oportuit ſummo Florentiæ magiſtratui : Laurentio Medici:filio Cardinali:Senatui vniuerſo:quorum nomine heri per primarium quendam ciuem,non quidem iuſſus ſed multo ſermonis lenocinio,multa inſtãtia oratus ſum: vt iturum ad dies paucos Cardinalem Medicem Romam honoris gratia deducerem reducerem qꝫ:quod & cæteri ditiõis ſuæ prælati eſſent facturi.Excuſantem negocia,quæ mihi modo plurima incũberent,fregit continuo reſponſo:cui non potui contradicere.Iniungerem ſibi quæcũqꝫ voluiſſem: expediturum ſeſe pro nobis omnia.Modo non recuſarem hanc impẽdere huic vrbi gratiam:in qua per tot annos vixiſſem. Tanta requirentis atqꝫ inuitantis benignitate ſuperatus:ceſſi petenti. Vtrum igitur vadam an trahar : opinentur de me alii pro arbitrio.Tu ſenti de Petro tuo,quod veriſſimum eſt:non me ire, ſed trahi.Vale.Florentiæ.Die.xxiii.Februarii.Mcccclxxxxii.

Mariano Cuccino Procuratori.XXIII.

r Eddidiſſe te ſcribis litteras noſtras Protectori Reuerendiſſimo : nec potuiſſe illum continuo reſpondere ob quotidiana conſiſtoria : quæ, vrgentibus tum aliis multis,tum in primis Germaniæ & Galliæ rebus , ſolito frequentius repetuntur.Quæ ſcripſi non ſunt eiuſmodi:vt requirant citum reſpõſum.Sufficit mihi noſſe:fuiſſe illas fideliter redditas.Inſurrexiſſe aũt regnũ aduerſus regnũ ob remiſſam a rege Frãciæ ĩ domũ patris Maximiani repudiatã vxorẽ ſuam:ia mpridem audiui:& plenum ſanguine, ac truculentiſſimum futurum inter eos bellum,facile iam tunc mihi perſuaſi.Quãobrẽ ſi capta eſt ciuitas Attrebatenſis a Germaniæ Principe: haud multum miror . Vtinam non ſimus audituri maiora.Potẽtiſſima eſt vtraqꝫ natio:ac re militari exercitata. Efferos & natura,& militia animos,haud facile quis mitigaturus eſt .Diſſidii huius cauſa tam ſcæua & atrox:vrbium excidia:vaſtatiões agrorum:atqꝫ,vt ad internitionem alterius partis pugnetur,certiſſime repromittit . Apponat dominus manum ſuam:neqꝫ ſcæuire acrius bellum ſinat,autor pacis,& amator caritatis.

Cæterum

Cæterum de meo in vrbem acceſſu, cum Reuerendiſſimo Cardinali Florẽtino: ex Abbate de Vergareto, plenius diſces. Obtemperandum mihi neceſſario fuit poſtulantibus: qui poterant imperare: ne & ingratitudinis, & animi elationis, merito arguerer. Rediturus eram in noſtram ſolitudinẽ, initio quadrageſimæ: & mutare præter omnem expectationem meam, vellificatiõem compellor. Sit benedictus deus. Interea, vt ſupplicationem pro cõfirmanda ſentẽtia inter nos & ſocienſes lata, ſignari ſtudeas: plurimum oro. Vale. Florentiæ. Die. xxiiii. Februarii. Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi. XXIIII.

p Roſecturus Romam ad dies paucos, commendo tibi vtrãq; domum noſtram. Nihil in primis deeſſe patiaris Eremitis: nihil itidem Fontẽ bonum incolentibus. Vtriq; familiæ vnus ſis pro me pater: vtriq; verbo, & exemplo me abſente præſis. Ante omnia vero, vt cures, ſi opus fuerit, nouam Muſoleæ noſtræ ſtructuram: & hortor, & moneo. Id oneris tamen Prioris Sancti Georgii humeris impoſui: cui, vt omnes pareant, contende. Petro conuerſo mandaui: vt excidat hac de cauſa neceſſarias abietes. Et in hoc quoq; illi obſiſtat nemo. Fabris murariis, & lapidum ceſoribus, ad victum neceſſaria miniſtrentur: & quæcũq; acceperint, diligentiſſime redigantur in codicem: ne in ratione dati, & accæpti vllus aliquando futurus ſit error. Elegiſſe me arbitror ædificãdi peritos: quemadmodum ex modulo facile coniicies. Et ſpero: ꝙ ſtructuri ſint ædificium, & commodum & venuſtum: nobis tamen conueniens, ac minime repugnans mediocritati noſtræ. Moderatam enim domum, non ſumptuoſam cupimus. Deniq;, vt cum cæteris fratribus noſtris pro nobis ores quotidie, plurimum optamus: vt veſtra interceſſione & eamus, & redeamus incolumes. Hoc erit mihi, & iis, qui mecum venerint, ſupra modum gratum. Vale. Florentiæ Kalendis Martiis. Mcccclxxxxii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXV.

n On me piget, ſignificare frequentius Dignationi tuæ, profectũ in melius reformati monaſterii Angelorum: vt & officio erga te meo ſatiſfaciam: & in primis Venerabilis fratris noſtri prioris Guidõis deſyderio. Is. n. pro ea qua, te ſupra modum proſequitur obſeruantia & pietate, nihil cupere videtur magis: q̃ cum te non poſſit, in reformando ſuæ curæ tradito cœnobio, teſtem habere laborum ſuorum: crebra ſaltem epiſtolarum ſignificatione bonæ ac diligentiſſimæ adminiſtrationis ſuæ certiorem te fieri. Tanti ſi quidem te facit Domine Colendiſſime: adeo apud ipſum tua, valet autoritas: vt tãq̃ te ſemper præ oculis habeat: te præſentem cernat: componere ſuorũ mores, atq; ordinare te ſpectante credatur: Sicq; ad tui memoriam, illorum vitam emendare & corrigere: tãq̃ te eis vel cuſtodem, vel exemplum ſine intermiſſione oſtẽdat. Huius rei ſum ego re vera optimus teſtis. Nunq̃ enim fere cum priore ipſo cõgredior: quin de tua dignatione, cum ſumma reuerentia, & ſingulari affectu mẽtionem faciat. Aperiam: cur iſta præmiſerim. Inuitatus ab eo nudius tertius interfui veſperi haud in iucundo ſpectaculo, & ſpiritualis ædificationis pleno. Aderat Reuerendiſſimus Cardinalis Medices: & cum eo Arretinus Epiſcopus: & copioſa venerabilium patrum, ac præclarorum ciuium turba. Recitata eſt a

monachis, bonæ vtiq; ſpei, atq; egregiæ indolis adoleſcentibus, comœdia: ad excitandos ad bene beateq; viuendum animos: ad amplexandam ſeueriorem vitæ regularis diſciplinam: q̃ ad laſciuiam, indecentiúq; voluptatum ſtimulos longe accommodatior. Nullus in agenda comœdia laicus: immo ne vllus quidem in monachis ſæcularis habitus fuit. Monaſtica oia: & memoriter ac decenter, latino ſermone, pronunciata ſunt omnia. Conſtituerāt ſiquidem in loco æditiore, hinc & inde, duo e regione monaſteria. In altero præerat Camalduleñ. pater: in altero Abbas Ciſterſienſis. Illic rigidius atq; obſeruantius: hic laxius ac remiſſius, & (vt aiunt) conuētualius viuebatur. Seducti Camaldulenſes monachi, atq; illecti vitæ laxioris blandimentis: omnes relicto patre obſeruātiſſimo, ad vicinum Ciſterſiēſium Cœnobium, ſub Abbate pinguiore, ac voluptatibus dedito, inq; iuniores indulgentiore, victuri transfugerūt. Haud multo poſt defuncto Abbate, vnus ex transfugis in locum inde mortui, Abbas ſuffectus eſt: Qui vna cum monachis ſuis totum ſeſe mundi oblectationibus dedidit. Gloriantibus eis, q̃ male facerent: & exultantibus in rebus peſſimis: graui continuo & inopinata mala valitudine correptus Abbas: coram monachis ſuis repentino caſu extinctus eſt. In ſe itaq; reuerſi (vti ſola vexatio intellectum dare auditui cōſueuit) ac territi omnes, morte Abbatis: ad priorem patrem redire conſtituunt. Interea deſtinata in æternos cruciatus defuncti anima: e diaboli manibus Mariæ beatiſſimæ præcibus eripitur: atq; ad corpus, vt admiſſorum facinorum voluntarias pœnas lueret, redire iubetur. Quo facto, reuerſi ſunt omnes ad monaſterium: vnde exierant. Ibi excepti a patre, ob filiorū reditum, plurimum exultante: egerunt omnes gratias Deo, in hymnis & canticis, in cordis & organo, fiſtuliſq; ſuaue ſonātibus. Et vt nihil deeſſet tātæ lætitiæ: his omnibus peractis in refectorio tam Cardinalis Reuerendiſſimus q̃ reliqui fere omnes, qui actiōi interfuerant, ad cōuiuium, laute (vt audio) ac ordinate accepti ſunt. Oportune ſatis, ac conuenienter omnia. Gaudere nāq; oportuit & epulari: quia non vnus tantum, ſicut ille de euangelio, frater: ſed multi qui mortui fuerant, reuixerunt: perierant & inuenti ſunt. Paucis expoſui: quæ per duarum horarum ſpatiū ſunt recitata: vt ex argumēto comœdiæ, q̃tum ſummatim complecti potui, facilius intelligas: fuiſſe omnia per Prioris prudentiam monaſticæ remiſſioni accōmodatiſſima. Nihil modo de actoribus monachis dico: q̃ apte & appoſite, q̃ tenaci memoria, q̃ decenti pronunciatione ac geſtu, quiſq; ſuo functus eſt munere. Cōpoſuiſſe ſingulos crederes, quæ referebant: quāq̃ inter illos non deſint: qui iuniores licet ad componendum idonei ſunt: & eruditione, magis q̃ pro ætate præditi. Quotidie ſi quidem omnes fere præceptorem audiunt: proficiūtq; ex eis complures indies: ita curante priore. Cuius ſtudio facile fore cōfido: vt vbi pauloante per annos multos ſumma extitit ignorantia: ibidem vigeat non tā morum diſciplina, q̃ omnium ſcola virtutum. Verū de hoc ſatis in præſentia. Coram vberius ſingula enarrabo: ſi Deo placuerit. Scripſi nāq; his diebus Dignationi tuæ: venturū me in comitatu Reuerendiſſimi Cardinalis Florentini: ita ipſo, ac Laurentio patre viro clariſſimo, & Senatu omni requirente: quibus negare aliquid, quod exhiberi per me poſſit: niſi ſummopere ingratus, atq; ab

omni

omni humanitatis officio alienus,ac oblitus penitus obligationis meæ, non poſſum.Caueat tamen dominus meus colendiſſimus:ne me ſibi propterea libellum repudii dediſſe vllo pacto exiſtimet:atq; omnino a me abieciſſe.Crede mihi,quia non mentior.Te mihi niſi mors,adimet nemo.Vale. Florétiæ.Die. iiii.Martii.Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi.XXVI.

p Rofecturus in craſtinum:vt in obſequio colendiſſimi Cardinalis Medicis Romam vadam:hanc ad te tumultuariam cóſcribo epiſtolam. Heri primum indutus Cardinalatus inſignibus Florentiam ingreſſus eſt. Seceſſerat enim nudius tertius ad Abbatiam Feſulanã:quo ad deducendũ ipſum in vrbem,tum prælati,tum laici,heſterna die confertiſſima turba conuenerãt. Occurrit ei,cómota veluti rei miraculo vniuerſa ciuitas:immo,& meo iudicio regio tota:quaſi vir vnus : tantaq; illum lætitiæ & congratulationis ſignificatione excæpit:vt fidem feciſſe manifeſtiſſimam viſa ſit,ſe diutiſſime expetiiſſe: huius Cardinalatus dignitatem vni ex ſuis ciuibus demandari. Vrbem ingreſſus,primum(vti prælatum catholicum,& de deo ſuo pendentem decet) diuertit ad nobiliſſimam Virginis Mariæ Annunciatæ baſilicam.Fuſa ibidé oratióe: per celebriora ciuitatis loca,ad palatium dominii peruenit. Vbi magiſtratu viſitato,ad patris domum rediit.Miratus ſum in hac re cócæptum gaudium: qđ præſetulit ciuitas:q; nymboſo cœlo,ac perpetua comitante nos pluuia, vbiq; per vicos,& plateas adeo frequentiſſima effundebatur virorum & mulierum multitudo:vt vix pertranſiri poſſet.Hodie vero apud Sanctam Reparatam ſolẽnis miſſæ celebratio,Cardinale præſente,ac ſi ipſe ſummus Pontifex interfuiſſet,peracta eſt:tanta itidem populi exultatione & concurſu:vt relictum ne vnũ quidem domi crederes.Sit vtinam illi dignitas hæc fauſta fœlixq;: vt labentis eccleſiæ columna ſit futurus . Pro eius incolumitate orabis : atq; orari iubebis meo nomine.Idem facies pro noſtro itinere : vt mereamur redire ad vos bene ualentes.Si indiguerit gubernator noſter Fontis boni,in ſtruenda Muſoleæ domo,altero ex iumentis eremi,ad conuehendam glaream aut calcem:commodetur ei. Vt ſit quemadmodum vulgo dicitur. Vna manus alterã lauat: & vtraq; ſimul faciem. Vale.Florentiæ.Die.xi.Martii.Mcccclxxxxii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Guidoni Priori Angelorum.XXVII.

p Erſuadeo mihi,non deeſſe iſthic:qui diligentiſſime tibi renũciẽt:quæ de die in diem circa nos gerantur.Ex quo enim Florétia profecti ſumus:ſignificatum fuiſſe quotidianis nũciis & curſoribus ſcio Magnifico Laurentio,progreſſum itineris filii ſui:vnde & tu identidem certior fieri potuiſti. Quáobrem factũ eſt:vt tardius hac de re ad te ſcribã.Quoniam vero,quæ nobis grata ſunt,etiam ſæpius repetita non diſplicent:& ego in perpetuo fere comitatu,atq; obſequio Colendiſſimi Cardinalis ad hanc vſq; diem fui:complectar ſummatim:quæ relatu digna mihi ſuccurrerint:ne defuiſſe penitus & officio meo,& deſyderio tuo videar.Igitur duodecima(vt noſti)Martii méſis die: hora ſicut edictum fuerat ſextadecima: conſcenſis iumentis egreſſus eſt Florentia Dominus Reuerendiſſimus cum familia ſua: præcedentibus illum ciuibus ſpectabili pompa:qui ad duo milia paſſuum ipſum deduxerunt. Redire in vr/

bem iuſſis:poſt ſalutationem mutuam:Cardinalis eo Die cum maiore parte fa
miliæ ad Abbatiam ſuam Paſſignani diuertit.Nos vero,& alii nonnulli Podi/
bontium peruenimus.Sequenti die remorante illo animi gratia in ſuo mona/
ſterio præceſſimus Senas : moniti vt ibidem præſtolaremur aduentum eius.
Hora circiter vigeſima occurrimus ei ad ſecundum extra vrbem lapidem. Si
hic referre particulatim voluero:quo fuerit honore a Senenſibus Cardinalis no
ſter exceptus:qua totius vrbis congratulatione:quibus delitiis:nõ ſufficit dies.
Occurrit extra vrbem ciuium primariorum turba:occurrit & omnis populus.
Et ne cuiq̃ præſto eſſet occaſio continendi ſe domi:publico edicto imperatum
eſt:vt vniuerſæ vrbis tabernæ occluderentur. Adueniſſe Pontificem ſummum
crederes:ita commota eſt vniuerſa ciuitas.Hæc ſane Cardinali exhibita reuerẽ
tia,pietas,fides adeo ſatis omnibus fecit:vt nemo Senis nõ contentus abierit.
Sextadecima die inde mouimus omnes,pranſiq; ad Bonconuentum, veſperi
ad Sanctum Quiricum peruenimus.Die inſequenti ad Paleam accæpti ad prã
dium ſumus:& hucuſq; Senenſium ſumptibus ſemper hoſpitati. Ad Aquã pen
dentem eccleſiæ oppidum nocte requieuimus.Mane profecti complures præ/
lati noſq; itidem Viterbium applicuimus : retento in medio itinere ab Vrſinis
propinquis ſuis Cardinali Colendiſſimo.Inuenimus Viterbii Pontificis filium:
ſororis Cardinalis maritum:ipſius aduentum præſtolantem.Poſtera die Cardi
nali occurrimus:& cum eo Viterbium ingreſſi ſumus.Inde diſcedentes ſequen
ti die:veſperi Bratianum Vrſinorum oppidum diuertimus:Excæpti ibidem ſu
mus apparatu regio in palatium Virginii comitis:qui magna equitum turma
venerat obuiam nobis ad octo milia paſſuum. Alterum diem Bratiani peregi/
mus:& quidem maximo omnium commodo.Tandem nouiſſimo itineris no
ſtri die vndecimo ſcilicet Kalendis Aprilis Romam ingreſſi ſumus:occurrenti
bus nunc his nunc illis in via,ad deducendum Cardinalem:nulla pluuiarum vi
quæ magna tunc erumpebat,illos morante:quin officioſo muneri ſatiſfacerẽt.
Ad primam Vrbis portam ſeceſſit Cardinalis cum paucis in Monaſterium Sã
ctæ Mariæ in populo.Mane ſequentis diei conuenerunt eo Cardinales omnes,
& nymboſo quidem cœlo: deduxeruntq; illum ad Pontificem in conſiſtorium
publicum.Excæptus eſt ad oſculum a Pontifice,atq; ab omnibus deinceps Car
dinalibus:ſicut & nos facere conſueuimus:cum aliquem ad religionem admit
timus. Singuli quoq; de Cardinalis familia deoſculati ibidem ſumus Põtificis
pedes.Redeuntem domum vniuerſa illum comitãte curia ſicuti moris eſt : per
petua non deſeruit atq; ingens pluuia. Vix enim egreſſi eramus palatium Pon/
tificis:cum ſubito adeo largum obductæ cœlo nubes excuſſere hymbrẽ:vt tor/
rentis more effuſus non modo nos madefecerit : verum pene totos obruerit.
Credo id permiſiſſe propterea Dominum:vt melius recordaremur accæpti in
itinere per dies decem benefitii:quibus ita ſerenum deſuper micuit nobis cœ/
lum:vt ne gutta quidem pluuiæ ſuper nos deſcenderit.Quãq̃ ſi quis altius cõ/
ſyderet:quid per aquam hymbrem pluuiam ſignificetur in ſacro eloquio:forte
hunc minime pœnituerit:ꝙ illo tunc fuerit humore perfuſus. An non initium
vitæ hominis,aqua,& panis,& veſtimentum,& domus protegens turpitudi/
nem?

nem?Et merito quidẽ primũ aqua cõmemoratur: de qua alibi ſcriptũ ſcimus. Aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potabit illum. Nõne gloriatur iuſtus dicens? Dñs regit me:& nihil mihi deerit:in loco paſcuæ ibi me collocauit:ſuper aquam refectionis educauit me. Hæc eſt illa pluuia voluntaria:quã ſegregauit Deus hereditati ſuæ. Hic eſt ille hymber:de quo legimus. In hilaritate vultus Regis vita: & clemẽtia eius, quaſi hymber ſerotinus. Hic ille, inquã, hymber:quo abeunte & recedente, flores apparuerũt in terra noſtra. Deniq; illũ hymbrẽ futurum puto Cardinalẽ noſtrũ:de quo habemus. Si enim magnus Dñs voluerit: ſpiritu intelligentiæ replebit illum:& ipſe tanq̃ hymbres mittet eloquia ſapiẽtiæ ſuæ:& in oratione cõfitebitur Dño. In hãc ſentẽtiã tu, ſi volueris, cõplura inuenies. Prætereo illa ego de induſtria:ne geſtoꝝ interpres nõ narrator videar. Igitur ſequẽtibus diebus viſitauit Cardinalis Pontificẽ:viſitauit Cardinales ſingulos domi. Hoc peracto viſitationis officio viſitatus eſt & ipſe viciſſim domi a Cardinalibus oĩbus:ſicut moris eſt. Abſoluta eſt heri demũ hæc mutua viſitatio. Cæterũ vt de ipſo Cardinali aliquid tibi gratius cõſcribã:Scias eũ ſatiſfeciſſe omnibus præter multorũ expectationẽ:qui ſe puerulũ viſuros putauerãt:non tam pñtia corporali & proceriore, q̃ pro ætate ſtatura:q̃ morũ in primis grauitate:& ſermone in oĩbus maxime accõmodato. Cerimoniis Cardinalatus, q̃tum ego animaduertere & domi & foris potui, adeo apte & decẽter vtitur:vt in iis ꝑ annos multos verſatum fuiſſe facile crederes. Humanitate quoq; & affabilitate prædítũ:quotidie palã expimur. Verũ de hoc alias. Quãti te faciat Colẽdiſſimus Protector noſter:& q̃ grate me audierit ſecũ de te loquẽtẽ:ipſius ad te lr̃æ ĩdicabũt. & ego corã vbi permiſerit Dñs plenius referã. Cõmẽdo tibi nr̃a iſthic negocia: quæ noſti. Sumus hic in obſeq̃o Reuerẽdiſſimi Cardinalis Medicis minus certe apti & idonei. Sed volũtarii, ſed fideles. Ora pro fœlici & incolumi tũ ipſius, tũ nr̃o reditu:& nos cũ oportunũ tibi fuerit clariſſimo viro Laurẽtio cõmẽda. Tumultuario ſtilo, ac currẽti calamo hæc modo ad te cõſcripſi:quoniam re vera parum nobis ocii ſupereſt. Siquid barbare dictum inuenies:excuſationem admittes. Vale. Ex Vrbe. Die. vii. Aprilis. Mcccclxxxxii.

Venturæ Abbati Sancti. Michaelis Murani. XXVIII.

q Væ per hos dies acciderint Florẽtiæ:paucis accipe:quẽadmodũ multorum ſermone ac litteris plenius Romæ ſignificata ſunt. Primũ quidem octauus hic eſt dies:q̃ ſubito exorta tẽpeſtas circa tertiã noctis horã plurimum aquarum & grandinis excuſſit. Micare vndiq; cœperũt fulgura:vẽti furere:mugire tonitrua, cũ ingenti cœli fragore. Tandẽ icta fulmine laterna:quæ in cacumine teſtudinis ſphericæ tẽpli Sãctæ Reparatæ ſita erat:ĩgẽtia ſaxa marmorea deiecit:adeo vt nõ modo tẽpli ipſius tectũ compluribus in locis aperuerint atq; perfregerint:veꝝ etiã maximo impetu impulſuq; in præceps ruentia: ad domos quæ e regione ædis conſtitutæ ſunt delata fuerint. Inter quæ ſaxum quoddam grauius, ſuper tegulas cuiuſdã domus deuolutũ: non ſolum tectum quod ſub diuo erat:verum etiam alia interiora & teſtudinata etiam, quæ inferius conſtrui ſolent penetrauit:vt infixum ſolo vix aliqua ex parte extaret. Magno ſumptu reſarciendum tẽplũ affirmãt:neq; minore quã quinq; ac viginti/

milibus nũmũ aureorum refici poſſe.Mane eiuſdẽ diei:quo hæc veſperi accide
runt:cũ frater quidã de more in ſuggeſto cõcionaretur apud Fanũ Sanctæ Ma/
riæ nouellæ:in media cõcione mulier quædã religioſæ & honeſtæ vitæ,ex iis,
quas pizocaras vocãt,exclamaſſe voce magna dicitur:Videre ſe taurũ ingentẽ
nigerrimũ:atq; ex ore oculis naribuſq; igneos globos efflãtem:qui eſſet tẽplũ
demoliturus.Cuius vox cũ reprimi & cohiberi non poſſet:intermitti oportuit
cõcionẽ.Aiunt quoq; leenã p eos dies in Leonẽvnũ de maioribus qui Florẽtiæ
alũtur irruiſſe:ac ſuffocatũ necaſſe.Quatriduo poſt Laurẽtius Medices,hõ (ſi/
cut noſti) tãti nominis & famæ:hora circiter quinta noctis noni diei mẽſis hu
ius:in palatio ſuo,qd Caregiũ vocãt extra vrbẽ ſitum,longo afflictatus morbo
ac multis diu vexatus doloribus,cõceſſit naturæ.Eo defuncto audi miraculum
aliud.Petrus Leo quẽ Veneti noſtri biẽnio ante Pataui cõduxerãt ſalario publi
co:cũ fuiſſet præcipuus in infirmitate Laurẽtii Medicus:ingreſſus cuiuſdã Ci/
uis de Martellis domũ,in puteũ ſeipſum præcipitaſſe narratur : ac mane ibidẽ
ſuffocatus aquis reptus eſt.Per biẽnium totũ fere cõcionatores quidã,& ex his
vnus præcipue vita & doctrina inſignis,prædicere nõ deſtiterũt:multa Floren
tiæ euẽtura eſſe aduerſa.Eos audio,in pñtia lõgæ grauiora illis vaticinari com
minariq;:quæ hac ꝓxima æſtate ibidẽ ſint futura.Territos aiunt iccirco pluri/
mos:qñ maxime præteritoꝝ exhibitio eſſe cõſueuerit futurorũ certitudo. Ora/
bis dñm cũ Familia omni,& pro defuncti Laurẽtii requie:& pro Florentiæ ſta
tu.De noſtro itinere nihil ſcribo ſatiſfaciẽte ꝑ me Bernardino Priore tuo Clau
ſtrali:qui mecũ eſt.Vale Romæ.Die.xii.Aprilis.Mcccclxxxxii.

Guidoni Priori Angelorum.XXIX.

d E fœlici obitu clariſſimi viri Laurẽtii Medicis prolixiorẽ heri epiſto/
lam tuã legi:quã dediſti ad Colẽdiſſimũ protectorẽ noſtrũ.Interfuiſſe
me quoq; tecũ illius dormitioni putaui:ita plane rei totius geſtæ ſeriẽ poſuiſti
ante oculos.Et gaudeo ſane mirũ in modũ:ꝙ eiuſmodi moriẽdi exemplũ reli
querit:quod ſit potiſſimũ chriſtianis oĩbus,ac de Deo ſuo pendentibus imitan
dum.Neſcio enim,an aliud nobis magis optãdũ ſit ac pluris faciẽdũ:q̃ eo mor
tis genere hinc decedere:p cuius ſigna & argumẽta facile ſperãdũ ſit:transferri
nos ad imortalitatẽ,ac diuinũ beatoꝝ ſpirituũ cõſeſſum:& tranſire nos de hoc
mũdo ad Patrẽ:quẽ depræcamur quotidie in oratiõe:vt adueniat regnũ eius:
regnũ inquã eius:qd (ſicut propheta dicit) nõ corrũpetur.Quo fit:vt minime
deflendũ exiſtimem Laurentiũ:qui ſicut vixit,ita ẽt defunctus eſt.Fuit enim hõ
pietate,religione,clæmẽtia inſignis.Multa in eo litteratura: multa rerũ experiẽ
tia.In ſermone adeo grauis:vt quicqd proferret,pro ſñia haberetur. Tãti præ/
terea in rebus omnibus iudicii fuit:vt ad oĩa de quibus mẽtio incidiſſet : para/
tum ſemper haberet reſpõſum rebus accõmodatũ.Tãtæ itidem autoritatis : vt
quicquid ſuaſiſſet faciendũ,pro numine duceretur.Tãto deniq; in honore & re
uerentia,tum apud ſuos,tum apud omnes principes chriſtianos,nec non exte/
ras atq; barbaras natiões fuit:vt principatu dignus ſemper exiſtimatus ſit:fue/
ritq; nomen eius p vniuerſum orbẽ præmultis principibus glorioſum.Sed qd
hæc tecum memoro:qui eius præcæteris ita familiaris fuiſti:vt certum ſit,inue

niri

niri neminē:qui ipſum melius & in cute (vt aiunt) magis nouerit? Vſus es homine pro arbitrio ſemper:ac tamdiu eius cōgreſſu fruitus es,q̄diu voluiſti. Nouerat optime tuā erga ſe fidem,ſtudiū,caritatem.Ideoq; cōmunicare tecū conſilia & cogitationes ſuas oēs,tanq̄ cum altero ſe conſueuit.Perſeuerauit hæc mutua inter vos beniuolentia:vt nō fictam fuiſſe nō ſimulatā aliquis ſuſpicari potuerit,ad mortē vſq;.Siquidē præſentiens (vt erat prudētiſſimus) reſolutionis ſuæ diem īminere:quo præcidenda erat,velut a texēte,vita eius:quo operi manuum ſuarū porrecturus eſſet dexterā Dominus:accerſiri te iuſſit:vt morituro præſto eſſes:quē viuentē vnice dilexeras.Reuerēter(vt ſcribis) ab eo admiſſus es:& tibi cōtinuo ſingulari penitētiæ ſignificatione accuratiſſime cōfeſſus,commēdauit tibi impēſius animā ſuā.Sūpto demū ſalutis viatico:te præſente,teq; orante vltimū effiauit ſpiritū.Dulcis ſemper futura eſt tibi huius tāti amoris recordatio.Et ſi qñ lachrymæ tibi ab oculis fluxerint Laurētii deſyderio:memor tam fœlicis eius trāſitus facile illas cohibebis:ne videantur magis indices diffidentiæ,q̄ teſtes doloris.Vale.Romæ.Die.xxv.Aprilis.Mcccclxxxxii.

Petro Medici.XXX.

a Vdito Romæ nūtio de morte clariſſimi parētis tui:patriæ patris:noſtriq; ordinis patroni:ſane (vt debui) grauiter & moleſte tuli.Conſyderabam enim mecū:ac tacitus voluebā animo:q̄ magna facta fuiſſet oībus nobis iactura,tāti viri deſyderio.Et quidē doluiſſe te potiſſimū nō dubito:qui ita illū ſemper viuētē dilexiſti:ea pietate,ac veneratione proſecutus es:vt filiis omnibus ſingularē normā,atq; exēplū dederis,q̄ti facere parētes,q̄ maxime colere teneātur.Nec poſſe te arbitror nō mœrere eius abſentia:qui tibi ſemp extitit amātiſſimus atq; indulgentiſſimus pater.Ea enim cura & ſtudio te ab infantia educauit formauit inſtituit:vt merito te tum prudētiæ atq; doctrinæ ſuæ,tum moꝝ & probitatis heredē reliquerit.Verū cōpeſce lachrymas:deſine lugere defunctū,quaſi euanuerit ab oculis tuis:cui tātopere afficiebaris.Imago certe patris es:& qui videt te,videt & patrē.Diuidi ab eo nō potes. Seqtur te:quocūq; ieris.Vis videre:q̄ ſimilē ſui te in oībus genuerit?Magnus fuit Laurētius nō ſolum eruditione & ingenio:verū ēt apud ſuos & exteros oēs autoritate & grā. Magnus tu itidē in his oībus Petre.Nā ſicut magno luctu & dolore excæptum fuiſſe a cōciuibus omnibus,& vniuerſa republica optimi genitoris tui funus audio:vt maiorē nimirū pietatis ſignificationē non potuerint præſeferre:ita quoq; ſe tibi obtuliſſe haud igratū patriā accæpi pro pr̄e tuo optime de ſe merito: & ea quidē fide:vt alterū in te Laurētiū ſeſe itueri atq; cōplecti arbitretur. Neq; verbis tm̄:verū cōtinuo re ipſa præſtiterūt:quod obtulerāt cōciues tui.Euectus es q̄primū īmature licet ad eas omnes dignitates:quibus erat præditus Laurētius.Superandā haud īmerito ætatē honoribus decreuerunt:qñ tu honores virtute ac probitate ſupaueris:atq; huc loci tum patris,tum tua cōſcēderis ſapientia.Abiice igitur omnē ex animo triſtitiā:quin potius gaude & lætare.Tecū erit Dn̄s ad quæcūq; ambulaueris:firmās domū tuam in æternū. Implebitur enim in te illud ꝑmiſſum:qđ tui ſimilibus pollicitus eſt Deus. Honora pr̄em tuū,& matrē tuā:vt ſis longæuus ſuper terram.Quantū re vera ad me attinet,atq; ad

totius noſtri ordinis cõmune incõmodum:non videor mihi Laurentii deſtitutus patrocinio:te pro eo nobis ſubſtituto patrono, ac vniuerſæ religionis Camaldulenſis tutore atq; cuſtode. Auxit ille mecũ noſtra monaſteria:& vt in melius reformarentur pro viribus anniſus eſt:vti erat diuini cultus,& ſacrorũ obſeruantiſſimus:adeo vt ad celebritatem nominis,poſteritati diutiſſime cõmendandam,nullo alio virtutis genere magis enituerit. Nõ minorẽ profecto in te collocauimus ſpem:qui & parẽtis exẽplo & inſtituto etiã tuo ad diuina tuenda atq; excolenda futurus indies propẽſior exiſtimaris. Hereditariũ ſiquidẽ familiæ tuæ huiuſmodi inſigne eſt:atq; ampliſſimũ ſemp a maioribus accæptũ,maius deinceps auctiuſq; ad poſteros trãſmiſſum. Erit itaq; (vti facile mihi pſuadeo) ſacra noſtra Eremus cũ mẽbris ſuis omnibus tuæ curæ ac fidei cõmendata. Quod re vera opto ſummopere:vt hac in beatiſſimũ Romualdum pietate ipſum tibi apud ſuperos interceſſorẽ acquiſieris:cuius præcibus ac meritis oĩa tuæ nobilitati optata contingant. Adeptus eſt dudum Camaldulenſis ordo nouum alterum protectorem colendiſſimum Cardinalem germanum tuum:fide, integritate,religione inſignem. In cuius obſequio Romæ nunc degens percæpi optime vitam dignationis ſuæ,præter ætatis rationẽ ſenili quadam grauitate cõpoſitam:moreſq; defuncto parẽte,ac te fratre lõge digniſſimos. Is pro ſua in me ſeruulũ immerentem caritate,humanitate,affabilitate,quo ſit in noſtrum ordinem animo ſæpius mihi aperuit:adeo vt nos ſibi in perpetuum obnoxios fecerit. Te quoq; eundem futurum nobiſcum:& ſpero & confido. Vale. Romæ. Die. xxviii. Aprilis. Mcccclxxxxii.

Guidoni Priori Angelorum. XXXI.

n Ihil penitus miror:ꝙ dolueris ob caſum viri amantiſſimi:qui te pro parente ſemper habuit,& magnifecit. Nunquid fortitudo lapidũ,fortitudo tua: aut caro tua ænea eſt? vt humano affectu moueri non potueris:quin excitatus fueris in lachrymas:mortuo ante oculos tuos Laurẽtio: per quẽ lætus gaudenſq; viuebas? Cõuerſum te in lapidẽ potius exiſtimaſſem: Si tam ſingulari deſtitutus vitæ tuæ ſolatio,nullo fuiſſes mœrore cõfectus. Humanũ eſt hoc:& omnibus mortalibus cõmune: vt charoꝝ deſyderio indoleãt. Doleo,inquit Dauid,ſuper te frater mi Ionata. Et alibi. Quis mihi det: vt moriar pro te fili mi Abſalon? Flebatq; operto capite. Videns ẽt Ieſus ſorores flentes Lazarũ:& ipſe collachrymatus eſt. Ad hoc lugendi officiũ ſacra quoq; ſcriptura nos admonet. Fili,inqt,ĩ mortuũ produc lachrymas:& quaſi dira paſſus incipe plorare:& fac luctum ſecundum meritũ eius vno die vel duobus. Quãobrem ſi cohibere lachrymas haud quaq̃ potuiſti:non eſt cur te accuſem,cur te improbem. Fleuiſti:non quia deflendus eſſet Laurentius:qui bonum certamen certauit:curſum cõſumauit:fidem ſeruauit:cui repoſita eſt corona iuſtitiæ:ĩmo qui ſic mortuus eſt:vt merito exiſtimari debeat ad immortalitatem tranſlatus. Sed ſiue ꝙ illius præſentia,cõſuetudine,alloquio ſuaui,& graui priuatus es: ſeu verius quoniam ipſe lætabũdus modo atq; tripudiãs miſeros nos gemẽtes & flentes in hac lachrymarũ valle dereliquit. Vtraq; ſane admittẽda ratio,vtraq; cõmendanda. Alias vt ego opinor,lugendi potius ſunt qui lugẽt. Habes nimirum & aliud: cur minus flere cogaris. Putant nonnulli,ablato de medio Laurentio,

rentio, cecidiſſe coronam capitis noſtri. Ego vero ꝑtinatius affirmauerim: non cecidiſſe illam, ſed tranſlatam in alterum ipſum, qui defunctus eſt: immo in tot Laurentios quot ille ex ſe genitos reliquit heredes. Scis ipſe: qui optime noſti omnes: an vera prædicem: & quam minime degenerent ſinguli a tanto patre. Et quid quæſo deeſt Petro, primogenito eius filio: quin facile de illo ſperandũ ſit: æquaturum eum generoſitate & virtute gloriam patris. Sic enim a tenero egregiis moribus inſtitutus eſt: ac præclaris diſciplinis imbutus: ea viget prudentia, conſilio, ac etiam contra rationem ætatis rerum experientia: vt optime conſultum poſteritati per hanc eius ſucceſſionem dubitari non poſſit: ac pluribus in futurum ſæculis ꝓuiſum. Det illi Dominus diuturnioré vitam: vt quẽadmodum futurus expectatur ab omnibus, dignus ſemper appareat, Laurentii filius, Petri nepos, Coſmæ ꝓnepos. Bona arbor, bonos fructus facit. Et hic merito credendus eſt, nihil aliud per omnem vitam ſuam facturus: niſi quod viderit patrem facientem. Hac de filio ſpe ductus, quem ex parentis obitu concæptum mœrorem non lenias? Scripſi his diebus nobilitati eius conſolatoriã epiſtolam. Scripſi quoq; alterã tibi. Non ero modo prolixior: ne diffidere de animi tui conſtantia videar: ſi plura q̃ pro infirmitate fomenta, & medicamenta exhibuero. Commendabis me illius magnitudini: commendabis ordinẽ vniuerſum. Vale. Romæ. Die tertia Maii. Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi. XXXII.

q Vod raro ad me in Vrbem ſcripſeris, propter eas quas in mediũ adduxiſti rationes: non reiicio excuſationem tuam. Ex te tamen certior factus, omnes vos corpore bene valere: grate profecto accæpi. Spero autem, ꝙ & ſpiritu longe melius valeatis. Spiritu enim ambulatis: & deſyderia carnis nõ perficitis. Remoti eſtis a contemplatione illarum rerum: quibus facile mentis intentio a ſpiritualibus reuocatur. Toti ſi vultis in lectione eſtis: toti in oratione: toti in illius eſtis obſequio: quem noſſe, viuere: cui ſeruire, regnare eſt. Quas vero tibi innumerabiles ſuccurrere cogitationes ſignificas, timendæ non ſunt. Si enim bonæ ſunt: & eiuſmodi de qualibus ſcriptum eſt. Et eruditis interſum cogitationibus: Et alibi. Et cogitatio illorum apud altiſſimum: pro talibus lætare & gaude. Etiam procul accerſendæ ſunt: ne dum exanimo abigendæ. Sin autem malæ noxiæq;, nec voluntariæ: etiam propterea ne formides. Tentat te Deus: an diligas eũ. Si legitime certaueris: coronaberis vtiq; ab eo: qui diſcretor eſt cogitationum & intentionum cordis: Qui intelligit cogitationes tuas a longe: ſemitã tuam & funiculum tuũ inueſtigat. Peruerſæ quidem cogitationes ſeparant a Deo: & abominatio domini cogitationes malæ. Hoc nulli dubium. Sed ſi eis adhibeatur cõſenſus: Si non reluctamur earũ importunitati: Si non dolenter eas admittimus. Huic infirmitati (quod te minime latere ſcio) vtiliſſimum ac præſentiſſimum remediũ duco: aſſiduam crucis Chriſti meditationem. Quod Petrus innuere videtur: cũ dicit. Chriſto igitur paſſo in carne: & vos eadẽ cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſiit a peccatis: vt non iam deſyderiis hominũ, ſed voluntati Dei, quod reliquũ eſt in carne viuat tẽporis. Tu quoq; hac armare cogitatione. Saluta Familiã nomine meo: &

vt pro noſtro reditu,qui adhuc nobis incertus eſt, orent:hortare. Vale.Romæ. Die.iiii.Maii.Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi.XXXIII.

a Vdiui a familiaribus colēdiſſimi Cardinalis Florentini : profecturum illum Roma quintadecima huius menſis die:Si ſic futurum eſt:ero nimirum contentus valde:vt poſt tot menſium interuallum redeā tandem ad vos.Nondum elapſum eſt anni dimidium:exquo a vobis diſceſſimus: & videor profecto annum integrum exceſſiſſe. Reducat nos dominus incolumes ſua pietate per interceſſionem veſtram.Sit curia illorum:qui ea oblectantur:qui potentium familiaritate congaudent:qui gradum ſibi facere appetunt ad maiora.Mihi detur ſolitaria illa atq; vmbratili vita quieſcere:vobiſcunq; in ſyluis ac nemoribus verſari.Sit mihi pro hac vrbana frequentia,multitudo illa quercuum atq; abietum:& pro hoc continuo ſtrepitu diſcurrentium hominum ac iumentorum,gratus ille fluuiorum noſtrorum defluxus:raucum per lenia murmur ſaxa ciens:ac ſuauis auicularum,hincinde volitantium cantus:referens nobis paradiſum Domini.Expetere,mihi crede,illas ſolitudinis delitias & voluptates nemo magis poteſt:quam qui in hac vrbe diutius fuerit immoratus.Seruire hic q̄plurimos video miſerabilem ſeruitutem : qui non contenti eo gradu ,quo poſiti ſunt:ad altiora ſemper nituntur : & hac ambitione ſitiq; tum dignitatum honoriſq;, tum opum atq; diuitiarum,ad vltimam vſq; deueniunt ſenectutem.Relicta mercenariis eccleſiarum ſuarum cura : immo tradita adulteris ſponſarum cuſtodia,curiam ſequuntur:& conſtituti in caput gentium vt illis præſint:conuerſi in caudam ſeſe ſponte ſubiiciunt.Non aduertunt hi:quid Paulus moneat.Seruus vocatus es:non ſit tibi curæ : ſed ſi potes liber fieri,magis vtere . De cumulandis diuitiis augendiſq; redditibus frequens eſt inter eos ſermo:nec vllus eſt finis theſaurorum ipſorum.Verum hæc obmittamus.Viderint ipſi:quorum intereſt.Expectatur hic ad dies paucos ferrum lanceæ:quo tranſfixum fuit in cruce latus redemptoris noſtri . Mittit illud dono ſummo Pontifici magnus Turcus:& iam Anchonam perlatum dicitur . Excipietur (vt audio) ſingulari veneratione. Dux Ferrarie adhuc non diſceſſit Roma:qui ante Dominicum palmarum diem huc venit. Saluta Familiam omnē ex me.Vale.Romæ.Die.v.Maii.Mcccclxxxxii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXXIIII.

h Eri veſperi egreſſus de palatio Reuerendiſſimi Cardinalis Florentini cum aliquot ex noſtris:oblata occaſione cœpi continuo cum eiſdem de te verba facere . Protractus eſt ſermo atq; continuatus : donec ad diuerſorium noſtrum perueniremus . Ingredienti domum,adhuc mihi eras in ore:& ecce vnus de familiaribus reddidit mihi litteras tuas : quæ me abſente allatæ fuerant.Et lætatus ſimul ſum,& admiratus. Tanquam enim me audiſſes loquētem,præſto fuiſſe viſus es:vt tecum de te diutius ac ſuauius confabularer. Huius rei teſtis tibi optimus eſſe poterit Prior montis Crucum:qui hanc ad te epiſtolam meam delaturus eſt.Aderat nanq; & ipſe nobiſcū : & miratus eſt mecū factū:tāq̄ factū fuiſſet de īduſtria.Quæ ſcripſiſti de Cardinali Medice colēdiſſimo:& grauiter & vere ſcripſiſti.Riſum videlicet dolore miſceri:& extrema gau

dii luctum

dii luctum occupare. Iunior adeptus eſt Cardinalatus inſignia. Magna vt ſit põpa Romæ exceptus eſt a Pontifice, a Cardinalibus, ab vniuerſa curia. æiſitauerunt eum domi ſinguli Cardinales: prælati omnes: oratores omnes: congratulati de promotione. Et (quod haud parum mireris) quo die nouiſſimus Cardinalium ad eum viſitãdum venerat: nocte in ſequenti allatus eſt ei funeſtiſſimus nuntius de parentis obitu. Poſtera die cœperunt iidem ipſi Cardinales, qui paulo ante congratulatum ierant de adepta galeri dignitate, redire ad condolendũ de intempeſtiua atq; inexpectata conſecuta orbitate. Fragilis nimirum, & inſtabilis noſtra conditio: nihilq; ſub ſole firmum. Quãcito apparuit, verum eſſe: Tempus ridendi, Tempus flendi. Ridebãt omnia: lætitiam, & exultationẽ præſeferebant. Familia induta purpura & ſerico: Domus omnis auleis & tapetibus operta, & circũornata vt ſimilitudo templi. Et ecce cõtinuo facta mutatio dexteræ Excelſi. Ploratus & vlulatus multus. Vbiq; gemitus: vbiq; mœror & triſtitia. Parietes nudati, ac nigræ veſtes diem Sãctum paraſceuen præpropere aduenisſe monſtrabant. Audiſſes nunc hos nunc illos lamentantes. Verſa eſt, aiebant, in luctum cythara noſtra: & canticum noſtrum in vocem flentium. Cecidit corona capitis noſtri: ſpes omnis noſtra interiit. Et vere quantum ego percipere potui, tum ex cõgreſſu quotidiano, tum ex relatione multorum familiarium: tulit æquiore animo Cardinalis mortem patris, q̃ multi ex familia: adeo vt enituerit in primis adoleſcentis conſtantia. Rediturus Florentiam triduo poſt cum Reuerendiſſimo Cardinali, non ſinor ad te prolixius ſcribere. Habeo enim expedire nonnulla pro noſtra religione negocia: quæ me occupatum nimis detinent. Quod pro me ores, nihil dubito. Paria & ego tecum facio: non quidem merito, ſed ſtudio. Reformandis virginum monaſteriis apposuiſti manus. Apponat tecum & ſuas Dominus. Eſt enim res indigens potiſſimum auxilio Dei. Quãtum difficultatis in ſe habeat: ſatis mihi expertus videor: ita vt veriſſime ſcriptum putem. Breuis eſt omnis malitia, ſuper malitiam mulierum. Hebræum abs te baptizatum, lætus accæpi. De propinquis eius fias, vtinã ꝓpe diem compos Voti tui. Vale. Romæ. Die. vii. Maii. Mcccclxxxxii.

Vgolino Verino Florentino. XXXV.

e Xcuſationem tuam, ꝙ tardius ad me ſcripſeris: facile admitto. Neq; enim me præterit: (vt alia tua domeſtica obmittam negocia) q̃ ſis occupatus in abſoluendo nouo poemate de Maumetanæ Bethidos expugnatione. Inſtas operi perficiẽdo ea potiſſimum quam prudentiſſime adducis ratione: ne dilatũ nimiũ gratiã exuat nouitatis. Quod & ego quoq; admodũ ꝓbo. Et ita præterea ſentio: haud ſecus cupidos eſſe ſcriptores videndi finẽ operum ſuoꝝ, vltimãq; illis imponẽdi manũ: q̃ cupiant nautæ, qui diutius domo abfuerint, poſt emenſam longam nauigationẽ portũ ingredi. Huc accedit: ꝙ ſiquid in me peccaſti tarditate ſcribendi: ac longiore q̃ pro amicitiæ officio intermiſſione: promptus ac facilis tibi veniam do: vt & ego viciſſim abs te eandẽ ob culpam in te admiſſam veniam merear. Vulgo enim dicitur. Qui miſericordiam facit: miſericordiã expectat. Petrũ Rodolfum quẽ mihi cõmẽdaſti, vt filiũ diligo: idq; non tam quia Nicolai filius Laurentiiq; Medicis genet ſit: q̃ ꝙ tuo

teſtimonio iuuenis ſit eruditus,& eloquẽs.Quod facile adducor vt eredã:cũ te
habuerit præceptorem inſtitutoreq;:qui doctrina & eloquẽtia forte noſtra æta
te nemini cedis.Non indigent qui huiuſmodi ſunt apud me commendatione:
ad quos complectendos vltro allicior.Et quoniam vacare illum philoſophiæ
ſcribis:vt alteram eius partẽ,moralem inquam,cum ſit vtilior,ſtudioſius per/
ſequatur ſuadeo:neq; illi tantũ incumbat:in qua ſola eſt oblectatio. Si forte gra
dum ſibi per eam faciat ad maiora:transferatq; ſe aliquando ad chriſtianã phi/
loſophiam:quod vtiq; ſuauiſſimum eſt animæ pabulum.Scribam ei vt horta/
ris:vtq; ipſum cupere ſignificas:vbi ſe mihi aliqua ſcribendi grata,& rationabi
lis obtulerit occaſio.Quod autẽ ætatis ratio receptui te canere ſuadeat : in hoc
minime tecum ſentio.Licet enim adoleſcens dici amplius non poſſis:non ta/
mẽ adhuc ſenex es,& grandæuus,ac plenus dierum.Nondum tibi a mento pẽ
dent palearia.Nõdum adeo ætate proceſſiſti:cum ſis modo quinquagenarius:
vt emeritus cenſeri merearis.Quod ſi fores etiam lõge etiam prouectior:nun/
quid propterea a ſcribendo merito immunis eſſe deberes?Nonne Sophoclæs
ad ſummam ſenectutem tragœdias cõpoſuit?Nonne Homerus Socrates Gor
gias,nonne philoſophorum complures,præclara ingenii ſui monumẽta in ex/
trema ſenectute ædiderunt?Nonne quartum & octogeſimum agenti annũ Ca/
toni ſeptimus originum liber erat in manibus?Nõne eius ætatis orationes cõ
ficiebat?Ius augurum Pontificum ciuile tractabat?Omnia antiquitatis monu/
menta colligebat:amicis aderat:veniebat in ſenatum frequẽs:& reliqua facie/
bat:quæ de illo Cicero enumerat?Ingenii non corporis hæc deſyderant vires.
Tu vero vtroq; robuſtus,& acer non modo expectare non debes,vt tibi cana/
tur receptui:verum potius exiſtimare,ineũdam tibi modo eſſe pugnam:ſumẽ/
dos dictandi recẽtes labores:vt aliquid ædas dignum te,dignum tua ætate,di
gnum amicorum de te expectatione.Minaris te,niſi reſpõdero properaturum
ad me.Ego vero pene in eo fui:vt nihil reſcriberem:ne forte moratura ſit tẽ vẽ
turum epiſtola mea:vt vel iratus & indignans ad nos te cõferres.Venies itaq;,
ſi mihi obſequi cupis:nam expectatus venies.Quod me beatum appellas:mul
taq; paruitati meæ ſupra merita tribuis:ad ea, vbi huc acceſſeris , reſpondebo.
Habendam nunc rationem puto,præter occupationes varias,ĩmodici æſtus:
qui haud parũ,q̃tum ego experior,auocat auertitq; animũ a ſcribẽdo. Vale.Ex
Fonte bono.Die.x.Iulii.Mcccclxxxxii. Bernardino Priori Clauſtrali.XXXVI.

e Xperimur quotidie:quam ſint fallaces ſpes noſtræ:quam inanes co/
gitatiões.Et merito quidẽ. Nõ enim cogitationes meæ,cogitationes
veſtræ:dicit Dominus.Animaduerti ego vt plurimum in rebus meis:
læta principia triſtes exitus habuiſſe.Extrema nanq; gaudii,luctus occupat. Si/
cut e diuerſo ſæpius accidit mihi:vt extrema luctus excæperit gaudium . Præ/
cedunt ieiunia feſtos dies,quia nimirum ſecundũ multitudinem doloꝝ meorũ
in corde meo,cõſolationes tuæ lætificauerunt animam meã.Videbamur nobis
paruo momẽto effecti beatiſſimi:adeptiq; in honorẽ religionis nr̃æ,decus inſi
gne.Et q̃tum res in cõtrariũ reciderit:malo ab aliis,q̃ a me ſignificari tibi.Qui
ꝑ totã vrbẽ ferantur rumores:imo q̃ paſſim ab oibus in faciẽ obiiciatur nobis,
quod

quod factum eſt:aut ſi non eſt factum,pro facto tamen certiſſime omnes opinãtur:ſileo. Dehoneſtata eſt hominis ſanctitas,per vnius,aut alterius corruptam mentem:& in tanta re tales ei ſocii dati ſunt:qui non ſolum huic vrbi, verum etiam vniuerſæ chriſtianæ rei publicæ,ſcandalum pepererunt. Non ſcribo tibi apertius:quia non ſunt hæc litteris commendanda.Et ego certe adeo amaritudine repletus ſum:vt vix ſim compos mei.Quacunq; iter facimus:digito mõſtramur: ſubſanamur:illudimur: adeo,vt ſi cõmode poſſem,continuo me hinc proripere in ſolitudinem.Quis vnq̃ crediddiſſet:vt tam cito illuſtratus hic candor noſter,tantam contraxiſſet maculam,aliena culpa?Vnius,aut duorum crimen multis impingitur:nec vacare poteſt etiam vir innocentiſſimus,atq; integerrimus ob maloꝝ cõtuberniũ infamia & nota:q culpa vacat. Sed malos male perdet Dominus:& tanti reatus autores,condigna (vti ſibi perſuadent oẽs) pœna mulctabit.Non reſpondeo aliud litteris tuis,vana lætitia plenis.Hæc tibi modo ſufficiant.Vale.Romæ.Die.xvi.Auguſti.Mcccclxxxxii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXXVII.

a Nteq̃ Camadulo diſcederem:vt venienti Romam Reuerendiſſimo D.Cardinali noſtro Patriarchæ Venetiarum in itinere occurrerem: ipſũq; in vrbem deducerem:ſicut eius nomine per litteras monitus fueram:acceperam pauloante epiſtolam tuam.Scripturus ad te de die in diem, hucuſq; diſtuli:tum variis occupationibus diſtractus,tum certiorem præſtolatus nuncium.Non reſpondebo modo litteris illis:vt pote & vetuſtioribus, & quæ de Cardinale Florentino mentionem faciant:de quo ſatis ſcriptum vltro,citroq; ſit.Hoc tãtum dixerim:q; haud minus ego videre te & alloqui cupio,q̃ tu me: quemadmodum plenius litteris ſignificaſti.Sunt,qui putant:rediturum Venetias Reuerendiſſimum Cardinalem Venetum: q̃uis adhuc minime cõſtituerit. Si hoc fecerit:potero hac occaſione inuiſere dignationem tuam:quod erit mihi ſupra modum gratum.Interea hic ero:Vbi cogor romano viuere more.Per ſoluto quotidiano diuini officii debito:ac ſumpto cibo:vix aliud mihi ageř nõ licet: q̃ & conuenire Cardinalẽ:& equitare cum illo. Quem morem quotidie bis ſeruo.Si quid ocii aliquando furatus fuero:id totum conſumitur aut in viſitandis aliis Cardinalibus,præſertim quibuſdam:qui noſtræ religionis patroni ac defenſores ſunt:aut in expediendis noſtri ordinis negociis. Reminiſcor ſæpius gratiſſimæ noſtræ ſolitudinis,& eremiticæ tranquillitatis. Succurrit mihi cœli illius temperies:quam dum confero cum hoc vrbano æſtu:deſyderio ipſius afficior plurimum.Habeo domum in via: quæ Pontificis dicitur: quæ die noctuq; diſcurrentium hominum atq; iumentorum tumultu continuo frequentatur.Nihil certe contrarium magis & naturæ,& inſtitutioni meæ.Niſi cognoſcerem natum me eſſe ad laborem:impatientius ferrem hanc vrbanam, & romanam præſertim commorationem.Sed quando huiuſmodi peregrinatiões, non mea ſponte,ſed alieno coactus imperio ſuſcipio:nõ me ſinat Dominus humanis ſubiacere periculis:dum obedientiæ bono repugnare mihi non licet:dũ maiorum meorum pareo voluntati.Si gloriari nõ poſſum cum apoſtolo ob nõ adeptum lucrum:in itineribus ſæpe:triſtari etiam nollem, q; iacturã feciſſem:

De electione noui Pontificis: & qualiter fuerit celebrata: nihil ſcribo: quoniam omnia tibi eſſe nota arbitror. Factũ eſt, ſicut Domino placuit. Orandus eſt ipſe: vt talem nobis paſtorem dederit, quẽ diu optauimus: cui magis curæ ſit oues paſcere, q̃ earum lacte veſci, & lana operiri. Qui iuxta Pontificem alium; non dominetur in clero: ſed forma fiat gregis: vt non dominetur eius omnis iniuſtitia. Vale. Romæ. Die. xxiiii. Auguſti. Mcccclxxxxii.

Bernardino Priori Clauſtrali. XXXVIII.

S I tibi Seriatim referre ac perſcribere voluero: qua heri celebritate, honorificentia, pompa, Summus fuerit Pontifex coronatus: non ſufficiet dies. Pulchrum ſane ſpectaculũ: & viſu delectabile: neq; penitus infructuoſum: ſi ad ſpiritum, quæ temporalia ſunt referas. Varius enim diſtinctarum perſonarum & dignitatum ornatus, ordo inceſſus: ſupernorum ciuium atq; beatorum multas & diuerſas referebat mihi mãſiones: & eccleſiæ iſtius militantis decor, ad conſyderandum triumphantis eccleſiæ ſtatum ac ſplendorem, animum ſæpius euocabat. Effuſa erat per totam vrbem turba multa virorum, ac mulierũ, in itinere atq; e feneſtris ſpectantium: donec a Sancto Petro, poſt celebratam ab ipſo Pontifice miſſam Spiritus ſancti, ad lateranum peruenimus. Via omnis per quã equitauimus, pannis erat contecta, ac variis triumphorum Similitudinibus ornata: pendentibus vtrinq; ad parietes ædium auleis ac tapetibus: appenſo pluribus in locis ac depicto Pontificis ſigno; diſtichis epigrãmatibuſq; variis inſcripto. E quibus hoc vnum accipe: quod iter faciens, per lectum edidici: quodq; a multis grauibus viris haud multum commendari audiui. Cæſare magna fuit: nunc Roma eſt maxima: Sextus regnat Alexander: ille vir: iſte Deus. Reuocauit vero me ad conſyderãdam humanæ conditionis infirmitatẽ, & ad contemnendam terrenæ poteſtatis & amplitudinis gloriam: quod inter has ſupræmi culminis delitias, in templo lateranẽſe, me præſente ac proprius exiſtente, atq; intuente cum aliis prælatis, Pontifici accidit. Quod vtrum prolixioribus cerimoniis fatigato apud Sanctum Petrũ, ac de via feſſo: vtpote qui cum mitra, quod regnum vocant, ac ſacerdotalibus indutus, ad lateranum feruente deſuper ſole iter habuit, ſic illi euenerit neſcio. Expectantibus eum nobis in templo, ingreſſus eſt tandem, laſſus admodũ & exæſtuans. Ad altare primũ, cui ſuppoſita ſunt capita apoſtolorum flexis genibus orauit: poſſeſſioneq; loci de more accæpta, populum benedixit. Inde ad altare maius templi in Sancta Sanctorum, Vbi ſella repoſita erat eminentiori loco, ſeſe recæpit: vt ibi a Canonicis & ſacerdotibus lateranenſibus ſibi obedientia exhiberetur. Aegre aſcendẽtem gradus, hincinde duo Cardinales diaconi adiuuabant. Conuerſus ad populum Pontifex, Vbi reſedit: immo vbi viribus deſtitutus, ſuper ſellam concidit: continuo ſuper collum Cardinalis Sãcti Georgii reclinauit caput. Syncopi correptum dicunt. Sic exanimatus tandiu immobilis manſit: donec allata aqua cõſperſus faciem ſpiritum recæpit. Et tanti faciunt iſti Pontificatum: qui tanti cõſtat: tanto periculo comparatur. Quid ei profuerint tot armatorum acies: per vrbem totam ad cuſtodiã eius diſpoſitæ? Velit modo Dominus: & facile quid poſſit oſtendit. Dum hæc ſcribo: vrget tabellarius, vt ſibi dem litteras. Quam-

obrem

obrem reſpondere nõ poſſum modo binis litteris tuis:quas nudius tertius ac/cæpi:& has ad te imperfectas mitto. Vale. Romæ.Die.xxvii.Auguſti. Mcccc/lxxxxii.

Bernardino Priori.Clauſtrali.XXXIX.

v T de noſtro itinere certior fias:paucis ſignificabo,quid per hos quin/ꝗ dies,ex quo mouimus ex vrbe,acciderit nobis.Octauo idus Septẽbris ſummo mane profectus eſt Roma colẽdiſſimus Cardinalis noſter cum fa/milia omni.Deduxit eum ad duo milia paſſuum Orator Illuſtriſſimi Dominii noſtri cum protonotario Grimano. Quibus inuicem vale dicentibus:ſuper/uenit Priuolus noſter protonotarius & ipſe.Dimiſſis omnibus ad pontẽ Emi/lium:cœptum iter agere peregimus. Equitauit Cardinalis ad quinꝗ miliaria. Reliquum itineris diei eiuſdem ſella vectus eſt.Et vt minutius cõſcribam oĩa: anteq̃ iumenta conſcẽderemus Romæ:hauſerat ſenior ouum ſorbile recens,ac parum vini:vt facilius perferret laborem itineris.Ad caſtrum nouum pranſus meridie,vbi pauxillulum quieuit,inde veſperi Arrignanum peruenit. Ibi non dum bene digeſto prandii cibo cum lectum magis quã menſam cuperet:neꝗ carnibus,neque ouis in cena veſci voluit.Modicum tantum panis & vuæ ſum/pſit primis iam tenebris:& ſecunda hora noctis completo diuino officio quie ti corpuſculum dedit.Sperantes autem nos ipſum facile ſomno corripiẽdum, vtpote de via feſſum:vbi ſurreximus,parum illũ dormiſſe cognouimus: quar/toꝗ ea nocte e lectulo ſeſe ad latrinas recæpiſſe. Condixerant autem veſperi ii, quorum ductu iter faciebat:vt ad euitandos æſtus diei,duabus ante lucem ho/ris ipſe cum familia iumẽta conſcenderet. Quod tempeſtiuius etiam factũ eſt, inuitante illos lunæ ipſius lumine,quæ pernox erat. Minus vero experti rerum huiuſmodi:quorum ſe fidei curæꝗ optimus iſte Dominus crediderat: præmi/ſerant ſellam cum iumẽtis onerariis:vt poſtq̃ illuxiſſet dies,more ſolito depor taretur:ne frãgeretur nimium,ſi diutius equitaſſet. Vbi ſurrexit aurora: expetiit Cardinalis ſellam conclamantibus plurimis,vt ea adduceretur,quam opinabã tur eſſe in comitatu:nuſq̃ reperta eſt.Feſſus longa equitatione: excitante illum etiam ventris profluuio:ſedit in terra aliquantulum:donec perquireretur ſella cum vectoribus.Demum vbi percepit alia delatam fuiſſe via:coactus eſt ſenex iterum mulam conſcendere:ſuper quam ægerrime licet equitauit vſꝗ ad traie ctum Thyberis.Expectauit ibidem apud hoſpitium lectulo iacens per duas ho ras:donec tandem allata eſt ſella geſtatoria.Inde tranſmiſſo flumine,ad proxi/mum opidum,quod ſex milibus paſſuũ diſtat,peruenimus: & eo certe animo, vt prãſi Narniam peteremus.Cæterum cum debilior videretur Cardinalis tum diſenteria tum agitatiõe longioris viæ:quã vt equitare eo die vlterius poſſet: placuit ſuis ne inde moueremus:ne malum malo adderetur?Quod conſilium plurimum comprobaui.Sequẽti die,quo natalis Virginis Mariæ nobis illuxit: Narniam mane peruenimus:quo non iumento, ſed ſella tantum ob imbecil/litatem corporis ſenex delatus eſt.Ibi ante meridiem ſumpto cibo, medicum me hortante accerſiuit. Iuſſit ille continuo parari nõ nulla,quæ minime impro bauimus:& precipue cataplaſma ſuper ſtomachũ ad retinendum cibum. Si qui dem bis eodem die illum reddidiſſet.Veſperi Interamnam applicuimus. Vbi

creſcente indies lienterica infirmitate,coactus eſt in hoſpitio ad hãcuſq; diem requieſcere:duobus illum medicis quotidie viſitantibus:ac diligentiſſime curationi eius inſiſtentibus.Hactenus Fluxus minime ſiſtitur.Quin hoc biduo quadragies,& eo amplius latrinæ inſedit.Cibum tamen retinet:& ne minimũ quidem febrit.Colore eſt viuido,ac rubente facie:macilentiore tamen.Iacet ſine intermiſſione:vtpote inualidus ob frequentem fluxum. Medici bono animo iubent nos eſſe:indigere illum potiſſimum quiete & ſomno:breuiq; fore incolumem aſſerentes.Familia omnis mœrens ac triſtis,& imprimis propinqui eius plurimum illi timent:& infirmitatis,& ætatis habentes ratiõem.Ego vero niſi aliud ſuperuenerit quod fluxum grauet:euaſurum illum ſpero.Placuit tamẽ nobis rei ſeriem tibi notam facere:vt pro fœlici tum ipſius tum omnium noſtrũ reditu,& tu & cæteri orationes fundatis.Non deſeram illum vllo pacto:donec penitus conualuerit.Quod vtinã breui largiatur nobis Dominus ſua pietate. Vere ſanctus eſt vir: & tantam præſefert in aduerſa valitudine patientiam: vt mirari ſatis non valeam.Vnus atq; idẽ videtur ſemper:& nihil expectare aliud nihil magis expetere:q̃ tranſire ad immortalitatem. Vale. Ex Interamna. Die x.Septembris.Mcccclxxxxii.

Bernardino Priori Clauſtrali.XL.

h Ei vereor: ne,priuſq̃ hæ tibi redditæ fuerint litteræ, lumen noſtrum extinguatur.Scripſi tibi nudius tertius:quomodo ſe haberet Cardinalis noſter:& quæ de futura ipſius ſalute,relicta eſſet nobis ſpes. Nunc vero euidentius aliquid tibi ſignifico:& certe triſtis ac mœrens.Ad hãc vſq; horam medici nullum imminere periculum conteſtati ſunt: ſiue q; noluerint contriſtare nos:ſiue q; fluxum ſine febre ſalubrem dicerent.Nunc autem & debiliorem ſolito effectum:& vexatum febricula ipſum aſſerentes:parum ei vitæ ſuper futurum diiudicãt.Diuina ſane ope & auxilio tantum indiget:qui prorogare ſolus illi diuturniorem vitam poteſt:& ab omni liberare infirmitate. Siſti hactenus profluuium non modo nullis remediis potuit:verum die noctuq; in horas magis creſcit:& materia corruptior,mixtaq; ſanguine atq; abundantior egeritur. Cæterum credi non poſſet:quanta cõſtantia ægritudinem ferat.Petiit ipſe ſpõte confiteri: atq; in craſtinum euchariſtiam ſumpturus eſt.Si placuerit,inquit, Domino:vt hinc decedam:libenter demigrabo. Dignetur me modo in pace ſuſcipere.Remotus eſt penitus ab omni terrenarum rerum cogitatione:animo tantum cœlo intentus.Ex ore eius ne verbum quidem ocioſum prodit: huius mundi oblectamenta prorſus abhorret. Eius exitus,quãdocunq; erit futurus,talis ab omnibus expectatur:qui ſanctiſſimæ vitæ eius meritiſq; reſpondeat. Vale.Ex Interamna.Die.xii.Septembris.Mcccclxxxxii.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum.XLI.

t Riſtis ac mœrens ſcribo dignationi tuæ.Profectus Roma colendiſſimus Cardinalis noſter Patriarcha octauo idus Septembris: ſequenti die fluxu epatico laborare cœpit.Tertio poſt die egerrime licet,Interamnã oppidum delatus eſt:Vbi ad hanc vſq; diem lectulo iacet.Viſitarunt illum medici tres,& quidem haud imperiti:qui bono eſſe nos animo per hos dies iuſſerunt. Heri tantum ſuperueniente febricula,de ſalute ipſius deſperare cœperũt. Hodie vero

die vero poſt meridiem viſi tato infirmo, tactoq́ pulſu monuerunt nos: ipſum vſq́ in craſtinum vix ſuperuicturum. Viſum eſt mihi haud indecens, huius rei certiorem facere magnitudinem tuã. Nos hic præſtolabimur euẽtum rei Dñs autem: qui mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit: præter mortaliũ ſpem ſua pietate iacentem ſeniorem erigat: & cõualeſcere ſua gratia permittat. Vnum eſt quod nos plurimum recreat & reficit. Heri confeſſus diligentiſſime: hodie ſingulari deuotione euchariſtiam percæpit. Et ſicut hactenus ſancte ac innocenter vixit: ita ægrotans nihil aliud curaſſe videtur: niſi vt ſumpto ſacroſancto viatico, atq́ eccleſiaſticis ſacramentis munitus: ex hac lachrymarum valle demigraret. Vale. Ex Interamna. Die. xiii. Septembris. Mccccixxxxii.

Bernardino Priori Clauſtrali. XLII.

d Eceſſit Paſtor noſter hoc eodem momento: quo tibi ſcribo in præſentia: ſecunda videlicet & vigeſima hora diei: quo exaltatio Sancte Crucis percelebratur. Deceſſit autem non ſecus, ac vixit: tanta ſane animi intentiõe in Deum: vt nihil magis deſyderaſſe illum crederes. Moriatur vtinam, quãdo cunq́ Deo placuerit, anima mea morte huius iuſti: fiantq́ nouiſſima mea eius ſimilia. Ad vltimum vſq́ ſpiritum ſenſu optimo viguit. Nudius tertius confeſſus eſt. Heri de manibus meis, percelebrata in cubiculo eius miſſa, corpus Dominicum accæpit. Hodie extrema vnctione munitus: compluribus diuerſi ordinis religioſis lectulum circunſiſtentibus, ac pro ipſius exitu nobiſcum depræcantibus, dormiuit in pace. Orabitis pro communi parente: & pro vnico vitæ regularis exemplo. Vale. Ex Interamna. Die. xiiii. Septembris. Mccccixxxxii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXIII.

a Go gratias dignationi tuæ: ꝙ ſicut petieram, litteras tuas paulopoſt reditum meum apud Sanctum Michaelem offendi. Quod reſpondere mihi coram maluiſſes ob multa, quæ ſcribi ſatis commode nequeunt: ſi placuerit Deo, in hoc ego tibi viciſſim obſequar, & quidem haud inuitus. Nam re vera neſcio: an alia de cauſa libentius in patriam veniam: q̃ vt ea occaſione aliquãtiſper tecum ſim: cui ſupra modum debeo: quia abs te ſine modo diligor. Cardinalis noſter ita profecto mortuus eſt: vt vereri non poſſis, traſlatum illũ fuiſſe ad immortalitatem. Interfui omnibus. Male nimirum mori non potuit: cuius mortem vita immaculata, vita Sancta præceſſit. De fugæ deſiderio in ſolitudinem, nihil minus dubites. Nam quo frequẽtius ea mihi quies intercipitur: quo diutius meus in illam reditus prorogatur: eo maiore peregrinatiõis tedio afficior. Memor tamẽ illius, qui de ſeipſo dixit: In itineribus ſæpe: æquiore animo fero, quæ mihi eueniunt. Verba prophetæ quæ adduxiſti, ob nouã Pontificis electionem: Foderunt ante faciam meam foueam: & inciderũt in eam: Nõ ſine aliqua mea interpratatione perlegi: q̃uis dubitare videaris: ne quo tendãt intellecturus ſim. Vbi tecum adero: ſenſum meũ aperiam. Eſt enim & hoc vnũ ex iis: quod honeſtius, ac tutius ſermone q̃ ſtilo ſit conferendũ. Quas tam pro eligendo q̃ pro electo Pontifice orationes fudiſti: atq́ ab aliis fundi iuſſiſti: non poſſunt non commendari. Cupio ſicut illas exhibuiſti ex animo, ita ſalutarem conſequantur effectum: vt verbo & exemplo quibus preeſt proficiat: & ad vitã

vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Obiiſſe Romæ ob itineris incommoda vnum ex tuis: duos infirmari adhuc: haud multum miror: quádo ego de via feſſus, Vbi in vrbem applicui, per triduum accerſito medico, & carnibus veſci, & lectulo iacere coactus ſum: Quem ſcribis nó eſſe tuum: rogatus ab eo tanq̃ tuo commendaui tibi. Si non eſt eiuſmodi: quem aut abs te, aut a vicario tuo, cuius ipſum eſſe affirmas, tanq̃ alterum Oneſimum cenſeas admittédum reiiciatur. Rediiſſe iumenta tua defatigata: ſatis credo: & ſi id aliquorum culpa: quorum potiſſimum neſcio. Quando tamen reditura nequaq̃ ſperaſti: condonata illa tibi fuiſſe exiſtima. Et vulgo dicitur. Equo donato in os ne reſpitias. Vtilius nobis foret, ſi requiſiti noſtris ſumptibus conductitia iumenta commodaremus, quã noſtra. Quod experimento ſæpius didici. Priorem Sancti Ioannis admonebo: vt phaleras & inſtratorium mulæ tuæ Angelo fratri dari iubeat. De medicis ad quos mendicorũ alludis vocabulo, nihil neq; pro eis, neq; contra eos dico: præter hoc tantum: quod in ſui excuſationẽ non ſemel ab eis audiui: q̃ in ſene ac pleno dierum difficilior ſemper eſſet curatio. Si quidẽ pannum vetuſtum puncta non retinere. Satis tamen meo iudicio diligentiæ adhibuerunt. Clymachum ab Ambroſio olim generali patre noſtri ordinis e greco latinum factum quem petiſti: mecum feram. Neſcio tamen: an penitus tibi ſatiſfacturus ſit: cum mendoſior videat᷑ tranſcriptoris culpa. Quod ſi tardiuſcule forte venturus ero ad te: præmittendum tibi librum curabo. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxvi. Septembris. Mcccclxxxxii.

Ioanni Maiori Eremi. XLIIII.

b Ene & vtiliter conſuluiſti tibi: vt ingreſſurum mare exoraueris me: ne mecum Venetias nauigares. Præuidiſſe videris futuram tempeſtatẽ. Licet enim ea die, qua inuicem digreſſi ſumus, cum poſt meridiem ego nauiculam tu mulam cóſcendimus: ex portu Piſauri Arriminum proſpera nauigatione peruenerimus: ac ſequenti die Arrimino ſoluentes portum Rauennæ ſatis tranquillo mari tenuerimus: non ita tamen die tertia nobiſcum actum eſt. Diuerteramus Veſperi ad Monaſterium Canonicorum regularium Sanctæ Mariæ in portu. Vbi benigne accæpti: elatum de naui funus Reuerendiſſimi Cardinalis noſtri in templum deportari iuſſimus. Mane ſummo miſſis in honorem Sancti Matthæi, cuius natalis ſolẽnis agebatur dies, a nobis percelebrata: tandiu diſtulimus regredi ad mare: donec a conuentu illo Canonicorum, miſſarũ ſolẽniis pro defuncto decantatis: ab eiſdem etiam cadauer nó ſine decenti exequiarum pompa, ad cymbam relatum eſt. Aderant ibi præter noſtras tres conplures nauiculæ, ad ſoluendum paratæ: niſi turbatius prohibuiſſet mare, Deterrebant nos omnes marittimæ rei gnari: & in primis patres illi: ſuadentes ne inde moueremus. Imminere ſi quidem nobis pæriculũ: Si credidiſſemus nos mari. Tádem placuit noſtris: vt timore poſthabito: cœptam nauigationẽ proſequeremur: impellente nos præſertim funere ipſo: quod octauo iã die capſula pice oblita, terra mariq; conuectum: vt Sepulchro obtegeretur neceſſario poſtulabat. Egreſſi in altum ſoli nos cũ nauiculis noſtris, nuſq̃ vidimus nauigiũ aliud. Ruebant ſi quidem vna eurus notuſq; vehementius: q̃ incontinenti exi/

ſtentes

ſtentes coniicere pauloante potueramus. Pœnitebat nos capti conſilii: vbi re/medium illius reuocandi nullum nobis relictum erat. Cogitabam ego præte/rea, deducere nos funus viri Sanctiſſimi: quod religioſum foret ac pium: dice/bamq;. Si iniquitates noſtras obſeruare decreueris Domine: obiicimus tibi in/tegerrimi Præſulis tui merita: cuius corpus, ex quo ſpiritum tibi apud Interam nam reddidit: cõtinuato atq; indefeſſo obſequio hucuſq; perduximus. Intume/ſcebat interea mare: & vndis altius inſurgentibus, atq; in nauigia irruentibus, iam iã obruendi videbamur. Adeo vero acriter ventus flabat: vt vltra quatuor decim paſſuum milia per ſingulas horas ſecuerimus mare: ac veſperi clodiam ieiuni, atq; afflicti pauore ac tempeſtate applicuerimus. Sequenti die veriti im/minentem procellam, de induſtria mare deuitauimus: ac malis nauium depo/ſitis, auctiſq; remigibus, magna comitante nos pluuia: per paludes ad Sancti ſpiritus monaſterium venimus. Diuertimus eo: tum vt commodius prandere mus: quibus locus potius q̃ cibus deerat: tum vt interea ceſſaret hymber. Sum pto cibo, adhuc deſuper cœlo ruente: inde profecti ad patriarchatus vſq; baſili cam nauigauimus: relictoq; ibidem Colendiſſimi patris Cadauere: conducta minori cymbula ad noſtrum Sãcti Michaelis cœnobium traiecimus. Excæpe/runt nos monachi omnes ſolita humanitate. Placuit nobis his diebus viſitare epiſcopum noſtrum Paduanum: a quo accæpti fuimus tãta humanitate: vt ma iore non potuerimus. Biduum Paduæ peregimus. Cum illo fuimus fere ſemp. Nullis ſuperuenĩẽtibus hoſpitibus etiam magnæ autoritatis viris, vnq̃ paſſus eſt: vt vel momento temporis a latere ſuo diuellerer. Inuitauit nos ad pranden dum ſecum, in ſequentem diẽ. Erat aũt futura quinta feria. Cũq; ſubuererer præ bere conſenſum ciboꝝ cauſa: futuros nos reſpondit bene concordes. Itaq; con tempto eſu carniũ, piſcibus nobiſcum veſci tantum voluit. Sponte ſua præte/rea diem vnum apud nos in Porciliæ monaſterio, vbi rediuimus ex Abbatia Carceꝝ, peregit. Venit enim ad nos ſummo mane: ac diſceſſit veſpi, Accæptus a nobis cibis carnalibus: qui tamen vitæ regulari cõueniebant. Pauit ipſe nos per diẽ totũ ſpiritualibus epulis. Vere magnus eſt vir: magnus inq̃ doctrina: magnus vitæ ĩtegritate. Fœlix chriſtiana res publica: ſi huiuſmodi præſules ſin gulis ciuitatibus præficiendi eſſent. Dici profecto tunc haud immerito poſſet. Qualis populus: ſic & ſacerdos. Vtiq; in bonum, & non in malum. Bene ſe ha/bere (venio nũc ad epiſtolam tuam) omnes in noſtra Eremo ſcribis. Et ego vt in melius proficiant, ſemper cupio. Inuideo ſane quieti ipſorum: hac fere iugi diſtractus peregrinatiõe. Circuiui terram: & perambulaui eam. Labor multus: fructus nullus. Det mihi Dominus orationibus veſtris: vt nõ multo poſt apud vos conquieſcam. Imaginor plerũq; noſtram illam Solitudinem: & quo inde abſum diutius: quo remotius per vrbes vagor: eo auidius illam mente præſu mo: atq; intentius expeto: vt ſolent humana ingenia vt plurimum niti in veti/tum: & difficilius experta carere voluptate, honeſta in primis & Sancta. Orabi tis igitur pro noſtro reditu ad vos: proq; noſtra pace & ſalute. Vale: & Eremi/tas omnes ſaluta meo nomine. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xviiii. Octo/bris. Mcccclxxxxii. Baſilio Abbati. XLV.

Viſſe hoc anno vites feraciores.adeo vt largiore vindemia vaſa no/
f ſtra omnia fuerint repleta:lætus accæpi:non tam quoniam ſicut ſcri/
ptum eſt vinum lætificat cor hominis:q̄ vt familiæ ac ſuperuenienti/
bus hoſpitibus:qui nunq̄ ibi deſunt:abundantius ſatiſfiat.Nihil vero iucūdius
didici:q̄ ꝙ diligēter cures:vt domus vineæ noſtræ in dies magis erigatur atq;
cōſurgat.Erit(vt ſpero) opus gratum omnibus:& cōmodum nobis. Velit Do
minus:vt breui perficiatur.Si recæpiſti in clauſtrum priorem Pratalis: pruden
ter feciſti.Leuior enim erit Suppriori ſarcina gubernandorum nouitiorum: &
quod alteri deerit,ab altero ſupplebitur.Aegre tuli mortem domni Alexii:quē
opto migraſſe ad Dominum.Obiit vt audiui,in beneficio extra ordinem : cui
præeſt Franciſcus monachus eius conterraneus.Vtinam coactus non fuerit de
ſyderare in ſua infirmitate:qui in iis quæ ad vtrūq; hominem ſpectant maiorē
ſui curā habuerint:neq; ſero ipſum pœnituerit,expertum ſe tandem fuiſſe: quā
to ſecurius viuatur in conuentu fratrum & in clauſtro monaſterii . De oratorio
quod extruxit,an annectendum ſit noſtræ Eremo:coram deliberabimus:& qđ
vtilius viſum fuerit fiet.Lucam Sāctini Saluta meo nomine:& gratias illi age
pro collato nobis beneficio.Liberauit enim me de ore leonis.Placuit mihi ad/
modum : ꝙ inieris cum eo ſocietatem gregum noſtrorum atq; armentorum.
Eſt enim fidelis domui noſtræ:nec poterit nō prodeſſe vt tibiq;,quod factū eſt.
quando alter alteri afficitur in veritate. Vale.Ex Sancto Michaele Murani. Die
xxi.Octobris.Mcccclxxxxii. Bernardino Priori Clauſtrali.XLVI.

v T noueris itineris noſtri ſeriem:conſcribā minutius quæ per.xii.dies
(tot.n.iter peregimus)acciderūt nobis.Scio.n.te hoc a nobis expecta
re:& ego in ſeceſſum vineæ noſtræ,quam Eremitarum vocant,vbi plurimum
ocii ſuppetit mihi : hodie me contuli. Qua igitur die profecti a vobis ſumus,
Patauium peruenimus.Et ecce paulopoſt ingrediuntur ad me duo ex conuer/
ſis noſtris Fontis boni cum faſce epiſtolarum:aduenitte iumēta noſtra ad cœ/
nobium Carcerum nunciantes.Haud multum vero hilares, immo ſubtriſtes
ac mœrentes eos contemplatus:ſalua ne eſſent omnia ſciſcitatus ſum . Sāctes,
inquiunt,conuerſus ſenior naturæ cōceſſit.Et(quod grauius ſibi viſum fuiſſet)
vna ex mulis,quam ducebamus ad Carceres,in itinere morbo repentino corre
pta interiit.Ea Rāpina dicebatur:cui & tu ſæpius inſediſti . Pro conuerſo nihil
dolui:non tam quia nonagenarius prope migrauit e vita:q̄ ꝙ ita ſemper vixe/
rit:vt ab omnibus exiſtimetur ad immortalitatem tranſlatus . Ego quidem ex
quo præeſſe Camaldulo cœpi:nunq̄ illum (miraberis quod dicturus ſum) ne
verbum ſane ocioſum proferentem audiui.Creditur ad vltimam vſq; ſenectu/
tem virgo perſeueraſſe:tanta nimirum pietate religione modeſtia patientia hu
militate præditus:vt nunq̄ de homine familia omnis mecum non optime ſen
ſerit.Pro iumento longe minus dolendum duxi:cum mihi cōmodatū,nō meū
extitiſſet.Meæ,inquit Dominus,ſunt omnes feræ ſyluarum:iumenta in monti
bus & boues.Dolendum vero plurimum iudicaui:vbi cōperi monachum,pro
pter quem mulam adduci mandaueram,obſtinato animo ad laxiorem vitam
ſeſe recepiſſe.Portendiſſe mihi videtur huius in anima mortem paulopoſt fu/
turam,

turam,iumenti interitus:Vt merito illud ſapiētis dici poſſet. Vnus eſt interitus hominis & iumētorū.Sequenti die ad monaſteriū Carcerū venimus:tertio ad abbatiā Pollicinii.Vtrobiq; excæpti ſingulari humanitate:pegimus apud Van/gatitiam ſolēnē Kalēdaꝝ Nouēbriū diē.Rogatus a monachis miſſam decan/taui:interfuiq; die noctuq; diuinis officiis:& maiore, q̄ pro mea expectatione, voluptate & gaudio.Percelebrata ſunt oīa,quæ ad cultum diei feſti pertinebāt, adeo accurate tum cantu tum organo: vt ex cōcæpta ſpūali lætitia mœror ſuc ceſſerit:ꝙ tā nobile monaſteriū ſeruiret cōmēdatario:atq; abbatia quæ fuiſſet li bera,facta eſſet ancilla.Idē mihi euenit in cœnobio Carceꝝ,mari magno ac ſpa tioſo.Quod tā & ſi modo gaudeat libertate:in manū filioꝝ alienoꝝ & ipſum mox venturum nō dubito.Niſi forte Abbas qd ſæpius nobis recæpit,effecerit. Verba bona verba cōſolatoria,nō deſunt ei.Sed vtinā tandē non doleamus:da ta fuiſſe nobis verba.Quarto nonas Nouēbris Ferrariā venimus : tertio vero ſecūda noctis hora ad hoſpitium quoddam,quod diſtat Ferraria triginta mili/bus paſſuū,diuertimus.Euaſi hoc die manifeſtū periculum.Nā cum ad euitādū altius lutum viarū Pado ad equitarē:ductus præſertim riparū amœnitate:nul/luſq; me præter morē meum ſoli explorator præcederet:incidi in præaltū,ac veſtigio cedens ſabulū:adeo vt mula,cui inſidebā,ea voragine aſſurgere mini/me poſſet.Voluit Dn̄s:vt iumento deſcendens,in ſolidius cœnum pedes pone rem:donec accurrerūt noſtri:qui ſupra genua limo pene immerſi & hauſti mi/hi auxilio fuerunt.Mulam periculo maiore excæpimus.Nam ſi vel paſſum tm̄ ad dexterā declinaſſet:quātuncunq; eniti contendiſſet:nunq̄ inde educi a nobis potuiſſet.Conſcendi per Dei gratiam iterum iumētum illæſus:ac præter pedū veſtigia,nulla ex parte luto oblitus.Pridie nonas apud Sanctū Ioānem de Ba/gnacauallo hoſpitati ſumus:excæpti a Priore & monachis ingēti gaudio. Cō/mendauerunt mihi cœnobiū,tum ipſi tum oppidani cōplures:atq; vt cōgrega tioni veſtræ vniendū curarē,deprecati ſunt.Quod minime improbarē.Veſpe eius diei Fauētiā ingreſſi ſumus.Quāto ſtudio ab Abbate fuerimus admiſſi:di ci vix poſſet. Māſimus apud illū ſequētē diem:prāſuſq; eſt nobiſcū Thaddæus Viaranēſis ciuis primarius Fauētinus:vir ſane optimus atq; doctiſſimus:& an tiqua mecum familiaritate cōiunctus.Deniq; vt itineris noſtri deſcriptionē ab/ſoluamus:duodecima poſtq̄ a vobis profecti ſumus die:ſuperatis alpibus inco lumes omnes Camaldulū peruenimus.Occurrerant nobis vltra alpes ad decē fere milia paſſuū Abbas noſter Arretinus cum pluribus domeſticis:excæptuſq; ſum ab eis & a reliqua familia nr̄a tāta exultatione & gaudio : ac ſi decēnio ab/fuiſſem.Det mihi pro ſua clæmentia pius Dominus,vt quam domi pacem in/ueni,ea mihi meiſq; diutiſſime pfrui liceat. Saluta Abbatē oēmq; familiā meo nomine.Vale.Ex noſtra vinea Eremitarum.Die.xiii.Nouēbris.Mcccclxxxxii.

Vgolino Verino Florentino.XLVII.

g Rauiter te ferre,priuari me quiete:facile credo.Quis enim : qui mo/do me diligat caritate non ficta: non indoleat vicem meam ? Mo/nachus ſum:dicatus ſolitudini:eremitarum pater.Et tāquam exhorream pro/feſſionem meam:vagari per prouincias,per vrbes cogor. Diſtrahor & corpo/

re,& animo:vt maioribus meis morem geram:ſitq; longinqua peregrinatio/ne mea:vt ne dum amicorum,ſed mei quoq; oblitus videar. Benedictus Deus: qui erudire nos forte his erroribus ac diſcurſionibus pergit: vt ſalubriter cogi/temus:non habere nos hic manentem ciuitatem,ſed futuram inquirere. Et,q; dum ſumus in corpore,peregrinamur a Domino. Genethliacon tuum non ſe/mel legi. Congratularis nouo partui domus Medicis:redditumq; rediuiuo ger mine,ac renouato nomine Laurentium:eleganti heroico decantas. Atq; vtinã nomen aui referens,eiuſdem quoq; ingenium & mores ac præclara facinora: vbi adoleuerit,relaturus ſit:vt cuius infantuli natalẽ celebraſti : ſubinde vir fa/ctus,poſtquam euacuauerit,quæ ſunt paruuli,ſuppeditata tibi vberiore mate/ria dignis abs te laudibus commendetur. Panagyricum,& ſyluas, & quicquid edideris,libenter legam. Placitura enim mihi omnia tua,ne dubites : idq; non tam tui cauſa,q; te diligam plurimum : q̃ ſui merito,q; abs te manarint,poeta ornatiſſimo,atq; antiquis illis vatibus haud iniuria cõparãdo. Vale. Ex Camal. Die.xvi.Nouẽb.Mcccclxxxxii.

Benincaſæ Suppriori Fontis boni. XLVIII.

p Lacuit nobis plurimũ:q; ſicut ſcripſiſti,clauſtrales nr̃i bene ſe gerant. Vt in melius ꝓficiãt:hortaberis eos meo nomine. Sic enim & gratiã Dei,& noſtram beniuolentiam,cumulatius promerebuntur. Si cocus ſatis omnibus facit:eſt quod cupio:q̃q̃ parum id curare debemus : quibus lau/tiores cibi ex inſtituto profeſſionis noſtræ interdicuntur. Patiens modo ſit la/boris:& ſqualore ac ſpurcitia careat:quod raro huiuſmodi hominibus accidit. Alias ſi minus fuerit peritus artis ſuæ:& obſoniorum conficiendorum rationẽ non admodum calluerit:parum referet. Arcebis a coquina clauſtrales omnes: ne indulgere gulæ diſcant:quæ ventris amica eſt. Reficiantur potius ſpirituali/bus ſacræ lectionis alimentis. Nam ſicut Apoſtolus meminit. Eſca ventri,& venter eſcis:hunc & has deſtruet Dñs. Ideq; alio in loco,ſi ſpiritu viuimus:ſpi/ritu & ambulemus. Vale. Ex Camaldulo Florẽtino. Die.iii.Decẽ.Mccccxxxxii.

Dominico Mourocæno Procuratori. XLIX.

d Ignus iampridem omnium iudicio exiſtimatus es : cui procuratoriũ Sancti Marci munus,dignitas vtiq; in vrbe noſtra ſupremæ proxima demandaretur. Quamobrem plurimum gaudeo:q; in eum tandem locum eue ctus es:quem tua tibi merita longe ante promiſerant. Nihil enim conuenien/tius duco,ac rationi conſentaneum magis:q̃ vt ii potiſſimum ſublimiores ma giſtratus gerant:qui vt aliis præeſſent,non ambitione non faſtu:ſed ſola virtu tis & probitatis exiſtimatione diuino munere promeruerũt. Agendæ ſunt Deo gratiæ non quidem tui cauſa:tanquam magnum quid fueris conſecutus. Nam tibi huius præſertim ætatis,quæ recæptui canere iubet,facta eſt potius laboris quam honoris acceſſio. Verum alieno magis commodo gratulandũ arbitror. Quo enim maior tibi poteſtas delata eſt : eo cumulatiore autoritate poteris prodeſſe rei publicæ: cuius ſemper optimis grauiſſimiſq; conſiliis adminiſtran dæ,tanto ductus es zelo : vt cui aliquando ceſſeris, occurrat nemo. Sit itaq; fauſtus fœlixq; tuæ nobilitati magiſtratus iſte:vt vocatus adeo fuiſſe videaris tanquam Aaron. Sicq; per eius occaſionem, tum tuæ tum ſalutis multorum

curam

curam geras: vt procurator merito, multorum conſenſu ac frequentibus comitiis, fueris declaratus. Vale. Florentiæ. Die. xiiii. Decēbris. Mcccclxxxxii.

Priori & Conuentui Sancti Auguſtini. L.

o Ptime ſuaſiſtis: & ſicut decet Sanctos: ac ſegregatos a peccatoribus: vt curem apud octouiros: ne ſcorta inter veſtrum noſtrumq; Sancti Michaelis cœnobium, habitare permittantur. Satiſfacere enitar iuſta petentibus: quando præſertim ad ipſum nouus Abbas noſter iunior a me contendit mirum in modum. Quæ enim Societas luci ad tenebras? Non eſt tutum immorari iuxta ſerpentes. Auerte, inquit Dauid, oculos meos: ne videant vanitatem. Erat enim experientia edoctus: quoniam per oculos ad facinora via eſſet. Intrat enim mors per feneſtras noſtras. Denique debemus non ſolum a vitiis, verum etiam a vitiorum ſuſpitionibus eſſe immunes. Quamobrem per me non ſtabit: quin venalis illa turpitudo procul inde cogatur demigrare: & vtriuſq; monaſterii commodo & honeſtati pro viribus conſulam. Valete. Florentiæ. Die. xvi. Decembris. Mccccxxxxii.

Baptiſtæ Aretino. LI.

n On ita ſe geſſit Baſilius Abbas in adminiſtratione Aretinæ abbatiæ: vt promoto eo ad digniorem locum, merito Gabriel frater ſubſtituēdus non fuerit. Erit vt ſpero, quod & ipſe opinaris, fraternæ pietatis & ꝓbitatis æmulator: eaq; ſuæ induſtriæ & īgenii, diuino adiutus auxilio, præſeferret argumenta: vt facile cumulateq; etiam gauiſuri ſitis: nullam vos per hanc gubernatoris mutationem feciſſe iacturam. Quamobrem nequaquam miror: ꝙ omnis ad eum populus conuenerit: ꝙ ſubſtitutioni ipſius fuerit congratulatus. Impudicas illas cœnobio proximas, procul abigendas curabimus: vt hortaris. Nam ſicut ſcriptum eſt: laqueus venatorū eſt mulier: & ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius. Qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. Vale. Florentiæ. Die. xvii. Decembris. Mccccxxxxii.

Benincaſæ Suppriori Fontis boni. LII.

i Vbe meo noīe Mariano nouitio: vt huc ad nos veniat: māſurus in noſtro monaſterio Sancti Saluatoris. Si eſt apud Camaldulum frater Nicolai nouitii: cupitq; ad probationem admitti: accipies eum in clauſtrum ſub curam tuā. Significabis mihi poſt dies aliquot: an idoneū futurum ſperaueris: vt vtrum cum venero, ſit a me veſtiendus, ante reditum meum conſtituam. Petri abſentiam ne ægre feras. Educamus iſthic pueros non ſine labore ac ſumptu. Et gratias ago Deo: ꝙ vbi adoleuerint, tales euaſiſſe noſcuntur: vt vltro a multis requirātur. Debeo ego membris ſingulis opem fere: cui totius religionis cura incumbit. Diuidere pallium meum non induas tantum partes, vt fecit Martinus, ſed in multas cogor: vt multos paterna contegam caritate: foueamq; ſicut gallina, pullos meos ſub alas. Vale. Florentiæ. Die. xxii. Decembris. Mccccxxxxii.

Fratri Hieronymo Ferrarienſi Priori Sancti Marci. LIII.

d Iu eſt: ꝙ te audire concionantem deſydero. Singularis enim fidei & caritatis prædicator ab omnibus diceris: ita vt merito de te dici poſſit. Oleum effuſum, nomen tuum. Inuitatus itaq; a nouo Abbate Sancti Fœli

cis,ad concelebrandum ſui monaſterii Feſtum diem : eo libentius illi morem geram:ſi tu quoq; non negaueris præſentiam tuam.Poteris hac occaſione cõplere deſyderium meum,deſyderium Abbatis:neq; vtriuſq; noſtrum tantum: verum etiam multorum:qui ad te audiendum conuenient:qui in odorem vnguentorum tuorum ſolita current frequentia:quos poſt te haud inuitos trahis. Hoc ſi nobis præſtiteris,erit tum cæteris,tum mihi in primis ſupra modum gratum.Vale.Florentiæ.Die.xxix.Decembris.Mcccclxxxxii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LIIII.

P Etis a me Domine Colendiſſime humaniſſimis litteris conſolatoriã epiſtolam,ſuper obitu Illuſtriſſimi Fratris tui Amalphiæ ducis. Speras enim fore:vt lenitus dolor tuus,quem ob illius migrationem conceperas, doctis multorum epiſtolis:vna mea quam requiris,& cuius ſpe (vt ſcribis) videris acquieſcere iam tibi:penitus tolleretur. Magna certe eſt in me fides tua: & adeo magna:vt niſi mihi deeſſent merita,merito poſſis audire. Fides tua te ſaluum fecit.Et quomodo,quæſo,exhibere tibi validiora,quam cæteri viri peritiſſimi fecerunt,medicamenta & fomenta potero : qui aliena ipſe ope magis indigeo?Cui dici conuenientiſſime quæat.Medice,cura te ipſum.Immo (vt verum fatear) Eſaianum illud abſq; vlla diſſimulatione vſurpare mihi licet.Non ſum medicus:& in domo mea non eſt panis.Ille nimirum panis : qui cor hominis confirmat:qui conſternatos erigit:qui ſolatur mœrentes. Vidiſſe te iam arbitror,ac facile animaduertiſſe ex nouiſſimis litteris meis : quam amaro ſim animo:& quam non ſine cauſa turbatus & anxius ſedulo abs te implorauerim auxilium,in anguſtiis in tribulationibus in neceſſitatibus meis. Proinde obſecro:ne a me requiras,quod non eſt in me. Peritiores adi:& qui huiuſmodi medicamentorum genera abundantius ad manum habent.Deplorat Ambroſius: deplorat Bernardus:immo ſeipſos vterq; conſolatur, mœrẽtes cariſſimorum fratrum deſyderio,Non dubito eſſe apud te has & alias huiuſmodi complures pixides:repletas ac fragrantes vnguentis optimis:ad leuandum penitus maximum quenq; dolorem accommodatiſſimis.His delinire:his perungere:& curaberis.Si tamen adhuc remediis indiges : neq; cicatricem obduxit vulnus. Quod ego nullo pacto adducor,vt credam. Nõ hoc mihi promittit exploratum iampridem animi tui robur:non ſingularis ſapientia : non longo experimento comprobata virtus tua.Repletum quidem credo te fuiſſe amaritudine, in expectato ac funeſto mortis nuntio. Neq; enim ſtipites aut ſaxa ſumus : vt non moueamur carorum & propinquorum deceſſu. Fleuerunt ſorores Sanctæ Lazarum mortuum.Et quod eſt mirabilius:vidẽs illas flentes Ieſus:& ipſe lachrymatus eſt.Fleuit Dauid filium Abſalon.Naturale eſt hoc:& eandem in omnibus natura vim ſeruat. Sed nunquid diutius laxandæ ſunt luctui habenæ? Nunquid in lachrymis ac triſtitia perſeuerandum? Hoc ſicut puerile ac muliebre : ita infidelitatis arguit hominem chriſtianum. Fili, ait quidam, ſuper mortuum produc lachrymas : & quaſi dira paſſus incipe lamentari : & fac luctum vno die vel duobus : & accipe conſolationem ſuper triſtitiam ; & ne velis lugere ſemper propter Dominum. Seruaſſe te audio monita hæc quam

diligẽtiſſime:

diligentiſſime:adeo ꝙ accepta inſigni clade,maximaqꝫ facta fratris amiſſione iactura, ſingulare omnibus conſtantiæ ac virtutis tuæ dederis argumentum. Auertiſti merito animum ab aſſiduo mœrore:confiſus in Dei clementia: ꝙ per temporalem hanc mortem,cui ſumus omnes obnoxii: (quis eſt enim homo qui viuet:& non videbit mortem?) tranſlatus ſit princeps religioſiſſimus ad immortalitatem.Fuit is mihi incognitus quidem facie.Sic tamen fertur vixiſſe:vt breuiſſimam hanc & ærumnarum plenam commorationem,ſempiterna illa & beata vita commutaſſe credatur. Quod facile coniectari ex fratrum, qui ſuperſunt,moribus licet.Eratis quattuor in vno ſpiritu. Relicti nunc eſtis tres:vtiqꝫ funiculus triplex,qui difficile rumpitur. Certabatis inuicem amore, pietate,religione.Præciſa eſt pars vna,cum placuit Domino: qui conſtituerat terminos eius:& præteriri non poterant.Gaude igitur ipſius gratia,quem præmiſiſti:non amiſiſti.Non habemus hic manentem ciuitatem: ſed futuram inquirimus.Iccirco beatus:qui nunc exultans dicat.Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.Beati enim mortui:qui in Domino moriuntur.Et prætioſa in conſpectu Domini,mors Sanctorum eius. Vere qui eiuſmodi mortuos fleuerint,flendos puto.Merito itaqꝫ tibi lenitus eſt dolor:immo vt confido ſublatus omnino:hac de Illuſtriſſimo Fratre concæpta ſpe: merito a lachrymis quæ ſunt diffidentiæ indices temperaſti.Imitatus es prudentiam Dauid Regis: ac penitus chriſtianam fidem:qui defuncto filio,quem ex Berſabee ſuſtulerat, lotus vnctuſqꝫ eſt:& mutata veſte ingreſſus eſt domum Domini: & adorauit. Pro talibus re vera adorandus eſt Dominus:agendæ illi pro talibus gratiæ: ꝙ dedit: ꝙ abſtulit.Sit nomen Domini benedictum: ꝙ ipſius clementia factum eſt: vt modo in pace in idipſum dormiat & requieſcat. Felix profecto huiuſmodi dormitio:miſeriarum omnium mundanarum ſolutio & finis:per quam optanda illa & æterna pax vita functos excipit:vbi nihil terreat: vnde nullus expellat:per quam repoſita corona iuſtitiæ cuiqꝫ traditur:qui gloriari ac dicere cum Paulo haud mendaciter poteſt.Bonum certamen certaui:curſum conſumaui: fidem ſeruaui.Proinde rectiſſime facis:ꝙ abieceris ex animo omnem de mortui clariſſimi fratris curam:ꝙ cito abſterſeris lachrymas:ꝙ de illo in præſentia ſenſeris:quod eſt de Chriſtianiſſimo quoqꝫ ac probatiſſimo Principe ſentiendum.Cogita illum modo, te tuoſqꝫ ex illa cœleſti arce deſpicere atqꝫ intueri: & arguere omnes: quorum animos ſui deſyderio longior forte ægritudo tenuerit: cum ipſe inter felices animas, inter beatorum cætus, inter lucidiſſimas ſedes requieſcat: atqꝫ immortalibus reficiatur delitiis. Ereptum tibi,germani conſpectum puta: non vſum. Oblitum enim tui nequaquam arbitrare: quem plus (vt ſcribis) oculis tuis ſemper dilexiſti. Referre gratiam tantæ dilectioni, modo facile credendus eſt: plenus gratiæ & veritatis. Orare pro te debet aſſidue ante Dominum: cuius perpetua fruitur viſione: ne te deſerat in tempore malo: ne deficias in aduerſitatibus pro eccleſia Sancta Dei: in qua ſedere te fecit cum principibus, cum principibus populi ſui.

Immo vt faciat cum tentatione etiam prouentum:vt poſſis ſuſtinere:& adiu/
uare (ſicut facis) eos : qui in omni præſſura ſunt : qui iniquorum factionibus
perſecutionem patiuntur. Vides & (vt coniicere merito poſſum) ſentis etiam:
quo tuo emolumento mortali vita exceſſerit Dux inclytus:cuius corporalem
abſentiam deplorare viſus es. Quod ſi contendas : non conſtare nobis : ip/
ſum continuo euolaſſe ad ſuperos. Purgandas prius fuiſſe culparum macu/
las:cum ſit nemo mundus a ſorde : & omnis homo mendax. Et ſi dixerimus,
quoniam peccatum non habemus : ipſi nos ſeducimus : & veritas in nobis
non eſt. In vtram profecto partem inclinaueris : ego illum beatum puto. Bea/
ti & enim : quorum remiſſe ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt peccata.
Iuſſus abs te (eſt nanqꝫ mihi pro imperio petitio tua) vt mitigatum ob deceſ/
ſum fratris dolorem acerbiſſimum, litteris quæ prophanam minime doctri/
nam ſaperent pœnitus leuarem:non mihi,non tibi ſatis me feciſſe:optime in/
telligo:præterquam vni tantum,quam olim apud pietatem tuam arctius ob/
ſtrinxi,obedientiæ & fidei meæ. Alias nimirum aquæ guttam in mare proieci.
Factus ſum inſipiens:tu me coegiſti. Vale. Florentiæ. Die prima Februarii.
Mcccclxxxxiii.

Bernardino Priori Clauſtrali Sancti Michaelis Murani. LV.

f Actus ſum certior nudius tertius:clariſſimum virum Petrum de prio
lis octauo & vigeſimo præteriti menſis die naturæ conceſſiſſe. Non
potuit ſane mihi non fuiſſe moleſtiſſima tanti viri amiſſio : qui chriſtianiſſima
conſcientia,optima fama,ingenti autoritate,pariqꝫ in Vrbe noſtra Veneta ve/
neratione,ita ſemper vixit : vt haud immerrito pater patriæ debeat appellari.
Amiſit certe res publica noſtra ſingulare ornamentum:amiſit ciuem probatiſ/
ſimum,ac ſpectatæ virtutis virum:quo nihil iuſtius, nihil ſeuerius, nihil ſan//
ctius. Eam per tres ac ſeptuaginta annos duxit vitam:vt non facilem ſui æmu
lationem bonis etiam ac moderatis ciuibus reliquerit. Plenus annis deceſſit:
Sed non minus egregiis facinoribus plenus. Domi foriſqꝫ complures magi/
ſtratus geſſit:tanta ſemper integritate, tanta fide : vt nullius vnquam blandi/
mentis,nullius pauore a iuſtitiæ ſemita deflexerit. Nulla fuit apud illum perſo/
narum accæptio. Idem ſemper in omnibus,& cum omnibus erat. Memini an/
te complures annos,cum cenſorio munere fungeretur,vulgari per vrbem cœ/
ptum:ſeuerius illum animaduertere in omnes : imitioremqꝫ videri aliquibus.
Quod cum ei pro mea in illum ſolita fiducia retuliſſem:non negauit, ſe idem
etiam ab aliis audiſſe:reſpondiſſe tamen eiſdem. Multos eſſe defenſores miſe/
ricordiæ:iuſtitiæ paucos. Decreuiſſe ſe pro magiſtratus amplitudine & maieſta
te,iuſtitiæ partes tueri. Vox nimirum tali viro immo cenſore digna:& qui exē/
plar æui Prioris pleniſſimum referret. Quo vero amico,quo patrono, careat
nunc cœnobium noſtrum Sancti Michaelis:apud quod ex ædificato nobili Sa
cello dum viueret,nunc mortuus requieſcit:non indiges teſte. Scis enim ipſe:
quanto ſemper fauore,& ſtudio rebus monaſterii conſuluerit : quanta ſolici/
tudine

tudine ipſius iura defenderit:quantum nobis omnibus adiutor fuerit,in opor/
tunitatibus in tribulatione.Nec ſermone tātum & opera ſua locum illum pro/
ſecutus eſt:verum etiam frequentibus oblationibus,atq; elemoſynis: quas ni/
hilominus ita ſecreto ſeorſumq; faciebat:vt impleſſe illum non dubites euan/
gelicum mandatum.Neſciat ſiniſtra tua: quid faciat dextera tua. Non eſt: qui
hoc certius me nouerit. Nam vt de reliquis ſileam:quam ſolicitus deprecaba
tur me:cum ipſius ſumptibus & nomine ſacellum conſtruerem:ne cui autorem
fabricandæ ædiculæ patefacerem. Nullum in ea ſignum gentis ſuæ aut pingi,
aut lapide imprimi paſſus eſt.Ipſi ſolum opus illud notum eſſe cupiebat:cui ſe/
mel dicauerat.Vere pius:ac timens Deum: & ab omni prorſus ambitione re/
motus.De me autem nihil opus eſt tecū repetere:quam ſupra mea merita ſen/
tiebat:quàm mirifice congreſſu mutuo delectabatur:quā fidenter,ac dulciter cō
municabat mecum conſilia,& cogitationes ſuas. Semper mihi parentis affe/
ctum exhibuit:ſemper me pro ætate dilexit vt filium:& pro religione honora/
uit vt patrem.Quo fit:vt tanti viri deceſſu,tardius conſolationem ſim admiſ/
ſurus.Quamuis mœrere eius gratia e diuerſo prohibeor: quem nō mortuum,
ſed in meliorem vitam tranſlatum merito exiſtimo:prorſus ita credo,& con/
fido.Teſtamento legauerat:ne ad funeris ſui exequias,Sacerdotes alii conuoca
rentur,præter parrochiales ſuos:neq; ad exequiarum pompam præterquā duo
tantum funalia deferrentur: (licet hæc filii heredes impleſſe,nequaquā audio)
vt homo integerrimus,ac Deo plenus palam omnibus etiam defunctus indi/
caret:quantum viuens humanam cōtempſerit gloriam. Indui præterea voluit
Camaldulenſi noſtro habitu: atq; cum eo ad ſepulchrum efferri:cum eo con/
quieſcere in ſepulchro:vt religioni & Sanctimoniæ deditum ſemper eum fuiſ/
ſe nemo dubitaret.Neq; videretur externo prætioſarum veſtium fulgore ocu/
los vulgi præſtringere:qui meritorum potius nitore illuſtris exiſteret. Noluit
plura ante pheretrum deportari lumina:cuius corpus totum lucidū foret: nec
habens aliquam partem tenebrarum.Sic obiit vir clariſſimus:ac Procuratorio
Sancti Marci munere ſupremæ dignitati proximo,integerrime functus. Nun/
quam (mihi crede) illius non recordabor:nunquam mihi eius memoria exci/
det:donec vixero.In pace:in idipſum dormiat,& requieſcat.Si eſt Romæ Co/
lendiſſimus Protonotarius,eius filius:viſitabis eum meo nomine:eiq; ſignifica
bis coram,quanto fuerim mœrore confectus,ob parentis mortem:atq; illi me
commendabis.Vale.Florentiæ.Die.x.Februarii.Mcccclxxxiii.

Ioanni Maiori Eremi.LVI.

n On intelligo ſatis:cur totiens queratur Petrus de Corretio: fraudari
ſe cum iis,qui excidendis abietibus locauerūt operas ſuas,ſolito cibo
& potu.Si formidatis defectū panis & vini:reſpōdebitur vobis.Modicæ fidei,
quare dubitaſtis?Si volatilia cœli:quæ nō ferunt,neq; metunt,neq; cōgregant
in horrea:paſcit Dn̄s:quanto magis vos horreis ac cellariis plenis?Nunqd ad
huc aliquid victui neceſſarium defuit vobis? Nonne:vt taceam reliqua,quibus
pro loco & tempore abundatis:a fructu frumēti,vini,& olei,multiplicati eſtis?
Et quidem anima plus eſt q̄ eſca:propter quam nō veremur illam ſcandaliza/

re. Quod ſi eis negatis victum: quoniam ægre fertis, excidi abietes: dico vo/
bis, ad hoc illas fuiſſe poſitas: vt vbi excreuerint, excidantur: vendáturq́ in vſus
veſtros, ac totius familiæ. Scitis ipſi: q̄ multo plures complantatæ in generala
tu meo fuerint: q̄ ego exciderim. Poteſtis viuere in pace: atq́ in idipſum dor/
mire & requieſcere: & de cibo ac potu, ſoliciti eſtis. Alienum ſane hoc plurimũ
duco ab eremitico inſtituto. Miniſtrãda ſunt a me vobis omnia: vt vacetis ipſi
orationi & ſpiritui. Et tamen vltro implicamini ſuperuacuis curis: trepidantes
timore, vbi non eſt timor, cum ne de craſtino quidem cogitare iubeamini. Sed
& ſi quid patimini propter Deum: beati. Rogo igitur: vt quẽadmodum ſæpius
accæpiſtis a nobis: quomodo vos oporteat ambulare: ſic & ambuletis: vt abun
detis magis. Vale. Ex Fonte bono. Die. v. Martii. Mcccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LVII.

e X litteris dignationis tuæ didici: quid hactenus egerit: vt monaſteriũ
Sancti Benedicti in priſtinam vendicetur libertatem. Non me latet:
omnia abs te proficiſci in beneficium ordinis: nihilq́ magis pro nobis cupere,
q̄ pacem & ſalutem noſtrã. Deſyderare in te nihil minus quiſq́ debet: q̄ in om/
nibus iudiciis tuis ſingularem prudentiam, integritatẽ, fidem. Hoc ego in plu/
ribus luce clarius expertus ſum. Obtundo ſæpius eadem in re aures tuas: que/
ror apud te importunius: vota etiam mea nimia tui fiducia, nõnunq̄ litteris ex
primo. Semper tamen pẽdeo ex te. Vacare facilius perturbatione iudex poteſt:
q̄ inter ſe diſſidentium partes. Facies itaq́ in cauſa Sancti Benedicti, non quod
nos præpropere forſitan expetimus: ſed quod tuã decet ſapientiam. Si de me
Guido Prior honorifice loquitur: ſi me (vt ſcribis) reueretur, & colit: eſt quod
maxime cupio. Non q̄ delecter, impinguari oleo caput meum: verum potius,
vt paci, & vtilitati ordinis conſulatur. Si conuerſus abſq́ ſimulatione fuerit: &
redierit præuaricator ad cor: humiliato illi aderit Deus: & qui eſt indulgentiſſi
mus Pater, pœnitẽtem minime auerſabitur. Ego autem, qui iuſta de cauſa, per/
fecto odio ipſum odiſſe viſus ſum: diligam eum in veritate, & animo volen/
ti. Vale. Ex Fonte bono. Die. x. Aprilis. Mcccclxxxxiii.

Ioanni Stephano Parthonopeo. LVIII.

d E tua ex Angelorum Cœnobio profectione: heri veſperi prolixiori/
bus litteris tuis certior factus ſum. Teneri a Priore inuitus non potui/
ſti, cum ſis ipſe iuris tui. Nec miror ſi ipſe diuturniorem apud illum moram paſ
ſus non es: quando ab eo educati quatuor, vt noſti, Camaldulum tranſfugerũt.
Doleo ſane plurimum: ſi eſt huiuſmodi homo ille: quem iſti mihi retulerunt.
Monet nos Apoſtolus: vt non dominemur in clero. Sed forma ſimus crediti
nobis gregis. Et ita præſunt nonnulli: vt non meminerint, patres ſe quidem eſ
ſe, non dominos. Dilatant phylacteria: & magnificant Phimbrias: appetuntq́
vocari ab hominibus Rabbi: non Dei, ſed propriã gloriã quærentes. Imponũt
ĩſuper humeris ſubditorꝝ onera grauia & importabilia: & ne digito qdẽ volũt
ea mouere. Nõ aduertũt, qui tales ſunt: quid ſacris erudiamur lr̃is. Principem te
cõſtituerũt: eſto inter illos, tanq̄ vnus ex illis. Viderint iſti: quo fructu laborent
in vinea Dñi: nouerintq́ ſe reddituros aliquando rationem villicationis ſuæ.

Non

Non affirmo priorem, horum ſorte cenſeri. Suſpitione tamen non caret, ſuorũ monachorum fuga: ipſorumq; de illius moribus teſtimonium. Verũ hæc ſuperfluo cõmemorantur tibi: qui vel in cute noſti hominẽ. Scit Deus, quia nõ mentior: optare me mirum in modum: vt talis ſit in adminiſtratione ſui monaſterii: ne de illo quiſq̃ iuſte queratur. Sed vt ad te Ioannes redeam: grato quidem animo accipio votum tuum. Neq; enim cõmorari mecum expeteres: niſi me diligeres. Quid faciam tamen? Neq; domeſtico præceptore opus habeo, neq; cancellario: & amouere alterum ipſorum ab officio, ſine manifeſta iniuria, mihi non licet. Vtrobiq; ſane mihi ſatiſfaceres, pro tua ſingulari eruditione atq; doctrina. Quamobrẽ, vt paucis tecum agam, ſi venire ad nos volueris animi gratia: ſemper te lætus excipiam. Si vero vt altero eorum, quæ ſupra memoraui, apud me fungaris munere: non eſt, cur tãtum laboris aſſumas. Vtrũq; enim locum occupatum inuenies. Monachi tui, mei, noſtri, bene ſe habent: & eorum nomine ſaluere te iubeo. Vale. Ex Fonte bono. Die. x. Aprilis. Mcccclxxxxiii.

Mariano Cuccino Procuratori. LIX.

s Vccurrit mihi reſponſuro litteris tuis, illud potiſſimum de cãtico canticorũ. Capite nobis vulpes paruulas: quæ demoliuntur vineas. Sunt qui paruulas iccirco vulpes dictas velint: non quia exiguæ, ſed quia exiles, tenues, ſubtiles, & aſtutia plenæ ſunt. Et quid quæſo ſubtilius ad demoliendas vineas, ad perdendas animas: q̃ quos iuſto, & aperto bello ſuperare non poſſis: eoſdem dolo & aſtu niti conuincere? Vide, ſi non hæc verba vulpi illi coueniãt. Ambit Vicariatũ ſibi reſtitui: vt ego aut leuitatis, aut iniuſtitiæ arguar: q; ipſum eo munere temere priuauerim. Et cum me apud Reuerendiſſimum Protectorem non audeat accuſare: qm̃ iure non poteſt: cauſam facti in Baſilium Abbatẽ reiicit. Nõ aliud innuit vulpes hæc paruula: dum Baſilio innocentiſſimo detrahit: niſi, vt me quidem peccaſſe, fidem faciat protectori: Sed tãto venialius, q̃to facilius, non mea ſed aliena malignitate ſeductũ. Conatur iſte: vt velim, nolim, læſiſſe videar læſus: & apud iudicem ſimulatis de me laudibus, quaſi aliena culpa erraſſe conuincar. Compræhendetur vulpecula ganniens in aſtutia ſua. Habet iudicem: qui dolos & machinationes eius linceis oculis depræhendat. Fruſtra iecerit rete ante oculos pennatorum. Quid oro hac in re admiſit Baſilius: vt autor exiſtimari debeat reuocati Vicariatus? Nunquid iſte hominem fraude circũuenit: vt me tam inſigni prouocaret iniuria ad vicariatus abrogationem? Nonne ſua ipſius magis temeritas coegit ipſum: vt elationis in me cornua erigeret? Vt leuaret contra me calcaneum ſuum? Si queritur de Baſilio: q; poſt factum tueri partes meas viſus ſit: in hoc vere queritur. Sed nunquid Baſilius modo tandem ſuæ erga me fidei & caritatis argumenta incipit oſtendere? Nonne aduerſus perſequentium me tela pro muro ſe ſemper oppoſuit? Nonne varios tentationũ meaꝶ ictus, ſcuto ſuo ĩtrepidus atq; interritus ſemp excæpit? Sin vero tãq̃ facti autorẽ accuſat: iniquiſſime ꝑfecto id facit. Ego ſum quẽ Guido oſtẽdit. Ego ſũ: q habita dignitatis meæ ratiõe, nõ priuatæ iniuriæ: imo q oppreſſi ab illo gregis mei detrimẽta cõſyderãs: extorſi gladiũ de manu furioſi. Hoc cũ minime pati poſſit: mouet maria & montes. Et cum iumentum non audeat:

quia vnde audeat, iuſte non habet : percutere contendit ſellam. Sed experietur tandem ſe eiuſmodi ſellam percutere : quæ duriſſimo operta corio facile ictus ſuos reiiciat: ſicq; ſe pugnare aduerſus Baſilium inſontem fruſtra, quaſi pugno aerem verberet. Vale. Ex Fonte bono. Die. xx. Aprilis. Mcccclxxxxiii.

Dominico Mauroceno Procuratori Sancti Marci. LX.

r Etuliſti mihi, vbi primum legi litteras tuas, de græcis Platonem, Iſo/cratem. Gorgiam Leontinum: de noſtris Tertulianum Hieronymũ: quos præter rationem ſenectutis a componendo & ſcribendo longa & prouectior ætas minime auertit. Quamobrem non ſum miratus, vt veritus es, ꝙ tardius ad me ſcripſeris. Miratus ſum potius: ꝙ vel ſero ſcripſeris. Non fuit neceſſe: vt hunc laborem mei gratia ſuſciperes. Nam & ego (quis oẽs epiſtolæ tuæ ſemper mihi fuerint iucundiſſimæ) nõ id abs te requiſierã. Et tu, ſi ita egiſſem, iuſtiſſimam potuiſti excuſationem obtendere. Tum laſſæ ætatis, tum occupa/tionum multitudinis. Satiſfacere tamẽ voluiſti etiam tuo incõmodo, & noſtræ neceſſitudini & mutuæ caritati, vt eo mihi eſſet gratior tua reſponſio: quo magis præter meam veniſſet expectationem. Ago gratias huic tuæ pietati: precor ꝙ omnipotentem Dominum; vt proroget tibi vitam longiorem, ſiſq; in futu/rum ſicut mente, ita & corpore vegeto & robuſto: renoueturq; vt aquilæ, iuuentus tua: vt de te quoq; per Moyſen ſcriptum videatur. Sicut dies iuuẽtutis tuæ, ita & ſenectus tua. Quod vero cum omni beniuolentia ſuſcæperis gratulatio/nem meã, feciſti nimirum haud ſecus q̃ te facturum mihi perſuaſeram. Noui. n. te iampridem ſingularis modeſtiæ, & probitatis virum: viſuſq; es mihi ſemp pro tua ſapientia remotus ab omni ambitione & faſtu. Quos geſſiſti magiſtratus: ſecuti ſunt potius fugiẽtem, q̃ tu illos immoderatius appeteres. Ex quo facile coniici poteſt, veriſſimum eſſe quod ſcribis: maluiſſe te ſemper ab alio regi q̃ regere. Sic eueniat cæteris tui ordinis ciuibus: vt inanem gloriolã, varioſq; rumuſculos contemnanta: ſpernentur, reſpuant. Et beatæ ſane eiuſmodi res publicæ. Prodeſſe nãq; omnes quærerent, non præeſſe: plureſq; inuenirentur fa/ctis viri Magnifici, q̃ factorum oſtentatores. Quocirca vt iterum modo repe/tam, quod prioribus litteris meis ſcripſi ad te: Sit vtinam tibi adeptus nuper magiſtratus, ad tuam tuæq; rei publicæ ſalutem: vt in ſublimem euectus locũ, quo te mitius: ac ſubmiſſius geſſeris eo abundantiore cumulatioreq; Dei gra/tia protegaris: qui profecto humilia reſpicit: & alta a longe cognoſcit. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxii. Maii. Mcccclxxxxiii.

Petro Barrotio Epo Paduano. LXI.

f Uerunt mihi litteræ tuæ: quas nudius tertius accæpi, vel ex eo iucun/diſſimæ: ꝙ fatigatus & tu tuorum perſecutionibus, Cæpiſti tãdem mecum de limpidiſſimo Senenſi noſtro fonte potare. Bene vtiq; feciſti: & prudenter conſuluiſti tibi. Et certe neſcio: an aliunde ſuauius poſſis haurire. Quotidiano fere edoctus experimento, hoc tibi cõſtantiſſime polliceor: futu/rum te in dies magis contentum hoc protectore atq; patrono. Mirareris: ſi ſci/res, q̃ ſtudioſe & impenſe mihi ſemper in aduerſis fuerit auxilio: q̃ fideliter ac ſtrenue negocia ordinis executus ſit: q̃ benigne & blande etiam deficientẽ me in tribulationibus, fuerit conſolatus. Totiẽs illi quæ emergunt quotidie in no/

ſtro

ſtro ordine moleſtiarum plena,longioribus epiſtolis ſignifico:vt turbari meri/
to plerūq; debuerit,vbi illas accæpiſſet.Et tamē ſicut ex tabellariis,atq; ex ipſo
reſcribente ſæpius intellexi:Ita poſthabitis cæteris omnibus ſingulari patiētia
ne dicā voluptate,eas iterum atq; iterū legit : vt meis ſolis rebus vacare ipſum
atq; intendere facile crederes.Bene itaq;(repetā enim)feciſti:q̄ Colendiſſimo
huic Cardinali Senenſi, tu quoq; adhærere decreueris : & elegeris eum tibi in
protectorē , & in domum refugii.Paratum illum ſemper inuenies ad obſequē
dum tibi:tanta eſt humanitate præditus:& quem exiſtimo autoritate, ſapiētia,
integritate nulli ſui ordinis cedere.Quod autē non meminiſſe tui viſus ſit,niſi
occaſione opuſculi tui de ratione bene moriēdi:Cum illum olim ſæpius fueris
allocutus:haud multum miror.Tot eum quotidie adeūt(vti ſemper eſt præcæ
teris fere Cardinalibus occupatiſſimus)tot eum nouæ præmunt curæ: vt mira
ri debeat nemo:ſi non nullorum aliquando poſt complures annos oblitus vi/
deatur.Sufficit tibi,q̄ ignotus facie,ſecundum interiorem hominem ab eo nō
ignoraris.Nam & ego de te cum illo,nō ſemel verba feci.Agam ei gratias (vt
petiſti)tuo nomine perq̄libenter . pro ſuſcæpto patrocinio:cum primum ſcri
pſero ad eum.Quod eodem quaſi fato,quo ego,genitus videare: quando eadē
quæ mihi,euenire tibi ſimiliter conſueuerint:non reiicio opinionem tuam.Pe/
tri ambo:vtriq; demandata animarum Cura:vtriq; inuigilandum ſuper gregē
ſuum:vtriq; cauendum a lupis:qui circuunt,quærentes quem deuorent.Vtriq;
cum ſubditis pugna eſt:tibi cum canonicis:mihi cum Monachis . Eadē vtriq;
perſecutionis cauſa,propter iuſtitiam.Reſtabat vnum,quod modo impletum
eſt:vt vnus idemq; foret amborum protector.A domino factum eſt iſtud.Ore
mus itaq; vterq; pro eo:vt talem in futurum erga nos curā gerat:vt is ſit in ſu/
ſcipiendo cauſarū noſtrarum patrocinio conſultor,ſuffragator,& rector:q̄ quē
admodum ſine ſuo labore adeſſe nobis non poterit:ita non ſine noſtro ac gre/
gum noſtrorum emolumento & commodo nobis ſemper præſto futurus ſit.
Leonis Baptiſte opuſcula,quæ mihi perquirenda coram iniunxiſti,nuſq̄ reppe
ri.Vſus ſum hac hyeme,cum eſſem Florentiæ multa diligentia:vt tibi ſatiſface/
cerem.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvii.Maii.Mcccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXII.

s Cripſit ad me his diebus Paduanus Epiſcopus:litigare ſe cum ſuis ca
nonicis : eo q̄ eximere ſe ab epiſcopatus iuriſditione decreuiſſent.
Quod cum vti debuit minime his permittendum cenſeret : imploraſſe abs te
auxilium & fauorem ad tuendas partes ſuas:teq; benigniſſime ſuſcæpiſſe patro
cinium.Plenus itaq; lætitia & gaudio: q̄ te cōmunem mecū promeruerit pro/
tectorem:petiit a me,vetere dignationis tuæ clientulo:vt cum primum datu/
rus forem ad te litteras:ego quoq;,quem alterum ſe ab adoleſcentia vſq; ſemp
exiſtimaſſet,tuæ pietati pro ſuſcepto patrocinio gratias agerē. Quod ſicut me
facturum illi recepi:ita & facio . Scio equidem,te hoc minime requirere a me:
qui operam tuam ſponte & gratis exhibere conſueueris.Meum tamen eſt : qui
ipſum æque ac me ipſum diligo:eorūdē quorum ſit & ipſe,fateri me debitorē.

Nec quicq̃ illi optatum poteſt contingere: quod non putem pari modo mihi contigiſſe. Quamobrem ingentes tibi gratias ago Domine Colendiſſime: ꝙ tutellam hominis mei amātiſſimi tā benigne ſuſcæperis: precorq; vt ipſum ſtu dioſe adiuues. Noſſe te arbitror: qualis quantuſq; ſit iſte antiſtes: quibus præter doctrinam eminentiſſimam & ſingularem, ſit moribus præditus. Quam ſem/per fuerit ab omni remotus ambitione. Quā diligentem crediti ſibi gregis cu ram geſſerit. Quā ſine intermiſſione, verbo & exemplo ſuis pro fuerit. Hæc ad illius defenſſionem te merita cohortātur: inuitant: Suadent. Multū ſane de te cō fidit: multum inte ſperat: multū tibi, ſicut debet, tribuit. Congratulatus ſum illi, pro optima cōmunis patroni electione: ꝙ te ſibi aſciuerit ī ſuum protectorem & in domum refugii: pollicituſq; ſum, non modo non fraudandum ipſum ſuo de te deſyderio: verum potius (quod experimento optime didiciſſem) ſupera/turum te menſura bona, & ſuper effluenti omnem illius expectatiōem. Vale. Ex Fonte bono. Die. v. Iunii. Mcccclxxxxiii.

Venturæ Priori Sancti Mathiæ de Murano. LXIII.

q Vam ſcribis factam fuiſſe prælatorum mutationem: nec laudo nec vi tupero. Si conueniſtis in vnum eo animo: vt vnūquēq; veſtrum co/mederit Zelus domus Dei & congregationis: non potuiſtis non bene conſu/luiſſe rebus veſtris. Noſtis ipſi forte q̃ ego, melius: quid vobis expediat: rectiuſ q; ponderatis: quāti quiſq; veſtrum faciendus ſit. Facilius ipſe falli poſſum: qui ob diuturniorē abſentiam meam, breuioremq; ſolito domeſticam vobiſcū con uerſationem minus calleo ſufficientiam ac merita ſingulorum. Eſt mihi haud ingratū: ꝙ non deſint vobis: qui etiam præter multoꝝ opinionem, idonei ſint ad obeunda maiora congregationis munera. Quæcūq; annuis ſynodis veſtris conſtitueritis maturo conſilio, prudentia caritate: non (vt in huiuſmodi aliqñ fieri ſolet) perturbatione animorum in conſyderatiōe, liuore: cedent omnia ad profectum rei publicæ: quem ſemper priuatis reſpectibus atq; deſyderiis tene mini anteponere. Oro provobis, vti debeo, Dominū in celebrationibus meis: vt repleat corda veſtra ſua gratia: vngatq; vos vnctione miſericordiæ ſuæ: vt abundetis in omne opus bonum: ad conſeruandam atq; ampliandam cæno/biorum illorum autoritatem dignitatem ſanctitatem. Permitto tibi: vt vicaria tum noſtrum etiam deſignato Priori Sancti Mathiæ continuare tibi liceat. Sic n. & ætas tua, & merita poſtulant. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Iunii. Mcccc/lxxxxiii.

Paulo Piſano Veneto. LXIIII.

f Actus ſum certior his diebus a Monachis Sancti Michaelis, declaratū te fuiſſe magno patrum ſtudio, legatum ad ſumnium pontificem pro Illuſtriſſimo Dominio noſtro Veneto. Repletus ſum hoc nuncio & magna qui dem voluptate, & maiore ſpe. Fuit enim mihi cordi plurimū: ꝙ (ſicut accæpi) non modo non affectanti non ambienti tibi id muneris demandatum eſt: ſed iacenti in domo atq; egrotanti: nihilq; huiuſmodi pro tua moderatione appe/tenti. Et tantum de tua ſingulari virtute ac fide, pluribus magiſtratibus ac lega tionibus quibus præter rationē ætatis hactenus ſapiētiſſime atq; integerrime

per functus

perfunctus es comprobata,mihi polliceor:vt non poſſim magis. A Domino factum eſt iſtud.Ipſum precor,vt proſperum tibi faciat iter tuum:mittatq; Angelum ſuum,qui te ducat ac reducat incolumen.Cæterum cõmendo tuæ nobilitati noſtra monaſteria,in agro Veneto ſita:& præcipue noſtram congregationem Sancti Michaelis.Cui ſi tua opera & ingenio Abbatiam Carcerum annectendam atq; vniendam curaueris:neſcio quid maius aut vtilius abs te ſperare ordo Camaldulenſis poſſit.Claſſenſi quoq; cœnobio,diu vexato & male habẽti:vt opem itidem feras peto.Viges animi conſiliiq; viribus:inſignis es pietate ac religione.Si duo hæc nobiliſſima olim noſtri ordinis membra: nunc vero pene humi ſtrata:tua virtute(vt confidimus)erexeris ac ſuſtuleris: numerari ſane id poterit inter clariſſima,quæ plurima expectantur,legationis tuæ facinora.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxviii.Iunii.Mccccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXV.

p Roducitur negocium Sancti Benedicti & Angelorum lõge amplius: q̃ initio futurum putaui.Creſcit morbus iſte indies. Tacẽtibus nobis ac diſſimulantibus audacior fit hoſtis:noſtraq; magis formidine, q̃ ſua virtute apparet fœlicior.Aſpirare ſibi hactenus proſpera videtur fortuna: Cui non ſubeſt ratio.Iccirco hac inſoleſcit licẽtia:veretur neminem:parere maioribus ſuis obſtinatiſſime detractat.Non aduertit:q̃ mutabiles ſint rerum vices:q̃ fortuna inſtabilis:quæ nũq̃ cuiq̃ ſimpliciter indulget:Maledicat de me ac familia q̃tũ voluerit:impingat nobis,quæ ſibi placuerint,crimina.Mihi ſemper pro minimo erit:vt ab ipſo iudicer,aut ab humano die. Qui enim iudicat me:Dominus eſt:qui reddet vnicuiq; iuxta opera ſua vt aliquid excogites: qđ cauſæ noſtræ profuturum ſit:peto & obſecro.Non modo.n.diſpendioſam huius rei moram arbitror:verum etiam periculoſam.Vale.Ex Fõte bono.Die vltima Iunii. Mccccclxxxxiii.

Bernardino Priori Clauſtrali.LXVI.

c Ommendo tibi animam cancellarii noſtri:qui apopletico correptus morbo: octauo,poſtq̃ ægrotare cæpit die,obdormiuit in Domino. Erat mihi & familiæ Cariſſimus:& tibi plurimum deditus. Factus hoc anno huic muneri idoneus:raptus e manibus nobis eſt inopinata morte. Et ego modo quo me vertam:quem potiſſimum ex multis competitoribus eligam: haud facile poſſum conſtituere:veritus ne in aliquem incidam:quem me poſt modum admiſiſſe pœniteat.Cæterũ quo animo accæperint noſtri omnes domeſtici,vt de me ſubticeam,nouam electiõem in loco iſto:ex tabellario noſtro plenius intelliges.Si patres illi futuris deinceps ſynodis non ſunt conſulturi prudentius & honori & vtilitati congregationis,q̃ modo fecerũt: (vide q̃tum mihi diſplicuerit hæc illorum inconſulta deliberatio) mallem profecto: vt in futurum non congregarentur.Neq; hoc dico tui cauſa:quem ab omni remotũ ambitione ſemper cognoui.Sed doleo mirum in modum:q; tã parui habitus eſt maxime autoritatis locus:vt in ſufficiendo prælatum,ſupra modum ab iis, qui hactenus præfuerunt,degeneratum ſit.Bene tecum in hoc actum eſt:q; pepercerunt tibi ab onere.Diligo cœnobium iſtud præcæteris: in quo educatus: in quo inſtitutus:in quo renatus ſum:& adeo diligo,vt milies ingemuerim:q;

inde mihi demigrare contigerit. Profectu illius præ omnibus gaudeo: defectu contabeſco. Verum hæc coram (vbi placuerit Domino) liberius tecũ querar. Hæc me modo ſcribente ſuperuenit Martinus conuerſus. Aegre didici: nõ potuiſſe te in poteſtatem accipere vrbanum. Nõ ſtetit per te: quin captiuum tecũ duceres. Reluctari non potuiſti ſublimiori poteſtati. Nemo excuſatiõem tuam non eſt admiſſurus. Vale. Ex Fonte bono. die. xix. Iulii. Mccccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXVII.

n On fuit neceſſarium apud me tuæ pietatis teſtimoniũ pro Bernardino Priore. Niſi ꝙ ex abundantia cordis os domini locutum eſt. Non potuiſti. n. non cõmendare, quem diligis. Et tamen bene de illo ſentiens, nõ falleris opinione. Nam ea eſt de illius moribus tum in noſtro ordine tũ apud patritios noſtros Venetos, quibus eſt notiſſimus atq; cariſſimus, exiſtimatio: vt non mirer, ſi tu quoq; ex eius congreſſu odorari viſus es virtutũ ipſius fragrantiam. Taceo variarum in eo diſciplinarum petitiam: in quibus adeo profeciſſe præter rationem ætatis certiſſimum eſt: vt eminere ac præſtare in ſingulis, facile credas. Ego illi afficior plurimum: tantiq; ipſum facio: vt niſi me ſuperaſſet caritas erga Sancti Michaelis cœnobium: quod Bernardini præſentia mirum in modum exornatur: nunq̃ illum paſſus fuiſſem a latere meo diſcedere. Neq; vt hæc dicam amore decipior. Iampridẽ. n. mihi explorata & cognita ſunt hominis merita. Gaudeo certe: ꝙ & tu quoq; optime noueris. Sic. n. fore arbitror: vt ipſum quoq; mecum pari complexurus ſis dilectione. Qua ſane re nihil ei optabilius poſſet cõtingere. Quæ vero mihi coram referenda ei iniunxeris, ſcire non potui: quoniam per Picenum Venetias rediit: deuitata conſulto æthruria: quam audiſſet, non admiſſuram hoſpitio ex vrbe peſtilenti aduenientes. Vale. Ex Fonte bono. die. xix. Iulii. Mccccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXVIII.

s I, vt accæpi relicto vrbis tumultu, in patrios tuos ſeceſſus veniſti: eſt quod maxime cupio. Tibi. n. primum ac tuis optime cõſulueris cœli mutatione. Et mihi erit cõmodius ad te ſcribere: tecũq; negocia noſtra pertractare. Incertus tamen de tuo aduentu: mittendum duxi Senas: qui exploret rei veritatem. Ne vero appareret in conſpectu Domini mei vacuus: dedi illi ad te de fructibus tum noſtræ Eremi tum fontis boni: fabas recẽtes, & pauculas truttas: quas citra iactum lapidis iuxta Camaldulum noſtri præhendiderunt. Illis rei nouitas: vtriſq; locus tibi ſubiectus auxerit gratiam: & vilitatem munuſculi facile compenſauerit. Vale. Ex Fonte bono. die. xxvii. Iulii. Mccccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXIX.

q Vod non fuerit ꝑmiſſus reduci ad me Vrbanus ſicut ſtatuerat Põtifex: credo certiſſime id nullius eorũ qui fauebãt nobis culpa accidiſſe. Ex quo aliter fieri non potuit: feram æquo aĩo. Doleo tm̃: labores dignationis tuæ ac oratoris Veneti Bernardiniq; Prioris, irritos & inanes fuiſſe. Pergratum vero tibi fuiſſe munuſculum noſtrum: cuius feceris participem Illuſtriſſimã Victoriam Principis plumbini conſortem: grate accæpi. Non tamen propterea agẽdæ mihi fuerant a Domino meo ingentes gratiæ. Nimiũ enim pro re vili hoc

pretium

prætium eſt. Seruus inutilis ſum. Quod debui feci: ſed non quantũ debui. Vbi
te viciniorem Senis factum intellexero: aut mittam q̃ primum cum litteris no
ſtris: qui iterum minutius aperiat tibi negocium monaſterii Sancti Benedicti:
aut veniam ipſe. Si prior nobis pars altera te conuenerit: nihil ad me. Referat
modo rei veritatem: & me etiam abſente atq; inaudito ſententiam feras. Iccir/
co curam habeo generalatus mihi delati dignitatis atq; honoris: vt non vitu/
peretur miniſterium noſtrum. Quãdiu apoſtolus Chriſti ſum, ait gentium do/
ctor: miniſterium meũ honorificabo. Si prælato ſubditus præferri ſinatur: erit
ordo ſane præpoſterus & cõfuſione plenus. Sublata.n.de medio columna obe
dientiæ: omnis ædificatio in religione conſtructa funditus corruat, neceſſe eſt.
Compoſitas vero fuiſſe, vt ſignificaſti, publicas res inter Pontificem & regem
alioſq; potentatus: reſtituto in vrbem Cardinali Sancti Petri aduincula, & Illu/
ſtri principe Virginio Vrſino: lætiſſimus didici. Fecit Pontifex prudentiſſime,
ac more boni paſtoris. Latus a domeſticis hoſtibus muniendum curauit: vt ab
externis minus timeat. Et ſciens ſcriptum: Inquire pacem: & perſequere eam:
maluit incruenta victoria gregem conſeruare illæſum: q̃ bellorum periculis ex
ponere. Atq; vtinam ipſo præſidente oriatur iuſtitia & abundãtia pacis: vt dor
miamus & non ſit qui exterreat. Quod non aliter futurum ſpero: niſi ipſe fuerit
pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. De quo apud Hieremiam legimus. In pa/
ce illius erit pax vobis. Vale. Ex Fonte bono. die. iiii. Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXX.

r Epleuit me amaritudine triſtis atq; acerbus caſus viri eminentiſſimi
Hermolai Barbari patritii Veneti, ac Patriarchæ aquileienſis: quẽ ſcri
bis his diebus peſte correptũ Romæ interiiſſe. Non indiget teſte dignatio tua,
tum vitæ illius ac morum, tum doctrinæ ac ſapientiæ ſingularis: cuius omniũ
iudicio facile ætate noſtra adeptus fuerat principatum. Præcipuum re vera de/
cus & ſpecimen Romanæ curiæ ſublatum non dubito: & quem præter ſui ordi
nis Antiſtites doctiſſimus quiſq; lugere merito debet. Suſcipiat illum in pace
Dominus: atq; inter Sanctorum ſuorum cateruas collocet. Ego tantum virum
etiam nec dum Sacris initiatum, plurimum ſemper magnifeci & colui: idq; nõ
tã ob altiſſimũ eius ingeniũ, admirabilemq; litterarũ tũ latinarũ tũ græcarũ pe
ritiam & eruditionẽ: q̃ ob mitiſſimam eius naturã & immaculatam vitã. Quã/
uis.n. vt ait Hieronymus, Pudicitiam ſola nouit cõſcientia: & humani oculi hu
ius rei certi iudices eſſe non poſſunt: multi tamen qui eum nouerunt, virgineũ
illi pudorem aſſcribunt. De illo ipſe omnia facile ſpero: neq; amore fallor: qm̃
fuerit contertaneus meus: cum ſit de homine idẽ etiam alienigenarum omniũ
conſenſus. Verum de hoc alias. Neq;.n.in præſentia laudandum Præſulem ſu/
ſcæpi: præſertim apud eum: cui erat notiſſimus. Vale. Ex Fonte bono. die. iiii.
Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Galeotto Abbati Sancti Hyppoliti. LXXI.

q Vod moleſte accæperis, laboraſſe me grauiter dolore laterum: mihiq;
timueris valde: facile id mihi perſuadeo. Qui.n. amat: timet. Ego ve/
ro vt ſcias, iampridẽ deſtinaui aĩo: non repugnare Dei voluntati: qñcunq; hinc
mihi foret demigrandũ. Quis.n. neſciat: cõſtitutos eſſe vnicuiq; terminos hu/

ſus mortalis vitæ: qui præteriri nõ poſſint? Porro ſtultiſſimum eſt & vecordiæ plenum: illud metuere qđ vitare nõ poſſis. Re vera multi anni ſunt: quibus quotidiana mihi ſuccurrit mortis meditatio. Eam haud parum vtilem ſentio. Memorare nouiſſima tua: & in æternum nõ peccabis. Quãobrem ſi timuiſti, tum mei tum meorum cauſa: abiice abs te iſtam curam. Tantum ora: vt cum nouiſſimus ille mihi aduenerit dies: nõ intret in iudicium Dominus cum ſeruo ſuo. Vale. Ex Fonte bono. die. viii. Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Vgolino Verino Florentino. LXXII.

f Eciſti haud ſecus, q̃ te facturum mihi ſpoponderam aio: vbi primum mihi allatus eſt nuntius acerbiſſimi caſus Hermolai noſtri. Dilexiſti hominem, dũ viueret: diligis eundem etiam vita functum. Vera caritas nunq̃ excidit. Condoles mecum ſuper obitu Viri eminentiſſimi: plurimiſq; amicum olim tibi cariſſimum effers laudibus. Ego vero paucis hac de re tecum agam: tum quia migrationẽ Sanctiſſimi Præſulis dudum per litteras ad Colẽdiſſimũ Dominũ & patronum meum Cardinalem Senenſem, qui mihi factũ prior nũtiauerat, conſcriptas ſemel deploraui: tũ vero imprimis ne diutius lugere mortuum videar: q̃ Chriſtiano homini conueniat. Fili, inquit ſapiẽs ſuper mortuũ produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe lamentari. Amaram fac plorationem: & fac luctum ſecundum dignitatem ipſius vno die vel duobus. Et accipe conſolationem propter triſtitiam: ne velis ſemper lugere propter Dominũ: & ne exacerbes nomen Domini Dei tui. Elapſus eſt fere menſis: ex quo demigrauit Hermolaus: & præſcribitur nobis lugendi mortui terminus, bidui ad ſummum. Sic aũt vixiſſe dicitur ad vltimum vſq; vitæ ſuæ: vt non ſine ipſius iniuria vel vno die pro eo lachrymæ fuerint fundendæ. Nã vt doctrinam eius atq; eruditionem ſingularem interim obmittamus: vidiſti vnq̃ hominem affabiliorem benigniorem mitiorẽ? Retulit mihi, quotienſcũq; cum eo congreſſus ſum alterum Moyſem: de quo legimus: ꝙ mitiſſimus fuerit ſuper omnes homines: q morabantur in terra. Enitebat in vultu eius virgineus pudor: vt merito de illo paſſim credatur: ꝙ abſq; vlla carnis contagione vixerit. Aduerſam vero fortunã q̃ æquo ſemper animo tulerit: ſatis tibi notum eſſe arbitror: præſertim ex quo a ſenatu Veneto permiſſus non eſt poſſeſſionẽ collati ſibi a Pontifice Aquileienſis Patriarchatus accipere. Extãt complures illius ad amicos epiſtolæ: quibus incredibilem conſtantiam & robur animi mundiq; contemptum manifeſte declarat. Quo fit: vt non mortuus exiſtimandus ſit: ſed ad meliorem vitam trãſlatus. De eius vero ingenio ac peritia in enarrabili, melius eſt ſilere q̃ loqui: cum omnis laus meritis eius lõge inferior ſit. Tu ipſe es optimus teſtis: an ſine vlla controuerſia, doctiſſimorum viroꝝ noſtri temporis fuerit facile princeps: ac tum latino ſermone tum græco cæteris omnibus longe præſtiterit. Nolo ſit hoc teſtimonium meum: ne videar ob amorem patriæ nimium conciui meo tribuere. Demũ vt ſemel finiam: ne immemor apparearẽ ſponſionis meæ: opto vt obdormierit in Domino. Si quid in laudem eius edideris: quemadmodum ſcribis te iam animo concæpiſſe: erit mihi per gratum. Eſt. n. habiturus præconem eruditiſſimum, & teſtem locupletiſſimum tum vitæ tum doctrinæ ſuæ.

Quod

Quod poema tuum publicare decreueris, dederiſq; ipſum oratoribus florenti/nis ad Fracoꝝ Regẽ perferẽdũ: feciſti qđ vt faceres iampridem hortatus ſum. Et re vera diutius occultaſti repoſitum, q̄ pro meritis. Et in ſacris voluminibus ſcriptum reperi. Theſaurus inuiſus & ſciẽtia occulta: quæ vtilitas in vtriſq;? Cupio vehementer tui gratia: vt accæpto Rex inſigni munere: referat tibi dignã ſe dignã laboribus tuis gratiã. Vale. Ex Fõte bono. xviii. Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXIII.

a Nteq̃ ex Fonte bono proficiſcerer: vt venirẽ Florentiã: ad ſubſtituen/dum de more in noſtro Camalduli Florẽtini monaſterio Priorẽ clau/ſtralem: rediit quẽ ad te miſerã Abbas Arretinus, cũ ſuaui munere, cũ ſuauiori/bus lr̃is dignationis tuæ. Nõ fuit ſatis Dño piẽtiſſimo: ꝙ gratias pro accæpto xẽniolo egerit ſeruo ſuo: niſi ẽt ad liberalitatis cumulũ cõtinuo gr̃am retuliſſet. Nihil ego vnq̄ ad te miſi non tuũ. Tuus ſum ego: tua ſunt cõſequẽter oĩa: quæ te ĩterprete te autore, olim meæ curæ credita ſunt. Cõqueri merito potes: ꝙ cũ quæratur inter diſpẽſatores: vt fidelis quis inueniatur: paucula de pluribus ac/cæperis: fecerimq; partẽ tuã noſtra deteriorẽ. Non ſic tñ, nõ ſic mecũ agis: idq; pro tua incredibili innataq; clæmẽtia. Miniſtrari debes: & miniſtras. Saluatorẽ imitaris dicẽtẽ. Ego aũt in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat. Benedictus Deus: qui te talẽ nobis patronũ largitus eſt: cuius & dulciſſimis reficeremur ſer/monibus: & ſanctiſſimis ꝓuocaremur exẽplis. De meis ad te epiſtolis nihil ſcrĩ/bo. Poſſunt tibi iccirco eſſe gratiſſimæ: ꝙ plenæ ſunt fidei & obſeruãtiæ erga te meæ: ꝙ ſeruulũ tibi deditiſſimũ totiẽs referũt: quotiẽs illas legis. Prior Ange/lorum viſitauit me hodie. Multũ ſe mihi optulit: multũ cõmẽdauit: teſtatus plu/ribus verbis, mihi ſe plurimũ affici. Audiui perbenigne loquentẽ: reſpõdi vbe/riore humanitate: ita vt a me ꝓfectus cõtinuo mihi munus trãſmiſerit. Opto: vt recto (ſicut præſetulit) animo venerit: tetigeritq; Dominus tandẽ cor eius: vt humiliatus ſub potẽti manu Dei, exaltari mereatur in tempore viſitationis. Multa vltro citroq; contulimus: Inter cætera illud haud importune memora/ui. Quem enim fructum habuiſtis tunc in iis: in quibus nunc erubeſcitis? Refe/ret reliqua coram Abbas Sãcti Fœlicis: qui omnibus ſermonibus noſtris, ita re/quirente Priore, interfuit. Quicquid ipſe decreueris: ratum habebo. Vale. Flo/rentiæ. Die. xxx. Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Bernardino Gadolo Priori Clauſtrali Sancti Michaelis. LXXIIII.

n On potuit quicq̄ mihi grauius ac moleſtius ſignificari: q̄ obitus Si/mõis cariſſimi filii mei, Prioris Oppitergii. Qualis. n. monachus fue/rit: & q̄ ſanctæ atq; inocẽtiſſimæ cõuerſatiõis: es ipſe mecũ optimus teſtis. Pau/ciſſimos certe noui in nr̃o ordine: quibus ille vita & moribus ceſſerit. Me vero tãta ſemper caritate cõplexus eſt: vt neſciã quid addi potuerit. Quo factum eſt: vt ſine ſingultibus & lachrymis litteras tuas legere nõ potuerim. Si beneut ſcrĩ/bis, mortuus eſt: nõ erat de eo ſecus expectãdũ. Quis. n. ſperauit in Dño: vt ipſe ſemper viuens fecit: & ab eo derelictus eſt? Ita mihi cõtingat demigrare in pa/ce, ac fœliciter decedere: ſicut illi eueniſſe, mihi certiſſime pſuadeo. Experiri mo/do illum arbitror: q̄ ſit precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius: &

q̃ beati ſint mortui: qui in Domino moriũtur. Subſtitutum fuiſſe in locum eius Andream monachum: probo, & laudo. Sum adhuc Florentiæ: vbi me conue/nit heri Prior Angelorum multa ſummiſſione & reuerentia. Præmiſi hodie Se nas præcurſorem meum Baſilium Abbatem: requiſitum tamen litteris huma/niſſimis colendiſſimi Protectoris: vt eo ſe conferret. Vbi redierit: ego quoq; Cardinalem viſitabo. Quod duos ad profeſſionem admiſeritis: & tertium ad religionem: grato animo didici. Cupio, vt nouitius hic Priori defuncto ſimilis euadat. Epiſtolarum mearum volumen, vt petiſti, deponere apud vos, mihi eſt animus. Vale. Florentiæ. vltima Auguſti. Mcccclxxxxiii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXXV.

q Vas ad me octauo idus Iulii litteras dediſti: eas nono Kalendas Augu ſti accæpi. Aberam tũc forte Camaldulo. Siquidem ſeceſſeram animi gratia cũ fratribus meis ad abbatiam noſtrã de Pratalia: ſitam & ipſam in alpi/bus & ſolitudine. Qua vero hora mihi redditæ ſunt: cõtemplabar ego ex altiori rupe noſtros in flumine, capturæ piſciũ inſiſtẽtes: atq; illos nõ retibus ſed mani bus e cauernis ac latibulis ſaxorũ ſicut multo labore ita & magna voluptate ex/trahẽtes. Perlectis lr̃is tuis: optabam plurimũ: vt tu quoq; nobiſcũ piſcationi intereſſes: vt vel ſic paululũ remitteres animũ a grauioribus epiſcopatus tui cu ris. Fœliciorẽ nihilominus te iccirco exiſtimaui: q; nobis capturæ piſciũ q pau lopoſt deuorandi forent, ſtudioſe incũbentibus: tu iampridẽ piſcator hominũ factus ſaluti animarũ fructuoſius intenderes. Subiit enim recordatio conuerſo/rum ex circũciſione ac iudaiſmo ad catholicã fidem: quos ipſe haud multo an/te propriis manibus baptizaueras: ac vitali vnda pfuderas. Fuit itaq; ea lr̃arum tuarũ occaſione prolixior de te cum monachis meis ſermo. Poſtridie vero eius diei Camaldulũ redii: & eo nimiꝝ animo: vt continuo reſpõderẽ litteris tuis. Recordatus aũt nihil adhuc reſcripſiſſe mihi colendiſſimũ Protectorem ad eas quæ pro ſuſcæpto rerũ tuarum patrocinio dudum illi ſcripſerã: non videbar ti bi poſſe mea reſponſione plenius ſatiſfacere: niſi certius ſignificaſſem, quo ani/mo accæpiſſet ille meã pro te gratiarũ actionẽ. Hac ſolũ de cauſa retardatus: diſtuli hactenus reſpõdere tibi. Quomodo vero tandẽ pro te ſatiſfecerit votis meis cõis patronus, & lr̃is primũ, & poſtea corã: paucis aperiã. Contuli me Flo rentiam his diebus: vt inde me Senas reciperẽ. Anteq̃ diſcederẽ Florẽtia: tres a colẽdiſſimo protectore accæpi epiſtolas: iter quas vna erat: quã huic noſtræ in cluſam ad te mitto. Ex ea facile tibi conſtiterit: quantum te diligat: quanti te fa/ciat. Biduopoſt ad eum viſitandum Senas profectus ſum: Vbi non ſemel de te inter nos exortus ſermo: plenius quæ ipſe de te ſcripſerat cõfirmauit. Demum vt ſcias illum minime oblitum tui: Prior de te verba mecum fecit. Nam vbi primum cognouit me ingreſſum Senas, diuertiſſe ad noſtrum monaſterium Sanctæ Mariæ de Roſa: inuitauit me per internuntium ad prandium in ſe/quentem diem. Poſteaquam pariter diſcubuimus: cœpit quidam de more le/gere, ſuppreſſo autoris libri nomine. Lectum eſt per dimidium fere horæ ſpa/tium. Facto a Cardinali ſigno, lectio intermittitur. Et ſtatim ad me conuerſus: qui illi proximus recumbebam: pauit, inquit, nos modo ſpiritualibus epulis

Paduanus noſter Epiſcopus. Eſt enim eius opuſculum: quod modo lectum eſt. Gauiſus ſum ſupra modū: ꝙ tua ſcripta illi eſſent gratiſſima: plurimū ꝗ iis ob/lectaretur. Deniꝗ conſumatum eſt conuiuium, nobis de te colloquētibus. Cūꝗ is te miris laudibus extolleret: & ego intuliſſem: arbitrari me paucos poſſe in/ueniri Antiſtites: qui tibi vita & doctrina parem forent: ſubito reſpondit. Poſſu mus facile dicere: ipſum hac noſtra tempeſtate vnicum eſſe ac ſolum. Hoc de te elogium multis coram aſtantibus protulit. Quod ideo tibi ſignificandū cen ſui: vt ſcires, te ab illo optime cognitum, plurimum diligi & obſeruari. Si miſe/ris ad eum alia tua opuſcula, ſicut promiſiſti facturum: non dubito illa tanti vi/ro fore iucūdiſſima: & ſummopere placitura. Vale. Ex Fōte bono. xiiii. Septēb. Mcccclxxxxiii.

Frācisco Picolhomineo Cardinali Senēſi Protectori. LXXVI.

P Rofectus a te ſuperioribus diebus, compleui deſyderiū tuum Domi/ne mi optime. Diuerti cum ſociis ad abbatiam tuam de Berardinga: Vbi excepti ſumus a familiaribus tuis, ea humanitate atꝗ hilaritate: vt facile cumulateꝗ præſetulerint: quæ illis ad hoc perficiendum mādata dede ris: imo cuius naturæ foret Dn̄s, domeſtici plenius oſtenderunt. Succurrit mihi illud ſapientis. Secūdum iudicem populi: ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis: tales & inhabitantes in ea. Taceo, q̄ laute, q̄ delicate nos acceperint. Longe certe minus ſuffeciſſet nobis: q̄ quod ab his appoſitum fuit. Sed quando ita voluiſti: agimus pro tam benigna hoſpitalitate, ingentes Dignationi tuæ gratias. Delectati ad hæc ſumus mirum immodum ſtructuræ ipſius venuſtate & gratia. Renouatum offendimus in ipſo ingreſſu circūquaꝗ periſtyllium: re/nouata cubicula: porticus: atriola. Benediximus Domino: ꝙ tali cœnobium il/lud cuſtodi ac patrono cōmendauerit: qui præter multorū ac pene omniū com mendatariorum morem, accuratiſſimam loci curam gereret. Referat tibi Deus omnipotens pro hac tua in ipſum religione ac fide, quam meritus es gratiam: vt audias in die retributionis. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudiū Domini tui. Petiit a me Ioan nes Eremita cōmeatum: vt te conueniret. Annui libentiſſime. Oblato ei iumen to, pedes venire maluit. Satiſfeciſſe me arbitror ipſius deſyderio: tranſlato ab eo Maioratus onere: ac ſuper alterius licet renitentis humeros poſito. Si humi litatis gratia maiores appellari erubeſcūt Eremitæ noſtri: debeo vtiꝗ illis plu rimum: nec poſſum hanc eorum mentem improbare. Quis enim nō ſummis efferat laudibus propoſitum ſanctum: Super quem, ait Dominus, requieſcet ſpiritus meus: niſi ſuper humilem & manſuetum & trementem ſermones me/os? Sin vero primatum recuſant in Eremo, vitandi laboris cauſa: excuſabi/les forte adhuc videbuntur: quando nemo quiſquam inueniri facile poteſt: qui non magis quietem & ocium cupiat, quam laborem. Quid ergo mihi agendum erit? Nunquid extra Eremum exquiram: qui pro me in Eremo cu/ram gerat? Nunquid indignis & minus idoneis Maioratum credam? Ego lon/ge magis probarem: vt ſepoſita quiſꝗ priuata quiete, amplecteretur obedi/entiæ ac pietatis opera: quam vt relicta alienis cura, propriæ tranquillita/tis ac remiſſionis haberet rationem. Hæc modo volui paucis attigiſſe: vt

ſi tibi viſum fuerit:inſtruere harum litteraꝝ baiulum:ac per ipſum reliquos ere mitas in ſpiritu lenitatis,ſicut moris tui eſt:vt caritaté quam ſacræ debent Ere mo,quieti ſuæ anteponant : etiam mea ſuggeſtione id liberius facias. Vale. Ex Fonte bono.die.xxii.Septembris.Mcccclxxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXXVII.

P Romotionem tot ſimul prælatorũ ad Cardinalatũ:de quibus ſignifi/ cauit mihi Dignatio tua:iccirco approbo:ꝙ labẽte eccleſia Dei,& in/ deterius ruente indies:ſperari facile põt,ipſam eo firmius atqꝫ ſolidius ſuſtẽtan dam erigendãqꝫ:quo pluribus fuerit colũnis ſuffulta.Facta eſt non parua acceſ/ ſio veſtro Senatui.Et forte nõ vacat a myſterio,ꝙ duodẽnarius Apoſtolicus nu merus vno die ſacratiſſimo Cardinaliũ collegio additus ſit:vt Apoſtolico zelo ĩflãmati oẽs pariter,vno cõſenſu,vno ſpũ & voto,Chriſtianæ rei publicæ cõſu latis:& ſpõſam Chriſti vr̃æ cuſtodiæ ac fidei cõmẽdatã:impollutã atqꝫ ĩmacu/ latam cõſeruetis.Scriptũ eſt.Erit ſalus:vbi multa cõſilia.Vnũ eſt: pp qđ conceptum ex tot Dñorum Colẽdiſſimoꝝ promotione gaudiũ meũ nõ eſt plenũ:ꝙ maiori periculo expoſita video,paucula quæ ſupſunt beneficia nr̃i ordinis.Adepta dignitate,parare ſibi vnuſquiſqꝫ cõtẽdet dignitati cõſeruãdæ neceſſaria.Par cat nobis Dñs ſua pietate:ne nr̃a pauptate ditẽtur.Potens eſt.n.Deus aliũde pa rare eſcã tot accipitribus ortogometrã:qui olim ſuſcitato aqlone aduolare fe/ cit trãs mare in caſtra populi Iſrael coturnicũ multitudinẽ. Heri veſperi factus ſum certior:Scipionẽ Mãphredũ,Fauentini principis filiũ,cõmendatariũ San/ cti Ioãnis infirmari ad mortẽ.Scripſi cõplures litteras hac de cã ad eos:qui fa/ uere nobis tum Florẽtiæ tum Fauẽtiæ facile poterũt.Tu quoqꝫ Dñe colendiſſi/ me ſcribas oro Petro de Medicis:vt exhibeat patrociniũ nr̃o ordini:qui trien/ nio ante multo labore & ſumptu cœnobiũ illud in regularẽ vitam,maximo to tius populi applauſu & gaudio reformauerat.Erit hæc tua apud illũ cõmenda/ tio,nobis ſupra modũ grata.Vale.Ex Fonte bono.ix.Octob.Mcccclxxxxiii.

Baſilio Abbati.LXXVIII.

Q Vod audita morte aduerſarii tui,non mõ (vt pleriqꝫ oẽs cõſueuerũt) lætatus nõ ſis:verũ ẽt pro defuncti anima ſolẽnes exequias fieri man/ daueris:feciſti profecto rẽ,chriſtiano hoĩe dignã.Impleſti hac tua in mortuum pietate Dñicum præceptũ.Diligite inimicos veſtros:bñfacite iis : qui oderunt vos:& orate pro pſequẽtibus & calũniãtibus vos.Reddidiſti pro malo bonũ: pro calũniis preces & hoſtias Dño.Imitatus es ꝓphetæ ſanctiſſimi mãſuetudi nem ſingularẽ:qui perſequẽtes ſe inimicos,ẽt mortuos inſigni clæmentia pro/ ſecutus eſt.Legiſti enim quid fecerit : cum didiciſſet Saulem cecidiſſe in bello. Sumpto nanqꝫ de Amalchyta ſupplitio:qui ei nuntiauerat,ꝙ occidiſſet inimi/ cum:eo ꝙ auſus fuiſſet mittere manum in Chriſtum Domini:ſcidiſſe ſcribitur veſtimenta ſua:& planxiſſe ac fleuiſſe:ieiunaſſeqꝫ vſqꝫ ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionatam filium eius,& ſuper populum Domini : eo ꝙ corruiſſent gla/ dio.Et ne ſemel tantum hoc putes Dauid contigiſſe:cum ſemper ei familiaria fuerint opera pietatis:mortuo Abner Principe militiæ Saul dolo & inſidiis fi/ liorum Saruiæ:præcepit populo,qui ſecum erat. Scindite,ait, veſtimenta ve/

ſtra:&

ſtra:& accingimini ſaccis : & plangite ante exequias Abner. Porro rex Dauid ſequebatur pheretrum. Cunq; ſepelliſſent Abner in Ebron : leuauit rex Dauid vocem ſuam:& fleuit ſuper tumulum Abner. Huius tu veſtigia ſecutus : multis præter domeſticos tuos accerſitis ſacerdotibus : ſolemnes pro te olim perſequente inferias celebraſti. Potes iccirco & tu eodem ſecura conſcientia dicere. Si reddidi rettribuentibus mihi mala:decidam merito ab inimicis meis inanis. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis ſoluantur. Verum illa longe ſanctior:cum pro defunctis oratur:qui viuentes odio habuerunt nos gratis. In huiuſmodi opibus te frequenter exerceas. Scribit Paulus ad Thimotheũ. Pietas ad oĩa valet: ꝓmiſſionẽ hñs vitæ quæ nũc eſt & futuræ. Hac munitus virtute,quæ & diuinũ cultũ & caritatẽ in proximũ in ſe cõtinet: facile cognoſces quomodo ad omnia ſit vtilis pietas. Huic te enixius operam dante:nõ erit in te Deus recens:neq; adorabis Deum alienũ:auaritiã dico:quæ eſt idolorũ ſeruitus. Omnem animi elationẽ & faſtũ ſuperabis. Supborũ enim & ſublimiũ colla propria pietatis virtute calcabis. Libidinũ ſtimulos atq; incendia carnaliũ voluptatũ per eam facile retundes atq; extingues. Gulæ illecebras & alia vitiorũ irritamenta,huic deditus operi conſtãtiſſime reiicies. Motus animi & corporis illicitos exercens pietatẽ,oẽs pariter rationi ſubiugabis. Proſpera deniq; mũdi vniuerſa deſpicies: vt cœleſtiũ bonoꝶ merearis participatione gaudere. Qui enim ſunt Chriſti:carnẽ ſuam crucifixerunt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Propitius ſit tibi Dominus: vt eo adiuuante quæ placita ſunt ei facias ſemper:tandemq; corona cœleſti dignus ſis: vbi perſeueranter legitimeq; certaueris. Vale. Ex Fonte bono. die. x. Octobris. Mcccclxxxxiii.

Thaddæo Viaranenſi. LXXIX.

o Stenderunt his diebus vna tecũ conciues tui:quo ſemper animo fueritis erga ordinẽ noſtrũ. Oblata enim per mortẽ cõmendatarii occaſione reformãdi monaſterii Sancti Ioãnis:nihil (vt audio) ab vniuerſo populo Fauẽtino deſyderari potuit auxilii:quod nõ re ipſa ſingulari pietatis exẽplo præſtitum ſit. Cõmota eſt vniuerſa ciuitas:quaſi vir vnus, iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus:ipſi quoq; adhuc balbutientes pueruli vna voce & magnis acclamationibus cõuenerũt ad reſtituẽdũ ordinẽ in locũ ſuum : effractis p vim foribus:quas cõmiſſarii alienigenæ iuſſu neſcio qui intus obſederant. Egregiũ facinus,& omni laude proſequendũ. Ego quidẽ pro tam pio opere,pro tam religioſo officio,tantum vobis debeo:q̃tum abſq; vlla poſſum excæptione. Referat Dominus pro nobis populo iſti accæptabili,ac ſectatori bonorum operum meritam gratiam. Tu vero meo nomine iis potiſſimũ cõterraneis tuis gratias ages:qui huius cõficiendi negocii fuerũt autores. Præceteris autẽ inclyto Principi veſtro:tenello adhuc ætate,ſed maturis moribus : & eius imprimis indolis:qui ſana ſuorũ conſilia:& ad incrementũ diuini cultus pertinẽtia libẽter admittat. Hac profecto rerũ diuinarũ cura,hoc affectu in reformãdis ſuæ ciuitatis monaſteriis,facile ita proficiet ætate & gratia apud Deũ & homines: vt merito de illo dicturi & audituri ſimus. Quis putas puer iſte erit? Vale. Florentiæ. die. xxviiii. Octobris. Mcccclxxxxiii.

Baſilio Abbati. LXXX.

ſ I multū te diligo:multūq; curæ mihi aſſumo:in te exhortādo excitā/
do admonēdo:vt īdies de virtute ī virtutē ꝑficias:reddaſq; altiſſimo
vota tua:facio,qđ tua erga me merita expoſcūt. Intermiſſis negociis
tuis,atq; poſthabita domus tuæ admīſtratiōe:cōtinuos ꝑ me ſubis labores:nū
q̄ reqeſcis nr̄i gr̄a:nūc domi,nūc foris ſic agis vices meas:vt ſecurus p te ī vtrā
q; aurē dormiā.Cogunt me iſta:vt ꝑ te ſim ſolicitus:vt nō obliuiſcar tui:vt aīo
ſæpius qd corā nō poſſum tecū loquar.Præcaris inſup me īſtātius:vt īplicatum
pro me terrenis occupationibus te Deo cōmēdē:ne diſtracto nimiū familiari/
bus curis aīo,obliuiſci aliqñ eius tibi cōtingat:qñ non poſſumus duobus Dñis
ſeruire.Quo fit,vt ego viciſſim tibi cōpatiar:qui portas pro me pōdus diei &
æſtus:nec ſineris vacare cōtēplationibus pro bona volūtate. Vexari te neceſſe
eſt ſolicitudine tēpotaliū rerū:vt familiæ neceſſitatibus cōſulatur.Nō potes nō
aliquā ppea in iis,quæ ad Deū ptinēt iacturā facere.Sed ſufficit tibi volūtas bo
na.Caritas.n.opit multitudinē peccatoꝝ.Pericula quidē multa ſunt ī huiuſmo
di verſari:his irretiri negocioꝝ īplicamētis. Veꝝ oīa vincit amor. Laudata eſt
Maria:ꝙ optimā ptē elegerit:ſedēs ſecus pedes Dñi:& audiēs verbū illius.Nō
tñ Martha repræhēſa eſt,ꝙ elegerit malā:qa ſolicita erat:& turbabat̄ erga plu
rima.Pars vtiq; illa ſuauior:forte aliqñ iſta vtilior.Eſto itaq; bono aīo:nec laſſe
ſcas in tribulationibus pro nobis:ſciēs qm̄ tribulatio patiētiā opatur:patientia
ꝓbationē:ꝓbatio vero ſpem:ſpes aūt nō cōfundit:qa caritas Dei diffuſa eſt in
cordibus nr̄is p ſpūm ſcūm,q datus eſt nobis.Tētat te diabolus? Et tu ſi dixe/
ris:Qui habitat in adiutorio altiſſimi:in ꝓtectione Dei cœli cōmorabit̄:cadēt
a latere tuo mille,& decē milia a dextris tuis.Alliciūt te quotidiana mundi hu/
ius blādimēta?At tu erectis in cœlū oculis pſalle.Mihi autē adhærere Deo bo/
num eſt:ponere in Dño Deo ſpem meā.Cōtendis a me:vt ſæp ius te moneā:ac
cœleſtia tibi ꝓponā.Facio qđ hortaris.Spero tñ:ꝙ monitis meis paꝝ īdigeas:
q & hæc pro tua prudētia iāpridē noueris:& pro recta mētis intētione,eadem
īſtātiſſime oparis.Vale.Ex Camaldulo noſtro Florentino.Die.xxix.Octobris.
Mcccclxxxxiii.

Bernardino Priori Clauſtrali.LXXXI.

i Ngreſſus Florentiam magnificus orator Paulus Piſanus ſexta & vi/
geſima præſentis menſis die:heri poſt meridiem profectus eſt.Occur
rit illi extra vrbem inclytus Petrus Medices cū primariis ciuibus multis:dedu
xeruntq; ipſum non ad hoſpitium publicum,ſed in palatium quoddā peruenu
ſtum:vt honoratius ibidem & cōmodius exciperetur.Fuit hic per hos dies Flo
rentinorum ſemper ſumptibus benigne accæptus:& ſicut ab eo didici,vberio/
re ſemper humanitate.Viſitaui eū domi poſtridie eius diei:quo in vrbē venit.
Ipſe quoq; viciſſum altera die huc me adiit,ſingularis ſuæ erga me ſignificatio/
ne caritatis.Oſtendi ei cœnobiū noſtrum:quod & illi perplacuit. Requiſitus a
me,vt in iis,que ad generalatus curam pertinerent,Petro medici me cōmenda
ret:affatim mihi & cumulatiſſime ſatiſfecit.Deducere ipſum extra vrbem in ꝑ/
fectione ſua volui:ſed non permiſit.Tātūmodo petiit a me: vt ſæpius ad eum
ſcriberem:ſiquidem litteræ noſtræ futuræ ſibi eſſent q̄ gratiſſimæ. Hæc iccirco
plenius ſignifico:non tā vt intelligas,quanta me Paulus noſter beniuolētia cō/
plectatur:

pleƈtatur:q̃ ꝙ in hoc ſuo per vrbem Florentiã tranſitu, plurimum ſua viſitatio/ne & cõmẽdatione rebus noſtris contulerit. Fauentinũ negocium ne contemnatis: oblata vobis per cõmendatarii mortem occaſione recipiendi haud ignobi/lis monaſterii: fauente præſertim nobis miris ſtudiis populo. Vale. Florentiæ. Kalendis Nouembris. Mcccclxxxxiii.

Petro Maiori Eremi. LXXXII.

E Xtorſit a me multis precibus, ac nõnullorũ ciuiũ amiciſſimoꝝ inter/ceſſionibus, frater Gregorius: vt ipſum ĩ Eremũ admitterẽ. Pollicitus eſt: ſe ita victurũ inter nos: vt neminẽ noſtrũ vlla ſubitura ſit pœnitẽ/tia: ꝙ impleuerimus deſyderiũ ſuũ. Reſtiti multũ petẽti: non tã vt probarẽ ſpi/ritum, an ex Deo eſſet: q̃ vt mihi ipſi ſatiſfacerẽ: qui exptus, quot ſcandaloꝝ fue/rint autores, admiſſi in noſtrũ ordinẽ alterius pfeſſionis hoĩes: ſæpius conſtitui apud me: ne quẽquã huiuſmodi reciperem. Vicit me ſupplicis depræcatio, atq; obteſtatio per miſericordiã Dei. Vicit Michaelis Nicolini imprimis, optimum de illius probitate ac moribus teſtimoniũ, & interceſſio pro eo haud vulgaris. Vicit ĩſup repugnãtẽ animũ, ipſius Gregorii ſingularis modeſtia doƈtrina pru/dẽtia, & laboꝝ, quos in lõgo itinere ptulit magnitudo: ne fraudaret̃ ſuo deſyde/rio. Me ẽt iccirco exorauit facilius: ꝙ cũ lr̃is tuis cõmẽdatitiis me cõuenit: ſatiſ/ꝙ tibi quoq; dignus viſus eſt: cui obtẽperaremus. Regnũ cœloꝝ vim patit̃: & violẽti rapiũt illud. Siqdẽ volũtatẽ timẽtiũ ſe faciet Dñs: & deprecationẽ eoꝝ exaudiet. Quid miꝝ: ſi & nos aliqñ cedimus violẽtiæ: cogimurq; nõ noſtrã ſed alioꝝ facere volũtatẽ? Surrexit ille noƈte media e cubili ſuo: & petẽti ad impro/bitatẽ vſq; idẽ inuitus optulit panes, quot quot illi fuerãt neceſſarii. Poſtulat hic a nobis panẽ. Nũquid pro pane lapidẽ dabimus ei? Nũquid p pietatis officio, pro viſceribus miſericordiæ, in humanã repulſam: p germana beniuolentia & caritate, durũ atq; imite rñſum ob noſtrã referet in clæmẽtiã? Profeƈto exiſtima/ri facile poſſet: nõ abſtuliſſe Dñm, ſicut p Ezechielẽ teſtatur, cor lapideũ de car/ne nr̃a: neq; dediſſe nobis cor carneũ: nec ſpũm ſuũ poſuiſſe in medio nr̃i. Miꝝ præterea & indecẽs videri nõ debet: ſi eremitani ordinis Frater ſuſcipiat̃ ĩ Ere/mum: qñ præter idẽ cognomen eremitanoꝝ pr̃ & dux Auguſtinus, pulchrũ ad Eremitas opuſculũ de laudibus vitæ ſolitariæ olim ediderit. Quãobrẽ reqſito prius de more eremitaꝝ cõſenſu admittes Gregoriũ ad pbationẽ: ſi eoꝝ ſanior & maior ps annuerit. Neq; illi habitũ eremiticũ trades: niſi clariora eremiticæ inſtitutionis ppetuo obſeruãdæ præſetulerit argumenta. Vale. Florentiæ. Die. x. Decembris. Mcccclxxxxiii.

Petro Maiori, & Eremitis.

P Etitis a me: vt redire in Eremũ pmittã cõuerſum: quẽ Vicarius noſter pauloante, ob ſuã in domũ meã rebellionẽ, trudi in carcerẽ iuſſit. Dari vultis, malũ gerẽti animũ, liberũ peccãdi locũ: & vti me cupitis erga eũ huma/nitate: a quo ſemp abfuit oĩs humanitas: apd quẽ nullus ſupeſt peccãdi pudor: nulla pietas: nulla fides. In veritate dico vobis: (neq;.n. mihi fas eſt diſſimulare vobiſcũ) miratus ſum admodũ tã ĩdiſcretã cõmẽdationẽ, tã pͦpoſterã miſericor/diã veſtrã. Tãtũ facinus hic admiſit: vt ĩſurrexiſſe in eũ pro me ipſi debueritis: & eũ mihi enixius cõmendatis: q vix oƈtauũ in vinculis pegit diem? Non ex/peƈtaui hoc a vobis: qbus honor meus maximæ eſſe ſemp curæ debet. Videtet

ne ſub prætextu clæmentiæ iuſtitiam profligare videamini. Cuius vim atq; ra/tionem ſi recte conſyderaueritis: orabitis me potius: vt animaduertam acrius in impium & nocentem: q̃ vt impunitate aut leuiori caſtigatione, ad aggrediẽ/da maiora & grauiora ipſum prouocem. Non ſum immitis: nõ ſum ĩclæmẽs: mihi credite. Experti ipſi eſtis: qua manſuetudine & pietate per tredecim an/nos & eo amplius præfuerim vobis. Teſtes eſtis vos: quam ſæpe mihi ſuggeſ/ſeritis: vt punirem inter vos, qui vel leuiter deliquiſſet: ne impunitate rigor il/le eremiticus ſolueretur. Nunquam tamen præbui vobis aures: quoniam indi/gna mihi viſa ſunt quæ ſuggerebantur pœna grauiore. Peccauit iſte conuerſus modo peccatum maximum: & accæpta olim a me manifeſtæ rebelliõis venia, recidiuam denuo paſſus eſt. Et falſæ miſericordiæ ſpecie capti, educi reũ de cu/ſtodia tanquam minimum quid admiſerit poſtulatis. Nemo veſtrum rem veri tate ponderat: ſed affectione: quam vtiq; patri veſtro longe maiorem debetis. Sunt peccata venia & remiſſione facile digna. Sunt item alia: quæ ſi inconſulta miſeratione dimittantur, errores grauiores coaceruant. Errauit iſte non ſemel: & quidem neſcio an potuerit grauius: nec inſcitia & ignoratione, ſed malitia & conſilio errauit. Hæccine, obſecro, eſt eremitæ in generalem ſuum fides? Hæc/cine pietas? Quamobrem, vt aperte ac libere more meo vobis reſpõdeam: pe/titis & non accipitis: eo q̃ male petatis. Sinite: vt iuſtitiæ habeatur ratio. Nolo mortem peccatoris: ſed vt conuertatur & viuat. Percute, inquit, filium tuum vir ga: & liberabis animam eius a morte. Itemq;. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽ tior erit. Et rurſum. Erudi filiũ tuum: ne deſperes: ad interfectionẽ autẽ eius ne ponas animam tuam. Valete. Florentiæ. Die. xxvii. Decembris. Mccccl xxxxiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi. LXXXIIII.

t Ertius hic agitur menſis: ex quo percunctatus curioſius multos, ſcire non potui: quo te recepiſſes. Suſpicari iam merito cœperam: ne forte, ſicut eueniſſe prophetæ legimus, tuliſſet te ſpiritus Domini: & ꝓieciſſet in vnũ montium aut in vnam vallium: vt ibidem morbi ſcæuitiam ac periculum eui/tares. Pridie Kalendas Ianuarii primum didici ex procuratore noſtro: ingreſ/ſum te fuiſſe Romam cum Summo Pontifice. xviiii. eiuſdẽ menſis die: & quod potiſſimum audire cupiebam, incolumem ac beneualentem. Benedictus Deus. Sumus adhuc Florentiæ: vbi nihil tentandum contra Priorem duximus: ne quid te non iubente aggrederemur. Cupimus potius curru, vt dicitur, leporem compræhendere: atq; illum imitari, cuius meminit poeta. Vnus, qui nobis cun ctando reſtituit rem. Subeſt nonnullis ſpes: aut vtrunq; Priorem ſimul, aut al/terum ſaltem, actum pœnitẽtia ſubiecturum ſe mihi. Quod maxime mihi cor/di foret: ne quando illud Apoſtoli obiiciatur nobis. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis: videte ne ab inuicẽ cõſumamini. Scio enim q̃ ſit præter hominis rationem diſcordia atq; diſcenſio. Vnum tantum peto Domine Colendiſſime: vt preceris Pontificem: ne quid te ignorante Priori Angelorum tribuat pote/ſtatis ſuꝑ cœnobio Sancti Benedicti. Hoc ſi impetrauerimus: vicimus. Cæte/rum caute ſe habeat in vrbe dignatio tua: vbi mitigatã quidem audio peſtilen/tiæ vim: nõ penitus extinctam. In maxima hic trepidatione viuitur ac pauore:

ne immunẽ

ne immunem per tot annos ciuitatem a contagione huiuſmodi ſiue aeris cor/ruptione,peſtilens(quod abſit) atq; infœlix annus excipiat. Aiunt:citra Senas his diebus nonnullos peſte interiiſſe:quæ res maiorem terrorem incuſſit. Ap/propinquare cernitur paulatim hoſtis:qui male niſi Dei auxilio fugari atq; ex/terminari poteſt:&(quod maxime auget omnibus metum)eo tempore in ar/mis eſt depopulatur vaſtat : quo alias in hybernis agere,aut caſtris ſe cōtinere conſueuit. Multa prætерea & magna præſenti anno futura vaticinantur concio natores:quæ illatura ſint Italiæ inſignem & cōmunem ſtragem. Auertat Domi nus iram ſuam a nobis:neq; nos deſerat in tempore malo. Vale. Florentiæ. die iiii. Ianuarii. Mcccclxxxxiiii. Petro Maiori Eremi. LXXXV.

q Vod indoleas cū cæteris ſeuiorem, vt ipſi putatis, animaduerſionem in conuerſum veſtrum:non ingrate legi. Neq; enim & ego inclæmen tior vobis ſum:qui nō facilius pietate q̄ ſeueritate in afflictos cōmouear. Quid tamen? Diſſimulādi ne ſunt ſemper errores hominum:ne videamur immites: ne acerbitatis nomine infamemur? Quibus diſplicet malum,non mouebūtur, non indignabuntur:cum id aut fieri viderint:aut factum audierint? Profecto ſi hoc pmiſſum fuerit : vt prætextu pietatis impune malis cedat : religio omnis & vita ipſa hominum in maximam rerū confuſionem deueniet. Soluatur neceſ ſe eſt quilibet adminiſtrantium ſtatus : niſi illum cuſtodierit metus ac formido pœnarum . Sine peccato iraſci aliquando poſſunt patreſfamilias:cum noxios pœnæ ſubiiciunt. Nec ad vltionem inſurgunt deliquentium , qm̄ peccauerunt: ſed ne impoſterum peccent. Hoc animo puniunt nocentes:vt vita emendetur: Licentia comprimatur. Præſentanea cōmotione ferueſcunt:irati videntur: Sed ſcriptum non ignorant. Iraſcimini:& nolite peccare. Tranquilla nihilominus ac ſedata intentione faciunt omnia ad animarum ſalutem. Vale. Florentiæ. die xv. Ianuarii. Mcccclxxxxiiii. Eidem. LXXXVI.

r Epetita cōmendatio tua pro recluſo apud Fōtē bonū,digna iā fuiſſet, quæ exaudiretur:niſi illata a multitudine propinquorum eius,qui ar/mati venerant,domui noſtræ violentia & contumelia coegiſſet:vt ad cohercē dos auſus temerarios,ad Octouiros referretur negocium. Hoc ſi ad vos parū attinere arbitramini:nos videlicet longe ſecus. Nam ſi mihi aut Vicariis meis non liceat conſurgere aduerſus malignantes,atq; infideles filios:nec punire no centes:niſi laicorum ac propinquoꝝ arbitrio & nutu:fruſtra generalis dicar,ac prior Eremi. Difficile quoq; mihi erit,inuenire:qui pro me apud Camaldulum vicariatus munere defungi velint:ſi pro tuenda iuſtitia noxios caſtigantes, ſæ/cularium minas formidare cogantur. Quod vero condolere iccirco potiſſimū videamini,carceri incluſo:qm̄ plurimum exiſtimationis ſit amiſſura Eremus:fu turiq; ſitis opprobrium vicinis veſtris:hic ſermo apud me (bona tua & aliorū venia dicam) neq; eremiticam redolet humilitatē:neq; litterati hominis pru/dentiam. Nam ſi tanti facienda eſt noſtra Eremus:vt ingredi in eam non poſſe diabolum exiſtimemus:vt illam incolentibus impeccantia tribuatur:erit vtiq; ſanctior paradiſo delitiarum : in quo primi parētes noſtri & tentati & ſuperati ſunt:immo & cæleſti illi ac ſublimi habitaculo erit merito præferēda:vbi & in

Angelis ſuis Dominus reperit prauitatem. Quãtum ad me attinet, qui vobis præſum:nihil decerpi vobis bene viuentibus poſſe arbitror : ſi quis inter vos male operans,merita fuerit pœna mulctatus.In duodenario apoſtolorũ numero nõ defuit:de quo diceretur. Vnus ex vobis diabolus eſt : qui etiam laqueo ſe ſuſpendit. Nimium indulges mundanæ opinioni:pluſq̃ humanæ imbecilitati tribuis:q̃ eius ratio poſtulet.Studere debemus:magis Sancti eſſe, q̃ credi . Exi a me,inquit apoſtolorum princeps:qm̃ homo peccator ſum Domine. Ego ſane pro ea,quam per multos annos expertus ſum,& priuata & generali adminiſtratione,cum Auguſtino ingenue confiteor.Quãtũlibet vigilet diſciplina domus meæ:homo ſum:& inter homines viuo. Næc mihi arrogare audeo:vt domus mea melior ſit,q̃ Archa Noe : vbi tm̃ inter octo homines,vnus reprobus inuentus eſt.Aut melior ſit,q̃ domus habraæ;cui dictum eſt.Eiice ancillam & filium eius.Aut melior ſit,q̃ domus Iſaac : cui de duobus geminis dictum eſt in Malachia.Iacob dilexi:Eſau autem odio habui . Scito tamen,ne prolixius tecũ agam:me ſuper Ioanne conuerſo cogitare cogitationes pacis,& non afflictionis:eiuſq̃ potiſſimum ſaluti velle conſulere. Vale.Florentiæ.die.xviii.Ianuarii. Mcccclxxxxiiii.

Cardinali Veneto.D.Grimano.LXXXVII.

S I voluero me excuſare apud dignationẽ tuam:q̃ ſero cõgratulari tibi diſtulerim,ob adeptam Cardinalatus dignitatẽ : vereor ne ſatis iuſtã dilationis meæ cauſam inuenire non poſſim : quã prætendere mihi merito liceat.Faciendum tamen hoc vel ſero duxi:ne maiorem neglecti officii mei fidẽ faceret ſublata penitus gratulatio q̃ dilata.Taceo nimiq̃:q̃ in iis delatæ tibi dignitatis auſpiciis,dandus fuerit dignioribus tum propinquis tum alias tui ſtudioſiſſimis,congratulandi locus:ne feſtinatione immatura,importune forſitã, & quaſi præpropere viſus fuiſſem exequi munus meum . Non item adduco in mei excuſationem:quã de tua innata humanitate opinionem cõcæperam:quẽadmodum biennio ante cum eſſem Romæ,multis argumentis expertus fuerã. Speraui.n.facile fore : vt vel abſq̃ vlla mea gratulationis ſignificatione nunq̃ eſſes de meo erga te deditiſſimo animo ſiniſtri aliquid ſuſpicaturus.Teſtor nihilominus Deum:qui ſcrutatur renes & corda:me a primordio ſtatim Cardinalatus tui deſtinaſſe animo,ſcribere ad te.Verum incertus aliquandiu ſcæuiente Romæ peſtilentia,quo ſe recæpiſſet pietas tua:mox fidelem litterarum mearum baiulũ expectans:tardius debito ſatiſfeci.Occurrente modo priore noſtro Oppitergino:qui Romam peteret:omnem merito abs te excuſatiõem reiiciẽdam putaui:niſi me obligatione vtcunq̃ abſoluiſſem . Scio te non expectare a me Domine Colendiſſime:vt ob promotionẽ tuam ad Cardinalatum iccirco tibi congaudeam:q̃ eam dignitatem fueris conſecutus:quæ ſit ſummæ proxima:q̃q̃ eius occaſione,& maiore domi apparatu,prout moris eſt hominibus tui ordinis,& tu forte vſurus eſſes:ac magna comitante caterua ingreſſurus:q̃ ſeſſurus fores cum principibus:& ſolium gloriæ tenturus : q̃ demum argento & auro abundaturus:ac cætera id genus habiturus:quæ hac noſtra corruptiſſima tempeſtate a pleriſq̃ omnibus maximi fieri animaduertimus . Abſit hoc a me:vt de tua dignatiõe ita ſentiam.Quid.n.ad te honores diuitiæ voluptates:

qui iis

qui iis omnibus ſemel cõſtantiſſime contemptis ac ſpretis,ad Chriſtianæ reli/
gionis humilitatem prompto animo te contuliſti? Miretur iſta: qui ex inope
diues,ex ignobili glorioſus,repente effectus eſt:cui in omnibus fortuna(vt pu
tatur)fœlicior,ex calamitoſo aliquo ſtatu cõtinuo arriſerit.Scitur ꝑfecto: quis
in ſæculo fueris:& q̃ pro nihilo ſemper exiſtimaueris terrena omnia & caduca
bona.Vnde factum arbitror:vt ſedere te iuſſerit Dominus cũ principibus po/
puli ſui:quia pro eius amore delatos tibi olim honores cõtempſiſti. Inſigniuit
te cœleſtium ille dator munerum apoſtolica dignitate & gloria:quia ipſius gra
tia mundana omnia & fragilia calcaſti.Si qua tamen ex inſigni hoc officio titil
latio forte irrepſerit: ſiqua ex occaſione tanti magiſtratus vitiorum irritamen/
ta ſi voluptatum illecebræ defuturæ tibi non ſunt: perſuadere ſibi quiſq; facile
poterit:omnia te inuicto animo ſuperaturũ:exibendãq; tibi hac de cauſa pro/
merẽdi facultatem.Erit præterea & decori & adiumẽto,in tam ſublimi rerum
apice conſtituto,ſingularis illa tua eruditio atq; doctrina tum ſæculariũ tum di
uinarum litterarũ: in quibus ab ineunte ætate tantum tuo ſtudio & diligentia
profeciſti:vt nemini curialiũ cedere exiſtimeris. Propoſiturum te non dubito
tibi ipſi illud Pauli ad Corinthios. Tempus breue eſt. Reliquũ eſt: vt qui gau/
dent,tanq̃ non gaudentes:& qui vtuntur hoc mundo,tanq̃ non vtantur.Præte
rit enim figura huius mundi.Et vere ſic eſt.Quid.n.eſt mortalium vita niſi fu/
mus ad modicum parens:niſi fœnum,qđ hodie eſt,& cras in clybanũ mittitur?
Magnificatus Salomon & ſapientia & opibus ſuper omnes reges vniuerſæ ter
ræ:enumeratis,quæ ſibi donauerat Dominus præſentis vitæ bonis: confiden/
ter atq; ingenue intulit.Cũq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera,quæ fecerant
manus meæ:& ad labores in quibus fruſtra ſudaueram:vidi in omnibus vani/
tatem & afflictionẽ animi:& nihil permanere ſub ſole.Pater huius pacifici (cũ
& ipſe multa enumeraſſet) quæ ad mundanam fœlicitatem pertinere videban
tur:ſubiecit continuo.Beatum dixerũt populum:cui hæc ſunt:beatus populus
cuius Dominus Deus eius.Dum hæc ſcribo Domine Colẽdiſſime: tecũ mihi
loqui videor:neq; hæc & alia huiuſmodi tibi ſuggerere: verũ ex te,qui eiuſmo/
di optime calles,eadem potius audire.Quo fit:vt gaudium meũ,pro ſdeman/
dato tibi tam eximio munere,merito plenum ſit:quoniam & digno datũ: & ei
nimirum:qui licet annis iunior,nunq̃ fuerit ſenſu & moribus non ſenex: nunq̃
non idoneus & dignus tam ſublimis magiſtratus expectatione.Det tibi Domi
nus pro ſua pietate:vt re ipſa tum meæ tum cæterorum opinioni abunde ſatiſ
facias:futuruſq; ſis acerrimus rerum eccleſiaſticarum ac diuini cultus procura/
tor atq; defenſor:pater pauperum:refugium oppreſſorũ:oculus ceco: pes clau
do:inſignis præ cæteris religione pietate,ſanctitate,idq; tũ ad cõmunis patriæ
noſtræ Venetæ decus & cõmodum:tum ad vniuerſe Chriſtianæ rei publicæ,ac
labẽtis præſertim eccleſiæ præſidium & ſalutẽ.Vale.Florentiæ.die.xx.
IanuariiMcccclxxxxiiii.

Paulo Piſano Oratori.

Petiſti a me,in tua profectione:vt frequẽtius ad te ſcriberem.Fecit aũt
lõga ſummi Põtificis euagatio atq; incerta ſedes,ob ſcæuitiam morbi:qui Ro/
mæ graſſabatur:vt ante ipſius in vrbem reditum: quem ſciebam te inſepara/

bili comitatu ex legationis officio ſequi oportere:ne aliquid per id tẽporis ad te ſcripſerim.Præſtolatus aũt poſtmodum per complures dies aduẽtum Prioris Sancti Martini:quem accæperã Florentia eſſe tranſiturum : diſtuli ad hanc diem morem gerere tuæ nobilitati:quãdo præſertim interea nihil occurrit: pp quod neceſſario fuerit conſcribendum.Excuſationẽ meam pro tua benignitate admittes.Facile erit,ſi ita volueris : diuturniorem officii mei intermiſſionem, frequentioribus in poſterum epiſtolis compenſare.Tantummodo exopto : vt bene ſit tibi:& in peſtilenti vrbe,quam nondum omnino percuratam audio,tutus ab omni periculo conſerueris.Cæterum quibus de cauſis Prior Oppitergii ſe in curiam recipiat:ex ipſo plenius coram diſces.Nihil ſuperuacuũ magis duco:q̃ vt negocia noſtri ordinis tibi vrgentius cõmendẽtur.Paratus ſemper nõ minus apparuiſti ad obſequendum nobis,atq; ad contuendos nos,& conſolandos in omni tribulatione noſtra:q̃ nos prompti,& forſitã importuni fuerimus aliquãdo,ad te requirendum.Inſignis ſemper extitit apud te ĩ omnes pietas:in nos autẽ præcipua,& ſingularis.Quãobrem pro comperto habeo: non defuturum modo,Priori patrocinium tuum,cum in reliquis negociis , tum in cauſa Claſſenſi:contra pectus illud ferreum,atq; adamantinũ caput hoſtis noſtri pertinaciſſimi.Erit mihi longe iucundiſſimum : ſi tua potiſſimum induſtria fuerit ſuperatus:vt aduerſus quem diutius pro nobis dimicaſti : de illo tandem ipſe triumphum referas. Vale.Florentiæ.die.xxi.Ianuarii.Mccccl xxxxiiii.

Petro Medici.LXXXIX.

d Atum abs te nobis benefitium Sancti Viriani,exiſtimare merito poſſumus:qui illud nobis tua cura & ſtudio,ac ſingulari in noſtrum ordinem fide,a rugientibus præparatis ad eſcam,conſeruaſti.Vtrũq;.n.ex eodẽ pietatis fonte manat:& conferre benefitia:& collata conſeruare.Pro qua re gratias agimus nobilitati tuæ:optamuſq; plurimum:vt tueatur te viciſſim Domiuus: quo autore ac duce,tam prompto animo,ad huiuſmodi præclara & pia miſericordiæ opera,te totum contuliſti.Pietas,inquit apoſtolus,ad oĩa vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ,que nunc eſt,& futuræ . Sit ipſe tibi ſemper propitius, beneficus,lenis:cuius memoriam etiã in tam ſublimi rerũ ſtatu , religioſiſſime colis:cuius cauſas,pro tuenda eccleſiaſtica libertate,& Chriſtianiſſime ſuſcipis: & conſtantiſſime defendis.Quãtum ad me attinet : qui in referenda gratia par tuæ magnitudini eſſe non poſſum:ſcias vtiq; pro iis cæleſtibus atq; immortalibus pietatis tuæ,operibus,tui ſemper me ſtudioſiſſimum fore. Vale. Florentiæ Die.xxviii.Ianuarii.Mcccclxxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XC.

e Xcuſauit ſe per epiſtolam dignatio tua : cauſaſq; pro ſua benignitate ĩ medium adduxit:cur pluſculũ ſolito diſtulerit ſcribere ad me.Quaſi vero is ſim ego:apud quem a tanto Domino vel longiſſima ſcribẽdi intermiſſio fuerit excuſanda:cum vtiq; mihi cumulatiſſime ſatiſfacias : ꝙ litteras meas nec ingrate accipis:nec faſtidioſe legis.In omnibus elucet apud Dominũ meũ illud clæmentiæ ſuæ ſpecimen:vt cæteris ornatus virtutibus,hac præcipua veluti præcioſa margarita mirabiliter honeſtetur.Bona vt ſcribis de cauſa diutius

immoratus

immoratus Senis,ſi non adeo tuis exhortationibus & monitis profeciſti apud ciues tuos quantum deſyderaſti:& quantum merebantur ſuſcæpti pro iis labores tui:non ideo amiſiſti repromiſſam paſtoribus bonis mercedem. Habebis apud iudicem,quam prætendas excuſationem: q̄ ſemen tuum ſupra petram, aut inter ſpinas ceciderit.Satis erit tuæ pietati:cum te audierit dicentem. Iuſtitiam tuā non abſcondi in corde meo:veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.Nō abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam,a concilio multo. Tu autem Domine,ne longe facias miſerationes tuas a me.Curam exigeris : non curationem.Si quidem non eſt in medico ſemper releuetur vt æger. Interdum docta plus valet arte malum.Velit Dominus,vt tam pii patris opera, infructuoſa & irrita non ſit:vtq;(quoniam de cane muto feciſti mentionem) ſiue latratu tuo, ſiue linctione,quæ mederi vulneribus ſolet:ad ſaniorem mentem redeant.Sublatas vero curialibus,atq; imprimis Pontifici,de tua diuturniore abſentia ſuſpitiones:ob tuū ad illos acceſſum:gauiſus ſum valde.Satis feciſti multis tua præſentia:ſatiſfacturus illis longe magis tua ſapientia & conſilio.Ego ſane ita coiicio:ſubmurmuraſſe illos hac potiſſimum de cauſa : vt iniecto tibi ob eiuſmodi ſermones ſcrupulo,vel inuitum ad ſe traherent:cuius ope atq; conſilio indigerent.Quātum ad clientulos tuos attinet:optare debemus omnes:vt tanti ſemper fias a pontifice:q̄ de tua vel breuiſſima ſcandalizetur abſentia.Vtinā te ſemper audiat:te ſuo iugiter lateri iubeat inhærere:nihil te in conſulto aggrediat̄. Et beati omnes,qui te diligunt:qui cum timore Domini cupiunt recte conſuli rebus ſuis.Non diſſentis a vero Domine colendiſſime. Longe me cōmodius Florentiæ per hyemem degere:q̄ in illo rigido noſtro alpium ſitu.Conducere mihi hoc cœlum,vtpote & mite & clæmens,haud dubie ſentio:vbi neq; vehementiore frigore,corpuſculi imbecillitas ſupra modum opprimitur: neq; aſſiduo calore ignium:apud quos frequentius illic conſedendum nobis eſt,ſtomachi virtus ſoluitur.Taceo vtilitatem cōmunē ordinis:cuius rebus & citius hinc & cōmodius,q̄ ex Caſentinate agro prouidet̄.Quod hoc anno in pluribus expertus ſum.De Prioribus aut ipſorum altero,nihil repeto in præſentia.Per me non ſtabit:quin caritatis vinculum illæſum conſeruetur:atq; indiuiſa retineat̄ ſocietatis cōmunio.Adierunt me per hos dies duo monachi Angelorum:quos vel repugnantes admitti ad conuiuium iuſſi multa mea & meorum humanitate. Præuenti a me in benedictionibus dulcedinis, redierunt haud multos poſt dies ad me Prioris ſui nomine:obſecrantes impenſius,vt me ad monaſterium Angelorum reciperem.Futuram tum Priori ipſi tum fratribus omnibus viſitationem meam q̄gratiſſimam:quippe quam ſummis votis expeterent. Nunq̄ me ab omnibus iis non fuiſſe amatum & obſeruatum : debereq; me familiam illam,quemadmodum re vera foret,meam exiſtimare.Multo ſermonis lenocinio ab eis in hanc ſententiam inuitatus:perſuaderi non potui,vt me illi crederem:promitteremq; venturum.Reſpondi tamen humaniſſime : oſtendiq; me grato animo accæpiſſe Prioris & fratrum omnium bonam erga me voluntatem.Peſtem minus ſcæuientem ac remiſſiorem factam, auferat penitus ex vrbe Diuina clæmentia:itidemq; & imminens bellum,& inſtantem annonæ ca-

ritatem procul abigat. Vnum ex his ſatis potens eſt, ad inferẽdam hominibus de peccatis vltionem. Quid ſi tribus pariter, tanq̃ furiis poetarum, exagitandi forent? Viſum eſt nimium Regi Dauid vnum: qñ trium data eſt illi optio. Cur alii facile fuerit, funiculum triplicẽ diſrumpere? Auertat Deus: ne illud prophe/ticum noſtris ita exigentibus culpis impleatur. Qui longe eſt, peſte morietur. Qui autem prope, gladio corruet. Et qui relictus fuerit & obſeſſus: fame morie tur. Arguat nos Dominus, verumtamen non in furore: neq; compleat indigna tionem ſuam in nobis. Vale. Florentiæ. Die. iii. Februarii. Mcccclxxxxiiii.

Mariano prædicatori. XCI.

r Etulit mihi hodie Chriſtophorus ſacerdos, tui amantiſſimus: veniſſe te viſitatum fratres tuos: qui apud monaſterium Sãcti Galli, per te in/ſtauratum atq; reformatum, cõmorantur: eſſeq; te paulopoſt Ferrariam migra turum. Deeſſe nolui officio meo: quin ſignificarem tibi: quo pacto vnum de fra tribus tuis in Eremum noſtrã per hos dies admiſerim: ne penitus queri de me poſſis: q͂ te irrequiſito annuerim votis eius. Adiit me Florentiæ ante natalem Dñicum Gregorius Ticinenſis, tui ordinis: contenditq; a me multis precibus, multaq; nobilium ciuium interceſſione: vt cupientem ſolitariam vitã ducere, trãſmitterem ad noſtram Eremum Camaldulenſem. Scit Deus: q͂ nõ mentior. Reieci ſæpius petentem reſponſo rationibus pleno: ſuggerens ei vitæ illius au ſteritatem & horridum loci ſitum. Poſſe illum cõmodius in ſuo ordine degere. Ambularet vocatione, qua vocatus eſſet: nec experiri grauius iugum vellet: qđ difficilius poſtmodum ſi pœnituiſſet, a ſe poſſet excutere. Pauciſſimos de mul/tis, qui ex alieno ordine ad noſtrum ſe cõtuliſſent, ad vltimũ perſeueraſſe. Mul/ta deniq; & ingentia per illos in noſtra religione, ſcandalorum incendia fuiſſe excitata. Cum hæc & alia huiuſmodi, quibus amoueri a propoſito poſſet, haud ſemel obieciſſem: nihilq; rationibus proficerem: demum intuli. Quid putas di cturum de me patrem meum Marianum: quem ſumme veneror & colo: qui mihi viciſſim plurimum afficitur? Nonne expoſtulare merito mecum pote/rit: vbi nouerit factum: q͂ non amice ſecum egerim: ablata ſe inſcio & igno/rante ouicula gregis ſui? In ſumma nullis meis hortamentis ac ſuaſionibus ce/dens: tum ſua, tum ciuium improbitate conſtantiam meam fregit: admiſſuſq; eſt tãdem ad vitam arctiorem. Adhuc tñ ſui iuris eſt: vt redeat vnde exiuit. Sex n. menſium ſpatio probantur, qui ibidem profeſſuri ſunt. Hoc iccirco te admo nitum volui: vt cognita rei geſtæ ſerie, non me putes doloſe aliquid egiſſe ad/uerſum te: cui neſcio an religioſum alium, tum amore, tum obſeruantia, & vir/tutum exiſtimatione anteponam. Tu ſi volueris, hortare hominem ſiue litteris ſiue per internũcios: vt priorem reſumat habitum. Sic etenim probabimus iux ta conſilium apoſtoli ſpiritum: an ex Deo ſit: neq; mihi propterea iniuriam fe/ceris. Vale. Florentiæ. die. vii. Februarii. Mcccclxxxxiiii.

q Petro, Maiori Eremi. XCII.

Votidie fere ab iis, qui me adeunt, impenſius requiror: vt iubeam no/ſtris, orationes fundere ſine intermiſſione ad Deum: non tam pro Florentino, q̃ pro vniuerſæ Italiæ ſtatu: trepidantibus, vt nõ dicam, areſcentibus omnibus,

præ timore

præ timore & expectatione:quæ ſuperuentura eſt paulopoſt a Rege Francorũ. Graue bellum imminere:omnes affirmant. Lugdũnum iam ſe contulit Rex: exercitibus in immenſum auctis. Quæ volutet in pectore ſuo conſilia: certum neſcitur. Contra Regem Alphonſum:qui in Ferdinandi parentis his diebus defuncti locum ſucceſſit:venire illum, vulgaris fama eſt. Verentur tamen alii: per quos tranſiturus dicitur innumera militum manu:ne quid præterea in traducẽdo exercitu moliatur. Habent Florẽtini in Gallia oratores duos apud Regem. Creauerunt modo & alios duos de primariis ciuitatis: quos cum feſtinatione ad eundem Regem deſtinabunt. Suſpenſi ſunt ac dubii multorum animi:varie interpretantium nouam atq; celerem iſtam legationem. Ad hæc metuunt plurimum:(quod rationabile ſatis eſt & conſequens) ne tanta gallorum multitudine, Italiam haud penitus morbo immunem ingrediente(ad centum etenim milia ductorum ſecum Regem ferunt)vitietur aer longe magis: & corruptior iccirco ac peſtilentior fiat:atq; hinc(quod auertat Deus)fames valida ſubſequatur. Deniq;, ſicut facere conſueuit, ſiue præſaga mali mens: ſiue tacita ſcelerum admiſſorum conſcientia:implendum Hieremiæ vaticinium haud multo poſt creditur. Ecce mittam in eos gladium, & famẽ, & peſtem: & ponam eos quaſi ficus malas:quæ comedi non poſſunt, eo q; peſſimæ ſint:dicit Dominus exercituũ. Curabis itaq; tu ac cæteri fratres noſtri præuenire iram Dei in oratiõibus: ne in furore atq; indignatione ſua arguat nos:neq; ſecundum peccata noſtra faciat nobis:ſed cito anticipent nos miſericordiæ ſuæ. Vale. Florentiæ. die. xx. Februarii. Mcccclxxxxiiii. Fran. Picolhomineo Cardinali Senẽſi, ꝓtectori. XCIII.

m Agnum nobis attulit gaudium nuncius his diebus:quo accæpimus, colẽdiſſimũ Cardinalem Recanatẽſem:reſignaſſe Abbatiam Sancti Fridiani de Piſis, cuidam ſacerdoti familiari ſuo:qui in ingreſſu huius quadrageſimæ, & habitũ noſtri ordinis, & munus ſimul benedictiõis accæpit. Benedictus Deus:qui nõ deſerit nos vſquequaq;:qui facit cum tentatione prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Hinc proſternimur:hinc erigimur. Hunc humiliat:& hunc exaltat:quia calix in manu Domini, vini meri, plenus mixto. Hac rerum viciſſitudine facile admonemur:vt neq; multum extollamur proſperis neq; deiiciamur aduerſis. Velit modo Dominus:& citiſſimum etiam atq; inſperatum præſto erit auxilium. Subeſt. n. illi, cum voluerit, poſſe. Vale. Florentiæ die. xxv. Februarii. Mcccclxxxxiiii. Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XCIIII.

d Electatum te ſcribis litteris meis:non ſolum quia functũ me eſſe amici officio intellexeris:verum etiam multo magis:q; valere me plurimum cognoueris apud colendiſſimũ Protectorem noſtrum Cardinalem Senenſem. Ego ſi quid pro te feci:quod tibi gratum fuerit:nihil non lubens, nihil non debens feci. Quãtumcũq; tamen pro te facere contendiſſem: ſemper me parum feciſſe arbitrabor. Superatura ſunt ſemper menſura bona & ſupereffluenti, quoſcunq; ſuſcipere pro te vel maximos labores poſſem, ſingularia tua erga me merita. Si tamen metiri volueris animum:æquari facile potero meritis tuis. Quid. n. eſt:quod pro te non facerem ſi poſſem? Aut pro quo alio, quod non pro te, facerem? Si valere me plurimum apud protectorem exi/

ſtimas: eſt forte rectum iudicium tuum. Id tamen omne nõ meæ, ſed ipſius gratiæ aſſcribito. Ita nãq; moratus: ita animo & vita conſtitutus eſt: vt quiſq; apud illum q̃tum honeſte voluerit poſſit. Nihil illo mitius, nihil affabilius noui. Te diligit: de te q̃optime ſentit: non quia te apud ipſum commẽdauerim: cum te alioquin ab operibus tuis plene cognoſceret: ſed vt bonorũ amator: & qui ex opuſculis tuis, quibus mirum immodum oblectatur, facile coniiceret: qualis fores. Accedente prætereа Bernardini venerabilis & magni nominis concionatoris de te teſtimonio: longe magis confirmatus eſt in ſententia. Si quãdo tibi cum eo conſuetudo familiarior fuerit: nequaq̃ fore arbitror quod vereris: vt falſa ſibi relata fuiſſe exiſtimet. Quæ tum ex me tum ex aliorũ ſermonibus de tua vita & doctrina didicit: vera fuiſſe omnia, tua præſentia cõfirmabit. Vtrum vero amore nimio fallatur: an recte de opuſculo tuo ſentiat: quid medius ego inter vos exiſtimem obmitto referre. Vnum tantum dixerim: nec te male facere ad Ioannis imitationẽ, ſolide ſubſiſtere in te: ne humana opinione rapiaris inaniter ſuper te: nec illum, qui eſt litteratiſſimus, facile poſſe decipi: quin de libro tuo rectiſſime iudicet. Miraris etiam hominis humilitatem: ꝙ Cardinalis non alienum duxerit a ſua dignitate viſitare pauperculum fratrem: neq; ambulantẽ in magnis neq; in mirabilibus ſuper ſe. Ego huiuſmodi humilitatis & ſummiſſionis argumenta in eo frequenter expertus: nihil penitus miror. Sublimi præditus poteſtate hãc ſemper implere iuſtitiam prompto atq; hilari animo viſus eſt: vt parem ſe minoribus fecerit. Quãtum ipſe ex frequenti cum illo conſuetudine potui animaduertere: arrogantia aut elatio in eius animo non habẽt locũ. Omnes ſpiritu fratres: religione cõſeruos ducit. Si tibi quæ noui quæ vidi enarrarem: ſtuperes multo magis. Parco autem de induſtria: ne forte aliud dicẽs innuere aliud videar. Quod aũt optes: vt multos huius viri conſimiles haberet eccleſia Dei: ne immerſioni proxima adeo fluctuaret: vtinam aſcenderẽt ad Dominum vota tua. Audire te arbitror multa quotidie: Sed nos qui propiores ſumus, qui oculis contemplamur: multo ſane plura, quibus ſcãdalizemur: quibus noſtrorum temporũ deploremus infœlicitatem: & audimus & intelligimus. Non ſunt iſta modo a me explicanda: ne ponere videar os in cœlum. Vnũ hoc ſaltem deſyderauerim: vt ad id loci aſcenſuri, ingrederentur per oſtium & non aliunde. Myſticam capturæ piſcium interpretationem tuã, comprobãdam plurimum cenſeo: ſi conſyderato piſcationis genere, de quo ad te ſcripſeram, illam generaliter ad omnes referas: qui vita & moribus alios ædificant: atq; ex vitiorum cauernis ac receſſibus ad lucis opera euocant. Sin vero mihi eam, quemadmodum ſcribis, conuenire volueris: vt opere & ſermone expiſcatus fuerim plurimos: & hanc quoq; non reiicio interpretationẽ: ſi modo talem me eſſe interpretatus, talem me eſſe debere, modeſte ſignificaueris. Piſcandi quidem materia, ex quo me ad religionem contuli, nunq̃ defuit mihi: piſcatui tamen minus ſemper idoneus fui. Et ſi ingenue fateri voluero ſtatus mei rationem: nunq̃ nõ magis indigui: vt quis me in probaticam piſcinã ſiue in natatoriam Syloe mitteret, ad percurandos lãguores meos, ad emundandas maculas, culpis contractas: q̃ vt ipſe idoneus autor extiterim: per quem alii mundarentur. Nõ eſt itaq;

ꝙ a nobis

ꝙ a nobis diſcas hoíes cape:qui in re huiuſmodi diutiſſime exercitatus:mitten
di rete in dexterā peritiſſimus euaſiſti. Vtinā mihi liceat haud multo procul tua
ſequi veſtigia:vt per hāc cliuoſam & ſentibus obductā vitæ mortalis viā ingre
diens:ad rónem bñ moriēdi,de qua inſigne illud ædidiſti opuſculū, oēm meā
operā ſtudiū curāq; cōuertā. Reuerēdiſſimus Patriarcha nōdū,vt audiſſe te ſcri/
bis,migrauit in cœlū:adhuc vt ipſe opinor populo ſuo neceſſarius. Præprope
ſane optimi pr̄is fuiſſet mors:ac præciſa velut a texēte vita ipſius:ſi & ante la/
borem Patriarchatus repoſitā ſibi mercedē recæpiſſet: & dū adhuc ordiretur,
ſuccidiſſet eū Dñs. Vt te diligā nō ſum admonēdus:qui te amo effuſiſſime. Va/
le. Die vltima Februarii. Florentiæ. Mcccclxxxxiiii.

Cherubino Burgenſi. XCV.

a Vdiui heri veſperi: quid egerit frater tuus in maximum conſcientiæ
ſuæ præiudiciū: Succēdiſſe illū abbatiam noſtrā Sancti Viriani:adeo
vt penitus incendio cōflagrauerit. Et niſi excitati e vicinis domibus hoíes cele
rius accurriſſent:etiā templum ipſum,cuius foribus ignem appoſuerat,flāma/
rum vis funditus deieciſſet. Ingens re vera piaculum:& diebus noſtris facinus
inauditum:& quod merito diuinæ ſeueritatis prouocet vltionem. Quo conſi/
lio,qua laceſſitus iniuria,tātum ſcelus admiſerit,neſcitur. Collata ſemel iure or/
dinario abbatia monacho noſtro Fōtis boni:quæ & libera & ſui iuris eſt:vobis
ita cōtendentibus locata eſt in triēnium:& quidem iis conditionibus,quas ipſi
obtuliſtis. Quid amplius ab ipo Abbate honeſte cōferri vobis potuit? Si ægre
tulit frater tuus:ꝙ defuncto patruo:qui multis ānis loco præfuit:vni ex vobis
laico præſertim bñficiū ipſum traditū non ſit:meminiſſe debuit ſcriptum. Nō
poſſideri hereditate Sāctuariū Dei. Quibus ſit pœnis obnoxius:cui ſatiſfactio/
ni,rerū ſæculariū ac prophanoꝝ locoꝝ incēdiarius:non es admonendus:cum
ſis iuris peritiſſimus. Quanto vero illū grauius ac ſeuerius puniendū debemus
exiſtimare:qui ſciēs ac prudēs nephario aío, Deo dicatū exuſerit monaſteriū?
Expoſtulandū hoc mihi modo tecū duxi iure veteris noſtræ amicitiæ: anteꝗ
alius potētioribus factū ſignificetur. Si adducere in excuſationē fratris aliqd po
tes cōtra delationem teſtiū,qui rem conſtantiſſime affirmāt:haud repugnanter
admittā,tui præſertim gratia. Sin vero negari non poteſt factum malo & im/
pio aío:vt occurras īminēti periculo tua prudentia,ſuadeo. Vale. Florētiæ. Die
iiii. Martii. Mccccclxxxxiiii. Vēturæ Priori Sācti Matthiæ de Murano. XCVI.

Efunctos Rauennæ intra dies paucos de noſtris duos,ſcribis:Paſcalē
d cōuerſum,primo:poſtea Hieremiā monachū. Opto:vt defuncti ſæcu
lo,Deo viuāt. Apud nos quoq; Saluator cōuerſus,decima huius men/
ſis die,cū eadē fere hora profectus Florētia ad noſtrā Eremitarum vineā perue
niſſem,cōceſſit naturæ. Sequenti die,ſummo mane contendi Camaldulū:ibiq;
ſolennes cum familia exequias celebraui pro defuncti aía,mihi vtiq; cariſſimi:
ac de me deq; vniuerſa domo mea quam optime meriti. Octogenarius deceſ
ſit,quinq; menſium afflictatus infirmitate: tanta nimirum patientia: vt nun/
quā in illius ore,niſi æternæ vitæ delyderium,niſi mundi contemptus,niſi gra/
tiarum actiones perſonauerint. Expetiſſe dicitur plurimum præſentiam meā:

vt noſtra munitus bñdictiõe,in quo ſemp præter merita cõfiſus eſt,hinc demi/
graret.Optimo ſenſu,& ſingulari in Deum mentis intẽtione,ad vltimum vſq;
exhalaſſe animam teſtati ſunt:qui interfuerant.Octo & quinquaginta apud Fõ/
tem bonum vixit annos:& ita vixit,vt magnum ſui deſyderium omnibus reli
querit.Orabis pro eius requie:& orari iubebis.Ad capitulum te inuitamus:qui
mandato etiam per harum latorem de more citaberis . Vale. Ex Fonte bono.
Die.xv.Martii.Mccccl xxxxiiii. Chriſtophoro Sacerdoti.XCVII.

Veri merito potes:ꝙ binis a te accæptis litteris,nondum tibi reſpon
q ſum dederim.Secus tamen ego ſentio de te.Cum enim me ſupra mo
dum diligas:& ſupra merita mea ẽt obſerues:fieri nõ poſſe arbitror:
quin tarditatẽ meã in reſcribendo excuſes:& occupationibus meis tribuas di/
latum rñſum.Quæ mecũ ſæpius corã Florẽtiæ cõtuleras:eadem repetitis epi/
ſtolis cõſcripſiſti.Vnũ optaſti:& aliud præter votũ tuũ accidit.Sic forte permi/
ſit Dñs ſuo illo ſecreto inſcrutabiliq; iudicio . Iudicia enim eius abyſſus multa.
Nõ enim,inqt Dñs,cogitationes meæ,cogitatiões veſtræ:neq; viæ veſtræ,viæ
meæ.Nã,ſicut alibi legimus,ſunt viæ,quæ vidẽtur homini rectæ:quaꝝ finis ad
interitũ vergit.Per hãc nobis modo ingrediẽdũ fuit.Eligẽdũ nobis fuit leuius
malũ:vt grauius deuitaremus.Nondũ venit tẽpus miſerationũ Dñi:q nouit ſe
deprecãtes,tẽpore placito atq; oportuno exaudire. Pro cõditione ẽt tẽporum
multa nõnunq̃ variãtur:diſſimulãtur:tollerãtur . Medici dũ ſanare infirmitates
præprope cõtendũt:ſæpiſſime augẽt:interdũ necant.Feſtinatio vt plurimũ cæ
ca & improuida eſſe cõſueuit.Omnia tp̃s hñt.Qui modo ſtat:videat,ne cadat.
Ne forte de illo dicatur.Trãſiui:& ecce nõ erat:quæſiui eũ,& non eſt inuẽtus lo
cus eius.Scimus:ꝙ maloꝝ vltor eſt Deus:& ꝙ ſine illius nutu ac voluntate ne
foliũ quidẽ mouetur aut cadit ſuper terrã.Si decreuerit ſaluare nos:cõtinuo li/
berabimur.Subeſt enim illi,cũ voluerit,poſſe.Sin minus:noſtrũ eſt ꝑferre,quic
quid maloꝝ acciderit:nõ aduerſitatibus frangi.Nã ſi fonti bonitatis Deo humi
liter ſeruierimus:ſi cõtemptis ꝑſecutoribus in eo ꝓmerẽdo actus omnis & ope
ra noſtra fuerit collocata:erimus tandẽ qui mõ victi iudicamur,ipſo adiuuante
ſuꝑiores victoribus.Hæc ĩpræſentiarũ paucis,& qdẽ recte de induſtria & quaſi
in parabolis locutus ſum tecum.Corã,vbi placuerit Dño,aptius me intelliges.
Interea eſto memor noſtri:qui te diligimus in veritate.Hoc & tua in nos meri
ta,& imprimis ſingularis fides poſtulant.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxix. Apri/
lis.Mccccl xxxxiiii. Baſilio Abbati.XCVIII.

d Ebemus plurimũ Michaeli Nicolino:de nobis nimiꝝ optime meri/
to.Deuincire nos ꝑgit quotidianis bñficiis,neq; exiguis illis quidem.
Nã,vt ipſe bene noſti,ſumptibus ſuis circũdare muro totã Eremũ noſtrã cõſti/
tuit.Retribuat ei pro nobis Dominus:& muro ſuo inexpugnabili circũcingat
illũ:atq; armis ſuæ potẽtiæ protegat eũ ſemp.Licet aũt gratiſſime annuerimus
votis eius:aſſenſumq; præbuerimus & qdẽ te præſente ad extruendũ murum:
quid tñ poſtmodũ euenerit accipe.Audiſti ipſe a prælatis multis,q ad generale
capitulũ cõuenerant:ĩprobari aptiſſime ꝓpoſitũ Michaelis:atq; ab illo nobiſq;
eos admodum diſſentire. Siquidem erecto circũquaq; muro nõ amplius Ere/

mum,ſed

mum,ſed mutato nomine Cartuſiam appellãdam.Deuotiorem omnibus ſemper viſum iri locum horroris & vaſtæ ſolitudinis:ſi arboribus tantum & foſſa cinctus permanſerit:quemadmodum per quingẽtos ferme annos ad noſtram vſq; fuiſſet ætatem.Admiraturos longe magis adeuntes Eremum laicos deuotionis gratia nouitatem rei:neq; factum laudaturos. Peculiare ac propriũ hoc eſſe eremiticæ inſtitutionis : vt hinc inde ſparſis ac diuiſis cellulis commorentur:idq; non recluſo ſed patenti & aperto ſitu : vt etiam feris animalibus antiquorum patrum Eremitarum more liber vndiq; ad illos pateat acceſus. Motus tum his rationibus,tum autoritate illorum qui talia ſuggerebãt:poſt tuum hinc diſceſſum allocutus ſum eremitas omnes tam conuerſos quã monachos. Rogati ſententiam hortati ſunt me : ne vallari muro Eremum ſinerem. Cuperent potius:vt eroganda in ædificationem muri pecuniam in aliud quippiam conuerteretur.Conuenies itaq; Florentiæ Michaelem:& hoc illi meo & eremitarum nomine commode pro tua prudentia ſignificabis:reſcribeſq; quid reſpõderit. Vale.Ex Fonte bono.die.ii.Maii.Mcccclxxxxiiii.

Antonio Recanatenſi.XCIX.

n On facile probo cõſilium tuum pater:vt cum iam ſenueris in iſta tua, & quidem Venerabili & Sancta religione:experiri velis per nouæ religionis ingreſſum,& mores diuerſos,& vitam arctiorẽ. Non mihi videt̃ hæc mutatio dexteræ excelſi:vt quis perſecutionis timore deterritus, ad aliena caſtra tranſſugiat.Illud commendo longe magis:quod ad noſtram exhortationẽ & ſalutem de ſeipſo teſtatur Apoſtolus.Perſecutionem patimur:& ſuſtinemus. Et item alibi.Non coronabitur:niſi qui legitime certauerit. Nam vt idem ipſe dicit.Si ſuſtinemus:& conregnabimus.Si mihi credideris:qui incognitum licet facie,te tamen ob ſingularem doctrinam & diligo & obſeruo:imitaberis illum,cui te in perſecutionibus comparaſti:qui a Saule totiẽs obſtinatiſſimo animo impugnatus,nunquam illius improbitati ceſſit:immo vt ſe euangelicæ pfectionis virum præſtaret : duriſſimam perſecutoris ceruicem ſua patientia & benignitate molliuit:mitigauit furorem:vicitq; in bono malum. Legiſſe te nõ dubito,vtpote legis peritum,hæc & alia huiuſmodi : quæ tibi animos faciant ad perferenda mala. Si quid,inquit Apoſtolorum Princeps, patimini propter iuſtitiam:beati.Et alibi.Quæ eſt enim gratia:ſi peccantes,& colaphizati,ſuffertis?Sed ſi benefacientes,patienter ſuſtinetis:hæc eſt gratia apud Deum. Hæc & his ſimilia de ſcripturis ſacris teſtimonia potes tibi quamplurima colligere: quibus libri Sanctorum ſcatent. Deniq;,vt apertius me intelligas : conſulo,vt in ea,quã vocatus es,immo in qua per tot ãnos vixiſti,vocatione permaneas: neq; hanc tuo velis ordini, qui de te eſt optime meritus, iniuriam gratis inferre.Hortatus es ſæpiſſime publicis concionibus alios ad malorum tollerantiam.Cauendum eſt tibi:ne forte cum aliis prædicaueris,ipſe reprobus efficiaris.Et merito poſtmodũ obiiciatur tibi.Qui ergo alios doces:teipſum nõ doces?Meo ſane iudicio,nihil turpius accidere tibi,huius ætatis viro ac magiſtro præcipue,põt:q̃ vt videaris noua nũc velle vitæ tuæ fundamẽta ponere:q̃ſi nũc demũ ſenex viuere incipias.Vale.Ex Fõte bono.die.viii.Iunii.Mcccclxxxxiiii.

Petro Nouitio Sancti Michaelis Murani.C.

e Xceptum te ſcribis nouũ hoſpitẽ,in iſtud Sancti Michaelis monaſte/
rium.Vt ſit fœlix & fauſtus hic tuus in illã Sanctã ac venerabilẽ cõgre
gationem ingreſſus:plurimũ opto.Quãtum aſſequi mihi cõiecturis licet:hor/
tantur me nónulla ad bñ ſperandũ,& de tua in religione ꝑſeuerãtia , & de opti/
mo in ea ꝓfectu.Eius es ætatis:vt nõ leuitate ductũ:ſed maturo & examinato
cõſilio arripuiſſe te hoc arctius viuẽdi inſtiturũ confidã.Ea es eruditione prædi
tus:vt facile confirmari legendo indies poſſis diuinis ſacrarũ litterarũ monitis
& exẽplis:ne appoſita ſemel ad aratrũ manu,retro (quod abſit) aliqñ reſpicias.
Quod vbi impleueris:& euoluto anno ꝓbationis tuæ,votum voueris Deo Ia
cob:ſacræq; aſſcriptus militiæ fueris:iã nõ eris iſthic hoſpes & aduena:ſed eris
cõciuis Sanctoꝝ & domeſticus Dei.Quamobrem nõ eſt:cur meum potiſſimũ
implores auxilium ad ſuperãdas noxias ſuggeſtiones & malignoꝝ ſpirituũ tẽ/
tamenta.Habes in prõptu:vnde facile per temetipſum arma ſumere in manus
poſſis aduerſus inſurgẽtes in te hoſtes:vnde clypeo protectus & galea atq; itẽ
gladio,impugnantiũ te cuneos ſecurus penetres. Omnis,inquit ſapiẽs,Dei ſer
mo ignitus clypeus eſt oĩbus ſperantibus in ſe.Apoſtolus vero , & galeam,ait,
ſpem ſalutis.Idemq;.Et gladiũ ſpiritus:quod eſt verbũ Dei.Viuus eſt enim ſer/
mo Dei:& efficax:& penetrabilior omni gladio ancipiti.Si ergo tẽtaris:ſi mũ
danæ,vt ſcribis,cõſuetudinis memoria,ac dæmonum etiam inſtigatione vexa
ris:noli animo deiici.Habes ad manũ remedia ſalutaria.Sicut cum infirmatur
corpus,medicos accerſis : ita nimirum cõſternato ac debilitato ſpiritu,euolue
monumẽta Sanctoꝝ.In iis affatim inuenies:quibus medicamẽtorũ generibus
imbecillitati tuæ cõſulas.Cũ enim tẽtationibus exagitatus legeris:tot ĩnumera
martyrũ milia,tyrannorũ olim feritate rabie ĩmanitate diſſipata:cum audieris,
oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriam ſuam: Cum demum animad/
uerteris,plus in certamine cucurriſſe cõfeſſores,diu variis moleſtiis afflictatos:
q̃ martyres:qui ictu mucronis ſanguinem ſuum fuderunt:habuerisq; pro com
perto omnes qui pie volũt viuere in Chriſto Ieſu,perſecutionẽ pati oportere:
nõ modo non grauior tibi videbitur pugna:veꝝ potius diuturniores cũ hoſte
ſuſpectas habebis indutias:eritq; in pace amaritudo tua amariſſima.Vt hoc ci/
tius conſequaris:intermittenda ſunt tibi humanitatis ſtudia : quibus dediſſe te
hactenus operam audio:& amplectenda ſtudia pietatis : quibus abunde infor/
meris ad iuſtitiam,ad religionem,ad Dei optimi & maximi cultũ.Sepone in/
terea gẽtiliũ libros:qui aures blãdiore ſono demulcent.Poetarũ carmina,ſuaui
modulatione currentia,in his præſertim nouæ tuæ inſtitutionis auſpitiis,haud
ſecus ac mortiferũ venenum deuita. Seruiũt huiuſmodi ſtudia ſæculo,magis q̃
Deo.Scripturæ diuinæ te accommoda:eius complexu foueri contende.Exiſti/
ment alii, quæ apud illam ſunt , anilia & ſordida.Tu in ea inueniri ne dubites
veram & perfectam ſapientiam . Vbi ea cœperis ſtudioſe oblectari : cogno/
ſces de doctrina , ꝙ ex Deo ſit . Inſinuabit ſe legenti tibi Dominus : & ſuo re/
pletum ſpiritu exclamare te faciet . Quam dulcia faucibus meis eloquia tua,
ſuper mel ori meo.Itemq; . Lætatus ſum ego ſuper eloquia tua , ſicut qui inue/

nit ſpolia multa. Hoc pacto terreri haud facile hoſtium incurſionibus poteris. Reſiſtes, iuxta Apoſtolum, diabolo: & fugiet a te. Appropinquabis Deo: & appropinquabit tibi. Et antequam ipſum inuocaueris, dicet tibi. Ecce adſum. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvii. Iulii. Mcccclxxxxiiii.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER QVARTVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis. Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. Epiſtola. I.

HEri primũ factus ſum certior: tuliſſe te pauloante ſnĩam ſup Claſſenſi negocio, cõtra Vrbanũ. Lætatus ſum miꝝ in modũ gratiſſimo atq; exoptatiſſimo nũtio. Liberata eſt oĩs illa cõgregatio: liberatus ſum ego pariter, de ore Leonis: & leuati ſumus graui onere: idq; tua ſapiẽtia, integritate, iuſtitia. Nouerat hæc oĩa in te Vrbanus ipſe: & ideo pro viribus trãſferẽdum hoc abs te in aliũ quẽpiã iudiciũ, haud temere cõtẽdebat. Oculatiſſimum eſſe te aut audierat, aut litigãdo pcæperat: vt merito illi ſuccurreret. Fruſtra iacitur rete ante oculos pẽnatorum. Optimum vero agnoſcens ex odore virtutũ: diffidere a primordio litis cœpit: ꝙ nullus ſibi ad te ſubornandũ & corrũpẽdũ relinqueretur locus. Satis inſup erat edoctus, eſſe te eiuſmodi: qui facile cõſcientiam tuã & timorẽ Dñi, rebus oĩbus anteponeres. Demũ q̃ fores iuſtitiæ tenax, & aſſertor veritatis: apud quẽ nulla eſſet perſonaꝝ accæptio: poſt lõgas diſſidẽtium cõtentiones, poſt diſcuſſa abs te mature ipſius cauſæ merita: in ſeipſo tãdẽ expertus eſt. Ego, quãtas poſſum tuæ pietati grãs ago: neq; id potiſſimum pro miniſtrata iuſtitia: Quid. n. ſi cognita veritate, pro veritate iudicauit iuſtus & rectus Dñs? Verũ multo magis pro laboribus: quos tractãdæ litis occaſione ptuliſti. Scripſerũt nanq; mihi noſtri illi monachi cauſæ defenſores: miratos ſe plerũq; fuiſſe in te cõueniẽdo huius diſceptationis grã, ſingularẽ tuam tuorũq; patientiam. Admiſſos ſemp ſe fuiſſe, atq; auditos humanitate incredibili. A nemine vnq̃ domeſticoꝝ æque atq; ab ipſo Dño, vel in clæmentiore verbo vel in iucundiore aſpectu, aliqñ excæptos: cũ importuniſſime illos plerũq; interpellaſſent. Viſum ſibi fuiſſe nõ cum curialibus, ſed cũ clauſtralibus, quotidianã habuiſſe ſe cõſuetudinem: ĩmo cũ iis, qui affabilitate modeſtia caritate, religioſiſſimo cuiq; facile cõparãdi forẽt. Et qm̃ hæc eadẽ ego ſæpiſſime expertus ſum: & ſcio nõ narrari mihi fabulationes: ſicut illis pleniſſimã fidem præſto: ita pleniſſimo ore & me & cunctam noſtrã cõgregationẽ debere tuæ dignationi q̃ cumulatiſſime cõfiteor. At qui neq; Vrbanus ipſe expers fuit humanitatis tuæ: quẽ benigne aduerſæ partis Procuratoribus poſt latam ſnĩam cõmendaſti. Cognouit & ipſe, ſi non eſt demens penitus: fuiſſe te nõ modo nõ ſcæuum: ſed neq; ſeuerum iudicẽ: qñ infœliciſſimæ eius ſortis magis q̃ pro meritis habueris rationẽ. Mihi ſi non denuo erexerit elationis cornua: ſi erraſſe ſe nõ erubuerit confiteri: erit ſemper tuo nomine commendatus. Vale. die. xxii. Iulii. Mcccclxxxxiiii.

g Ratias ago Deo miles egregie:ꝙ nō ſum fraudatus deſyderio meo: neq; cōfuſus ſum ab expectatione mea.Vbi enim te ab initio deſigna/tum oratorē ad Summum Pontificē mihi nuntiatū eſt:continuo mēte concæ/pi:ceſſurū per te nobis obſtinatū Vrbanū:noſq; tuo fultos patrocinio aduerſus pertinaciſſimum hoſtem,optata diu victoria potituros.Quod & factū mō cernimus:& tuæ nobilitati potiſſimū accæptū ferimus.Exhibuiſti pro nobis ope/ram tuā eo ſtudio:ac ſi tuū ſolius negociū extitiſſet.Nunc apud Pōtificem nunc apud iudicē adeo indefeſſum te cauſæ noſtræ defenſorē præſtitiſti:vt ne dū ni/tenti ex oppoſito aduerſario fatigatus ceſſeris:verū etiam ſemper contra ſurrexeris audētior.Aſcēdiſti ex aduerſo:& oppoſuiſti te murum pro domo noſtra: vt merito tibi ſit aſſcribēda victoria.Non fruſtra exornaris militiæ inſignibus. Pugnas & vincis:quoniā nō prætio,ſed pietate decertas.Iccirco tecum eſt Dñs: qm̄ nō minus prōpte iura eccleſiæ,q̄ tua defendiſti.Oppreſſorum cauſas nunq̄ auerſatus es:& in oībus tum publicis tum priuatis patrociniis tuis,ſemp iuſti/tiæ ſpecimen præbuiſti.Militaſti etiam abſq; aurea zona a teneris ānis Deo:vt ei placeres cui te ꝓbaſti.Ago itaq; gratias nobilitati tuæ, pro iis tuis erga nos operibus pietatis.Siquid ego pro te,ſiquid Veneta illa congregatio,ſiquid no/ſtra religio vniuerſa poteſt:fore nos tibi ſemper haud igratos certo ſcias.Vale. Ex Fōte bono.Die.xxiii.Iulii.Mcccclxxxxiiii.

Bernardino Priori Clauſtrali.III.

p Vgnare te cū ſtomacho tuo ſcribis:& iccirco petis veniam:ꝙ & bre/uius ad me & rarius ſcribas: qm̄ nedum ſcribere,ſed ne legere aliquid poſſis.Credo te ſtomachi tui naturā nō ignorare:& quæ illi obſint,ſa/tis percipe.Nō eſt meū,ſuggerere tibi medicamēta īfirmitati accōmodata:qm̄ nō ſum medicus.Hoc tm̄ dixerim:ꝙ ſiue anguſtia qua ſupprimitur cibus:ſiue cruditate qua minus digerit᷑:laboras:vtriq; nocere plurimū exiſtimo nimium tuū legēdi ſtudiū,atq; cōtinuā in pſcrutandis variaꝝ diſciplinarū voluminibus intētionē.Legiſti.Ne qd nimis. Quod philoſophi dictū ēt a patre nr̄o Benedicto vſurpatū eſt.Diſcretionē,matrē eſſe virtutū autumāt.Exercitatos te habere ſenſus arbitror,ad diſcretionē boni & mali.Malū ergo deuita. Delectaris noti/tia multarū artiū.Sed ſi euoluere codices ſcriptoꝝ oīum volueris,vt multa ſci/as:erūt forte in iis ſupuacua multa:quæ magis vim & calorē ſtomachi oppri/māt q̄ nutriāt.Plus ſape velle q̄ oporteat:intēperātiæ,genus duco. Metire igit᷑ tandē ſtomachi tui vires:& tātū de huiuſmodi alimētis ſume:q̄tum ad conco/ctionē poſſit cape.Alioqn tibi imputabitur : ſi ægrotaueris. Neq; miſericordiā ab aliis expectes:ſi tibi ipi crudelis fueris.Hæc tecū ex abūdātia cordis loquor. Diuturniorē.n.tibi vitā,non accerſitā vltro mortem exopto.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxv.Iulii.Mcccclxxxxiiii.

Romualdo Monacho.IIII.

d Electari te cōuerſatione monachoꝝ noſtrorum,in iſto diui Michaelis monaſterio degētiū magnope gaudeo. Retuliſſe me tibi de illoꝝ vita & moribus,vera cognoſcis:& forte pauciora q̄ pro meritis. Supeſt,vt qm̄ locū idoneū reperiſti:in quo reddere poſſis cōmode altiſſimo vota tua:in eo cōſtāti aio pſeueres.Plāta.n.nō cōualeſcit:quæ ſæpe trāſfert᷑.Et aceſcere cōſueuit vinū,

ſæpius

ſæpius tranſuaſatum. Non ſunt in omnibus religioſorum domibus huiuſmodi familiæ: a quibus facile poſſis petere virtutum & veræ obſeruationis exempla. Aemulari te oportet illorum cócordiam humilitatem caritatem orationes vigilias pſalmodiam, & virtutum cuſtodem ſilentium. Si exerceri volueris in ſtudiis litterarũ: præſto erunt tibi præceptores. Si quieti cellulæ & contemplationi vacare malueris: & hoc in tua ſitum erit ptãte. Magna nimirũ fœlicitas exiſtimanda eſt eius: cui beneuiuere cupienti, bene etiam operandi facultas & loci cõmoditas non defuerit. Nã cum ſancto ſanctus eris: & cum viro ínocente innocens eris. Tu igitur adeptũ hoc munus ne paruifacias: ſed in omni vita gratias agens Deo, proficere de virtute in virtuté ſtude: vt videre merearis Deũ Deorum in ſyon. Conuertere ad Deũ totus: vt ſecurus nouiſſimũ præſtoleris diem: ac certiſſime tibi perſuadeas: nihil te hinc eſſe latuꝝ tecũ, præter vitam pie atq; innocenter actam. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxv. Iulii. Mcccclxxxxiiii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. V.

b Ene ſe res habet. Iuſtificas impium: & non vis mortem peccatoris. Fatentem reum non modo nó durius abſoluiſti: verum etiã benigne excuſaſti. Et ne forte abundãtiore triſtitia abſorberetur: inſuper quaſi leniendo ac perungendo etiam laudibus proſecutus es. Superas me reſcribendi celeritate: humanitate allicis ad te imitandũ: In omnibus me tibi obnoxiũ facis: qui nulla mea prouocaris iniuria: vt iratus mihi videaris: vtiq; mitis mãſuetus pius. Nihil auté eſſe, quod libétius legas q̃ litteras meas: non tam ipſo teſtimonio q̃ re ipſa euidétius ſemper declaraſti. Nunq̃. n. paruitati meæ non ſtatim nó copioſe nó amice reſpó diſti. Feciſſe aũt hoc caritaté religionem & cótinuatum ab adoleſcentia ad hanc vſq; ætatem mutuũ amoré: facile tibi aſſentior. Vtrum etiam alia duo quæ intuliſti, viderit Dignatio tua: litterarũ inquã mearũ grauitatem: & caracterũ pulchritudiné. Ego ſi ad aliũ ſcriberem: qui caracteꝝ decore ac ſpecie ductus, epiſtolis meis ẽt grauitaté tribueret: cófidéter rñderem. Species decœpit te. Ad te aũt non ſic. Sed ſiquid tibi obiicere modeſte licet: cur grauiores illæ appareãt: vehemẽs in me amor in cauſa eſt. De cócilio, ſi qui apud vos nuper bulliebant ſermones, minus modo calidi ſunt: ſcias apud nos eos penitus refrixiſſe: q̃tum tñ homo ſolitarius, & in alpibus degẽs noſſe poſſum. Quãdocunq; tñ celebrandũ eſſet: vtiliſſimũ duceré. Trãquillius. n. cõſuleretur chriſtianorum ſtatui, puniréturq; & cóprimerétur vitia errantiũ nouis Patrum ſtatutis ac legibus: q̃ ferocibus pugnantiũ animis armiſq;. Et forte intermiſſa ac diſſimulata diutius q̃ oportuit, hæc ordinaria correctionũ forma, excitauit gallos: quoꝝ aduẽtu & erigãtur iacẽtes: & ſõnolẽti acrius increpẽtur. Noluimus donec licuit, piiſſimi pr̃is, q nó vult morté pctóris, ſed vt cõuertat & viuat, vti ídulgẽtia. Verẽdũ magnope: ne ſeueriſſimi iudicis ídignationẽ ſentiamus. Noluimus cedi flagellis: orãdus eſt Dñs, ne pmittat nos cedi Scorpionibus. Dilatũ cócíliũ lóge vltra canonicos terminos effecit: ne cógregarẽtur in vnũ ad cóem vtilitaté. Velit Dñs, ne diuiſi & diſſidétes cógregentur in vnũ ad alterius partis ruinã & ſtragẽ. Quod pleriq; oẽs vaticinãtur fore. Si plurimũ cõfidis, pfuturã tibi, ptectoris autoritaté aduerſus eos: qui te exercere aggreſſi ſunt: ego tecum idem

cupio. Sed ſi cum iis tibi res eſt: qni cauteriatam habẽt conſcientiam: timeo ne non modo cardinea ſed ne pontificia quidem autoritate deterrendi ſint: quin te perſequantur. Siue autem ſimultate ſiue aperta impugnatione aduerſati fue/ rint tibi ſine cauſa: quid ad te? Datur tibi his malignorum inſectationibus pro/ merendi occaſio: ac vitandæ impatientiæ materia. Nam ſi nihil tibi, quod pa/ tiaris, quo exercearis, fatigeris, præmaris, acciderit: impatientem te eſſe neceſ/ ſe erit. Abſit autem a tua Dignatione impatientia: cuius contraria virtus opus perfectum habet. Si pacem tecum ſimulant: facile tibi erit pro tua prudentia, at tendere a fermento phariſeorum: neq; temere poteris decipi: quando fruſtra ia citur rete ante oculos pennatorum. Quod vero fuerit apud te per complures dies Bernardinus Feltrenſis, prædicator egregius, a quo vnice diligeris: cõcio/ natuſq; apud populum plurimum profecerit: auxeritq; erectum triennio ante ipſius opera montem pietatis, octingentis aureis nummis: lætor valde. Niſi fo rent, q̃uis paucisſimi reperiantur, huiuſmodi homines: qui potentes in opere & ſermone, inter tot mala quotidie emergentia, & ædificationi nobis & ſolatio eſ ſent: nihil profecto deſperatius præſentis vitæ ſtatu. Non eſt autem cur optes: vt ſemel ipſum audiam prædicantem: quo ipſum melius nouerim: eũ eſſe, qua/ lem ſcribis. Nam præterq̃ ꝙ tibi pleniſſimam fidem habeo: & Florentiæ anno proxime præterito, de illo ibidem prædicante a multis idem mihi relatum ſit: ego quoq; ſemel ante complures annos inuitatum a me hominem apud San/ ctum Michaelem noſtrum Murani, ſumma voluptate mihi tantum meiſq; per tres & eo amplius horas concionantem audiui. Depræhendi tunc primũ: q̃ ha beret in poteſtate ſermonem: q̃ vehemens in exhortando: q̃ eſſet feruens ſpiri/ tu. Ex eo die illum non amplius nec antea etiã vidi. Semper tñ ipſum pro meri tis dilexi & colui. Opto magnope: vt opus faciẽs euãgeliſtæ, ad vltimũ vſq; vi tæ ſuæ diem, in ſalutem multoꝝ, & cõgregationẽ tritici in horreũ Dñi, miniſte rium ſuũ q̃ fœliciſſime impleat. Vale. Ex Fõte bono. xxix. Iulii. Mcccclxxxxiiii.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani. VI.

S Cire cupis: vtrũ hoc autũno venturus ſim ad vos. Fuerat nimirũ mi/ hi animus ita facere: vt & mihi imprimis & vobis ſatiſfacerẽ. Biẽniũ vero fere interceſſit: ex quo a vobis Venetiis profectus ſum. Et videntur mihi interfuiſſe anni plurimi: adeo vehemẽter opto aliquãdiu verſari vobiſcũ. Nuſ/ quam mihi quies gratior. Verũ quiete indignus tot implicor curis: vt obſequi cõmunibus votis minime poſſim cum velim. Magna eſt hic expectatio nouaꝝ rerum: maxima apud omnes trepidatio. Impẽdere plurimi opinantur regioni huic, ímo & vniuerſæ Italiæ, mala ingẽtia. In proximo laboratur peſtilẽtia: quæ ſerpere vt Cãcer cœpit. Segetum hoc anno fuere prouẽtus tenuiſſimi. Bella vn diq; imminent: & quidẽ grauiſſima. Vnum ex his ſatis ſuperq; foret noſtræ im becillitati moleſtiſſimum atq; intollerandũ. Quid ſi acciderint tria ſimul? Non ne præſto eſſe tempus illud calamitoſum merito dixerimus: de quo ꝑ prophe/ tam minatur Dñs dicẽs? Venit cõtritio ſuper te: qui habitas in terra: venit tem pus: prope eſt dies occiſionis. Nunc de propĩquo effundam iram meam ſuper te: & complebo furorem meum in te. Gladius foris: peſtis & fames intrinſe/

cus. Qui

eus. Qui in agro eſt gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilentia & famẽ deuo rabuntur. Auertat Dominus iram ſuã a nobis: neq; ſecundũ iniquitates noſtras retribuat nobis. Quin potius cum iratus fuerit, miſericordiæ recordetur. Præter hæc quæ nos manẽt aduerſa: intra dies paucos numerare compellor impoſitam mihi pro Piſano ſtudio pecuniam. Quæ licet præteritarum comparatione multa non ſit: magno tamen meo incõmodo erit mihi exhauſto præſertim atq; emunćto perſoluenda. Verentur multi: ne paulopoſt grauiori præmamur onere. Taceo alia: quæ neceſſario me magis detinẽt. Itaq; ſi non venero, vti aío deſtinaueram: excuſationem meã vna cum cæteris, qui acceſſum advos meum præſtolantur, admittes. Quod applicuerint Venetias incolumes Romani illi noſtri: lætor valde: & eo quidem magis lætor: q cumulati honore & gloria redierunt ad vos. Functi ſunt officio & diligẽti & fideli: q nec laborem nec periculum veriti adeo ſtrenue decertarunt: vt ſuperato tãdem hoſte optatiſſimam vobis victoriam pepererint. Et q̃uis obſtinato animo ac ſilice duriore adhuc reſumere bellum paret: prouocaueritq; a lata cõtra ſe iuſtiſſima Protectoris ſententia: vereri propterea nihil debetis: præſertim cum demandatam ſcribas cauſæ cognitionem Domino colendiſſimo Cardinali Neapolitano: viro vtiq; integerrimo, & per omnia conſimili Senẽſi noſtro. Erexit iſte denuo altius caput: vt in fine congreſſionís grauius ruat. Reiecit tot honeſtas ac ſua obſtinatione indignas piiſſimi iudicis oblationes: vt qui noluerit benedictiõem, elongetur ab eo. Si e re veſtra arbitramini: vt cõmẽdem nouo iudici negocium veſtrum: ſignificabitis mihi. Eſt.n. mihi optime cognitus: & ſupra merita mea plurimũ mihi afficitur. Si Abbas Carcerum ſe continet domi: benefacit. Conſulit bene & ſibi iam fere nonagenario: & Abbatiæ poſt ipſius obitum in interitum ituræ. Quãtum illius naturam noſſe potui: humanitate & officiis allici cõſueuit. Eſtis in huiuſmodi ſatis periti. Et forte abſq; peccato arte aliqua tentabitur: vt de cumulo, ſicut poteſt adiuuet vos: anteq̃ Abbatiæ poſſeſſione deturbemini. Et cũ egrediemini, inquit, non exibitis vacui. Nolite tamẽ ita diffidere: vt ſpem omnem, quã in Deo collocare debetis, penitus amittatis. Omnia.n. poſſibilia ſunt credẽtibus. Qui viuificare poteſt mortuos: & moriturum poteſt facere, ne moriatur. Tantũmodo orate: & orare eos hortamini, in quorum meritis & orationibus confiditis. Nõ eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat: neq; aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat. Subeſt.n. illi, cum voluerit poſſe. Vale. Ex Fonte bono. xxii. Auguſti. Mcccclxxxxiiii.

Guidoni Priori Angeloꝝ. VII.

V Eritus obtemerariam fugam conuerſus noſter, acerbiores ſuæ leuitatis atq; inconſtantiæ ſe ſoluturum pœnas: experietur paulopoſt plurimum valuiſſe apud me cõmendationem tuam. Licet.n. animaduerſurus fueram in eum etiã abſq; tuis litteris leuius q̃ pro criminis magnitudine: te tamen adeo affectuoſe atq; humaniter intercedẽte, longe mitius agam cum illo. Imitatores, ait apoſtolus, Dei eſtote. Et de illo teſtatur eccleſia: q omnipotentiam ſuam parcendo maxime & miſerando manifeſtat: cũ ſit illius propriũ miſereri ſemper & parcere. Verumtamẽ non iudicaui expedire: vt omnino impunitus euaderet: ne facilitas indultæ veniæ auſum denuo pareret: auſus exceſ/

ſum. Erit forte correctus ſtabilior atq; cōſtantior: neq; ſimilis fluctui maris: qui omni vento mouetur & circunfertur. Pluris facis epiſtolas meas, q̄ pro illarum meritis. Sicut aūt indignæ ſunt: quas reliquiarum (vt ſcribis) recondas loco: ſic non improbo, immo & opto magnopere: vt quam præſeferunt erga te tuoſq; caritatem, imo pectore iugi memoria reſidere ac conquieſcere iubeas. Vale. Ex Fonte bono. xxvi. Auguſti. Mccccl xxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. VIII.

d E publici ſtatus ſignificatiōe, gratias ago dignationi tuæ. Quod olim futurum prædixerat Dominus: & ſæpiſſime accidit: etiā hac noſtra tē peſtate impleri conſpicimus. Surget gens contra gentem: & regnum aduerſus regnum. Quo ſpiritu ductus redire in Italiam poſt tot annorum curricula Gal lus conſtituerit: me penitus latet. Ex euentu rerum pendeo: cui exiguum eſt in huiuſmodi iudicium. Quoniam tn̄ diuino imperio mota ſæpius bella cogno/ ſcimus: ad vindictā malefactorum, laudem vero bonorum: ſi gallus iſte tam po tens, non ambitionis concupiſcentia abſtractus & illectus: neq; argenti & auri excitatus auiditate: ſed (vt multi vidētur diuinare & coniicere) cœleſti adactus impulſu, ingreſſurus eſt tam valido ac numeroſo vt vulgatur exercitu Italiam: forte aduentus eius non in ruinam ſed in reſurrectiōem multorum futurus eſt. Plæriq; omnes in hoc conſentiunt: haud temere neq; immaturo conſilio Regē chriſtianiſſimum tantam fuiſſe aggreſſum prouinciam: vt cum poſſet domi cū ſuis pace & quiete facile perfrui: tam negocioſo & inquieto bello vel honeſta ocia diſcutere maluerit. Tot iuga, inquiunt, montium ſuperaturus: tot flumina tranſmiſſurus: tot niues & glacies proculcaturus: minime inani ſpe credendus eſt terra mariq; iter arripuiſſe ad erumpendum in Italiam, terram vtiq; lacte & melle manantem. Trepidant nonnulli ob illius aduentum. Verum (quod ſatis mirari non poſſumus) q̄plurimi non modo non formidare vidētur: ſed vltro exanimo magnopere illum expetere. Quæ ſimul omnia: & longe etiā plura, aures meas quotidie perſonantia colligenti mihi: & animo, vt fit, curioſius re/ putanti: ſuccurrūt ea interdū: quæ de gallo gallinaceo in eccleſiaſtico hymno concinimus: omniaq; de rationali gallo, myſtica interpretatiōe mecum voluo imaginorq;. Poſſe etenim fieri: vt totius Italiæ vtilitati & commodo, de vita & moribus diu periclitantis: per huius acceſſum ad nos in virga ferrea (ſi tamen eſt homo miſſus adeo) ſalubriter conſulatur. Hoc inquit excitato lucifer ſoluit polum caligine: hoc omnis errorum chorus viam nocendi deſerit: hoc nauta vires colligitq;: pontiq; miteſcunt freta: hoc ipſa petra eccleſiæ canente culpā dilluit. Surgamus ergo ſtrenue: gallus iacentes excitat: & ſomnolētos increpat: gallus negantes arguit: gallo canente ſpes redit: egris ſalus refunditur: mucro latronis conditur: lapſis fides reuertitur. Nonne ſi hæc omnia ad animæ refera mus langores, quibus paſſim afficimur: haud fortaſſe iniuria quis dixerit: exci/ tandum fuiſſe gallum iſtum, non tam ad opprimendum, q̄ ad liberandum: vt non amplius ſeruiamus peccato: ſed ſubditus fiat omnis mundus Deo? Quā/ tum ad me attinet: ſi non poteſt tranſire calix iſte: quin & ego bibam illum: ma lo erudiri in hoc mundo pii Domini flagellis atq; aduerſitatibus: q̄ ſeueri iudi/

cis furore

cis furore in futuro ſæculo damnandus,ac perpetuis cruciatibus puniendus ſer uari.Vale.Ex Fonte bono Kalendis Septembris.Mcccclxxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.IX.

c Onceſſit naturæ heri veſperi venerabilis frater noſter Abbas poplenæ.In pace dormiat.Cõtuli hodie Abbatiã.D.Ioãni eremitæ olim familiari dignationis tuæ:& eo certe aĩo:vt beneficiũ Eremo annecteretur.Mittit ſubſtitutus Abbas Procuratorium inſtrumentũ ad renuntiandum:nequid futuræ impetrationi deſit.Credi vix poſſet:q̃to ſtudio & amore contenderint parochiani omnes:vt Abbatia in ius Eremi concedat.Precor te:vt nitaris pro viribus,ſatiſfacere votis eorum:vtilitati monaſterii:cõmoditati noſtræ. Expectabimus euentum rei:qui vtinam futurus ſit,qualem optamus. Tot amiſimus in generalatu meo beneficia:vt non temere hoc puſillum videamur expetere : ne vniuerſa religio paſſim diripiatur.Vale.Ex Abbatia poplenæ.die.vii. Septembris.Mcccclxxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senẽſi Protectori.X.

s Extus hic eſt dies:ex quo pacificam tenemus Abbatiæ huius poſſeſſionem.Hucuſq; per gratiam Dei nihil non fauorabile nobis,nihil non congratulatione omnium plenum apparuit.Petrus Medices requiſitus a me per litteras & internũtium ad exhibẽdam,ſi oportuiſſet,opem:pollicitus eſt inſuper mihi omnem operam ſuã & fauorem,ad perficiendum opus,qd plurimum probaret.Recreatus ſum totus hoc nuntio : ac certioris ſpei plenus factus,ſignificandum idem cenſui dignationi tuæ:ne forte vereretur imminere nobis periculum a ſublimiore Florẽtiæ poteſtate.Cuius rei ſuſpitione & formidine,ante benignum Petri reſponſum,haud penitus vacauimus. A Domino factum eſſe iſtud:vno omnes ore conſentiunt.Semper mihi perſuaſeram fore:vt quandocũq; hoc cœnobium vacare contigiſſet:continuo a luporum grege inuadendum foret.Hoc me & loci ipſius nõ inamœnus ſitus:& diligentis adminiſtrationis Abbatis defuncti opinio,vt futurum crederem,veriſimiliter impellebant.Sed non mentitur ſcriptura.Non.n.cogitationes meæ cogitationes veſtræ:dicit Dominus.Sit ipſe benedictus in ſæcula. Vale. Ex Abbatia poplenæ Die.xi.Septembris.Mcccclxxxxiiii.

Chriſtophoro Monacho Fontis boni. XI.

e Xpertum te iam ſatis arbitror : robuſtiores nos eſſe ſpiritu,languido corpore atq; infirmo.Quemadmodũ & Paulus aperte teſtatur . Cum infirmor:tunc fortior ſum.Si quidem virtus in infirmitate perficitur. Quem.n.dabis mihi aduerſa detentum valitudine,ac lectulo ægrum iacẽtem: q non modo faciat,ſed cogitet malum?Non meminit iniuriarum: non concupiſcit aliena:non gaudet honoribus:non ambitione aut auaritia ſolicitatur.Secum tantum reputat,quæ Dei ſunt : ipſum inuocat : ipſius implorat auxilium. Suſpectam habens e vicino mortem, ſeipſum colligit:iuxta Iacobi conſilium, inducit præſbyteros:peccata confitetur:ſpirituale ſumit viaticum:& tãq̃ paulo poſt præſentia cuncta relicturus,futura tantum meditatur . Quibus ſane rebus fit:vt malam immerito appellemus valitudinem:quæ illa melior eſt,quam bonam dicimus.Eſt aũt periculoſum atq; indignũ,ſicut per Eſaiam minatur Dominus:bonum malum dicere:& malum bonum.Quaobrem ſi nõ penitus cõ-

ualuiſti adhuc:ſi corpuſculo es imbecillo:gaude hoc nomine:q̃ roboraris ſpiritu,extenuata febribus carne. Vale. Ex Abbatia poplenæ. Die.xi. Septembris. Mcccclxxxxiiii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XII.

n Ihil inconſyderatius duco:q̃ tecum vlla in re velle contẽdere. Veteranus miles es ac peritus. Siue procul ſiue cominus in me volueris tela coniicere:cedere me oportet ac declinare ictus tuos:niſi confodi aut cadere voluero. Habes in poteſtate armamentarium ſcripturarũ: vnde ad defenſionem tuam & meam offenſiõem facile proferas noua & vetera. Quid ni ego inermis cedam? & cum decertandum eſt:in ipſo ſtatim contentionis initio me ſuperatum confitear? Vbi in aliquo videmur diſſentire:primũ me ratione ſtudes vincere. Poſtq̃ durior atq; obſtinatior in memetipſo tuendo viſus tibi fuero:manũ tuam mittis ad fortia:& quem non potes æquitate deiicere: ſeueritate ac rigidiore ſermone expugnas. Tot rationes tot exempla tot diuini eloquii adhibes teſtimonia:vt huiuſmodi telorum multitudine vel obrui mihi neceſſarium ſit. Grauitate & ornatu præditas eſſe epiſtolas meas contẽdis:& arguis me: q̃ tecum minime ſentiens a vero diſſentiam. Ecce iam demum iuditio tuo in omnibus grauiſſimo cedendum conſtitui:idq; non tã defectu virium quaſi neceſſitate compulſus:q̃ congredi tecum vtpote imbecillior non audeam: pugnãq; conſulto detractem:q̃ hac potiſſimũ ductus ratione:q̃ difficile perſuaderi cuiq̃ poſſe intelligo:quod tu ſemel probaueris,eſſe merito improbãdũ. Cuius opuſcula cuius epiſtolæ cuius oratio non ornata non grauis iudicabitur: cui tua autoritate atq; ſententia plurimum acceſſerit & decoris & ponderis? Sint igitur quales dixiſti:ſi non ſuo merito:quia tu dixiſti:quales & alios tuam autoritatẽ ſecutos dixiſſe ſcribis:quibus eas legendas dediſti. Quãtum ad me attinet: orabis Dominum,vt largiri dignetur imbecillitati meæ pro ſua clæmentia:ne amplius gloriari in ipſo mihi contingat,q̃ benedixerim:q̃ q̃ benefecerim. Nam benedicentium lata eſt via:quæ ad perditionem ducit:benefaciẽtium anguſta, quæ ducit ad vitam. Si hoc mihi fuerit datum deſuper:forte auditurus non ero quod ſcripſiſti. Si te ignoras,egredere. Quã duriſſimam increpationem merito mihi cauendam & hortaris & admones. Propitius ſit mihi Dominus: ne ſimilis eius fiam:qui dixit. Ecce eiicies me hodie a facie terræ:& a facie tua abſcõdar:& ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur,qui inuenerit me, occidet me. Quin potius & ingredi mihi & egredi liceat:vt paſcua inueniam:illa vtiq; paſcua,de quibus p prophetã meminit Dominus. In paſcuis vberrimis paſcã oues meas:& in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virentibus:& in paſcuis pinguibus paſcentur ſup montibus Iſrael. Vtor pluribus q̃ oporteat,in re præſertim:quæ in vtrãq; partem obeſſe mihi parum poſſit. Quid.n.ſi apud viros eruditiſſimos atq; grauiſſimos,nõnulla ſit epiſtolarum mearum exiſtimatio? Forſitã hoc eorum de ſcriptis meis iudicio admoneor,ne ſim gallo ſimilis:qui cum bene cantet male fodit. Ad Gallos redeo:de quorum in Italiam tranſitu,quid ſentias,plenius ſignificaſti. Et propinquiores indies nobis facti: ſtrepitu iam armorum & recenti multorum occiſione: qui ad quatuor milia fuiſſe referuntur:& captiuorum expoliatiõe,qui hinc inde ad-

ueniunt:

ueniunt:vt de ipſis loquamur,nos haud iniuria excitant.Ex perditiſſimis mori bus noſtris atq; corruptiſſimis facis coniecturam:immo pro comperto vide/ ris habere:non ſolum gallos:verum etiam(ſi ii minime ſuffecerint) etiam Tur cos in Italiam eſſe venturos.Quod & prophetarũ autoritatibus,& plurimis eiſ demq; efficaciſſimis rationibus probas. Oſtendi compluribus hanc epiſtolæ tuæ partem.Eſt.n.in his regionibus de gallorũ aduentu ſicut magna fere apud omnes trepidatio:ita & quotidianus,ne dicam continuus ferme ſermo. Lauda uerunt omnes grauiſſimum iudicium tuum.Nam cum non ignorent præſentẽ mortalium ſtatum, malis inueteratum ac peccatis & facinoribus mille obno/ xium:ſciantq; venire propterea iram Dei in filios diffidentiæ: haud dubie ſibi perſuadent fore,quæ ſcripſiſti.Reformationis tamen futuræ ſpe:quam ruina ſit neceſſario præceſſura:videntur multi optare:vt qui miniſter Dei iuſtitiæ ventu rus eſt veniat:& non tardet.Si ad multitudinem reſpicias:hoc in votis gerunt: immo præſeferunt verbis palam:ne differatur aduentus eius.Si puſillum præ/ ſidentium gregem conſyderes:longe illis aliena mens eſt. Quo plus quidam habent quod amittant:eo maiore terrentur formidine ac pauore.Qui vero pa rum aut nihil poſſident:adepturos ſe aliquid hac occaſione confidunt.Multum tamen omnes proficere poterunt:ſi non renuerint accipere diſciplinam:ſi per/ cuſſi doluerint ad emendationem.Quod aũt impios euertendos,q; rurſus iu/ ſtos erigendos,& in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu ſuper ædifican/ dos exiſtimas:ſapienter quidem coniicis.Humilia etenim reſpicit Deus:& al/ ta a longe cognoſcit.Et hunc humiliat:& hunc exaltat:quia calix in manu Do/ mini,vini meri plenus mixto.Itemq;.Expectatio iuſtorum lætitia:ſpes aũt im/ piorum peribit.Fortitudo ſimplicis via Domini,& pauor iis qui operãtur ma/ lum.Iuſtus de anguſtia liberatus eſt:& tradetur inpius pro eo.De Turcis nil di co.Facile.n.aduertere licet:qua occaſione accerſiendi ſint in Italiam abaltera cõ certantium parte:vbi forte inclinare ac cedere alterius potentiæ ac viribus lon ge(vt creditur)maioribus cœperit.Patiẽter te ferre exercẽtes te ſubditos tuos: nunq̃ dubitaui.Hortatus es alios ſæpiſſime,ad ferenda æquanimiter aduerſa. Nec tibi illud obiiciendũ puto.Qui ergo aliũ doces:te ipſum non doces?Cœ/ piſſe te prius facere:quod poſtea doceres: mihi perſuadeo. Vbi te aliquis pre mere:aut inſurgere conatur contra te:ad ſupplantandum greſſus tuos,ad extẽ/ dendum funes in laqueum,ad ponendum iuxta iter ſcandalum tibi:tunc dicere te arbitror Domino.Deus meus es tu:exaudi domine vocem deprecationis meæ.Domine dñe virtus ſalutis meæ,obumbra ſuper caput meũ in die belli. Non tradas domine deſyderio meo peccatori: cogitauerunt contra me ne de relinquas me:ne forte exaltentur.Et quod alibi legimus.Dominus illuminatio mea & ſalus mea:quem timebo?Dominus Protector vitæ meæ:a quo trepida bo?Si conſiſtant aduerſum me caſtra:non timebit cor meum.Si exurgat aduer ſum me prœlium:in hoc ego ſperabo.De Bernardino tuo,noſtro,nunq̃ mihi incredibilia,magna ſint illa licet ac fidem omnem excedentia,referri poterunt. Eſt quidem bonus odor deo in omni loco:& vnguentum effuſum nomẽ eius. Quocunq; ſe recipit:vbicunq; euangelizat:bonus homo de theſauro ſuo pro/

fert bona.Iccirco ab omnibus benedicitur:prædicatur:extollitur.Non tibi ſoli venerabilis eſt & admirandus.Omnes de illius doctrina humilitate ſanctitate, vno ore conſentiunt.De mutui amoris noſtri perſeuerantia,non eſt cur me admoneas.Nec augeri nec minui apud me vnq̃ potuit:ex quo amare te cœpi:qꝛ ſemper ſummus fuit. Prima & vigeſima poſteaq̃ eas conſcripſiſti die redditæ mihi ſunt litteræ tuæ.Et ego paulopoſt ad hanc vbi & modo ſum Abbatiam acceſitus:qꝛ Abbas infirmaretur ad mortem,per dies circiter.xv.tanq̃ carcere inclusus,hic me continui.Qua die huc me proripui,deceſſit languidus: & cuſtodire me ex eo cœnobium oportuit:& vtiq; armatorum multitudine: donec in tuto conſtitueretur.Vniendum enim illud decreuimus noſtro Fonti bono:tum ob loci viciniam:qꝛ ab eo quinq; tm̃ diſtat paſſuũ milibus:& inter noſtra prædia ſitum eſt:tum vero longe magis,vt procul abigeremus omne aliud ferarũ genus:qd ouiculam noſtram inuaſurum,admodum verebamur.His de cauſis, ſi tuæ dignationi tardius reſpondeo:admittes oro excuſationem meam. Vale. Ex Abbatia Poplenæ.die.xviii.Septembris.Mcccclxxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XIII.

r Equiſiuit a me dignatio tua:quid ſentiam ſuper eo:quod petiit abs te Vicarius noſter Abbas Sancti Fœlicis ad diligentiorem ſubſtãtiæ noſtræ conſeruationem:Vtrum,videlicet temperare debeant eremitæ noſtri a ſolita hoſpitalitate:vt parcatur ſumptibus minus neceſſariis.Non improbo Abbatis erga eremum bonam voluntatem.Laborauit pro me cæteris amplius ꝑ annos tredecim in colligendis reponẽdis ac diſpenſandis prouẽtibus noſtris. Merito ægrius fert ſuperfluos ſumptus:qui cupit vt ne fruſtum quidem panis depereat.Quo plus impendit in illos operæ:eo maiore cura ipſos nititur conſeruare.Cogito ego nihilominus primum loci conſuetudinem:cuius non ipſe autor extiti:ſed quam ab anteceſſoribus meis vſurpatam inueni.Deinde conſydero difficultatem itineris & aſperitatẽ montium,quibus ad Eremũ vel ex viciniorbus villulis vix quiſq̃ peruenire non anhelans non exæſtuans nõ ſitibũdus poteſt.Alii de longe veniunt multo interdũ imbre madefacti: alii niuibus obruti ac rigentes.Rogant admitti in hoſpitium:petunt panem.Nunquid pro pane lapis dabitur illis?Petunt ignẽ.Si negauerimus eis:& tm̃ audierint,quod Iacobus meminit:Ite in pace,calefacimini,& ſaturamini:Neſcio ꝑfecto an pacati,ac non potius ſcandalizati ſint diſceſſuri.Succurrunt mihi præterea infinita pene atq; innumerabilia diuinarum ſcripturarum teſtimonia: quibus elemoſinæ ac hoſpitalitatis bonum cõmendatur. Si multũ tibi fuerit,ait Thobias filio,abundanter tribue.Sin aũt exiguum tibi fuerit:etiam exiguum libenter impartiri ſtude.Apoſtolus vero:Et hoſpitalitatem,inquit,nolite obliuiſci:per hãc enĩ quidã placuerunt,angelis hoſpitio receptis.Itemq; ad Romanos.Hoſpitalitatem ſectantes.Et Dominus in euangelio. Date elemoſinam: & ecce omnia munda ſunt vobis.Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedem prophetæ accipiet.Et alibi.Omni petenti te:tribue. Abſcondite elemoſinã in ſinu pauperis:& ipſa orabit pro vobis ad dominum.Sicut aqua extinguit ignẽ: ita elemoſina extinguit peccatum. Et ne percurram ſingula quæ occurrunt:te/

cum

cum præſertim:qui longe plura ſcrinio pectoris tenes recondita : multum iſta me mouent:vt patefieri omnibus permittam immo & iubeam hoſtia domoꝝ noſtrarum.Pauperem quidem vitam gerimus:& longe certe magis q̄ opinentur multi.Verum mecum reputans ſcriptum:Et pauperum ſuorum miſerebit̃.Itemqꝫ:Date,& dabitur vobis:cogi & ego ſane his promiſſionibus videor : vt præſumam de Dei pietate:qui nõ derelinquit ſperantes in ſe. Quod ſi vltro ac nihil hæſitantes dederimus:illud potiſſimum ſperandum,ne defuturum ſit nobis:quod per Salomonem dicitur.Honora Dñm de tua ſubſtãtia:& de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus:& implebuntur horrea tua ſaturitate:& vino torcularia redundabunt.Quem tñ modum ac temperamẽtum in recipiendis in Eremum hoſpitibus ſeruandum exiſtimem:poſtq̄ ita iubes,paucis dicam.Si quis ad Eremum veniens,non eſſet deſcenſurus Camaldulum : ſi quis item apud Camaldulum nõ comediſſet,& ieiunus perueniſſet in Eremũ: aut multum de via feſſus ægre vlterius paſſurus famem aut ſitim:his mihi honeſte reſerãda viderentur cellaria:his exhibenda ab eremitis hoſpitalitatis officia:vt nemo iuſte perturbetur neqꝫ contriſtetur in domo Dei.Spero dignationem tuam prudentiſſimam,abundaturã mecum in hoc ſenſu . Si tñ ei ſecus viſum fuerit:quomodocũqꝫ ad eremitas ſcribendum duxerit:vtiliſſimum fore arbitror.Voluiſti vt ſignificarem:quæ eſſet noſtra hac in re ſententia.Simpliciter parui domini mei mandatis.In tua ſitum eſt poteſtate iubere eremitis : iubere mihi quid agendum velit.Et tñ nõ vteris mecum hac poteſtate. Exemplo me admones:vt in adminiſtratione mea dominari nõ debeam in ſubditos : ſed vt forma gregis fiam.Vale.Ex Fonte bono.Die.xx.Septembris. Mcccclxxxxiiii.

Chriſtophoro Sacerdoti.XIIII.

q Vam accurate mei memoriam ſerues,vel ex eo præcipue animaduerti licet : ꝙ non ſolum incolumis & ſanus crebro me epiſtolis viſitas: verum etiã lectulo iacens,atqꝫ agitatus febribus,non intermittis ſcribendi officium.Simplex tertiana quã aliquando incidi,adeo atterere & animũ & corpus ſolet:vt vix queat eſſe compos ſui:ac pauxillum moueri.Tu duplici,&(vt ſcribis)grauiſſima vexatus,nec pateris me tibi excidere: nec parcis ſcribendi labori.Locupletiſſimum ſane argumentum ſingularis tuæ beniuolentiæ,atqꝫ vnicæ in me caritatis.Petis vt orem:& orari pro te iubeam in ſacra noſtra Eremo:vt ſuſcipiaris in pace:quando de recuperanda ſalute corporis parum confidis:parum etiam curas.Congratulor nimirum huic tuæ Chriſtianæ menti : huic tuo religioſo pioqꝫ affectui.Facis periculum modo:non ab re dixiſſe apoſtolum. Virtus in infirmitate perficitur.Potes etiam hac præditus animi conſtantia & robore,gratulabundus Domino dicere.In tribulatione dilataſti mihi.Præcabimur pro te,quẽadmodum poſtulaſti:& ea ſane ſpe:vt fides tua ſaluum te & corpore & anima ſit factura.Quãuis de ſalubritate animæ nihil dubitem : cum ita te in hac aduerſa valitudine optime collegeris:atqꝫ ad exitum (ſi ſic cõſtituiſſet Dominus) ſpiritum intenderis:vt nõ poſſis niſi honeſta & ſancta morte defungi.Procul ſit igitur abs te hæc ſolicitudo:quo facilius laxetur vis morbi: vereri ſcilicet te,vt ſignificaſti,futuram nouiſſimam hanc,quam hodie accæpi,epiſto-

lam tuam. Eadem re vera pollicetur mihi: nondum adeſſe vitæ tuæ finem. Nã & litterarum caracteres æquales & decori, nec vacillante manu exarati: non deeſſe penitus vigorem ægro corpori indicant: & compoſitio ipſa imprimis nõ modo nõ exhauſtum viribus animum, verum haud paruam præſefert ſpiritus firmitatem. Itaq; ſi mihi licet propheticum vſurpare ſermonem: vita viues, & non morieris. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Septembris. Mcccclxxxxiiii.

Guidoni Priori Angelorum. XV.

f Acile vſu euenire ſolet: vt vbi quis fuerit educatus, aut annos complures vixerit: ibidem etiam libentius q̃ alibi vitam ducat. Aues nidulos ſuos: feræ cauernas & latibula diligunt. Panutius conuerſus, immoratus Florẽtiæ a tenero ad hanc vſq; fere diẽ: parũ contentus procul inde inhabitat. Aſſuetus ciuilibus moribus & cœlo mitiori: noſtra hæc nemora & mõtes, atq; inclæmentiorem ægre aerem patitur. Vt ſe tibi cõmendarem: orauit enixius. Feceris mihi rem gratiſſimam: ſi illum admiſeris. Do tibi fidem meam: ꝙ venit ad te (q̃tum elicere ex verbis eius potui) ſimplici corde, & bona voluntate. Habes domum latam & ſpatioſam: & minime anguſtum geris animum. Ne auertas faciem tuam ab eo. Mari ſimile dicitur monaſterium: quod nũc in ſinum ſuum nauigia excipit: nunc in littus eiicit atq; elidit. Sic & nobis euenit. Modo confluunt multi ad cœnobia: modo exeunt multi. Tempus iaciendi lapides: tempus colligendi. Potens eſt autẽ Dominus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Habraæ. Collige itaq; & tu lapides viuos: ſi forte opera tua & ingenio ſuperædificentur in domos ſpirituales. Vale. Ex Fonte bono. Die. iiii. Octobris. Mcccclxxxxiiii.

Bernardino Priori Clauſtrali. XVI.

f Eruere bella, de quibus ſcripſiſti, in Italia: pene continui apud nos ſermones ſeruntur. Terrentur aliquot ex his, ad gallorum aduentum. Reliqui diuiturniore expectatione cruciantur: magniſq; illos quotidie votis accerſiunt: tanq̃ venturi ſint non in ruinam, ſed in reſurrectionem multorum. Surrexit gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum: quia nimirum diu eſt, ꝙ refriguit caritas: abundante iniquitate maiorem in modum. Nemo ſuis contẽtus eſt finibus: dilatato cupiditatibus corde, ac reſtricto admodũ operibus pietatis. Senatus noſter Venetus: quem videri, ais, vel diſſimulare vel paruipendere hos bellorum motus: vario hic ſermone & cõmendatur & carpitur. Alii eoꝝ admirantur prudentiam: ꝙ cæteris tumultuantibus, pacate domi reſideant & conquieſcant. Alii ſubmurmurantes, diſſimulationem eorũ accuſant: ꝙ vicinis laborantibus non opem ferant, cum maxime poſſint: futurum, vt forte nõ poſſint, cum voluerint. A pluribus tamen laudantur: ꝙ cum multorum cõſiliis res publica Veneta adminiſtretur: tanto ſilentio decreta ſua contegant comprimãtq;: vt adhuc coniicere potuerit nemo: in vtram pugnantium partem inclinẽt. Hac de cauſa multum Veneto Sẽatui autoritatis accedere: exiſtimatiõis & gloriæ multum. Pacem Dominus pro ſua clæmentia, & decertantibus dignetur reſtituere: & quieſcentibus confirmare. Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Octobris. Mcccclxxxxiiii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato. XVII.

Non putabam

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato.XVII.

n On putabam fore:vt hoc anno daretur mihi occaſio alloquendi tui Domine colendiſſime. Et ecce præter omnem ſpem meam, futurus paulopoſt Florẽtiæ diceris:quo & ego de more,inhorreſcente præſertim apud nos tempeſtiuius hyeme,eram conceſſurus.Gratias ago Deo:qui non permi/ſit me fraudari deſyderio meo.Quin immo vt eſſet plenius gaudium noſtrum: legationis munere te nobis inſignitum reddidit:erectis in ſpem animis futuri alicuius boni,per tuæ dignationis prudentiam atq; ſapientiam ſingularem:in tam tumultuante ac periculoſo Italiæ ſtatu. Eligendus nimirum fuerat & fide/lis & peritus medicus:qui tanto langori,tam graui morbo conſuleret: vt eſſet, quemadmodum ſcriptum ſcimus.Legatus fidelis,ſanitas.Itemq;. Sicut frigus niuis in die meſſis:ita legatus fidelis ei,qui miſerit illum.Ego vero electum te a Domino arbitror : atq; ab eo tibi in tempore oportuno hoc munus deman/datum.Dedit nobis,inquit Paulus,miniſterium reconciliationis.Quando igi/tur ſurrexiſſe videmus gentem in gentem,& regnum in regnum,cum ingenti totius Chriſtianæ reipublicæ diſcrimine:quis dubitet, iuxta eundem Apoſto/lum,q̄ poſuerit in te Deus verbum reconciliationis,ad commune diſſidẽtium beneficium & commodum?Et ſperari poteſt (niſi penitus addiderit furor Do/mini iraſci contra nos) futurum facile,quod ſcribo:ne in vacuum gratiam Dei ſint recæpturi,ad quos miſſus fueris:cum ex te audierint inter cætera, quæ di/cturus eris.Pro Chriſto legatione fungimur : tãquam Deo exhortãte per nos. Obſecramus vos pro Chriſto:reconciliamini Deo.Proſperum itaq; faciat iter tuum Deus ſalutarium noſtrorum:detq;,immo quod dedit,augeat,ſermonem rectum & bene ſonantem in os tuum:vt functus legatione,in pace redeas : fi/demq; omnibus exoptatiſſimo euentu facias:fuiſſe te hominẽ,miſſum a Deo. Vale.Ex Fonte bono.Die.xvi. Octobris.Mcccclxxxxiiii.

Cardinali Alexandrino.XVIII.

h Odie accæpi Domine colendiſſime:delegaſſe Reuerendiſſimum Pro tectorem noſtrum vices ſuas Dignationi tuæ in protectionẽ Camal/dulenſis ordinis :donec ipſe perfunctus legatione ſua fuerit.Lætatus ſum pluri mum tanti viri iuditio & fide:q̄ eũ pro ſe nobis Vicarium dederit:qui nequaq̄ paſſurus foret:vt ſui deſyderaremus abſentiam.Cõmendo & ego itaq; cõmen/datam tuæ curæ atq; cuſtodiæ a Cardinali Senenſe patrono noſtro noſtram cõ gregationem:precorq;,vt procul ab ouili noſtro ac puſillo grege,arcere con/tendas lupos ac leones rugiẽtes:qui circũeunt,quærentes quem deuorent. Sin gulari re vera fœlicitati aſſcribendũ nobis & laudi ducimus:q̄ Dei miſeratio/ne eiuſcemodi ſortiamur ad cuſtodiã præſules atq; paſtores:q ſemp & fuerit & futuri ſperẽtur vigilãtes,& cuſtodientes vigilias noctis ſup gregẽ ſuũ. Hæc eſt de te apud oẽs opinio:hæc exiſtimatio.Scio nõ deeſſe campũ latiſſimũ tuæ pie tati:ex quo fructũ vberrimũ,quem ex te flagitat Dominus,facile proferas. Ve/rum & agellus hic noſter cõtemnendus tibi non eſt.Sentibus forte obſitum,ac

o

durioribus illum glebis occupatum inuenies:idq; non Protectoris in curia,ſed ſuapte natura. Si tamen & tu appoſueris manus:neq; defueris tuo auxilio atq; ſapientia:opitulante tibi eius gratia,cuius pater agricola eſt:haud penitus infe racem futurum putes. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxv.Octobris.Mcccclxxxxiiii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XIX.

n Vdius tertius redditæ mihi ſunt Florentiæ,dignationis tuæ litteræ: quas ſumma (vt ſemper alias) voluptate non ſemel perlegi : ac par/ tem illarum,in qua de ſtatu eccleſiæ quid ſentias ſcribis,compluribus legendā exhibui.Præuidiſti iampridem:præuiderunt alii multi ex coniecturis rationa/ bilibus,futura calamitoſa hæc tempora.Et ego quod audiui:nunc videre inci/ pio oculis meis : & manus meæ contractant. Quartuſdecimus hic eſt dies : ex quo me Florentiam contuli:idq; vt occurrerem Reuerēdiſſimo Protectori no ſtro legato Apoſtolico:qui quarto Kalendas Nouembris hanc Vrbem ingreſ/ ſus eſt:ac ſolita legatorū pompa excæptus.Egreſſus in occurſum eius ad octa/ uum lapidem,factus eſt obuiam nobis:ibiq;(erat enim veſpera) manſit vſq; in ſequentem diem. Quam ægre accæpiſſet legationis prouinciam , non ſolum difficillimam verum etiam periculi & deſperationis plenam: mecum vbi pri/ mum iumento deſcendit (ſiquidem accerſiri me continuo iuſſerat) per vnam & eo amplius horam,apertiſſime multaq; fiducia contulit. Audita Florentino/ rum a Rege Neapolitano defectiōe:difficiliora futura ſibi omnia polliceri cœ/ pit. Tandem Kalendis Nouembribus hinc profectus eſt:& Lucæ ipſum modo præſtolari aduentum Regis,hodie audiui : rediturumq; cum eo Florentiam. Hac de cauſa nondum in ſolitudinem noſtram redii : quam expetere præſens rerum ſtatus magnopere videtur. Miſerunt heri Florentini oratores quinq; Pi/ ſas verſus in occurſum Regis:qui præſto hic affirmatur futurus vndecima hu/ ius menſis die. Ex iis quatuor ſunt ciues:quintus vero Prior quidā Sancti Mar ci ordinis Prædicatorum,Hieronymus nomine Patria Ferrarienſis. Hic per annos aliquot immoratus Florentiæ:prædicare populo huic,magna omnium gratia,maiore euangelizandi libertate,maxima vero integritatis atq; ſanctita/ tis opinione,nunquam deſtitit. Prædixit iſte per annos tres,& quidem conſtan tiſſime,quæ modo imminent mala. Ad eius prædicationes multi per idem tē/ pus adoleſcentes ciues , ad arctiorem vitæ regularis rigorem magno feruore conuerſi memorantur. Ex eo tota pendet ciuitas. In hoc itaq; fluctuantis ſtatus diſcrimine,Hieronymus hic a Senatu tanquam vltimum deſperatæ rei ſuæ re fugium,ad maieſtatem regiam cum quatuor illis miſſus eſt:Si forte eo inter/ prete pacificus ſit futurus Regis ingreſſus:qui licet hoſtili populatione non cre datur venturus:in ipſius tñ aduentu non defuturū maximum aliqđ in Vrbe hac ſcandalū quibuſdam occaſionibus mirū in modū dubitatur. Indixit hodie Vica rius Archiepī a Dominio requiſitus,biduanū oībus ieiunium tam laicis quā re ligioſis:cras in pane & aqua,ſequēti die cōſueto ieiuniorum more:mandauitq; eccleſiis omnibus:vt per idem biduum ſacra miſſarum ſolennia de ſpiritu ſan/

cto cum

cto cum oratione de tribulatione decantarentur. Ad decem & eo amplius Gal/
lorum milia, Florentiam cum Rege ingreſſura dicuntur: & iam complures he/
ri & hodie aduenerunt. Tum apud laicos tum apud religioſorum loca, parata
ſunt per totam fere Vrbem diuerſoria: quæ ipſimet voluerunt. Hoſpitaturum
apud Camaldulum noſtrum, Protectorem noſtrum colendiſſimum ſperamus.
Sic enim qui apparatui præſunt, promiſerũt nobis. Quod erit mihi ſummope
re gratum. Quantum dignationi eius debeam: non te latet. Verum non parua
facta eſt his diebus obligationis meæ acceſſio in illum: quando gratis fere vni
uerit Fonti bono abbatiam Poplenæ: in cuius per Dei gratiam & ipſius curam
pacifica ſumus poſſeſſione. De Bernardini Feltrenſis fœlici obitu, primus ipſe
mihi nuntiaſti. Bene cum illo actum non dubito: vt præuentus morte viſurus
non ſit aut auditurus: quæ & ipſe fore vaticinatus eſt mala. Orandus eſt ſuppli/
citer Dominus: ne ſecundum peccata noſtra faciat nobis: neq; ſecundum ini/
quitates noſtras, quarum plurimas tua deſcripſiſti epiſtola, retribuat nobis. Ar/
guat nos, ſi ita conſtituerit: verumtamen non in furore ſuo. Ante faciem enim
eius quis ſuſtinebit? cuius reſiſtere iræ nemo poteſt: ſub quo curuantur: qui por
tant orbem. Hac de cauſa iſta modo currenti calamo exaranda cenſui: vt vbi
certius noueris quibus verſemur periculis: pro nobis proq; totius Italiæ ſta/
tu, necnon & pro legato Protectore noſtro optimo, vberiores ad Deum pre/
ces fundas. Venturus erat ex mandato Pontificis Venetias: ſicut ipſe retulit
mihi. Si reuocatus aliqua de cauſa in Vrbem non fuerit: aut cum ipſo veniam:
aut ipſum forte præueniam. Qua occaſione te quoq; viſitare pro meo more
potero: Cui me plurimum commendo. Vale. Florentiæ. Die. vi. Nouembris.
Mcccclxxxxiiii. Baſilio Abbati. XX.

i Ngreſſus hodie Dei miſeratione annum quintumdecimum genera/
latus mei: conſydero quantas in præterita teſſeradecada oſtẽderit mi
hi Dominus tribulationes multas & malas. Reminiſcor ſæpius: quid
in electionis noſtræ acciderit die, ad futurorum malorum præſagium. Confla/
graſſe videlicet ſummo mane incendio cellulam in Eremo: & per totam fere
diem imbres ruiſſe: vt non immerito poſt complures annos illud mihi con/
grue decantandum eſſet. Tranſiuimus per ignem & aquam: ſi condignæ forent
paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam: non penitus deſperaremus: fu/
turum aliquando, cum haud immerito poſſemus inferre, quod ſequitur. Et de/
duxiſti nos in refrigerium. Verum quoniam peccata noſtra ſeparant inter nos
& Deum: iccirco nõ datur nobis requies: & tẽpora ſibi deinceps infœliciora ſuc
cedunt. Neq; propterea meliore ſumus conſequẽdi refrigerii ſpe: qui vna tm̃ re
indigemus: vt dicamus. Deus meus: miſericordia mea. Interrogabis forte: cur
iſta præmiſerim. Primũ qdẽ vt ores ꝑ nobis: qui dimicaturi ſumus paulopoſt
aduerſus cõem hoſtẽ: vt ſic optato tandẽ ocio pſruamur. Deinde vt potiri me/
reamur victoria, quam cupimus: ad honorem & laudem Dei: ad incremẽtum
regularis vitæ: ad ſatiſfactionem muneris quo fungimur. Eſt & tertium: pro/

pter quod potiſſimum orandum cenſeo: ꝙ inſtant omnibus tempora pericu/
loſa: & affligenda a Gallis eccleſia dicitur. Fama eſt: captum iam fuiſſe ab eis
CardinalemIerneſium cum matre & ſorore. Quid facturos putas: ſi ingreſſi
Vrbem fuerint: atq; ea potiti? Feſtinante tabellario non ero prolixior in exten/
denda epiſtola. Referet ipſe plura coram. Vale. Florentiæ. Die. xi. Decembris.
Mccccl xxxxiiii.

Hieronymo Ferrarienſi Priori Sancti Marci. XXI.

a Vdiui a fide dignis aduerſari te mihi: ne vti poſſim iure meo in mo/
naſterio Angelorum. Ego (vt ſcias) prodeſſe cupio noſtro ordini: cu
ius mihi, indigno licet atq; immerenti, credita eſt vniuerſalis adminiſtratio. In
eo me per annos quatuordecim, quibus hunc magiſtratum geſſi, ea modera/
tione ac lenitate, niſi fallor, hactenus præfui: vt patrem me omnes fuiſſe nõ do/
minum, facile cognouerint. Si qui me aliquando timere viſi ſunt, ſua potius cul
pa quam meo immitiore ingenio id accidiſſe: ne dubita. Demandatum eſt mi/
hi his diebus a colendiſſimo Protectore noſtro Cardinale Senenſi: vt me ad vi
ſitandum Angelorum cœnobium, cum aliquot prælatis ordinis conferam. Si
vera mihi de te relata ſunt pater: ꝙ tua potiſſimum interceſſione impediar: ne
fungar meo munere: vide quæſo, ne dum tua bonitate faciliores aures vni par/
ti inaudita altera præſtas: præiudices iuſtitiæ: ac falcem mittere in alienã meſ/
ſem videaris. Mihi dicitur in Camaldulenſi ordine. Viſitabis fratres tuos: ſi re/
cte agant. Itemq; alibi. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui. In omnibus iu/
diciis meis ad miſericordiam ſemper atq; clæmentiam pronior fui: qua qui/
dem in re, ſi ad naturam meam forte reſpicias, tecum certo. Miſerator, inquit, &
miſericors Dominus: longanimis & multum miſericors. Et miſerationes eius
ſuper omnia opera eius. Quis tamen filius: quem non corripit pater? Acceſſiri
debeo a filiis, orari, cogi: vt ſui curam geram. Et ꝙ aliorum opera quorum ni/
hil intereſt ab eiſdem reiiciar: non poſſum non moleſte ferre. Quamobrem
hortamur te in Domino Hieronyme Pater: (iterum repeto: ſi modo vera au/
diui) ne te mihi bene hac in re currenti obiicias. Ego enim cogito cogitatio/
nes pacis, & non afflictionis. Optima eſt de te apud hunc populum, apud me
quoq;, exiſtimatio: tum cæteris tuis virtutibus: tum vero in primis: q euange/
lizare libere diceris verbum Dei. Decet te non committere: vt meri[illegible] quiſpi/
am ſuſpectam habeat apud te perſonarum accæptionem. Si tamen mihi alli/
gatæ fuerint manus: quod per te impoſterum minime futurum ſpero: caueat
qui meum ſubterfugerit iudicium, ne ſit: qui aliquando ſeuerius quærat & iudi/
cet: traditusq; immitioribus tortoribus, per quæ peccauit per hæc & torquea/
tur. Sicut quidã ait. Ab alio expecta: alteri quod feceris. Vale. Florẽtiæ. Die. xxx.
Decẽbris. Mcccclxxxxiiii. Hieronymo Ferrarienſi Priori Sancti Marci. XXII.

a Vdiui libentiſſime pater obſeruande: quæ mihi heri veſperi per fra/
tres tuos ſuggerente caritate ſignificanda exiſtimaſti. Et quoniam
primis incumbentibus tenebris non potuit ſermo longius pro/
trahi:

trahi:vt reſpondere mihi plenius licuerit : ſatiſfaciendum vtcunqꝫ non tam ti/
bi:quam iis a quibus de me aliquid audiſti,per epiſtolam duxi.Neqꝫ enim mi/
nus pertinere ad caritatem puto:ad ſummouendas falſarum atqꝫ indecentium
ſuſpitionum cauſas:quibus pleriqꝫ omnes facile labimur : refellere apud ami/
cum obiecta murmurantium crimina : quam beniuolenti animo quæ contra
amicum audieris eidem ſignificaſſe.Quod de me obloquentem audieris nemi
nem:ꝙ inſuper bene ſentire videãtur omnes:vtinam ſicut bene ita & vere ſen/
tiant.Ego ſane de me ipſo non fallor : qui clamito ad Dominum per ſingulos
dies.Auerte faciem tuam a peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.
Quod vero mihi obiiciatur:eſſe apud me qui minus bene viuant : ac propte/
rea ſcandalizari de me nonnullos ob illorum contubernium : vtrum iſtorum
(etiam ſi non fallerentur de meis familiaribus opinione) probanda ſit ſenten/
tia:tu videris:qui es peritiſſimus:& quotidie profers noua & vetera. Quãtum
ſane ad me attinet:vellem eſſe eiuſmodi:qui cohabitare angelis , etiam in hoc
ſæculo dignus forem.Sed quando ea ſunt merita mea : vt bene mecum agen/
dum ſit:ſi purgatis poſt multa annorũ curricula culpis meis,cœleſte illud An/
gelorum conſortium promeruero:vt non ſit futurus memor Dominus iniqui
tatum mearum antiquarum:haud multum intereſſe exiſtimo:ſi contigerit no/
bis in hoc mundo cum peccatoribus peccatores viuere . Si enim dixerimus:
quia peccatum non habemus:ipſi nos ſeducimus : & veritas in nobis non eſt.
Et alius quidam.Omnis,inquit,homo mendax.Si omnis,quo ibimus:vt non
mendaces,cum quibus Angelica nobis ducenda ſit vita,inueniamus?Per duos
& triginta annos:quibus in religione vitam duxi:vbiqꝫ homines reperi:vbiqꝫ
peccatores.Alios quidem aliis minus malos:peccatores tamen : quorum pri/
mus ego ſum,Nemo bonus,ait ille vere bonus,niſi ſolus Deus.Quid ni & ego
malos tollerem:malos non exhorream:non compatiar malus malis?Apoſto/
lus hortatur:Alter alterius onera portate:& ſic adimplebitis legẽ Chriſti . Sed
eſto,ego aliqua ex parte bonus ſim (vt exiſtimari me dicis)pater.Nunquid mi
hi icirco odio habendi ſunt mali filii ? Nunquid infirmorum cura inhumani/
ter abiicienda? Vt non audiſſe aut intellexiſſe videar admonentem me ſanctiſ/
ſimum patrem noſtrum Benedictum in regula:quam ſemel profeſſus ſum?Sci
at,inquit,Abbas : ſe infirmarum curam ſuſcæpiſſe animarum:non ſuper ſanas
tyrãnidem.Pius certe paſtor Benedictus:qni malorum conuictum optime ex/
pertus fuerat.Veritum fuiſſe illum arbitror : ne quando ſibi a Domino expro/
braretur dicente.Quod craſſum videbatis,aſſumebatis:quod infirmum & de/
bile,proiiciebatis.Meminerat beatus iſte,in deſcribenda monachorum cœno/
biali vita,dictum fuiſſe cuidam,ſibi nimium tribuenti : & aliena facta curioſius
ac indiſcretius diſquirenti.Non veni vocare iuſtos:ſed peccatores.Occurrit pa
ter filio reuertenti:qui peregre profectus fuerat in regionem longinquam : qui
conſumpſerat portionẽ ſubſtantiæ ſuæ cum meretricibus viuẽdo luxurioſe. Et
ego abdicabo filios meos:vt nõ eos iterꝫ parturiã:donec formetur in illis Chri
ſtus?Tanti ego faciã illud ſapiẽtis dictũ:Curam habe de bono nomine:vt veri
tus iudicia multitudinis,cõſulã famæ meæ,cũ præiuditio cõſciẽtiæ? Abſit a me

hoc peccatum in Domino. Caritas, quæ operit multitudinem peccatorum redi/
mere me poterit a calumniis hominum. Quod ſi ſecus euenerit mihi: lætabor
nihilominus cum accuſato ſæpius a phariſæis Domino meo. Erit mihi ſemper
pro minimo: vt ab iis, quos murmurantes audiſti de me propter contuberna/
les meos, iudicer: aut ab humano die. Qui enim iudicat me: Dominus eſt: qui
ſcrutatur renes & corda: nec humano indiget teſtimonio. Curam geram filio/
rum: quos mihi donare dignatus eſt Dominus: vt ſim fidelis: & ſeruem in amo
re conſtantiam: nec circumferar omni vento obloquentium. Qui ſuorum ma/
xime domeſticorum, ait Paulus, curam non habet: hic fidem negauit: & eſt infi/
deli deterior. Si hoc mihi a calumniatoribus vitio dabitur: vt notari ipſe meo/
rum cauſa infamia dignus iudicer: iis ego cõſtantiſſime reſpondeo: iis tu, ſi vo/
lueris, meo nomine denuntiabis. Cupere me etiam anathema fieri pro filiis &
fratribus meis: ſi forte hac mea in illos commiſeratione, miſereatur & mei De/
us ſecundum magnam miſericordiam ſuam. Fama, quæ iuxta Hieronymi ſen
tentiam, in vtranq; partem plerunq; mentitur, illis curæ ſit: qui vulgi fauori/
bus qui populari aura oblectãtur. Quamobrem, vt ſemel finiam, aut mali ſunt
familiares mei: vt merito mihi dici poſſit: Scio vbi habitas: vbi ſedes eſt Satha
næ, cum gente peccatrice, & filiis ſceleratis: & ſi illos tollerauero, & iuuero pro
viribus, auditurus forſitan ſum: Et patientiam habes: & ſubſtinuiſti propter no
men meum: & non defeciſti: Aut ſi pro humana infirmitate boni ſunt: ſicut mi/
hi iuſtum eſt ſentire pro omnibus: caueant murmurantes impoſterum: ne ſibi
acquirant iudicium gratis: & audiant ſinguli. Tu quis es: qui alienum ſeruum iu
dicas? Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem. Nam ſiquis forte malus eſt ho/
die: cras futurus eſt bonus. Vix eum, ait Gregorius, cras ſequimur: quem ho//
die præire videbamur. Quid tu, oro, agis quotidie Hieronyme pater, concio/
nando tanto feruore in populo: niſi, vt qui mali ſunt, conuertantur a via ſua ma
la: & viuant? Non eſt opus valentibus medico: ſed male habentibus. Vacare ti/
bi ſoli haud iniuria potes: ac parcere labori euangelizandi: ſi inter eos, quibus
prædicas, male habentes non ſunt. Deniq; nihil aliud egiſſe mihi videtur Sal/
uator noſter: qui de peccatoribus naſcens, pro peccatoribus mori dignatus eſt:
nihil aliud prophetæ: nihil aliud Apoſtoli, ac diſcipuli Domini: q̃ & cum pecca
toribus vixiſſe: & peccatorum curam geſſiſſe. Cæterũ in numeroſiore collegio
ac cætu raro inueniri poſſe reor: quin diuina permiſſione ſint mali aliquot bo/
nis admixti: ſiue ad bonorum exercitium: Abel enim eſſe renuit: quem Caim
malitia non exercet: Siue ad malorum futuram emendationem: vt ipſi tandem
bonorum prouocati exemplo ſalutem conſequantur in Domino. Vbi fuerint,
dicit Dominus, duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ego ſum in medio
eorum. Duo, inquit, vel tres: quoniam puſillus eſt grex: cui complacuit Domi/
no dare hæreditatem. Ad Apoſtolos dictum fuit. Vnus ex vobis diabolus eſt. In
ſeptem diacõibus, quos elegerant Apoſtoli: vnus hæreſiarcha legitur extitiſſe.
De tribus fratribus vnus verenda patris ſui nudata, non operuit pallio. De ma
lis vero per bonorum conuerſationem & eruditionem conuerſis: tu collige. In
finitus nimirũ eſt eoꝝ numerus: quoꝝ in hoc ſæculo degentiũ deſperãda nun/

quam

quam fuerit mutatio in melius dexteræ excelſi. Demum qui gloriatur: ſe cũ multis habitare, bonis omnibus: ingredientibus ſine macula omnibus: operãtibus iuſtitiam omnibus: in Domino glorietur: cuius ſingulari munere factum ſit: vt hoc præter cæteros inuſitato priuilegio exemptus fuerit a multitudine præſidentium. Maximæ re vera fœlicitati hoc aſſcribendum duco: & raram hanc eſſe auem in terris non dubito. Qui talis eſt: agat Deo gratias: preceturq; humiliter, vt in eodem ſtatu permanere mereatur. Mihi cum publicanis & peccatoribus manducanti: cum familia minus ordinata degenti: illud Auguſtini in mentem ſæpius veniens, conſoletur ſortem meam. Quantumlibet, ait, vigilet diſciplina domus meæ: homo ſum & inter homines viuo: Nec mihi arrogare audeo: vt domus mea melior ſit, quam archa Noe: Vbi tantum inter octo homines vnus reprobus inuentus eſt: Aut melior ſit, quam domus Habraæ: cui dictum eſt: eiice ancillam, & filium eius: Aut melior ſit, quam domus Iſaac: cui de duobus geminis dictum eſt in Malachia: Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. Hæc tecum prolixius cenſui conſcribenda: quam per occupationes meas liceat: quibus fit: vt in conficiẽda vel breui epiſtola, decies interpellar. Tuum erit Prior mi, qui animarum ſaluti te totum dediſti, hortari huiuſmodi obtrectatores: vt cuſtodiãt ſe a murmuratione, quæ nihil prodeſt: & a detractione linguæ parcant. Os enim, quod mentitur, occidit animam. Neq; murmuraueritis, ait Apoſtolus: ſicut quidam eorum murmurauerunt: & a ſerpentibus perierunt. Et alibi admonet. Omnia autem facite ſine murmuratione. Hoc ſi feceris: & illi te obaudierint: cum ſis multæ autoritatis in populo: lucratus eris fratres tuos. Vale. Florentiæ Kalendis Ianuariis. Mccccl xxxxv.

Bernardino Priori Clauſtrali. XXIII.

r Euertente ad vos nepote meo Victore: qui fuit apud me per complures mẽſes: nolui, vt ſine meis vel breuibus litteris vos cõueniret. Quæ enim a me cõſcribẽda prolixius forẽt: referre ipſe vobis corã poterit oĩa. Multa enim & noua & miranda p hoc tẽpus vidit: plurima audiuit. Quæ ẽt circa nos gerãt: & cur tẽpeſtiuius ſolito Florẽtia diſceſſerimus: ex eo ipſo cognoſces. Heri huc venimus, ad vnitũ pauloañ Poplenæ cœnobiũ: vbi aliq̃diu ĩmoraturi ſumus vt aliquo medio ad algorẽ illũ alpium tranſeamus: & quaſi gradatim ab imo ad ſummum perueniamus. Eſt enim iſtud monaſterium quẽadmodum ſitus altitudine, ita & vi frigoris medium inter Camaldulenſem & Florentinum agrum: vt profectus ex mitiore Florentino cœlo, non ſtatim exhorreas rigorẽ alpium: ſi tẽperatiore hoc Caſentinati aere p dies aliquot vſus fueris. Quamobrem ſi Romam verſus iter arripueris: quod vtinam per Francorum obſidionẽ citiſſime tibi liceat: aut me, quem conueniendum neceſſario ſcripſiſti, hic reperies: aut apud Fontem bonum. Protector noſter colendiſſimus Senis eſt: & a Gallorum tempeſtate, procella, turbine, in portu nauigat. Si foret modo in Vrbe: variis agitaretur cogitationum fluctibus. Liber eſt, ac ſui penitus iuris. Meruit hoc ipſius in Pontificem pietas: qui vt obediret imperanti, etiam grauiſſimo legationis iugo collum ſummiſit: accæpitq; prouinciam haud dubie deſperatam. Percipit nunc ſuæ fidei fructus: & ſicut ſeminauit in lachrymis: ita nunc

in gaudio metit. Et merito quidem. Eſt enim melior obedientia, q̃ victimæ: & auſcultare, magis q̃ offerre adipem arietum. Vale. Ex abbatia noſtra poplenæ. Die. xiii. Ianuarii. Mcccclxxxxv.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XXIIII.

V Ide, quæſo, an iuſte ſubire mihi debeat indignatio, contra neglectores ſeu detentores litterarum tuarum. Quas ad me dediſti ſecunda & vigeſima Nouembris die: eas Kalēdis Februariis accæpi. Scribere quidem ad te per hos menſes potui: reſcribere autem, aut in iis, quæ ad me per epiſtolam petiſti, ſatiſfacere tibi, nequaquam potui. Parcat eis Deus, ſiue malignātibus, ſiue obliuioſis, ac parum noſtra curantibus. Ego ſi autores facti noſſem: non poſſem me continere: quin eos durius ac ſeuerius corriperem. Sed quando vel ſero perlatæ ſunt ad me: ago Deo gratias ꝙ non omnino deperierint. Tu quoq; feres æquo animo: ſi quod poſtulaſti, tardius accæperis. Per me nō ſtabit: quin fias voti compos. Siquidem mandaui Procuratori noſtro Florentiæ: vt proceſſus ille q̃ accuratiſſime perquiratur. Honeſta petis & iuſta: quemadmodum Epiſcopum decet: & eum qui conſtitutus ſit in caput gentium: qui animarum ſibi commiſſarum redditurus ſit in die nouiſſimo ratiōem. Quid enim iuſtius: quam corripere inquietos: & conſurgere aduerſus malignantes: & ſtare aduerſus operantes iniquitatem? Nam & ſuæ ipſorum ſaluti conſulitur: cum multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere: ſed ſtatim vltionem adhibere, magni beneficii ſit indicium. Et terret multos ſimul, vnius punitum ſcelus: vt non facile præſumant cæteri: quod acriter in ſolo aliquo animaduerſum cognouerint. Vaſti reginam: quæ Regis imperium contempſerat: cōſilio ſapiētum, qui Regi aderant, iccirco potiſſimū repudiatā ſacræ paginæ teſtantur: ne illius exemplo omnes coniuges principum Perſarū atq; Medorū paruipenderent imperia maritorum. Scriptum ēt non ignoras de quodam nimium miſeri corde. Quia dimiſiſti virum dignum morte: erit anima tua pro anima illius. Cæterum vt a calce ad carceres reuocer eorum quæ ſcripſiſti: (ægre enim ferēs huius imprimis rei cauſa, tardiſſime mihi redditas fuiſſe litteras tuas, vſus ſum ordine præpoſtero: & poſtremæ parti primum reſpondi) reliqua expediā: quæ prius cōmemoraſti. Scribis placuiſſe tibi: placuiſſe itidē multis litteras meas: quibus eas legendas dediſti: idq; vt alias cauſas prætermittam, ob rerum, quæ in illis continebantur copiam. Si tam cito ad me perueniſſet reſponſum tuum: q̃ cito reſpondiſti: continuaſſem tecum geſtarum paulopoſt Florentiæ rerum ſeriem: quæ nimirum Francorum occaſione & multæ & nouæ & magnæ acciderūt. Verum qm̄ ea modo notiſſima tibi eſſe omnia, vtpote iam vetera & paſſim vulgata, non dubito: & de iis pluribus ac prolixioribus meis epiſtolis, vt quotidie mihi ibidem degenti comperta erant, tum ad venerabilem fratrē noſtrum Abbatem Sancti Michaelis Murani, atq; ad Priorem clauſtralem eiuſdē monaſterii, tum ad colendiſſimum Protectorem Cardinalem Senēſem, pleniſſime conſcripſi: eadem modo nequaq̃ repetenda exiſtimaui. Vt quid. n. perditio hæc? Hoc tantum dixerim: multum afflictam multūq; de ſe ſcandalizatam reliquiſſe Florentiam Gallos. Quod niſi interfuiſſem: vix adduci vnq̃ potuiſſem, vt crederem.

vt crederem. Miratus ſum ego per eos dies tãtam hoſpitum inhumanitatem, tantum imperium in eos: qui ſe tam grato & commodo excæperant hoſpitio. Pro miraculo habitum eſt: ꝙ ſine magna vtrinq; effuſiõe ſanguinis inde diſceſ/ſerint. Victa eſt illorum inclæmentia, Florentinorum rebus præſidentium, tum prudentia, tum vero patientia. Alioquin male habitus a gallis populus & quo/tidianis iniuriis laceſſitus, vltima videbatur experiri malle: q̃ in propriis domi bus tantam exterorum inſolentiam & dominationem pati. Multum oratum, multum ieiunatum eſt, tunc temporis Florentiæ. Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Vere pius vere mi/ſericors: qui non permittit nos tentari ſupraq̃ poſſumus: ſed facit cum tenta/tione prouentum: vt poſſimus ſuſtinere. Nunq̃ fuiſſe affirmant Florentiam in maiori diſcrimine. Accerſierat Dominium multa hominum milia ex vrbibus, & oppidis atq; agris ſuis: qui noctu clam ciuitatem ingreſſi, diuiſi ſunt quinqua geni & centeni perdiuerſa Vrbis loca: & quidem præparati atq; inſtructi armis ad conſerendam pugnam. Siquidem intellexerant: promiſiſſe Regem ſuis, da turum ſe illis Florentiam in prædam: a qua poſtmodum multa Florẽtinorum arte ac lenocinio, multa e diuerſo gallorum formidine, qui ingenti ſuo pericu/lo tantum ſe aggreſſuros facinus haud dubie aguoſcebant, temperatum eſt. Tunc manifeſte apparuit: non temere ante aduẽtum Regis tantam fuiſſe in po pulo trepidationem ac metum. Deniq; qui multis populi acclamationibus ma gno ciuium occurſu, apparatu maiore q̃ regio excæptus Florẽtiam intrauerat: longe pluribus (vt a multis mihi relatum eſt) imprecationibus vt abiret nõ re/uerſurus: vix pauciſſimis ipſum deducentibus: nullo fere gratulationis officio: inde ſe proripuit. Ereptam barbarorum atq; infidelium obſidione ciuitatẽ cre/deres: tanta geſtiebant omnes lætitia ob illorum diſceſſum. Cõmiſeratus ſum tã fœdam inclytæ vrbis faciem: tantis implicitam curis: quæ hoſtili animo ab amicis præſſa, blandiri eis atq; arridere cogebatur: qui de ſe erãt q̃ peſſime me/riti. Solatus ſum plæroſq; cõuenientes me domi: ſuaſiq; vt agerẽt Deo gratias: ꝙ de magnis periculis ab eo liberati magnifice, non eſſent paſſi grauiora: & mi nus malum etiam pro maximo exiſtimarent bono. Siquidem caſtigans caſti/gaſſet eos Dominus: & morti non tradidiſſet eos. Cæſos nempe illos fuiſſe: ſed flagellis non ſcorpionibus. Tentatos cum fideli Habraã: ſi diligerent Deũ: vi/ſoſq; in tribulatione patientes. Et re vera ita fuiſſe, apertiſſimis depræhendi ar/gumentis. Retulit mihi per id temporis Florẽtia ciuitatem illam magnam, itĩ/nere dierum trium: quæ conuerſa eſt ad prædicationem Ionæ. Vidiſſes hoc ad/uentu Domini abſtinere omnes ab eſu carnium: neq; fuiſſe permiſſa edicto pu/blico aperiri macella. Templa vbiq; ſolito amplius cõfeſſoribus ac pœnitenti/bus plena: totq; vtriuſq; ſexus ſacroſanctum corpus Chriſti Dominico natali die percæperũt: vt paſchalem ſolẽnitatem retulerint. Si perſtiterint in fide: neq; declinauerint a mandatis Dñi: timere non poterunt: ſurrecturos in iudicio ſecũ viros Niniuitas: ſeq; condẽnaturos: quoniam ſicut illi ad prædicationem pro phetæ: ita iſti ad proborum religioſorum hortamẽta, optime cõuerſi ſunt. Sed lõgius prouehor, q̃ pollicitus ſum: fallente me, tecum loquẽdi voluptate. Pro/

fector noſter colẽdiſſimus adhuc Senis eſt:& legatiõis munere fungitur. Quæ de illo ſcripſiſti vera ſunt:& tuum erga eum animũ alias noui. Obſeruas & di/ligis diligentem te:atq; etiam (ſi mihi credis) colentem. Probo: q̃ Bernardi/ni Feltrenſis, optimi noſtra ætate viri, miracula memoriæ commendanda ſu/ſcæperis. Satiſfeceris ipſe plurimis illius ſtudioſis: & amico retuleris gratiam vel defuncto. Illorum legendorum ſpero, & mihi copiam facies: qui huiuſmo/di hominibus ſemper pro vita & meritis detuli. Atq; vtinam vel procul eos ſe qui, mihi contingat: vt ridere vel poſt hoſtium domus illius cœleſtis cum Sa/ra, Dei miſeratione aliquando poſſim: & intueri a longe ſublimiori reſidentes ſolio: & de fonte illo vberius haurientes. Vale. Ex Fonte bono. Die. iiii. Februa/rii. Mcccclxxxxv.

Bernardino Priori Clauſtrali. XXV.

q Vas prolixiores dediſſe te ad me litteras, binis tuis per hos dies mihi ſignificaſti: nondum accæpi. Quid ſentias, quid ſperes, de Carceribus illis video. Ego, ſi theſaurus iſte tam magnus per hoſtium inferendus eſt: magnopere illum cupio. Sin per feneſtram immittendus: aut potius e fene/ſtra nobis proiiciendus ſit: vt educi per hoſtium nequeat: opto, vt nihil permi/ſerit dominus: cui poſtponenda ſit animarum ſalus. Lõgæui ipſius Abbatis lit/teras accæpi: quarum compoſitio & caracteres (licet alias humanitatis plenæ ſint) inſtare corporis eius reſolutionem indicãt: & prope eſſe tempus, vt delibe tur. Si de Abbatia optime meritus, præſtolari poterit diem liberatiõis ſuæ: par tem mercedis laborum ſuorum facile fuerit conſecutus. Quod de Habraã teſta tus eſt Dominus: hoc de iſto & nos poterimus dicere: Quod exultauit, vt vide ret diem illum: vidit, & gauiſus eſt. Propitius ſit ei dominus: vt non prius hinc demigrauerit: q̃ hoc exultationis oleo perunctus fuerit cum participibus & cõ/ſortibus ſuis. Erit mihi gratiſſima ſuper omnia volumina, hæc nouiſſima By/bliæ impreſſio: ſi mendoſa & parum caſtigata non fuerit. Curabo, ſi venero ad vos: quod maxime cupio: inde illam mecum integram aſportare. Propinqui noſtri caſum ægerrime tuli. A ſubitanea & improuiſa morte, liberari precatur eccleſia. Tali cõmonemur exemplo, vt ſimus parati: ne forte qua hora non pu/tamus, repetatur anima noſtra a nobis. Dies noſtri velocius tranſeunt: q̃ a te/xente tela ſucciditur. Homo natus de muliere: breui viuens tempore: repletus multis miſeriis: quaſi flos egreditur & cõteritur: & fugit velut vmbra. Hæc qm̃ parum cogitamus: aut minus q̃ oporteat: iccirco & peccamus licẽtius: & iram atq; indignationem Dei prouocamus aduerſum nos. Hinc bella: hinc fames: hinc conſequenter ſuſpecta, quam auertat Dominus, peſtilentia nos vexant. Vti nam vel huiuſmodi flagellis attriti, erudiamur ad ſalutem: vt non præoccupati die mortis, quæramus ſpatium pœnitentiæ: & inuenire mereamur. Vale. Ex Fõ te bono. Die. viii. Martii. Mcccclxxxxv.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Legato. XXVI.

ſ Icut factus ſum certior, de incolumi profectione dignationis tuæ ex Vrbe Senis: ita noſſe admodum cupio, de proſpero eiuſdem reditu in Vrbẽ Romam. Accerſitum te eo fuiſſe nõ dubito ad laborem. Sed illic eſt ager: quem excolendum potiſſimum cum collegis tuis accæpiſti: in quo tãto vberio

res fructus

res fructus proferas:quanto pluribus ſentibus ac ſpinis occupatur luxuriatq́. Cardines eſtis terræ:ſuper quos poſuit Dominus orbem. Terra tremuit ad gallorum eruptionem:ſubiiciendi ſunt vobis humeri ne dehiſcat:ne in plures partes diuiſa ſcindatur. Verum non hanc iccirco epiſtolam conſcribendam ſuſcæpi:vt de rebus publicis mentionem facerem. Ad priuatum negocium venio:cuius gratia nunc ſcribo tuæ pietati. Cōmendatum tibi ſæpiſſime Abbatem Sācti Fœlicis,in cauſa ſui monaſterii:nunc quoq́ magis ac magis cōmendo. Tertius hic eſt annus:ex quo ipſum loco præfecimus apoſtolica autoritate. Qualis fuerit in adminiſtratione Abbatiæ:q̄ ſtudioſus diuini cultus:q̄ accuratus in ædificando:quantus fuerit apud ipſum monachorum numerus:teſtis eſt Florētia. Mirantur omnes ſummopere:tā breui tam magno incremento,tū in ſpiritualibus,tum in temporalibus deſolatiſſimum ac ſumma rerum omnium inopia defectuq́ abundantiſſimum,reformatum fuiſſe monaſterium. Si hæc noſſet Reuerendiſſimus Cardinalis Parmenſis:pro ea,qua præditus eſt,religione ac pietate:nunq̄ permiſſurum ipſum crederem:vt Baſilius Abbas ab aliquo vexaretur. Et ego mentior:ſi non ſunt ea,quæ ſcripſi. Precor,vt alloquaris Dignationem eius Domine colendiſſime:& ſic agas pro tua ſapiētia:vt ne nummo quidem fraudatus de ſua penſione,ſemel tandem cum Baſilio,immo cū parochianis ſuis ciuibus nobiliſſimis pro ſua benignitate cōueniat. Quod erit tum illis, tum mihi imprimis ſummopere gratum. Vale. Ex Fonte bono. Die. ix. Martii. Mcccclxxxxv.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XXVII.

n Imium mihi videris ſolicitus pro tantillo pecuniæ:quam expēdi pro te. Quaſi vero non tibi debeam,quicquid poſſum: & cum pro te aliquid facio,non itidem pro me ipſo faciā. Non eſt quidem vt ſcribis,Camaldulus diues:neq́ Patauino Epiſcopatui,qui eſt opulentiſſimus,comparandus. Viuimus tamen:& adhuc hoſtiatim non mendicauimus panem:quin immo illū quotidie domus noſtræ,ſiue ex ipſarum conſuetudine,ſiue impellente caritate:aut ſuperuenientibus,qui nunq̄ deſunt,hoſpitibus:aut pauperibus & mendicis affatim erogant. Si pro tua dignatione quicquid poſſideo effunderem:non ſatiſfacerem penitus debito non animo erga te meo. Totum tibi debens,ſi pauxillulum quid cōmunicaui tecum: non eſt cur illud in codicem dati & accæpti referas:vt creditor tuus appaream. Pro huiuſmodi ſumptu nec ego ero pauperior,nec tu ditior:vt non propterea quod adducis ex euangelio, facile in te cōplendum ſit. Omni habenti dabitur:& abundabit. Scio nimirum,qui dixit. Nemini quicq̄ debeatis:niſi vt inuicem diligatis. Sed & illud quoq́ legiſti tu ſæpius:quod per Ioannē dicit͛. Filioli non diligamus verbo neq́ lingua:ſed ope & veritate. Verum de hoc ſatis. Neq́ enim pro re tam exigua longior producēdus eſt ſermo. Cōueniet inter nos,cum ſimul erimus:quod haud ita multopoſt fore ſpero. De miſericordia & iuſtitia,quam vtranq́ æque virtutē probas,non aliter & ego ſentio. In diuinis ſcripturis æqua lance appēdi vtrāq́ video. Beati, ſiquidem miſericordes:& beati,qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Item Salomon. Qui ſequitur miſericordiam & iuſtitiam:inueniet gratiam & gloriā. Et in pſalmo. Quia miſericordiam & veritatem diligit deus:gratiam & gloriam dabit

Dominus. Alibi quoqꝫ: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Adeo ſunt mutuo cõnexæ virtutes iſtæ: vt oſculari ſe pariter dicantur. Siue igitur miſericordiam, ſiue iudicium, cantaueris Domino: odorabitur ſacrificium. In orto ſpõſæ ipſius, inuenio fiſtulam & cynamomum, arbores vtiqꝫ, abundantiam ſuauitatis eructantes: inuenio & myrrham & aloes, ſpirantes amaritudinem: omnes tñ ſponſo gratiſſimæ: omnes vtiles nobis. Qui. n. miſeretur pauperi: beatus erit. Et beati, qui cuſtodiunt iudicium: & faciunt iuſtitiam: in omni tempore. Quicquid itaqꝫ de ſacerdote illo tuo cõſtitueris: & maturo id factum iudicio, & pio animo, haud dubie exiſtimabo. Pulchre autem deſcripſiſti rotam humanæ conditionis: & ſuccedentium ſibi rerum cõſequentiã. Nihil verius. Hanc rotationem experientia magiſtra non ſolum noſtra ætate, verum etiã anteactis ſæculis ex hiſtoriarum deſcriptione manifeſto depræhendimus. Hoc etiã ex ſacris libris facile aduerti poteſt. Superbis, inquit, Deus reſiſtit. Et in epiſtola ſua Iacobus meminit. Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiſcentiis veſtris: quæ militant in membris veſtris? Vt autem indicaret propheta: quod neceſſario conſequitur: ſuccedere paupertatem bello: Gladius, ait, foris: peſtis & fames intrinſecus. Et alibi. Qui prope eſt: gladio corruet: qui relictus fuerit & obſeſſus, fame morietur. In egeſtate vero, neceſſario humilitas præſto eſt: Quod ex euangelico illo iuniore fratre fame pereunte, facile cõſtat. Humiliatis autem dicit, mitis & humilis corde. Pacem meam do vobis: pacẽ relinquo vobis. Humilibus. n. dat gratiam. In pace deniqꝫ a fructu frumenti vini & olei multiplicati & abundantes in ſæculo, obtinemus diuitias: quibus incraſſati, impinguati, dilatati, derelinquimus Deum factorem noſtrum: & recedimus a Deo ſalutari noſtro. Hoc imprimis, quẽ ſexto loco deſcripſiſti, radio, inflamari arbitror rotam natiuitatis noſtræ: vt quãdo ſuperbia diuitiarum eſt comes: ad ipſam deinceps reuoluatur. Miſera ſane mortalium conditio: quæ huiuſmodi Rota circumfertur: & nunq̃ in eodẽ ſtatu permanet. Quod vero ſi tria priora facta iam ſunt, ſuperbia, Bellum, paupertas: ſecutura ſint reliqua tria eodem ordine, Humilitas, Pax, Diuitiæ: verentur multi, non præceſſiſſe adhuc ex toto illa tria priora: immo eſſe initia maiorum futurorum malorũ. Dominus illis finem terminũqꝫ indixerit. Nõdum exactum eſt a religioſis, immo nec repetitum quidem Florentiæ triticum. Edictum eſt tñ mandato publico: vt omnes eccleſiaſtici bona ſua ac prouentus Dominio ſignificẽt. Quid facturi ſint: ignoratur. Debere nos eſſe, ſicut hortatur apoſtolus, tanq̃ nihil habentes: ſicqꝫ eſſe inſtitutos: vt ſciamus & eſurire, & penuriam pati: recte ſuades. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia auferre nihil poſſumus. Sed ſi quod ſequitur: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus: defuerit nobis: quid, oro, faciemus? Fodere non valemus: mẽdicare erubeſcimus. Et certe neſcio: an vel laudatum a Domino villicum iniquitatis imitari nobis liceat. Vnam nobis relictam video: hanc requiram: Dei videlicet omnipotẽtis clæmentiã. Ipſius eſt. n. orbis terræ & plenitudo eius. Paſcit volatilia cœli: quæ non ſerunt, neqꝫ metunt, neqꝫ congregant in horrea: Paſcere & nos dignabitur in futurum: qui pauit nos a iuuentute noſtra. Reuerendiſſimus Protector iuſſu

Pontificis

Pontificis Romam rediit. Quid acciderit ſuis in Apulia: nihil certi audiui. Si quid tamen illis aduerſi euenerit: laturum illum ſolita conſtantia & virtute nõ dubito. Eadem de cauſa quam ſuſpicatus es, veniſſe Florentiam Cardinalẽ Gallum ſcito. Abſtulit enim ſecũ quadraginta Florenorum milia: neq; tamen ſua opera egit: vt Piſæ reſtituerentur. Profectus eo cum Florentinis legatis, re infecta Florentiam reuerſus eſt. Ibi peractis triduo ſupplicationibus, ob ingreſſum Regis Franciæ in Neapolim, & nouum ab eo tam facile adeptum regnũ, in ſalutato, vt aiunt, hoſpite, ſe inde ꝓripuit. Electi ſunt oratores quatuor de primariis ciuibus: qui congratulatum eant Regi, ob tã inſperatam, & præcipue incruentam victoriam. Arces tamen Neapolis, quæ munitiſſimæ eſſe dicuntur, nondum in ſuam ditionem redegit Gallus: neq; facile expugnandæ creduntur. Latam fuiſſe pro te in cauſa Canonicorum, in auditorio Rotæ ſuper exemptione ſententiam: vehementer lætor. Credo futurum hunc nuntiũ colendiſſimo Protectori noſtro gratiſſimum: cuius opera factum ſcribis: vt in Rota iudicata ſit cauſa. Et ego, vti ſuaſiſti, iam illi rem ſignificaui. Si non accæpiſti priores illas litteras meas, quarto Februarii die cõſcriptas: doleo. Spero has a nemine intercipiendas: quas per vnum e familia noſtra Venetias mitto. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiiii. Martii. Mccccclxxxxv.

Mariano Procuratori. XXVIII.

g Allorum rex multa & magna breui cõfecit. A Domino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. De ipſo. n. per quendam virum Dei Amaſiæ Regi Iuda dictum fuiſſe legimus. Si putas in robore exercitus bella cõſiſtere: ſuperari te faciet Deus ab hoſtibus. Dei eſt enim & adiuuare: & in fugam conuertere. Rariſſimum ſane exemplum: vt quis regnum adipiſcatur alterius, ſine vlla fere ſanguinis effuſione. Si redierit in Vrbem: vt futurum ſcribis: non poterit eſſe, niſi grauis vobis. Muniri foſſa altiſſima caſtrum Sãcti Angeli a Põtifice: nemo iuſte improbauerit. Quis enim non ſibi ab imminẽtibus periculis, & a ſuſpectis caueat fraudibus? Sed niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Quæ inſuperabilia pro humano ingenio exiſtimata ſunt loca: interdum etiã nõ tentato certamine dedititia effecta ſunt. Et quæ validiſſima vrbs, niſi maximo apparatu, multiſq; ac variis tormentis, machiniſq; capi non poſſe credita eſt: territa aduenientium contra ſe, ſiue multitudine, ſiue ferocia, portas vltro hoſtibus patefecit. Ego, quid mihi diuinet animus, ſileo. Deus bene vertat. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxi. Martii. Mccccclxxxxv.

Cardinali Grimano Veneto. XXIX.

c Onuictus totiens in cauſa Claſſenſi Vrbanus Malumbra, lata contra eũ per integerrimos atq; ſanctiſſimos iudices ſententia, pergit adhuc vexare Congregationem illãm noſtram Venetam: vt quam ſuperare iure ac ratione non poteſt: litigiorum ſumptibus conterat. Nunc hos, nunc illos ſubterfugere conatus eſt iudices: habuitq; vnumquẽq; eo ſuſpectum magis: quominus illum (vt ſic dicam) corruptibilem nouerat. Gratias ago Deo: ꝙ poſt nouiſſimam ipſius Vrbani prouocationem, non in quem ipſe voluerit, ſed in eũ, quẽ nos in primis optauimus, iudicium hoc tranſlatum ſit. Nam præterq̃, ꝙ ex pri

ma ſententia, reliquæ, vt plurimum dependeant: eiuſmodi es tu, Domine colē/diſſime: cuius claudicare iudicium haud quaq̄ poteſt: quando induiſſe te iāpridem pro thorace iuſtitiam, & accæpiſſe pro galea iudicium certum, nemo dubitat. Reliquum eſt: vt ſepoſitis atq; intermiſſis paululum ſuauioribus ac iucundioribus ſtudiis tuis, contendentium partium iura patienter audias. Moleſtum quidem exercitiū: & quod delicatiores merito aures offendat. Caritas tñ: quæ non quærit, quæ ſua ſunt: impellit nos freq̄ter: vt auulſi a gratis Rachelis amplexibus, lippientis ſororis fœcunditatem quæramus. Si pro tua ſapientia diuturniorem hanc litem terminaueris, præter commodum eius partis, pro qua ſententiam feret Dignatio tua, tu quoq; nihil inde amiſeris. Beati enim: qui cuſtodiunt iudicium: & faciunt iuſtitiam: in omni tempore. Vale. Ex Fonte bono Die. xxviii. Martii. Mcccclxxxxv.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXX.

q Vam ſemper maximi fecerimus Abbatiam Carcerum: & q̄ti ſit merito ab vniuerſo noſtro ordine faciēda: non eſt opus, vt ſignificetur tibi Domine colendiſſime. Ipſe. n. noſti, & ampliſſimos eius redditus, Abbatis Senioris diligentia & cura in immenſum auctos: & loci ſitum, regulari vitæ accōmodatiſſimum. Idem ipſum tam præclarum cœnobium: tantæ vtilitati & decori fururum: tum toti ordini, tum imprimis congregationi huic: toto corde, tota anima, tota mente flexis genibus, tuæ dignationi affectuoſiſſime cōmendamus. In eo. n. verſari certo ſcias totius religionis Camaldulenſis ſalutem & ruinam, atq; vt ſic dixerim, vitam & interitum. Vitam quidem: ſi ſeruari nobis liberum contigerit. Interitum vero: ſi alienari a nobis: atq; redigi in ſeruitutem. Propitius ſit nobis Dominus: ne fiat iſtud. Scit optime pietas tua: qūo huculq; tranſierim per ignem & aquam: & quæ fuerit in generalatu meo p annos quindecim malorum meorum ſeries: quantaſq; oſtēderit mihi Dominus tribulationes multas & malas. Si ad votam ſucceſſerit nobiliſſimi huius cœnobii in ordine conſeruatio: præteritorū oblitus penitus, beatiſſimus mihi videbor. Sin minus: obruendum profecto me meoſq; triſtitia ingenti ac mœrore, plurimū vereor. Quis enim poſt tantam ruinam velit viuere? Quo circa ſi vnq̄ totis viribus contendiſti pro rebus Camaldulenſis ordinis, tuæ curæ ac fidei cōmendati: quod euenit ſæpiſſime: precor ego, precamur omnes q̄ enixiſſime: vt modo tāta in re, etiam ſupra vires conari velis. Erit enim tibi honor & gloria, Domine colendiſſime: q͛ protexeris nos a conuentu malignantium, & inſidiantiū nobis: Quodq; paſſus nequaq̄ fueris: vt loca noſtra, & regionem noſtram corā nobis alieni deuorent: & deſolentur, ſicut in vaſtitate hoſtili. Non eſt: cur verearis, libere agere pro tuo ordine. Appræhendenda ſunt tibi arma & ſcutum: & exurgendum in adiutorium nobis. Confidimus autē, nō defuturum tibi auxiliū a Domino: in quo ſperamus: Qui daturus eſt virtutem & conſtantiam tuæ pietati: vt non ſis accæpturus perſonam hominum: neq; veriturus vultum potentium. Honeſtiſſima nimirum, & iuſtitiæ plena eſt noſtra petitio. Formidare nō poſſumus: vt merito audituri ſimus. Petitis: & nō accipitis: eo q͛ male petatis.

Coram

Coram ex harum latoribus animum noſtrum plenius intelliges : quibus ſicut plenam fidem, ita & plenam operam, conſilium & fauorem, pro tua clæmentia præſtare dignaberis. Nos īterea erectis manibus, ad æmulationem, Moyſi (qd iamdiu fecimus) præſtolabimur euentum rei. Vale. Ex Sancto Michaele Mu/ rani. Die. v. Ianuarii. Mccccl xxxxv. Hieronymo Georgio Oratori. XXXI.

p Otes haud dubie in hac tua legatione tãtum ſolus vna tua opera, pro deſſe noſtro Camaldulenſi ordini: q̃tum multis retro ſæculis complu res apud Pontificem oratores Veneti profuerunt. Nũq̃ enim miſſum aliquem de noſtris in Romanam curiam grauioribus de cauſis fuiſſe cognoſci mus: in quibus ageretur de ſumma rerum deq; ſtatu religiõis noſtræ, q̃ modo: cum ob conſeruandum monaſterium Carcerum, Prior Sancti Michaelis Ber/ nardinus tuus vna cum priore Montis crucum ad apoſtolicam ſedem ſeſe reci piũt. Et re vera ſic exiſtima: voluiſſe Dominum, vt hoc maxime tempore apud Pontificem legatiõe fungereris: q̧ prudentiorem & ſapiẽtiorem te, rei noſtræ interpretem, optare neminem potuiſſemus. Quamobrẽ eques præſtantiſſime exere nũc quæſo ingenii tui vires. Inſta oportune importune : vt ſaluos facias nos. Datur modo occaſio tuæ magnitudini: q̃ optime de nobis omnibus pro/ merẽdi. Si ſeruatum tua opera & cura ſuo ordini fuerit tam nobile monaſteriũ: reformaſſe te religionem hãc noſtram proculdubio ſcias. Quo ſane facto: eam omnem mirum in modũ tuæ nobilitati deuinxeris: meq; in primis: apud quẽ ſemper honos nomenq; tuum laudeſq; manebũt. Taceo quod primo loco ſcri bendum fuerat: reponendam videlicet tibi pro tam pio ac religioſo opere mer cedem cœleſtem indeficientemq; theſaurum: quem nec fures poterũt effodere, nec tineæ demoliri. Quid facto opus ſit: referet plenius corã Bernardinus tuus meus, noſter: cui iccirco potiſſimum hanc prouinciam tanti momenti deman/ dauimus: q̧ & valere ingenio plurimũ & doctrina, & tuæ nobilitati cariſſimũ ĩprimis atq; deditiſſimũ eſſe, nõ dubitamus. Vale. Ex Sãcto Michaele Murani. Die. viii. Iunii. Mccccl xxxxv. Auguſtino Barbadico Prĩcipi Venetiaꝝ. XXXII.

v Rbem florentiam omni præſidiorum genere munitiſſimam audio: accerſitis vndiq; multis hominum milibus, & ducibus etiam ſtipẽdia riis huius Illuſtriſſimi Dominii: qui omnes per Vrbem vicatim diſtri buti ſunt. Plena eſt armorum ciuitas. Vici omnes tignis craſſioribus, quæ heri parata vidimus, per tranſuerſum muniendi: vno tantum ad Regis tranſitũ ex/ pedito relicto. Orationes & elemoſinæ ſine intermiſſione continuantur. Vt ſpe rari merito queat : hac conuerſione atq; humilitate, quod potiſſimum telorum genus duco, liberandum facile hunc populum a Barbarorum ſcæuitia. Peracta eſt his diebus ſupplicatio: introducta ſolẽni pompa in ciuitatem imagine San ctæ Mariæ in Pruneta: & talis quidem ſupplicatio: vt celebriore, ac maiore vn q̃ deuotione factam, meminerit nemo. Hæc ideo ſcribenda paucis duxi: vt be/ ne ſperare vobis de Florentia cõſequentius liceat: quæ non in ſua tantum virtu te, verum longe magis in Dei pietate confidit: memor illorum, de quibus ſcri/ ptum eſt. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur: & de neceſſitatibus

eorum liberauit eos. Miſſi olim ad Regem Franciæ congratulatum, ob adeptũ regnum Apuliæ, quatuor oratores: ex quibus vnus eſt Laurentius Medices: nudius tertius reuerterunt. Alii tres miſſi ſunt nouiſſime: ex quibus eſt frater Hieronymus, ordinis prædicatorum. Hi nondum redierũt: neq; ſcitur adhuc, vtrũ ſit Rex Florentia tranſiturus: an per aliam viam reuerſurus in regionem ſuam. Si quid aliud occurrerit: quod mea intereſſe, vt vobis ſignificetur, cognouero: fungar fideliter munere meo. Vale. Princeps Illuſtriſſime, cum inclyto Senatu: Florẽtiæ. Die. xiiii. Iunii. Mcccclxxxxv.

Nicolao Monacho. XXXIII.

n Ihil mihi, cum de te cogito, ſuccurrit moleſtius: q̃ q; modo idoneum, quo in litterarum ſtudiis proficias, non habeas præceptorem. Perquiram diligentius: ſi quem inuenire potuero, & eruditum & bonum: nec ſumptibus parcam, tui & aliorum qui erudiendi ſunt gratia. Quæ enim eſt indocti hominis, præſertim diuino cultui mancipati, vita: niſi (ſicut quidã ait) quaſi mortis imago? Interea incũbe lectioni eorum, quæ didiciſti: & ſicut bos, quæ ſemel comediſti, accuratius rumina. Ante omnia autem appareat ſemper in te humilitas in conuerſatione: in moribus verecũdia: in verbis & operibus diſciplina. Et quando eſt nobis colluctatio contra ſpiritus tenebrarum harum: qui die noctuq; impugnare nos atq; aduerſari non ceſſant: tu contra viriliter age: & confortetur cor tuum in Domino. Inuoca eum toto corde: & erit tecum in tribulatione: eripiet te: & glorificabit te. Longitudine dierum adimplebit te: & oſtendet tibi ſalutare ſuum. Vale. Florentiæ. Die. xvi. Iunii. Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XXXIIII.

s Cio me allaturum tuæ celſitudini nuntium, minime gratum. Quia tñ ſic mihi mandaſti: vt rerum ſucceſſum deinceps ſignificarem: parcendum calamo nequaq̃ duxi. Facti ſunt heri Decemuiri, compluribus oratorum Florentinorum epiſtolis certiores: ingreſſum nudius quartus gallorum Regẽ Senas, biduo poſt factione plebis, quæ ciuibus gubernacula rerum adminiſtrãtibus aduerſabatur, eam ſibi Vrbem paulominus ſubegiſſe. Siquidem tercentũ ſtipendiariis militibus, qui ad palatii & fori cuſtodiam poſiti erant, exturbatis fugatiſq;: totidem de ſuis in eorum locum ſubſtituiſſet. Hac finitimi populi, & quidem haud contẽnendi, libertatis imminutione, & quaſi deditione accæpta: magna ciues iſtos inceſſit trepidatio, metus ingens: cõſternatis eorũ animis & conterritis tam vicino preſſæ libertatis exemplo. Commoti etenim tum ſuo ipſorum periculo, tum vice fortunarum humanarum: mirantur populum, potentia ſatis clarum, tam facile cœpiſſe fieri poteſtatis alienæ. Gubernatorẽ Rex in ſua profectione vnum e ſuis ducibus ſenis relicturus creditur. Et de hoc ſatis. Florentia indies munitur magis, & militum numero & armorum multipliciũ copia. Dux Vrbini nudius quartus Florentiam aduenit. Ciues aliquot coæui & æquales Petri Medicis, in diuerſas Italiæ vrbes ad tẽpus relegati: donec regia maieſtas pertranſierit. Paſſim enim vulgatur, & affirmatur ab omnibus: decreuiſſe Regem, reſtituere Petrum in patriam. Quod iſti ne audire quidem volũt. Tantũq; abeſt: vt hac in re obtẽperaturi ſint Regi: vt bona ipſius Petri & omnis ſuppellex

nis ſuppellex publice ſub haſta veneant. Qui miſſi ſunt nouiſſime oratores ad Regem: proteſtatum illi, ne ſecum Petrum Florentiam ducat: nullum adhuc reſponſum accæperunt: neq; elicere ex ore Regis potuerunt: vtrum Florentiam ſit ipſe venturus. Oppida Florentinorum inter Florentiã & Piſas ſita, iam Gallis repleta ſunt. Vtrum libera ſint ea relicturi: neſcitur. Hodie orator Bononienſis Florẽtiam ingreſſus eſt: miſſus ad hoc Dominium a Magnifico Viro Ioãne Bentiuolo. Ad qd venerit: nõdum intellexi. Honorifice tñ ſuſcæptus eſt. Cõmẽdo tuæ Serenitati ac excelſo Dominio ſtatum Florentinoꝝ: quos re vera quotidie experior, ob ſingularẽ ipſoꝝ erga vos caritatem, tantum de veſtra pietate cõfidere: vt nõ poſſint magis. Vale Princeps Illuſtriſſime cũ ĩclyto Senatu. Florẽtiæ. Die. xvii. Iunii. Mccccclxxxxv. Vẽturæ Abbati Scti Micha. Mura. XXXV.

q Varto die poſteaquam a vobis profectus ſum, pauloposſt meridiem Florentiã pueni: Quantũ vero feſtinato itinere laſſus fractuſq;: ne quæras. Quotiens de via feſſus iumento deſcendi: ſediq; nũc ſuper herbã, nunc ſuper aquarum defluentium ripas? Die noctuq; inſidentes iumentis, ſtratum magis, vbi fatigatũ reficeremus corpuſculum, quam cibum expetebamus. Occurrerunt etiam nobis in itinere triduana illa ſolennia ieiunia: quæ non licuit violari: vt præter æſtum ſolis, qui deſuper feruebat: præter equitationis laborem, præſertim in alpium tranſitu: præter etiam noctes prope inſomnes ductas: inedia quoq; acrius conficeremur. Verum benedictus Deus: cuius auxilio his omnibus deuictis difficultatibus, applicuimus domum incolumes. Non deſeruit in ſe confidentes, adiutor ſemper in oportunitatibus. Ingreſſi Vrbem: & paululum refecti: data iſthic nobis mandata exequi continuo cœpimus. Auditi benigne ſumus: & gratiſſimum nobis reſponſum redditum. Velit Dominus: vt quæ modo ſeminauimus, ſuo tempore vberrimos fructus ferant. De Florentinis rebus ſcripſi latius Illuſtriſſimo Dominio noſtro Veneto. Aliud tecũ non repeto ex iis: niſi ꝙ Galli Florentiã reuiſere noluerũt: & minore horum periculo Piſas verſus, iter ſuũ direxerũt. Si Bernardinus Prior non fuerit domi: iube Domno Hieronymo monacho: vt cõueniat Magnificũ viꝝ Marcũ Georgium meo noie: eumq; cõſulat, vtꝝ ĩmorari adhuc Florẽtiæ habeã: an redire ꝓ meo arbitrio in ſolitudinẽ noſtrã poſſim. Scire. n. per eũ cupio, Dñii ſup hac re voluntatem: cui ſemper libẽtiſſime obtẽperabo. Quicquid elicere potueris, ſignifica. Nõ. n. hinc prius mouebo: ꝙ̃ mihi id libeꝝ fore cõſtiterit nutu ac pmiſſione ipſius Dñii: a quo huc miſſus ſum. Orate pro cõi Italiæ quiete ac pace: vt in pace ĩ idipſum dormiat & requieſcat. Vale cũ familia oĩ. Florẽtiæ. Die. xviii. Iunii. Mccccclxxxxv. Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XXXVI.

ſ Actum eſt tãdẽ, vt exoptauit hic populus. Abiit Rex Piſas verſus: profectus heri ex oppido Scti Miniatis: qd inter Florẽtiã & Piſas medio itinere ſitũ eſt. Liberata eſt ciuitas hæc maximo periculo: liberata ſaltem ingenti facultatũ ac rerum ſuarum detrimento. Quamuis enim ſi huc Rex diuertiſſet, non fuiſſent vllo pacto Florentini (vt exiſtimo) Senenſium more iugum accæpturi: melius tamen fuit non experiri fortunam. Benedictus Deus:

P

cuius gratia Rex cõuerſus eſt retrorſum. Cor enim Regis, ſicut legimus, in manu Domini: quocunq; voluerit vertet illud. Mihi ſane (quod & hic fatētur omnes) multum mutata ab ea, quam olim agnoui, Florentia videtur. Refert mihi indies magis alteram Niniuem. Nam ſicut illa ad prædicationẽ Ionæ: ita hæc ad vnius concionatoris hortamenta, tota ad Deum conuerſa monſtratur: vt facile credi poſſit: his munitã & vallatam ſpiritualibus armis teliſq; cœleſtibus: auertiſſe faciem Regis: ne ad ſe turbandam aut forte etiam deuaſtandam acceſſerit. Per agrum tamen Florentinũ & caſtella, non ſine magna (vt audio) iactura galli tranſierunt: non modo non parcentes predæ: ſed ne contumeliæ quidẽ & iniuriæ in homines. Requiſitus vero ſæpius Rex ab oratoribus Florentinis de reſtitutione Vrbium ſuarum: quas iampridem occupatas tenet: nullum adhuc certius reſponſum dedit. Tantummodo dixiſſe fertur: ꝙ vbi in Aſtenſe oppidum peruenerit: de ſua ſententia reddet eos certiores. Vexat hæc dilatio iſtorum animos: quam pleriq; omnes in ſiniſtram partem interpretantur. Male enim exiſtimari amicum poſſe, ac recto ſecum ingredi animo: qui confœderatorum detineat bona. Aegerrime præterea tuliſſe iſti viſi ſunt, nouam Senenſium, ſeu voluntariam, ſeu ſeditione plebis, factam deditionem. Nec eſſe e re ſua arbitrantur, hanc regiæ poteſtatis viciniam. Nam & locum tenẽtem Senis vnũ e ſuis primariis ducibus conſtituit: & relegatis, qui cuſtodiebant palatium, Senenſibus militibus: maiorem ſuorum numerum ibidẽ reliquit. Orator Magnifici Ioãnis Bentiuoli: qui nudius quartus Florẽtiam venit: optulit huic inclyto Dominio, quantum ipſe præſtare pro viribus potuiſſet. Idipſum fecerunt per hos dies, & ſummus Pontifex, & Illuſtriſſimus Princeps Mediolani. Ex quotidiano multorum qui me adeunt ſermone facile animaduerto: multum expetere populum Florentinum ſocietatem atq; amicitiam veſtram: quã olim vtriſq; vtiliſſimam fuiſſe affirmant. Verum donec Rex in proximo fuerit: nihil ab eis innouandum cenſeo. Dimiſſi heri ſunt omnes: quos ex agro ſuo ad Vrbis cuſtodiam Florentini accerſierant. Quorſum ſit iturus Rex: pro comperto non habetur. Verentur iſti: ne conciliatis ſibi Genuenſibus, grande malum Italiæ inferat. Alias facile ſuperandum, ſi regredi voluerit, putant. Vale Princeps Illuſtriſſime, cum excellentiſſimo Dominio. Florentiæ. Die. xxi. Iunii. Mcccclxxxxv.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXVII.

v Iſitauit me per hos dies Florẽtiæ Venerabilis pater meus Marianus: & humaniſſimo ſuo atq; ſuauiſſimo impartiuit alloquio. Poſt prima ſalutationis verba, cum ſe accerſitum in Vrbem ſeu deſtinatum diceret: obtuliſſetq; ſe mihi, ſi quid ei iniungendum decernerem: præſertim quod tuæ dignationi meo nomine eſſet relaturus: continuo ẽt litteras me ſibi ad te daturũ ſpopondi. Nã & fidelior non potuit tabellarius occurrere: & qui pro me libentius quodcũq; vel grauiſſimũ onus ſubiret. Prædicator vtiq; eximius: & de quo merito ſcriptũ dicas. Prætioſi ſpũs, vir eruditus. In cuius labiis tãta diffuſa eſt gratia: vt (pace reliquorum euangelizantium verbum Dei) facile illi in contionibus deferam principatum. Tanta vero me beniuolentia & pietate proſequitur:

tanta

tanta affatur manſuetudine & humilitate: vt pro ſingulari ducam beneficio ac munere tanti patris amicitiam, ac vere Chriſtianiſſimam caritatem. Huc acce dit: q; in te obſeruando colendoq; Domine mi optime, ſingulari amore ac re/ uerentia mecum certat. Quo fit: vt tãto gratius illi deuinciar. Scire cupio: quid egerint noſtri apud Pontificem, pro conſeruando Carcerum monaſterio. Non ignoro autem, rem haud facilem factu fore: cum multi ſint: qui in hoc agone nobiſcum contendant. Ouem pinguem, & aureo opertam vellere, complures famelici circunſiſtunt lupi. Obiiciendi ſunt canes: quorum latratu arceantur ab ouili. Si vnquam indiguit magna aliqua in re (quod ſæpius euenit) religio no ſtra tuo patrocinio & fauore: nunc certe in hac quam ducimus maximam lon/ ge magis. Inſtandum eſt oportune importune: vt confundantur qui nos perſe/ quuntur: & fraudentur deſyderiis ſuis. Omnia damna præterita, omnes benefi/ ciorum noſtrorum commendationes, hæc vna abbatia Carcerum, ſi ſeruata or dini fuerit, facile compenſabit. De publico rerum ſtatu, non eſt, quod ſcribã Di/ gnationi tuæ: cui notiſſima omnia eſſe non dubito. Congratulor tamen euaſio/ ni veſtræ, ac totius Romanæ curiæ. Rediit pacificus Rex gallorum: neq; iugũ, vt putabatur Romæ impoſuit. Vtinam abſoluta ſpiritualis ſeruitutis iugo, glo riari habeat in perpetuum vera libertate: ac reformata in melius viuendi ratio/ ne, dicere verius poſſint Romani, quam olim Iudæi reſponderint Domino. Se men Abrahæ ſumus: & nemini ſeruiuimus vnquam. Reformandam gladio paulopoſt Vrbem Romam, concionator quidam, magni in populo hoc nomĩ nis palam conteſtatur. Ego autem, quo mitius eius interpreter vaticiniũ, poſ/ ſe quidem fieri arbitror: vt reformanda ſit gladio: ſed gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Quod eo facilius adducor, vt ſperem futurum: veniente in Vrbẽ ad prædicandum Reuerendo patre noſtro Mariano. Eo apud Romanos de/ gente: ac opus euangeliſtæ faciente: & miniſterium ſuum tanquam altero Pau/ lo ſufficienter implente: ſi facti fuerint factores verbi, & non auditores tantum, fallentes ſemetipſos: & gladio quidem eccleſia, & ſine effuſione tamen ſangui/ nis fuerit reformata. Impleat Dominus votum meum. Impleat idem ipſe cor/ da veſtra: de vobis dico, qui Cardines eſtis terræ: ſuper quos Dominus poſuit orbem: qui columnæ eſtis argenteæ & reclinatorium aureum: vt territi paulo/ ante gallorum aduentu, & quaſi diuino admoniti nuntio: quieto nunc animo conueniatis in vnum: & pulcherrimæ olim mulierum, ſponſæ Chriſti eccleſiæ, decoloratæ nimium ac denigratæ, ſolicite conſulatis. Non eſt in tuto loco Ita/ lia. Dominari cœpit parti eius Gallus: & eo quidem animo, vt toti imperet. Propitius ſit nobis Dominus: ne fiat iſtud. Regnare ipſe potius dignetur ſu/ per nos: vt ſimus populus eius, & oues paſcuæ eius. Vale. Florentiæ. Die. xxiii. Iunii. Mccccxxxxv.

Ioanni Priori Sancti Benedicti. XXXVIII.

n Ihil eſt difficilius in monaſteriis & cœtu multorum: ſicut frequenter expertus ſum: quam habitare fratres in vnum: In vnum dico: nõ cor/ porum cohabitatione: verum potius animorum vnitate: conformitate morũ:

& mutua in alterutrum patientia & caritate. Sit hoc in cœnobiis & congrega/tione: & iam non erit opus præſidentibus. Quemadmodum non indigent ſa/ni medico: ſed male habentes. Præceptum fuit Apoſtolis: quibus demandata erat animarum cura. Infirmos curate: leproſos mūdate: dæmones eiicite. Hæc ſi ad ſpirituales ægritudines referas: quod ita intellexiſſe Saluatorem, abſurdū non eſt: cognoſces hoc eſſe potiſſimum prælatorum munus: vt infirmantium curam gerant: vt exerceantur malorum conuerſatione ad patientiam. Vis noſ/ſe: q̃ ſpirituales intellexerit Dominus infirmitates curandas? Etiam mortuos, inquit, ſuſcitate. Et quidem ſi eos tantum mortuos ab Apoſtolis ſuſcitatos di/cas: quorum animæ in difuncta reuocatæ ſunt corpora: exiguus hic erit ſuſcita torum numerus: & fructus tanto Apoſtolorum labori haud quaquam par. Ve/rum ſi recolas tecum: quot milia hominum, qui prius ſedebant in tenebris & vmbra mortis, nunc vno alio die, ab Apoſtolis, ad veræ vitæ cognitionem, & chriſtianæ fidei lumen, fuerint reſuſcitata: liquido animaduertes: tuum me/um, & aliorum eſſe prælatorum officium: huiuſmodi animarum curationibus ſine intermiſſione intendere. Inter mortuos verſamur quotidie. Cum mortuis viuimus. Si tamen & ipſi viuimus: & non magis commortui cum illis ſumus. Propter te, inquit, morte afficimur tota die. Et Apoſtolus. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Chriſto igitur commortui, viuificare contendamus inuocato ipſius gratiæ adiutorio mortuos fratres. Infirmos curemus: alter alte rius onera portantes. Leproſos mundemus: ſuadentes illis, vt oſtendant ſe ſa/cerdotibus. Dæmones eiiciamus: ſicut de peccatrice illa euāgelica legimus, eie/cta fuiſſe ſeptem dæmonia. Hoc ſit ſtudium noſtrum: hæc cura: hic labor: ſi imi tari volumus maiorum veſtigia: ſi per patientiam cum iuſtis ſcribi optamus. Abel enim eſſe renuit: quem Cain malitia non exercet. Veniam autem, vt hor/taris: & cito veniam: vt ſimul aliquid operemur boni. Vale. Florentiæ Kalen/dis Iuliis. Mccccxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XXXIX.

r Arius ſcribo tuæ pietati Sereniſſime Princeps de his: quæ hic occur/runt: q̃ difficile rerum veritas agnoſcitur. Adeo varia referūtur quo/tidie: vt interdum contraria etiam, ac penitus inter ſe diſſidentia audiantur. Quæ autem ſcripſi ſcribamq;: a fide dignis ſecreto elicere conatus ſum: cona/borq; impoſterum. Alias potius obticebo. Quarto Kalēdas Iulias, habita ſunt Florentiæ comitia octingentorum & eo amplius ciuium: Vbi primum poſt tot annorum curricula, percelebratis eodem die in palatio miſſarum ſolenniis, inuocatoq; Spiritus ſancti nomine & fauore, creatus eſt ſuffragiis ſummus ĩ ci uitate magiſtratus. Electi omnes viri, & ætate graues: & conſilio ac probitate inſignes: atq; a toto populo, magno cōſenſu approbati. Hæc domi. Foris aūt per hos dies hæc acciderunt. Habent caſtra Florētini bifariam diuiſa: apud mō tem Politianū altera: altera in agro Piſano apud Pontē Aderam. His itaq; die/bus ſatis proſpere vtrobiq; res geſta. Apud montem Politianū egreſſis ad pu/gnā, qui oppidū tuebātur: captus eſt a Florētino exercitu Ioānes Sabelius, mili/

tum præfectus:

tum præfectus:& Florẽtiam deductus.Quo facto:Florentinus ad mœnia pro/
pius admouit caſtra:magna,vt fertur, ſpe futuræ intra paucos dies aut Polli/
tianorum deditionis,aut Florentinorum victoriæ. In Piſano autem agro, qui
Caſcinam oppidum cuſtodiebant, adorti ſunt improuiſo caſtra Florentino/
rum:facta præter horum expectationem,ad Põtem Aderam excurſione. Inito
ibidem congreſſu,capti ſunt a florentinis militibus complures Piſani. Qui mi
nus,ad ſexaginta:qui amplius referunt,ad centum fuiſſe illos memorant.Ex iis
galli aliquot milites in florẽtinorum poteſtatem venere:inter quos vnus præ/
cipue non contemnendæ autoritatis & nominis, vna cum filio magiſtri mili/
tiæ Piſanorum.Parum etiam abfuiſſe dicunt:quin & ipſe militum magiſter ca/
ptus fuerit.Tertio etenim e Florentinorum manibus ſua probitate elapſus eſt.
Reliqui fuſi fugatiqꝫ.Et non parua gregum atqꝫ armẽtorum ab acta prœda.De
gallorum Rege nihil certi habeo quod ſcribam:præter id ſolum:ꝙ ante octa/
uum diem accæperunt iſti ab eo litteras,maioris q̃ vnquam alias humanitatis
plenas.Quid per eas ſignificauerit:non vulgatur:niſi ꝙ requiſiſſe ab iis dicit̃:
vt noui ad ſe deſtinarentur legati. Creati ſunt duo ex iis:qui nouiſſime a Rege
redierunt:Guido Antonius Veſputius doctor:& Nerius Caponius.Nondũ ta/
men,quod ſciam,hinc profecti ſunt.De non reſtitutis adhuc arcibus,quæ occu
pantur a Rege,Dominio Florentino:varia eſt opinio in populo: excuſantibus
aliis Regẽ,ꝙ merito ſibi effugium ſeruauerit,ſi a fœdere vrgeretur. Aliis cõtra
vituperantibus & dolentibus:ꝙ non ſtaret Rex promiſſis.Conſulat Dominus
Italiæ paci & quieti:diſſipetqꝫ gentes,quæ bella volũt:ipſe autor pacis & ama/
tor caritatis. Vale Princeps Illuſtriſſime cum inclyto Senatu.Florentiæ.Die.iiii.
Iulii.Mcccclxxxxv. Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani.XL.

I fuerunt gratæ vniuerſo,vt ſcribis,Senatui noſtræ littere:Deo gr̃as.
ſ . Opto:vt mihi ſemper occurrat:quod indies illi gratius conſcribam.
Quod nondum hinc diſcedam:faciam,ſicut mihi mãdatur. Sic enim
debeo.Ecce quartam modo ad Illuſtriſſimum Dominiũ ſcripſi epiſtolam:tuo
præſertim hortatu impulſus:qui illi frequentiores litteras meas fore quidẽ gra
tiſſimas polliceris.De gallorũ rebus,ex quo propiores vobis fieri cœperũt:ne
ſcio quid poſſim certius ſcribere:quod non prius ad vos perlatũ fuerit.Si quid
tamen ab iis,qui rebus præſunt,elicere potuero,quod pro comperto habeatur
reddam Senatũ certiorem.Tot & tam varia quotidie audio:vt non facile arri/
piendum calamum ducam:niſi mihi per fide dignos & graues viros conſtite/
rint:quæ fuerint ſcribenda.Male faciunt ii:ad quos ſpectat abſoluendum nego
cium Carcerum: ꝙ abuti videntur Dei pietate.Quaſi vero in manu eorum ſit
Abbatis vita:quæ merito,vel breuiſſima vt ſit,ſuſpectiſſima illis eſſe debet.Au
diant Poetam. Quis ſcit:an adiiciant hodiernæ craſtina vitæ,tempora Dii ſu/
peri?Niſi celerius rei conſuluerint:vereor ne ſubitura ſit eos paulopoſt negle/
cti mandati pœnitentia. Nec horam quidem intermittendam ſuadeo. Redi/
mentes,inquit,tempus:quoniam dies mali ſunt.Tuum eſt etiam ſubiicere cal/
caria detrectantibus currere:eiſqꝫ,quod imineat periculũ,frequẽter ſuggerere.
Litteras noſtras Illuſtriſſimo Dñio reddẽdas curabis:& rñdebis,qñ illas accæ/

peris.Familiam omnem, & Philippum præcipue monachum, cuius nomine me ſalutaſti,ſaluta verbis meis. Vale.Florentiæ.Die.iiii.Iulii.Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum.XLI.

P Erlatus eſt hodie Florentiam nuntius:conſeruiſſe bis manus in agro Parmenſi militem veſtrũ cum gallorum exercitu:cæſaqȝ ſecũdo prœlio,ex vtraqȝ parte,ad duo milia hominum:inter quos fuiſſe tum interfectos tũ captos cõplures duces ac primarios milites.Atrox viſa eſt Florentinis dimicatio:& lõge ſcæuior,q̃ pro italico more.Suſpẽſa videtur admodũ ciuitas:& incerta quid nã conſilii Rex capturus ſit:vtrũ ne progreſſurus audacius:an cauẽs ſibi,Piſas verſus rediturus.Neqȝ enim minorem gallorũ q̃ fœderis cladem fuiſſe affirmãt:captis inſuper magna ex parte iumentis ipſorum onerariis. Præter hanc huius populi trepidationẽ ac timorẽ,facti ſunt certiores his diebus:miſſum fuiſſe a Senẽſibus validum ſatis præſidiũ ad Montem Politianum,ſexcentorum videlicet peditum,& equitũ etiam complurium,duce filio comitis Petiliani:quẽ modo aiunt occaſione huius certaminis de caſtris gallorũ,apud quos cuſtodiebatur,ad veſtrũ exercitũ trãſfugiſſe.Ego hucuſqȝ neminẽ ex iis video: qui non optare vobis ſummopere fœlicẽ belli euentum videatur. Appræhendat Dñs arma & ſcutum:& exurgat in adiutoriũ veſtrum.Et ſi mihi fas eſt Apoſtolicum vſurpare ſermonẽ: vtinam & abſcindantur:qui vos conturbant. Vale Princeps inclyte cũ Illuſtriſſimo Senatu.Florẽtiæ. Die.viii.Iulii.Mcccclxxxxv.

Dominico Mauroceno Procuratori Sancti Marci.XLII.

P Etiſti a me,anteq̃ Venetiis diſcederẽ:vt perquirerem Florentiæ prophetiam fratris Thomæ tertii ordinis.Eam tãdem inuentam tranſcriptamqȝ ad te mitto.Vbi totã perlegeris:miraberis iampridẽ vaticinatũ hominem Dei:quæ mõ luce clarius fieri,& videmus & audimus.Audiui ego miranda de iſto vate: quæ prophetico ſpũ repletũ fuiſſe præter hãc ẽt prophetiã aptiſſime demonſtrant.Euãgelizante illo apud Camerinũ:& palam vna cũ populo ẽt loci Principẽ arguente:cõſtituerat ſecum tyrãnus,minime ferens publicã increpationẽ,virum Dei incẽdio atqȝ igne abſumere.Quod cũ nemine ſibi referente diuinitus ei reuelatũ fuiſſet:continuo arreptis prunis ardẽtibus:atqȝ in manicam tunicæ depoſitis,principẽ adiit:eiqȝ oſtendit,q̃ minime ignẽ formidaret:qui eum illeſa ẽt tunica ad ipſum detuliſſet.Accipe & aliud:qđ annalibus palatii Florentini annotatũ accæpi.Ingreſſus aliqñ propheta iſte Florentiã per eam portã,quæ ad Fauentiã dicitur:offendit iuxta illã duos,ludo aleæ inſiſtentes.Ex quibus cum alterũ amiſſa pecunia blaſphemantem audiſſet:durius in illum inuehi cœpit.Impatiẽs iſte,ac debacchanti ſimilis,mox in ſe arguentis faciem pugnũ intorſit.Hac accæpta contumelia vir Dei:confeſtim cœleſti afflatus numine,prædixiſſe impio illi dicitur:futurum aliquando Florentiæ prætorem,Zutium de Cola nomine:qui illatã ſibi iniuriam vindicaret.Elapſo decẽnio:cũ de more prætor alienigena eiuſdem nominis magiſtratũ iniiſſet: tẽtus quodam die ab apparitoribus,atqȝ ad prætorem adductus eſt.Cunqȝ nullius recentioris culpæ,ſibi eſſet conſcius: ſuccurrit illi tandem vaticinium hominis Dei:quẽ percuſſerat pugno impie.Interrogato prætoris nomine: cũ Zutium

de Cola

de Cola appellari cognouiſſet: enarrauit ei rei olim geſtæ ſeriem: confeſſus ſe Dei voluntate in manus ipſius incidiſſe: vt veteris piaculi reatum nouo ſupplitio deleret. Quod & factum eſt. Nam prætoris eiuſdem iuſſu manus ei cõtinuo præciſa eſt, qua admiſerat facinus. Huiuſmodi ſane homines maximi faciẽdos duco: qui ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt: potẽtes in opere & ſermone. Qui enim ſpiritu Dei aguntur: hi filii ſunt Dei. Quod ſi filii: & hæredes. Vale. Florẽtiæ. Die. xi. Iulii. Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XLIII.

Qvid acciderit per hos dies: complectar paucis. Galli qui Liburnium Florentinorum oppidum, ad Piſanum portum occupauerant: nouo Regis iuſſu præfectum loci Florentinum cum aliis ciuibus inde eiecerunt: ſuffecto in præfecturam Piſano quodam: qui eo cum trecentis militibus cõtinuo miſſus eſt. Suſpectam fecit rem Florentinis, experta haud ſemel Galli perfidia. Atq; hoc cognito, iuſſerunt cõfeſtim legatis ſuis, qui dudũ creati a populo nõdum Florentia profecti erant: vt abirent cũ feſtinatione ad Regem: cõqueſtum (vti vulgatur) apud illum de accæpta iniuria: & expoſtulatum etiam cum eo liberius: q̃ leges fœderis, quas inuicem iuramento ſanxiſſent, minime ſeruarentur. Sunt qui facile arbitrentur fore: quando ẽt non deſunt, qui id q̃ maxime cupiant: vt repetitis affecti iniuriis atq; incõmodis Florentini, mutare & ipſi cogantur cõſilium: neq; paſſuri diutius ſint durius barbarorum iugum. Velit Dominus: vt ita faciant: ſi forte & ipſis tandem fœderi veſtro additis, facilius proſperos belli ſucceſſus ſperare poſſitis. Quãquam lõge magis, ſicut Chriſtianos decet, confidere vos mihi perſuadeo in eo, de quo ſcriptũ eſt. Dominus fortis & potens: Dominus potens in prœlio. Et alibi. Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prœlium: in hoc ego ſperabo. Itemq;. Hi in curribus, & ii in equis: nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur. Quod vtinã & vobis contingat eiuſdem Saluatoris noſtri clæmentia: quẽ ſupplex oro quotidie: vt pugnantibus vobis, non crudelitatis ſed pacis & libertatis ſtudio, cœleſte auxiliũ ſumminiſtret. Vale Princeps Illuſtriſſime cum inclyto Senatu. Florentiæ. Die. xi. Iulii. Mcccclxxxxv.

Decemuiris Florentinis. XLIIII.

Qvam abſurdũ ſit atq; a Chriſtiana religiõe alienũ: vt q̃s ſemel deo dicatus ſit ac militiæ aſſcriptus cœleſti, ſæculari militiæ ſeruiat: non eſtis pluribus admonẽdi: cũ ſitis ipſi pitiſſimi. Nemo, inq̃t Paulus, militans Deo: ĩplicat ſe negociis ſæcularibus. Et Dñs ĩ euãgelio. Nemo põt duobus Dñis ſeruire: Deo nimirũ, & ſæculo. Alteri tantũmõ militare nos decet: q̃bus nõ eſt colluctatio cõtra carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarũ harũ, malignos videlicet atq; inuiſibiles ſpũs. Arma noſtra monachorũ inquã & clericorũ omnium: qui in ſortem Dñi electi ſumus: non tela nõ gladii nõ cætera id genus: ſed lachrymæ ſunt atq; humiles ad Deũ preces. Qui vero ſecus fecerint: pro iis & orari & oblationes offerri ꝓhibetur. Quã piculoſum autẽ ſit pugnantibus, habere ſecum huiuſmodi milites, maledicto & anathemati obnoxios: qui ſcripturas ſacras euoluerint facile depræhendent. Nam vnius tantum

anathemate inuoluti crimine legimus, Hebræorum exercitum olim fuſum fu/
gatumq́: dixiſſeq́ iccirco ad Ioſue Principem militiæ Dominum. Non poterit
Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos: eoſq́ fugiet: quia pollutus eſt anathemate. Nõ ero
vltra vobiſcum: donec conteratis eum: qui huius ſceleris reus eſt. Aperiam ma
gnitudini veſtræ: cur iſta præmiſerim. Audio eſſe in exercitu veſtro ad Pontem
Aderam complures tũ noſtri tũ diuerſorum ordinum apoſtatas: qui ſtipendiis
veſtris militant: relictoq́ profeſſionis ſuæ habitu, relictis moribus vitæ regula
ris: pro minimo habent ſcortorum contubernia: in maximã ignominiã Chri/
ſtianæ religionis, & ingens laicorum omnium ſcandalum. De quibus bene per
prophetam dicitur. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi: neſciuiſti erubeſce/
re. Quantum ad me attinet patres optimi: haud minus veſtro periculo, q̃ mei
ordinis dedecore moueor: quandoquidem vobis & reipublicæ huic proſpere
omnia euenire tanquam vos metipſi, cupio ſemper. Bellum iuſtiſſimum fouere
vos, nemo dubitat. Cauendum eſt vobis: ne aliena culpa rebus, quod abſit, ve/
ſtris noceat. Auferte, ait Apoſtolus, malum ex vobis. Quæ enim ſocietas iuſti/
tiæ cum iniquitate? Precor itaq́ pietatem veſtram: vt conſulere dignemini &
honori Dei, cuius eſtis cultores ſtudioſiſſimi: & vtilitati veſtræ. Quo nimirum
fiet: vt ablegatis procul huiuſmodi infamibus atq́ ſacrilegis, facilius ad votum
omnia ſucceſſura ſint vobis: qui abſtuleritis ab oculis Domini adeo facinoroſo
rum hominum opprobrium & contemptum. Hæc iccirco ſignificanda cenſui
dignationi veſtræ: quoniam latere vos factum hoc penitus mihi perſuadeo.
Valete. Florentiæ. Die. xiii. Iulii. Mccccxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XLV.

q Væ gerantur in agro Parmenſi: non dubito fieri dignationem tuam,
de die in diem recentioribus litteris certiorem. Hic ea ſolum vulgan
tur ab iis, qui rebus præſunt: quæ proſpere tantũ modo ſucceſſiſſe Regi appa/
reant. Reliqua ſilentio comprimuntur: idq́ ex compoſito, quemadmodum a ci
uibus grauibus audiui: ne forte perferatur Regi, exultaſſe populum Florentinũ
ad infœliciores illius ſucceſſus: quãdo nihil profecto aliud in votis gerat: cum
ſit de illo peſſime Rex meritus. Annotata vidi ad viginti nomina primariorũ
ducum veſtrorum: qui cecidiſſe in prælio ſexta menſis die referuntur: & huiuſ/
modi exemplaribus plena dicitur eſſe ciuitas. De gallorũ interitu, nulla niſi ge
neratim fit mentio. Et tamẽ vidi ipſe litteras, Roma huc delatas: quibus ſigni/
ficabatur: nuntiatum ex Bononia in Vrbem fuiſſe: ad trecentos gallos, magnæ
autoritatis viros, præter gregarium militem in eo certamine occubuiſſe. Et de
his hactenus. Pauca ſubnectam de Florentinorum ſtatu. Augent indies nume/
rum equitum peditumq́ in caſtris, apud Pontem aderam. Nõnulli etiam Florẽ
tini ciues, accæpto ſtipẽdio in militiam aduerſus Piſanos profecti ſunt: & diui/
tiis quidã & genere illuſtres. Aduexere præterea eo his diebus tormenta & ma
chinas: quæ erant in palatio Florentino: conduxeruntq́ ad hoc virum ſtrenuũ
Camillum Vitellium, cum multo equitum ac peditũ delectu. Deniq́ relictis ad
montem Pollitianum paucis copiis ad oppugnationem oppidi: omnes belli
vires ad Piſanam expeditionẽ conuerterunt. Cõſulat Dominus vexatæ ac per/

turbatæ

turbatæ Italiæ:ac iuxta propheticum promiſſum,det omnibus pacem:pacem, iis,qui longe:& pacem,iis,qui prope. Vale.Princeps inclyte, cum Illuſtriſſimo Dominio.Florentiæ.Die.xvii.Iulii.Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum.XLVI.

a Llatus eſt tandem Florentiã,fuſi fugatiq; a vobis Regis nuntius.Quẽ nimirum excæperunt omnes ſingulari lætitia: & maxima imprimis Veneti nominis cõmendatione.Aggreſſos vos prædicant prouinciam iſtam, pro tuẽda Italiæ libertate,magno conatu ac viribus:proſecuturoſq; illã indies longe maiore.Niſi apposuiſſetis manum vos:actum facile fuiſſe de Italiæ prin cipatibus.Debere illos clementiæ veſtræ ſingulos mirum in modum:atq; vni cam ſpem ſalutis ſuæ in veſtro collocatam eſſe præſidio.Oſtẽdiſſe modo vos, eſſe viros virtutis:qui terra mariq; nihil obmiſeritis:quod ad nauandam fœli/citer operam præuideritis poſſe conferre. Et quando gubernaculis tractanda ſunt bella:plurimum conſilio & prudentiæ Senatus,in diſponendis rebus bel/licis tribuunt.Multum valuiſſe aiunt foris arma & apparatus:eo q͏ non defue/rit conſilium domi.Deniq; gratias agunt Deo:q͏ inuẽti tandem fuerint:qui nõ formidauerint reſiſtere in faciem Barbarorum iſtorum:quiq; onuſti etiam præ da ſuperiores euaſerint.Multa in hanc ſententiam conferri in populo: ac mihi etiam ab aduentantibus referri audio. Diſſimulant tamen nonnulli propalam huiuſmodi ſermonem effundere:ne ad aures regias ab exploratoribus,quos di cunt non deeſſe Florẽtiæ,perferatur:geſtire iſtos lætitia in illius calamitatibus: cuius amici videri volunt.Ego quoq; imprimis gratulor cõmodis veſtris,ho/nori veſtro,optime Princeps ac Senatus inclyte.Nã quia prœlia Domini vos prœliamini:iccirco adepti eſtis hoc egregio facinore immortalem gloriam.In duti ſiquidem,prout accæpi,armaturam Dei:indicta videlicet nomine publico oratione & elemoſina,reſtitiſtis viriliter in die malo.Fuit vobiſcum dominus: atq; a dextris veſtris confregit in die iræ ſuæ Regem:& conquaſſauit capita in terra multorum.Opto fœliciores indies ſucceſſus:cuius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti:deprecans obnixe:vt hoc iuſtiſſimo bello eam tranquillitatem & pacem cõſequamini:per quam tuto vobis liceat, iuxta Eſaiæ vaticinium,cõflare gladios veſtros in vomeres, & lanceas veſtras in falces.Noui hic aliud nihil ſcribendum occurrit:niſi q͏ Florẽtinorum caſtra indies apud pontem Aderam muniuntur magis,& militum numero, & vario genere tormẽtoꝝ.Vale Princeps inclyte,cũ Illuſtriſſimo Senatu.Florẽtiæ.Die. xxiiii.Iulii.Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum.XLVII.

e Xorta eſt Senis pauloante ſeditio: clauſis per triduum Vrbis portis. Inſurrexiſſe aiunt patritios in plebem:obtrũcatoſq; vtrinq; tumultua rio certamine ad quadraginta viros.Inclinaſſe dicũt gallos,qui Senis ſunt,in fauorem multitudinis contra nobiliores:ex quibus etiam aliquot fuiſſe interfectos. Maximum imminere ciuitati illi excidiũ ob inteſtinas diſcordias: multi opinantur.Florẽtini quoq; nonnulla oppida,in ea regione, quam Lune/ſanam vocant:quæ gallus autũno occuparat:ſpontanea deditione recæperunt. Ad hæc magna coacta militum manu: acceſſitoq; ex monte Pollitiano Duce

Vrbinate:ac traducto cum ingenti exercitus robore in caſtra ad Pontem Ade/ram:indixerunt nudius quartus per omnia monaſteria & templa orationes & ſacrorum ſolénia. Vulgatum eſt hac de cauſa,poſtridie eius diei moturum e ſtationibus exercitum: ac Piſas verſus iturum. Nihil tamen adhuc certi habetur. Camillus vitellius:de quo ſuperioribus meis ſcripſi tuæ celſitudini: nondū militare Florentinorum ſtipendiis cœpit. Hæc modo in Aethruria. Cæterū ſignificatum eſt Florentiæ:Apuliam totam,ſeu bona ex parte,ſub primum fere Claſſis veſtræ acceſſum,in fidem veſtram veniſſe. A domino ſane factum eſt iſtud. Cupio:vt implere dignetur in vobis:quod multo ante Iacob repromiſit dicēs. Dilataberis ad orientem,& occidentem,& ſeptemtrionē,& meridiem,& benedicentur in te & in ſemine tuo omnes tribus terræ. Hoc deberi iuſtitiæ veſtræ: cuius ſitis præ cæteris hac tēpeſtate obſeruatores atq; cultores,pleriq; hic affirmant. Hoc vt vobis eueniat,geſtiunt. Decere enim vos haud iniuria lōge lateq; dilatare fines veſtros:qui dilatato corde in caritate,autores modo fueritis cōſeruatæ in Italia libertatis. Vale Princeps Illuſtriſſime,cum inclyto Senatu. Florentiæ. Die. vltia. Iulii. Mcccclxxxxv. Hieronymo Veneto Monacho. XLVIII.

I Itis moleſtias feras æquo animo. Speciē tibi publici certaminis præſeferre debent priuatæ contentiones. In hoc tamen meliore es conditione:q; timere propterea non habes neq; animæ neq; corporis interitum. Fatigaris pro religione ad meritum haud exiguum: reddetq; tibi deus mercedem laborum tuorum. Interea viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum. Ingenium habes:doctrinam habes: linguam eruditā habes. Talētum accæptum eroga:ne ſi in ſudario repoſitum,aut terra defoſſum tenueris:puniaris ab eo,a quo accæpiſti:cum ſit homo auſterus:tollens, quod nō poſuit:& metens,quod non ſeminauit. Seriem pugnæ in agro Parmenſi plene expoſuiſti:fuitq; mihi gratiſſima hæc tua certior ſignificatio:q; res Veneta ſupior fuerit:adepta plurimum vtilitatis & gloriæ. Voluiſſem:vt de Apulia quoq; ſcripſiſſes mihi aliquid:quam ferunt in Venetorum noſtrorum ius conceſſiſſe. Et vtrum oppugnatione ac vi:an facta deditione,ſint ea potiti. Verū vt ſcias,quæ circa me gerantur:Abbas Sancti Michaelis de Arretio,& frater Iacobus,& frater Nicolaus,quem huc accerſieram ex Fonte Bono,præter alios duos, qui ad hanc familiam Camalduli minoris pertinent:hic modo febræ laborāt:adeoq; grauiter:vt medicus bis eos viſitet per ſingulos dies. Aſſueti æſtate Caſentinatis noſtri,alpeſtri illo ac puriore Fontis Boni cœlo:cauſantur æſtus iſtos Vrbanos,& aerem craſſiorem:q; ideo morbo hoc fuerint implicati. Hortat̃ me frequentibus litteris & nuntiis familia noſtra maior:timens mihi horum exemplo:vt ſe reuiſam,præſertim poſt tot menſes:qñ etiam ibidem multa me maneant expedienda negocia. Contra ego,qui deeſſe officio meo vel minima in re nollem:hactenus reieci petentes. Creſcente indies infirmorū numero:& poſtulantibus noſtris, vt hinc diſcedam: adieci animum,vt ad Fontem Bonum me reciperem. Nolui tamen hoc prius efficere: q̃ certior a me de ſentētia meæ factus,aliquid ipſe mihi reſcriberes. Explorabis,quid ſuper hoc ſentiant patritii illi noſtri. Primum quidem functus demādato mihi munere videor. Et ſi ad

nihil

nihil aliud mihi eſt immorãdum Florentiæ:q̃ vt ſcribam quæ hic noua occur/runt:idipſum & in agro Caſentinate poſſum facile implere. Curabis hoc nego/cium & ſtudioſe & prudẽter:ne forte me detrectare Illuſtriſſimi Dominii ac Se natus obſequium putent. Præſtolabor reſponſum tuum:nec me hinc mouebo: niſi tuas prius litteras accæpero. Mirari ſatis non poſſum:qũo factum ſit: vt nõ obſignatæ tibi redditæ ſint meæ ad Dominium litteræ. Ex quo id nequit infe/ctum fieri:curabo ne iterum ita eueniat. A Bernardino Priore nondum ex vrbe litteras accæpi. Scio tamen ipſum.xxiii.huius menſis die Romã perueniſſe in/columen. Vale. Florentiæ. Die. vltima. Iulii. Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. XLIX.

i Vſto Dei iudicio factum creditur: vt vindicare ſe de gallis cœperint, male hactenus de ſe meritis, Florentini vel inuiti ac renitentes. Poſt imploratam per hos dies opem diuinam, & ſacra Deo exhibita : cõtulit ſe ipſo rum exercitus ad oppugnandum Pontem de ſacco:oppidum decem a Piſis di ſtans milibus paſſuum. Admotis eo caſtris vbi viderunt oppidani tormentoꝝ iactu & vi dirui ſibi mœnia:miſerunt oratores ad Florentinorum legatos : qui ſe certis conditionibus dederent. Interea iuſſerũt legati:ne quis loco iniuriæ ali quid inferret:ſuperſederentq; omnes a dimicatiõe. Aderat in caſtris Comes qui dam Montis Dolii:iuuenis impiger:vnus e copiarum ducibus:ac Florentinis affinitate coniunctus. Hic autumno præterito a gallis in pace captus vinctuſ/q;:ac nõ modo variis ludibriis, verum etiam vulneribus affectus: multa demũ pecunia redemptus eſt. Haud itaq; immemor illatæ ſibi contumeliæ: ſiue diſſi mulato, ſiue contempto legatorum imperio : cohiberi cum ſuis non potuit, vt a pugna abſtinerent. Conſerto deniq; prœlio adorti ſunt gallos:qui circiter cẽ tum, ſeu Piſanorum ſeu Regis nomine, oppidum tuebantur. Tantus vero fuiſſe dicitur impetus militum, hoc Comite autore ac duce in ipſius vltionem ruẽtiũ: vt legatis recæptui canere crebro mãdantibus minime obtemperauerint : atq; ad ſeptuaginta, miſericordiam licet ſuppliciter implorantes, ferro ictos obtrun cauerint:excitatũq; ſemel furoris incendium non aliud flumen, q̃ effuſio gallici cruoris extinxerit. Reliqui fuga dilapſi ſunt. De oppidanis pauci admodum de ſyderati referuntur:& ii ſolum qui de induſtria Belgicum habitum induerant: ſperantes fore:vt ab hoſtibus galli exiſtimati, facilius ſeruarent̃. Sed & hoc quo q; affirmant: conciſos fuiſſe ac dilaniatos omnes gallos a militibus prædæ in tentis:inuentoſq; in occiſorum viſceribus aureos multos: quos ſinguli fere, ti/more appropinquantis execitus territi, hauſerant:quemadmodum auri auidiſ/ſima, ſuapte natura, gens illa eſt. Capto demum oppido, ad Caſſinam oppidum aliud munitiſſimum, tertio a Ponte de ſacco diſtans lapide, ire perrexerunt. De Florentinis hactenus. Senenſes autem tertia huius menſis die, iterum inter ſe conſeruerunt manus. Miſeranda ſane eorum conditio : qui non aduertunt : ꝙ omne regnũ, Dominico teſtimonio, in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Vale Prin ceps optime, cum Illuſtriſſimo Senatu : quẽ opto perpetua fœlicitate gaudere. Florentiæ. Die. vii. Auguſti. Mcccclxxxxv.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi. L.

n Ihil vtilius meo iudicio contigiſſe potuit Abbati Carcerum: q̄ vt hu/
ius ætatis, qua ei recæptui canendum eſt, ſponte beneficio ceſſerit. Nā
vt taceam: conſultum fuiſſe Abbatiæ: vt quandocūq; hinc deceſſerit,
dubitaturus non ſit: habiturum ſē aliquem quem noluiſſet ſucceſſorem: poterit
hos pauculos quibus ſuperuicturus eſt dies, in excolenda tantummodo animæ
poſſeſſione conſumere. Et forte theſaurum abſconditum in agro inueniet præ
tioſiorem omni auro: quod plurimum in vita ſua adeptus exiſtimatur. Non illū
pœnitebit: dediſſe modo omnia bona ſua: vbi eum inuenerit. Sciensq;, q̄ velox
ſutura ſit depoſitio tabernaculi ſui: cum ſit fere nonagenarius: cōtēptis atq; abdi
catis penitus rerum ſæcularium curis, in ſola conſequendæ immortalitatis ſpe
requieſcet: Dicetq; ex corde ad dominum. Suſcipe me ſecūdum eloquium tuū:
& viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Et iterū. Quando veniā:
& apparebo ante faciem Dei? Itemq;. Educ de cuſtodia animam meam ad con
fitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi. Poteſt nūc per
iſta diſcurrens, lætabundus dicere. Nunc ſcio vere: quia miſit Dominus Angelū
ſuum: & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Iudæo/
rum. Quis hic fuerit angelus conſyderanti mihi, tua ſuccurrit potiſſimum di/
gnatio Domine colendiſſime: qui tanq̄ miſſus a Deo, ſeruatū diutiſſime in car/
cere, tua opera & interceſſione vinctum cathenis duabus liberaſti. Et vide qūo
etiam rei ac nominibus dies congruat. Eodem die Angelus tu ideſt miſſus ad
Pontificem, eduxiſti Petrum Seniorem de monaſterio Carcerum: quo alterius
Petri olim ſeruati in carcere liberatio celebrat̃. A Domino factum eſt iſtud: qd
vtinam fœlix fauſtūq;, tum nouo Abbati iuniori nepoti eius, tum vniuerſo no/
ſtro ordini futurum ſit. Quātum ad me attinet: pro tam vtili opere, conſeruato
videlicet adhuc religioni noſtræ tā nobili ac prædiuiti cœnobio, ingentes tuæ
pietati gratias ago. Retribuat tibi ꝓ nobis Dominus in cœlo & in terra. Si im/
petrare voluerit Prior Sancti Miachaelis breue illud pro vicario congregatio/
nis: de quo alias vltro citroq; litteras conſcripſimus: ne prohibeatur: ſaluo ta/
men generalatui iure ſuo: cuius fiat expreſſa mentio. Quod penitus tuæ ſapien
tiæ diſcretioniq; committo in omnibus. Sum modo hic Florentiæ inuitus: vt
aliis ſatiſfaciam: ſi tamen ſatiſfacio. Viderint ipſi: qui ita voluerunt. Spero tamē
breui fore: vt redire mihi liceat in optatiſſimam noſtram ſolitudinē. Cuius vo/
ti, vt citius compos fiam: orare dignaberis Domine colēdiſſime pro me ſeruo
tuo: cui me plurimum cōmendo. Vale. Florētiæ. Die. vii. Auguſti. Mcccclxxxxv.

Benincaſæ Priori Pratalis. LI.

v Iſitauit te Dominus oriens exalto, ad vtilitatem animæ & ſalutē. Voui
ſti in infirmitate, ſeruaturum te triennio regularē vitam, in vna domo
rum noſtrarum, quam ego maluiſſem: idq; abſq; vllo ſalario. Admiſiſſem liben
tius votum tuum: ſi non ad tempus, ſed per omnem vitam tuā, hoc te decreuiſ/
ſes facturum. Quamq̄ enim id ſemel in profeſſione promiſeris: oſtendiſſes tñ
ſecundo perfectiorem conuerſionem: ſi abſq; vllo termino ei fores ſeruiturus:
qui vitam ſine termino nobis donat in patria. Perſeuerantiam bonorum operū
& piarum actionum in nobis remunerat Deus: qui nobis perpetuum atq; im/
mortale

mortale præmium repromiſit. Nam qui perſeuerauerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Potuiſti, ſi ita feciſſes, facile ſperare vt cẽtuplum acciperes: & vitam æternã poſſideres. Et adeo puſillo atq; anguſto animo fuiſti: vt poſueris terminum miſerationi Domini: qui te a porta inferi ſua clæmẽtia reuocauit? Vide: ne quãdo non plene te illi gratum exhibueris: ſentias denuo affligentem: quem non magnifeciſſe viſus fueris indulgentẽ. Vale. Florẽtiæ. Die. ix. Auguſti. Mcccclxxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarum. LII.

s Cripſi ad hanc vſq; diem per ſingulas ebdomadas ſemel, & interdum ſæpius, dignationi tuæ: ex quo primum cœpi ſcribere. Et ne a meo deficiam inſtituto: q̃uis nihil alicuius momenti, ſcribendum occurrat: paucis vel modo, meo tecum vtar munere. Miſerunt iſti his diebus alios legatos duos in caſtra: quæ in Piſano agro conſident: Franciſcum Valorium & Paulum Antonium Soderinum. Aliud præter ea, quæ nouiſſime ſignificaui, ab his adeptum audio nihil. Quin heri allatum eſt: apud Montem Politianum, vbi altera ſunt Florentinorum caſtra, rem minus proſpere fuiſſe geſtam: compluribus de ipſorum exercitu tum interfectis tum captis. Hæc foris. Domi vero quotidie habetur Senatus: & quæ in eo pertractantur, magno atq; (vti ita dicam) Veneto obteguntur ſilentio: edicta grauiſſima pœna: ſiquis vetita cuiq̃ reſerauerit. Conſtitutum etiam fuit haud multo ante ex Senatus decreto: vt quando Comitium, quo hactenus ordo patritius creandorum magiſtratuum cauſa coire conſueuit, vix ſexcentorum ſit ciuium capax: aliud conclaue ampliſſimum conſtrueretur. Huic exædificando atq; erigendo magnis incumbunt conatibus: quo frequentior ac numeroſior populi multitudo cõueniat. Qui vtrũq; viderũt: maius hoc futurum veſtro illo affirmant: & vltra duo milia ciuium commode capturum. Nituntur Florentini in hoc nouo rerum ſtatu gubernantium multitudine: non ignorantes quid per ſapientem ſcriptum ſit. Ibi ſalus: vbi multa conſilia. Det illis Dominus: vt multitudinis ciuium ſit cor vnum & anima vna: nec quiſq̃ ſuũ eſſe aliquid dicat: quod ad commune reipublicæ beneficium ſpectare cognouerit. Vale Princeps Illuſtriſſime cum inclyto Senatu. Florentiæ. Die. xiiii. Auguſti. Mcccclxxxxv.

Petro Delphino. LIII.

q Vi mei ſunt propinqui: iidem & tui ſunt. Si te in eorum profectione illis obtuliſti: ſi illos (vt ſcribis) complexus es: non tã meis, q̃ tuis hæc omnia exhibuiſti. Gratias tamen ago tuæ nobilitati & ego eorum nomine: cui haud ſecus atq; illis eadem tuæ pietatis officia præſtitiſſe te arbitror. Quod. n. vni ex minimis meis feciſti: mihi feciſti. Longe ſane magis Nicolao ipſi: qui caro & frater noſter eſt. De nimbo & ꝓcella, in aſcenſu nauis exorta, nihil ſcribo: niſi ꝙ benedicendus eſt deus: qui id permiſit accidere, adhuc anchora fundante nauem: & ea minime ſoluta e portu. Admoniti ſunt ea tempeſtate nautæ: ne ſe in caute mari credant: meminerintq; in trãquillitate & malachia naufragii: quo vitetur facilius. Si litteræ noſtræ, in Senatu recitatæ, magna (vt ſignificas) audiuntur attentione: ob ſcribẽtis fidem ĩ patriam id potiſſimum euenire exiſtima. Vellem ea mihi ſcribenda occurrerent: quæ læto animo ab Illuſtriſſimo Senatu exciperentur. Quis ſit Florentinorum ſtatus petis a me edoceri: cum multi

ſint Venetiis Florentini:qui de huiuſmodi rebus publicis,ſæpius certiores fiāt. Recæperunt his diebus nonnulla oppida in agro Piſano:diſtātq; a Piſis Florē/tinorum caſtra ad decem milia paſſuum.Piſani ſe conſtantiſſime tuentur: & vltima potius paſſuri creduntur:q̄ ſe vllis cōditionibus dedāt. Vale.Florētiæ.Die.xvii.Auguſti.Mccccl xxxxv.

Auguſtino Barbadico Principi Venetiarū.LIIII.

m Vltum indignationis atq; odii concæperūt Galli,qui ſunt Piſis,aduerſus Florentinos : propter interfectos ab eorum exercitu ad octoginta ſuæ nationis gallos apud Pōtem de ſacco.Et niſi obſtitiſſet Dominiū Piſanum illorum furori: quotquot Florentini,eiuſdem Dominii fidei commē/dati in agro Piſano morabātur:aut aquis ſuffocati,aut alias ferro trucidati fuiſ/ſent.Inde tamen profugi multi venerunt Florentiam : de quibus aliqui locuti ſunt mecum.Fratres Camilli Vitelii,qui eſt apud Regem, venerunt Piſas cum equitibus ducentis,optime inſtructis: aduerſanturq; pro viribus Florentinorū caſtris.Laudata eſt magnopere ab omnibus,addita dudum ſtipēdiis veſtris cō fœderatio Bouis: quam maximi faciūt omnes.Viros aiunt ſtrenuiſſimos illos eē:ac bellis exercitatos.Sperāt multi,haud dubie fore:vt huius bouis cornibus florentiſſimo exercitui veſtro additis,facile ſitis ventilaturi galliam ac deuaſta/turi.Et de his hactenus . Cæterum quando ad cuiuſq; patriæ decus & cōmodū pertineat:vt ſemel Deo dicata monaſteria,conſueta gaudeant libertate:neq; in alienum ius tranſferri permittātur:cōfiſus de tua pietate Sereniſſime Princeps, deq; religioſiſſimo iſto Senatu:cōmendo vobis ſupplex Abbatiam noſtram de Carceribus . Ea ſenioris Abbatis conſenſu,collata eſt a Pontifice nepoti,noſtri ordinis monacho,viro probo,& in illius gubernatione per complures annos exercitato . Si indiguerint noſtri,ad capiendam Abbatiæ poſſeſſionem, fauore veſtro:precor vt præſto ſit futurus petentibus.Conſeruare cupimus hæreditatē patrum noſtrorum:non aliena rapere aut occupare.Cucurrerunt ad hoc brauiū iamdiu multi. Placuit Deo:ſic nos quoq; animare ad curſum: vt debiliores li/cet,priores tamen compræhēderimus.Riliquum eſt:vt canonice compræhenſum,veſtro demum patrocinio pacifice poſſideamus.Obligabitis hoc facto,iuſtitiæ atq; æquitatis pleno,tum omnem religionem noſtram, tum vero imprimis me ipſum veſtri obſeruantiſſimum,lōge cumulatius celſitudini veſtræ:pro cuius incolumitate ac fœliciore ſtatu ſemper,ſicut hactenus fecimus,ſumus de/precaturi . Vale Princeps Illuſtriſſime cum inclyto Senatu.Florentiæ. Die.xix. Auguſti.Mccccl xxxxv.

Matthæo Priori Sanctæ Mariæ in Portu.LV.

f Ecerunt quidam de fratribus tuis, biennio ante contra monaſterium Claſſenſe:quod nequaq̄ bonos vicinos decuit.Eiectum ex Abbatia,& manifeſtum ordinis ſui rebellē,tueri obſtinato animo voluerunt:data illi haud modica pecunia:& accæptis ab eo,pro conflato ære alieno,libris cēſuū:vt hoc apud ſe depoſito pignore,quod nimirum maximi facimus,aut reſtituendā ſibi mutuatam pecuniam non dubitarent: aut(quemadmodum opinantur multi) maiora ſperarent:ſi ille in monaſterium victor rediiſſet. Non probamus factū vllo modo:& neminem noui,cui id notum ſit:qui non fuerit plurimum admi/ratus ne ſcādalizatus dicam.Idem te quoq; ſentire mecū non dubito:qui præ/

ter ſingularem

ter ſingularem doctrinam ea es pietate ac religiõe prædítus:vt huiuſmodi ſæculares contractus atq; inhoneſtas conuentiones exhorrere te certo ſciã. Quãobrem cum te audierim Rauennæ nunc eſſe: demandatamq; tibi fuiſſe cœnobii Sanctæ Mariæ in Portu adminiſtrationem & curam : expoſtulandum duxi tecum,homine amiciſſimo atq; integerrimo, illatam nobis a tuis fratribus iniuriam:illatum damnum. Nam & autores fuerunt dilati litigii: & fraudauerunt noſtros ſuorum cenſuum fructu. Latere vtiq; illos non potuit: q͵ iniuſtiſſimam cauſam foueret Vrbanus. Quid.n.iniuſtius:q̃ contra ſuam religionem pugnare? Quod ſi id ignoraſſent penitus:nunquid non aduerterunt:q̃ti foret periculi:bona Claſſenſis monaſterii,ſiue immobilia illa cenſueris,ſiue prætioſa mobilia occupare? Sed viderint ipſi,qui hoc fecerunt:vtrum ſint cẽſuris obnoxii. Te tantum precor:vt componere pro tua ſapientia hoc negociũ cures. Nã & pati nõ poterũt diutius noſtri iniuſtã rerũ ſuarũ alienationẽ:& maiorẽ infamiã (qd certe nollẽ)cõtrahẽt tui:ſi decertare,& iudicio contendere voluerint. Vale pater optime. Ex Fõte Bono. Die.xii.Septẽbris.Mcccclxxxxv. Petro Delphino.LVI.

P Roſperam fuiſſe Nicolai fratris nauigationem in Cretam:ex ſecundioribus,qui per eos dies flauerũt,ventis ac ſereno cœlo coniiciẽdũ duxiſti. Sic Domino placuerit. Apud nos tãta fuit p duos & eo amplius mẽſes pluuiarũ vis : vt ſecũdo aut ad ſummum tertio quoq; die hymbres ruerint. Adeo ſerotinam trituram,ob frequentes procellas & ventorum turbines, non eſt qui meminerit. Videas adhuc paſſim per areas frumentum in aceruos congeſtum:quod deteri hactenus & recõdi minime potuit. Imperet Dominus pro ſua clæmentia tempeſtati:& aeris intemperiem procul fuget:& fiat tranquillitas magna:neq; ſecundum peccata noſtra retribuat nobis. Abbatia Carcerum adhuc ſeruata eſt ordini. Fraudati ſunt multi ſuo deſyderio : qui illam ſitiebant. Currẽtibus ad hoc brauium plurimis: Dei miſeratione inuentus eſt nemo:qui præcucurrerit citius Petro:illo inq̃ Petro ſeniore ac pleno dierũ:qui diutiſſime ſeruatus in carcere,facta tandem oratione ab eccleſia noſtra ad Deum pro eo,& ſeipſum & Carceres vna opera liberauit. De publico Florentinarum rerum ſtatu,nihil ſcribo:quoniam certi nihil habeo. Multa quotidie confinguntur:multa hinc inde mendacia volitant. Sperare tamen videntur iſti, reſtituenda ſibi a rege oppida:quæ hactenus occupauit. Vale. Ex Fõte Bono. Die.xiiii.Septembris. Mcccclxxxxv. Petro Delphino.LVII.

R Etulit mihi quem deſcripſiſti cataclyſmũ antiquum diluuium: quãdo tempore Noe fabricata eſt archa. Quis enim facile credat : aquæ pluuiatilis deſcenſu tantam repente factam fuiſſe inundationem: vt in riuoalto dimidium pedis erecta & ſupereffluens,coegerit qui aderant ſedilia conſcẽdere? Atra nimirum ac fœda fuiſſe tempeſtas illa debuit:quæ vno fere momento tantum excuſſit hymbrem. Illud vero mirabilius:quod ſignificaſti:raptã nymbo in ſublime de nauicula ſtoriam,nuſq̃ comparuiſſe. Et forte a Domino factum eſt iſtud:vt ſecreta licet naturæ vi effuſa aquarum inundatio nos admoneret:vt in tanto rerum turbine ac vexatæ turbatæq; Italiæ tumultu, imploremus multis lachrymis cæleſte auxilium:& ploremus corã Domino,qui fecit nos. Et vide:

an fortaſſe non incongrue ſtoria illa in altum ſublata, mentium noſtrarum in/
nuat exceſſum. Quid enim eſt ſtoria: niſi ſtramentum in quo iacemus : & ſom/
num capimus? Quaſi igitur (vt ego ſentio) excitari videmur hoc ſtoriæ raptu,
ad erigendam aciem mentis in Deum: ne ſemper iaceamus & dormiamus, ſi/
cut & cæteri: qui ſpem non habent. Audi apoſtolũ: ad hoc ipſum nos cohortan
tem. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et alibi. Si cõſurrexiſtis cum Chriſto:
quæ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs: quæ ſurſum ſunt
ſapite: non quæ ſuper terram. Hoc ſi fecerimus : Gallorum impugnatiões atq;
congreſſus facile ſuperabimus: nec ſaluabitur Rex per multam virtutem. Vale.
Ex Fonte bono. Die. xv. Septembris. Mcccclxxxxv.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani. LVIII.

m Agnifeci ſemper plurimum monaſterium noſtrum Sancti Benedicti
extra muros Florentiæ: neq; ſolum magnifeci : verum etiá arctiſſime
dilexi. Delectatus ſum enim mirum immodũ, tum fide inhabitãtium erga me:
atq; (vt accæpi) erga anteceſſores meos: tum vero loci venuſtate ac ſolitudine:
adeo, vt quieti monaſticæ accõmodatiſſimum, cæteris noſtris haud contemnẽ
dis Florentinis cœnobiis, id facile antetulerim. Nullum aliud video in noſtro
ordine: quod mihi & amœnitate & ſitu, magis illo, Diuum noſtrum mihi re/
ferat Michaelem. Præeſt ibi modo in annũ Domnus Ioannes olim Maior Ere
mi. Cum eo ſunt alii Eremitæ duo: & in ſumma, familia omnis concors ſatis &
bene morata. Adeptum eſt monaſterium bonam famam: poſtq̃ Angelici illi ex
eo deceſſerũt. Et q̃tum ad temporalia, domus eadem bonis omnibus eſt reple
ta. Succurrit itaq; mihi, ad firmandum ipſius ſtatum, vt non facile relabi poſſit
denuo, ſed magis quotidiana capiat incrementa, optimum fore: ſi vniatur con
gregationi illi noſtræ Venetæ. Hoc illi admodum cupiũt: hoc ego imprimis:
qui, vt dixi, ſupra modum loco afficior. Non eſt hæc oblatio paruifaciẽda: nec
reiiciendum munus: quod ſanctiſſimus pater Benedictus ſponte vobis tradit.
Fiet congregationi tam nobilis cœnobii copulatione haud parua acceſſio. Ho
nor multus: & labor nullus. Viſitatio tantum annua aliquid vobis erit latura in
commodi: nec tamen multum. Quãtum enim diſtat Fauentia: ad quam veniẽ
dum vobis eſt, viſitandi Sancti Ioannis gratia, ab Vrbe Florentia? Biduo com/
mode iter perficitur. Viſitabitis hac occaſione generalem veſtrum: quem diligi
tis: cuius diuturniorem abſentiam ægre fertis. Communicabimus inuicem ſæ/
pius negocia ordinis : apparebitq;, quemadmodum re vera ſumus, vnũ ouile,
& vnus paſtor. Cõferes, quæ ſcripſi, cũ aliis: ad quos pertinere huiuſmodi rem
cognoueris: & mature capto inter vos conſilio, quid decreueritis, ſignifica. Si vt
cõſului factum fuerit: facile adducor vt ſperẽ: futuram haud ita multo poſt lon/
ge ampliorem in noſtro ordine reformatiõem. Dominus ſit in corde tuo & in
labiis tuis. Abbas Volaterranus nihil aliud cupit: q̃ Abbatiæ conſulere. Requiſi
uit me pauloante per internuntios: vt hoc tentarem apud Cardinalem de Me/
dicis: cui viuente Laurentio monaſterium reſignauerat: hac tamẽ lege: vt dum
ipſe ſupereſſet, nihil in eo habiturus eſſet poteſtatis. Deiecit lapidem in puteum
delirus ac ſtultus Senex : quem multi ſapientes ſimul non poterunt educere.

Commendo

Cómendo vobis prioratum Angeloꝝ Bononiæ. Neq; enim talis eſt: vt cōtēni
debeat, ac reiici poſt tergū. Tibi potiſſimū dicitur cōgregationis Vicario. Curā
illius habe. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Septembris. Mcccclxxxxv.

Mariano Prædicatori. LIX.

g Ratiſſimæ mihi fuerūt, Mariane pater, lr̃æ tuæ: quæ ſolitā erga me ca
ritatem tuā minime refriguiſſe, liq̄do præſeferunt. Quin imo feruere
& accēdi indies magis videtur. Euāgelizādi officio intētus, nō es oblitus mei:
& quæ tibi cōmēdauerā corā neq; vrgētius quidē, ne te maioribus atq; dignio
ribus occupatū ad noſtra viliora negocia impudētius auerterē, tāta diligentia
curaſti: ac ſi te mihi ſoli vacare oportuiſſet. Reddidiſti fideliſſime ꝓpriis mani/
bus colēdiſſimo Cardinali lr̃as meas: & ſponte, imo & prōpte currēti in nego/
cio Carceꝝ, et calcaria ſubieciſti. Pro q̄bus tibi ago gr̃as. Illud vero haud facile
admiſerim: ꝙ mei cauſa factus ſis carior Reuerēdiſſimo Cardinali. Nō opus ha
bes mediatore & iterprete, ad conciliandā tibi cuiuſq̄ gratiā. Deuincis tibi oēs
virtutibus tuis: quas tibi donare dignatus eſt Dn̄s. Allicis q̄ primū (vt reliqua
tua præterea meritoꝝ inſignia) ad te diligēdū: vbi q̄s te euāgeliſtæ opus faciē/
tem audierit: vbi tuba illa inſonueris ſalutari. Bn̄ tn̄ facis pr̄ mi: ꝙ humilia re/
ſpicis: & alta a lōge cognoſcis: ꝙ alieno tribuis merito: quæ nimiꝝ tuo es cōſe
cutus. Edoctus es ab eo iāpridē: qui dicit. Diſcite a me: quia mitis ſum, & humi
lis corde. Nō es itaq; mea opa factus carior cōi patrono: cui anteaq̄ te noſſem,
eras cariſſimus. Neq; factā p me apud illū gratiæ in te ſuæ acceſſionem vllā pu
tes: quæ iādiu cumulatiſſima pſeuerauit. Pro Reuerēdo pr̃e vr̃o generali, graui/
ter ægrotante, factæ ſunt hactenus, ſicut ſcripſiſti, or̃ones ad Deū: effuſæ preces.
Si cōualuerit de infirmitate: bn̄dictus Deus: q̄ pcutit, & ſanat: mortificat, & viui
ficat. Sin minus: opto, vt trāſlatus fuerit ad imortalitatē, & ad illū cœleſtē ſpiri
tuum beatoꝝ cōſeſſum. Vale & pro me orā. Ex Fonte bono. Die. xviiii. Septem/
bris. Mcccclxxxxv.

Benincaſæ Priori Pratalis. LX.

ſ Ine lectione veteris ac noui teſtamēti, cæci ſumus: & ābulamus in no
cte: & quēadmodū i ſacris lr̃is legitur, palpamus in meridie: ſicut pal/
pare ſolet cæcus in tenebris. De primogenito Aſini: de quo nuſq̄ te le
giſſe affirmas: ſcribit̃ Exodi tertiodecimo, itē vigeſimoquarto capitulo. Primo
genitū Aſini, mutabis oue. Aſinus iuxta opinionē fere omniū theologorū, inter
imunda computabatur aīalia: quæ non offerebātur Dn̄o. Iccirco permutabatur
oue: quæ, mūdū eſt animal. Quod myſtice nr̃i interpretātes: per aſinū imundi/
tiam: per ouem inocētiā ſignificari voluerunt: vt nouerimus imundæ vitæ pri
mordia, inocentiæ ſimplicitate conuertere. Sunt qui etiā ſentiant: primogenitū
aſini, quantū ad aliquid, poſitum fuiſſe cum animalibus mūdis. Et hoc ideo: ꝙ
fuerunt aſini nō paruo adiutorio filiis Iſrael: cum egrederētur de ægypto: quo/
niam & mulieres eorū, & paruulos, & alia ipſorum onera cōportauerunt. Iccir/
co neq; offerebatur, tanq̄ penitus mundum: neq; occidebatur, tanq̄ omnino i/
mundum: ſed permutabatur oue. Non permittit tuarum lator, vt prolixius ſcri
bam. Satis tibi modo futurum ſit, tumultuarium hoc reſponſum noſtrum. Va/
le. Ex Fonte bono. Die. xxv. Septembris. Mcccclxxxxv.

a Bſoluta triduo Muſoleæ vindemia,facile indicat:q̄ parũ vini hoc an/
no reponẽdũ ſit nobis.A Dño factũ eſt iſtud.Scãdalizari ꝑpterea ne/
mo nr̃m debet.Si nõ poterit familia ſanguinẽ vuæ bibere meraciſſimũ:vel di/
luto cõtenta ſit. Quod ſi maior etiã futura ſit vini inopia,quam vt dilutum ſit
bibendum : fiant ſecundaria ſiue etiam tertiaria vina : quæ deuteria & lota vo/
cãtur:maceratis aqua vinaceis,poſt muſtũ acinis expreſſum. At ſi præ vuaꝝ pe
nuria neq; hmõi potiõe replẽda ſunt celæ noſtræ vinariæ dolia:& vacua cado/
rum pars neceſſario eſt relinquẽda:habemus Fontẽ bonũ:Fontẽ viuũ:Fontem
aquæ ſaliẽtis in vitã æternã.Implebimus Apoſtoli cõſiliũ dicentis . Bonum eſt
homini:nõ mãducare carnes:nec bibere vinũ.Itemq; Salomõ : Cogitaui,inqt,
abſtrahere a vino carnẽ meã.Luxurioſa enim res,ſicut ipſe alibi ait , eſt vinũ:&
tumultuoſa ebrietas.Quãobrem agẽdæ ſunt Deo gratiæ:q; ſuppeditari nobis
abũde ſuauiorẽ vini liquorẽ noluerit:ne eo inebriemur, in quo eſt luxuria. Sed
ea potius ebrietate,& ſenſu & mẽte excedamus in Deũ:de qua in pſalmo legi/
mus.Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ:& torrente voluptatis tuæ potabis
eos:qm̃ apud te eſt fons vitæ:& in lumine tuo videbimus lumẽ.Lætificat qdẽ
vinũ cor hominis,ſi modus adſit.Sed ſi copioſius hauriatur:qd in magna abũ/
dantia difficile a multis cauetur:nihil & aĩo & corpori ẽ pnitioſius: nihil,quod
mẽbra oĩa celerius corrũpat.Itaq; & in abũdãtia & in caritate,æque benedicat
Deus.Qui,ſi voluerit,& expedierit nobis:poterit replere vaſa oĩa vino ſuauiſ/
ſimo,abſq; vitiũ ope:& renouare ꝑ arbitrio miraculũ,in nuptiis olĩ factũ.Vale.
Ex Fõte bono.Die.xxv.Septẽb.Mcccclxxxxv. Mauro Priori Caſtricari.LXII.

q Vam tantifacere videris caritatem meam,paternũq; affectũ:nequaq̄
erga te ĩminutũ putes. Sit procul a te iſta cogitatio:abiice exaĩo hãc
curã.Ego diligẽtes me(qd & tu feciſti ex quo te admiſi tenellæ adhuc
ætatis in ordinẽ noſtrũ)& diligo & amo:meiq; moris fuit hactenus:ſeruare in
amore cõſtantiã.Sciens nullã dici merito pfectam virtutẽ poſſe deficiente per/
ſeuerantia.Cũ fueris cõgreſſus cũ domeſticis noſtris:facile perhibere tibi pote/
runt teſtimonium:q̄ affectuoſe,q̄ ſæpe,cum tui ẽt haud vulgari cõmendatione
de te verba faciã.Facio quidẽ hoc ex animo:non coacte,non ficte:qm̃ grata mi
hi filii memoria,quæ nunq̄ excidit,ad promẽdũ de illo ſermonem,ẽt ſingulari
excitat voluptate.Cubiculũ,quod non tã tuo,q̄ meo potiſſimũ noĩe extruxiſti,
probo:& eius oblationẽ libẽter admitto.Quãdocũq; p agrũ Flamineum iter
fecero:& nõ mihi (quẽadmodum hoc anno accidit) in tranſitu curſoris in mo
rem fuerit peruolandum : alliciet me noua hæc ſtructura tua ad diuertendum
apud te:non quidem commodi mei gratia:ſed vt intuear opus manuum tua/
rum:& prioratus tui te præſidente atq; adminiſtrante incrementa. Precaris in/
ſuper,vt ſcribam:& ſimul tuam in ſcribẽdo tarditatem excuſas . Ecce & in hoc
tibi morem gero.Sumus modo apud abbatiam noſtrã Poplenæ : quam anno
præterito (ſicut te minime latere factum exiſtimo) ſacræ noſtræ Eremo vni/
endam curauimus.Sumus autem inter nundinarum ſtrepitus : vbi ab aduen/
tantibus ſine intermiſſione interpellamur.Deeſſe tamen nolui:quin votum tuũ

vtcunq;

vtcunq; implerem. Tu vero perge, vt cœpiſti, amplificare beneficiolum tuum: neq; negligas demandatam curæ tuæ adminiſtrationem. Poſt ædificationem templi, & cubiculi tuo vſui neceſſarii, conſtrue tibi pro loco & redditibus tuis bibliotheculã: in quã bonis & vtilibus atq; imprimis chriſtianis voluminibus refertã, te ſæpius cõferas. Ibi a tumultu rerũ ſæculariũ & perturbatiõe ſemotus, requieſce. In eã recluſus, meditare die ac nocte i lege Dñi: cui dicimus. Beatus homo: quẽ tu erudieris Dñe: & de lege tua docueris eũ. Stude fieri hoc præceptore atq; eruditore, indies doctior & ſapiẽtior. Diuinã ſcripturã exanimo amplectere: neq; ſemp gentiliũ libros euoluas. Dominã ſequere: nõ ancillas. Tunc.n. erit tibi honor & gloria. Nec vtiq; ſolũ tibi: verũ & mihi ipſi: Queadmodum legimus. Gloria patris eſt filius ſapiens. Vale. Ex abbatia noſtra poplenæ. Die vltima Septembris. Mcccclxxxxv. Ioanni Priori Sancti Benedicti. LXIII.

E quibus per lr̃as conqueſtus es: haud multũ miror, q̃ ſint eiuſmodi. Nã & alteri (vt eſt in ꝓuerbio) parꝝ ſalis eſt in cucurbita. Alter contra nimiũ tribuit ſibi. Iccirco vterq; parum tibi obediẽs: imo & monitis tuis obſtinatius repugnãs: ad indignationẽ ꝓuocat cõſtãtiã tuã. Verũ niſi tales haberemus in monaſteriis: in qbus probaretur patiẽtia nr̃a: Ieiunia, vigiliæ, diſciplinæ, & alia id genus, multũ quidem prodeſſe ad pfectionis cacumẽ atq; faſtigium tẽdentibus, certũ eſt. Sed nihil ad maloꝝ falſorũq; fratꝝ tollerantiam. Hoc lõge præſtare cæteris in monaſterio & cõi vita degentiũ operibus, ꝓcul dubio arbitror. Propterea ab Apoſtolo ſtudioſe admonemur. Sola, inqt, patientia neceſſaria eſt vobis. Abſq; hac, illa oĩa nõ virtutes, ſed virtutũ euerſiones dici poſſunt. Inflant.n. operãtẽ: nõ ædificant. Sũma profecto & pfecta virtus, ſemper habita eſt, cũ in aduerſis oĩbus, tum in malis hoĩbus æquo animo pferẽdis, tollerãtia. Quã qui nõ habuerit: proximũ nequaq̃ diligit: in quo nimirũ diligẽdo, legis eſt plenitudo. Alter, inqt Paulus, alterius onera portate: & ſic adimplebitis legẽ Chriſti. Verꝝ vt ad eos redeã: de qbus eſt nobis ſermo: prioris in obedientiã minus moleſte ferrẽ, vtpote cerebro ĩminuti, & carẽtis iuditio. Poſterioris itidẽ elationẽ atq; tumorẽ ideo facile cõtemnerẽ: vt mea diſſimulatione amplius cõfunderetur. In alio educatus & inſtitutus ordine & habitu: amare noſtꝝ pleno affectu nunq̃ poterit. Aſſueſcere nouo viuẽdi ritui, nouis cerimoniis, q̃tũ ego ſæpius exptus ſum, fere ſemp hmõi dedignãtur: & quaſi in aliena trãſfugerint caſtra, non pñt prioris militiæ ſuæ, & cõmilitonum cõuictus, & ducis ſui a quo defecerãt, nõ meminiſſe. Si tñ admoniti abs te acqeſcere noluerint veritati, nõ ſine tuo & alioꝝ fratrum ſcandalo: accerſi Vicarium noſtrum, qui eſt modo Florẽtiæ: & ipſe tibi præſto erit: ſicq; fauebit autoritati tuæ ac meæ pariter: acrius ac ſeuerius in inſolentes & durioris ceruicis animaduerſurus: vt vituperaturi facile non ſint miniſterium noſtrũ. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiiii. Octobris. Mcccclxxxxv. Malateſtæ monacho Burgen. LXIIII.

On ideo cõmendaui apud te nucleoꝝ pineoꝝ vſum: cum de illorum natura incidiſſet ſermo: vt de iis, præſertim ſaccaro illitis, ad me munuſculum mitteres. Eſt quidẽ ſenectæ ætati ſalubris cibus: ſi in prima & ſecũda ſumatur mẽſa: ſed diuitũ potius ac nobilioꝝ, q̃ monachoꝝ & ſeruiẽ

tium Deo.Nam ſi humores optimos gignũt:ſitim ſedãt:vrinã purgant:& alia huiuſmodi præſtãt corpori bñficia:qa tñ & calidũ & humidũ & pingue eſt ſua/ pte natura hoc nucleoꝝ genus:non admodũ decere illoꝝ eſum cõtinẽtiã pro/ feſſos exiſtimo.Eſt enim maioris nutrimenti cibus iſte:q̃ vt iis merito aptiſſi/ mus iudicet':quos Apoſtolus admonẽs,Mortificate,inqt,membra veſtra,quæ ſunt ſup terrã.Quãobrẽ ab huiuſmodi munuſculis in futurũ caue. Cõſpicilibus quæ miſiſti,nocte cõmodiſſime vtor:cũ mihi aliqd legẽdũ eſt minutiſſimis ca racteribus ĩpreſſum.Alias per Dei gratiã illoꝝ adiumẽto minime indigeo.Va/ le.Ex Fõte bono.die.xx.Octob.Mccccl xxxxv. Ioãni Priori Sc̃ti Bñdicti.LXV.

p Lurimũ gaudeo frater:ꝙ cõfirmaris indies magis in caritate:minuſ/ ꝗ frãgeris malorũ pſecutione.Hoc non tã lr̃is,q̃ munuſculis,aperte ſignificas.Bñdictus Deus:qui ĩmittere in cor tuũ dignatus eſt hũc er/ ga proximũ abundãtiorẽ affectum:ac cœleſti te dono replere:vt cõicares cum aliis:& fructũ afferres in patientia.Miſiſti calathum,malis punicis plenũ:vt qđ epiſtola cõſcripſeras,parabola cõfirmares.Emiſſiones tuæ,inqt ſcriptura,para/ diſus maloꝝ punicoꝝ.Alibi vero:Multitudinis,ait,credẽtiũ erat cor vnũ,& aĩa vna.Quid aũt cætũ regularium in vnũ habitantiũ,ac multoꝝ vnitatẽ animo/ rum magis cõmẽdat:q̃ maloꝝ punicorũ fructus?Quẽadmodũ.n.multa rubri cata grana,ſub vno cortice:ita & flamãtia multoꝝ corda,ſub vno ordine conti nentur.Propterea exultãtes dicimus.Ecce q̃ bonũ & q̃ iucũdũ,habitare fratres in vnũ.Hac inter prælatũ & ſubditos mutua exuberãte caritate & cõcordia:be ne ſe habebũt oĩa in cõgregatione.Nã & ille,tali affectu præditus,quaſi cortex non premet,ſed proteget.Et iſti inuicẽ cohærentes,atq; habitantes vnius mo/ ris in domo,ſub munimine corticis erunt contenti.Quod vtinam præſtare no bis dignetur Dominus,ſua pietate.Vale.Ex Fonte bono. Die.xxviii. Octobris. Mccccl xxxxv. Guidoni Priori Angelorum.LXVI.

q Vo ſuauiora ſunt,Venerãde frater,vina tua:quæ magnope abs te cõ/ mẽdata,mihi liberaliſſime optuliſti:eo minus illa expetẽda exiſtimo. Licet.n.legamus:vinũ lætificat cor hominis:Et alibi:Sanitas eſt ani/ mæ & corpori,ſobrius potus:Verendum eſt tñ:ne alliciat ſuauitas, ad exceden dos tẽperãtiæ limites.Huius liquoris dulcedo,apoſtatare facit etiam ſapiẽtes. Noe vir ſanctus,bibẽs vinũ,inebriatus eſt:& nudatus iacuit ĩ tabernaculo ſuo. Ideo nos admonẽs ſapiẽs in prouerbiis:Ne intuearis,inqt,vinũ : qñ flaueſcit: cũ ſplẽduerit in vitro color eius.Ingreditur blãde:& in nouiſſimo mordebit:vt coluber:& ſicut regulus venena diffundet.Bonã nihilominus grate accipio vo luntatẽ tuã:pro oblatis mihi tãta humanitate rebus tuis oĩbus,abſq; excæptio/ ne.Vtar illis,vt meis:cũ opus fuerit.Tu quoq; mecũ fac ſimiliter.Vale. Floren. Die.ii.Nouẽbris.Mccccl xxxxv. Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXVII.

n On ita mihi modo de tuis ad me nouiſſime datis lr̃is cõtigit:ſicut de meis tibi.Quod & aliquantulũ,vtpote præter morem,es admiratus. Poſt octauũ diẽ meas accæpiſti:qñ miſerã ego Venetias & Paduã vnũ de nr̃is cũ epiſtolaꝝ mearum faſciculo:mãdauiq;,vt ſingulis ipſemet redderet ſuas.Tuas vero ego nudius tertius,qnto videlicet & q̃dragesimo,poſtq̃ cõſcri/

ptæ ſunt,

ptæ ſunt, accæpi die. Minus tñ moleſte fero, vt tardius, q̃ vt nũq̃ reddant̃. Mecũ nullo vnq̃ tẽpore intermiſiſti tuam in ſcribẽdo diligentiam. Pro qua re Dignationi tuæ gratias ago. Gratũ mihi extitit, grauiſſimũ tuum ſuper libello fratris illius iuditiũ. Non deſunt multi: & quotidie plures audio: qui tecũ ſentiãt. Nunquam ego ipſum audiui. Quãuis multi viri graues, ipſius auditores ſtudioſiſſimi, vt id facerem multis a me precibus cõtẽderũt. Nunq̃ cum eo locutus ſum. Semel hic perambulanti Vrbem, factus eſt mihi obuiã. Vix tamen in eũ conieci oculos. Scripſi ei aliquotiens litteras, & per internũtios reſpõdit. Duo ſemp de illo cũ Florentinis loquẽs protuli. Laudaui conuerſionẽ populi huius ad huius cõcionatoris hortamẽta: & q tantæ autoritatis apud eum viſus fuerit: vt deduxiſſe appareat Dñs ſicut oues populũ iſtum in manu ipſius. Et q̃tum ad eius vaticinia hoc ſemper dixi: ab euẽtu illa eſſe cõſyderãda atq; comprobãda. Si propheta eſt Domini: & nõ per tumorem animi ſui cõfinxerit quæ vaticinatus eſt: nihil de ſe ob loquentes vereatur: neq; ægre ferat, ſi non omnes modo verbis eius habent fidẽ. Sin minus: veritas, quæ amica eſt temporis qñq; erũpet in lucẽ. Vale. Florẽtiæ. Die. xii. Nouẽb. Mccccxxxxv.

Baſilio Abbati. LXVIII.

Sl in ſontes, quẽadmodũ deſcẽdẽti a nobis præceperã tibi, animaduertiſti pro meritis: ſatiſfactũ eſt iuſtitiæ: Qua iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimoniũ, firmatur thronus. Et quidẽ de altero dici põt. Hõ cũ in honore eẽt, nõ intellexit: cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus: & ſimilis factus eſt illis. Videbat̃ nobis recte ingredi: & ouicularꝫ ſibi creditarꝫ cuſtos eſſe puigil ac fidelis. Et ecce qũo lapſus eſt miſer. Lupi geſſit pſonã: quẽ paſtorẽ arbitrabamur: & qualis aliq̃diu latuit: talẽ ſeipſe demũ patefecit. Iuſto Dei iuditio mitrã ſibimet ipſi ĩpoſuit: vt noſſet ipſe, noſſent cæteri: qm̃ nihil occultum, qd nõ reueletur: & abſcõditũ, qd non ſciatur. Cõfiteri erubeſcũt peccata, quæ admiſerũt: ĩmo id cõſulto detrectãt, & obſtinato aĩo: vt facilius regnet peccatũ in ſuo mortali corpore. Abutũtur Dei patientia: neq; aduertũt: q virꝫ ſanguinũ & doloſum abominabitur Dñs. Potuit priuata pœnitẽtia mulctari delictũ: ſi non ĩnotuiſſet oĩbus. Manifeſtũ crimen, publicã deuitare correptionẽ nõ debuit. Hoc exẽplo cæteri terrebũtur. Nã peſtilẽte flagellato, ſtultus ſapiẽtior erit. Peccantẽ, inqt Apoſtolus, corã oĩbus argue: vt cæteri timorem habeãt. Vale & familiã omnem ſaluta meo nomine. Florentiæ. Die. xxviiii. Nouembris. Mccccxxxxv.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani. LXIX.

NOn quales expectaueras: grate tñ te accæpiſſe ſignificas lr̃as meas. Vacat mihi aliqñ, implere folia: & protrahere in longũ cũ iis, ad quos ſcribo, ſermonẽ. Aliqñ vix paucis mihi cũ amicis agendũ eſt. Si mãſiſſem in noſtra ſolitudine: vbi maius mihi ociũ ſuppetit: vbi plus mei iuris ſum: ĩpleſſem facile votũ tuũ. Suſpẽſus vero hic & dubius, nec plene bñ valẽs: applicare animũ ad eiuſmodi haud facile poſſum. Agnoſco debitũ: & illud ſæpius mecũ recogito. Diſſoluere aliqñ curabo: & tãto maiore fœnore: quãto lõgiore tpis ĩteruallo. Antoniũ monachũ, quẽ ad incolẽdã Eremũ adiiſſe nos ſcribis, adhuc nõ vidi: neq; de eius aduentu aliqd mihi nũtiatũ ẽ. Si bono ſpũ ductus venerit: libẽter admittet̃. Viſus eſt añ cõplures annos, noſtrã expetere ſolitudinẽ. Arduũ

re vera inſtitutũ:ad qđ nõ ſegniter obſeruãdũ,virili cõſtãtia & ſingulari Dei mu nere opus ſit.Aliud eſt enim verbis vitã eremiticã profiteri:aliud illã opibus ex colere.Quod ſatis ſupq; p annos quindecim expertus ſum.Ingreſſi ſunt in eremum plurimi:& ex iis multi abierunt retro.Veniunt ſi quidem (non de omnibus dico) non vt arctiore diſciplina ad perfectiorẽ humilitatem iuſtitiãq; formentur:ſed aut vitãdæ prælatorum obedientiæ gratia : aut vt ſuo arbitrio remiſſius viuant.Vidi ego ex his nõnullos:qui ſimulata aliq̃diu in eremo ſanctitate,inde affectibus ſtimulãtibus,pfecti,in omnia facinora præcipites acti ſunt. Quoniam tamẽ & boni probiq; viciſſim nõ defuerunt : qui ſupatis vitioſis ac mortiferis voluptatibus,ad perfectionis faſtigiũ euaſerunt:quos nulla vitæ rigidioris aſperitas,nulla vis aut terror,ab arrepto ſemel inſtituto potuit auertere:etiam de Antonio noſtro bene ſperemus.Educatio eius in Sãcto Michaele, ſpondere nobis de eius profectu aliquid certius debet.Verũ de hoc ſatis.Ego ſi poſt hac ad Senatũ alieno præſertim noĩe ſcripturus ero:vtar cõſilio tuo: ſcribamq; vernaculo ſermone:vt oẽs facilius quæ ſcribãtur intelligãt. Aemulatus tñ,tum antiquos patres eccleſiaſticos,tum ẽt contẽporaneos noſtros,& imprimis Ambroſiũ,qui olim noſtro præfuit ordini:cuius extãt & ad Illuſtriſſimum Dñium Venetũ & ad alios principatus latinæ epiſtolæ:& ipſe latinũ vſurpaui ſermonem.Quod eo feci cõſultius:qm̃ ab eiſdẽ nunq̃ mihi niſi latino ſtilo litteræ cõſcriptæ ſunt.Faciam tñ,vt hortaris.Nõdum hinc abſolutus ſum:nec tñ de meo ad vos aduentu aliquid certi habeo.Hodie noui Decẽuiri magnæ autoritatis viri,& primores vrbis Florentiæ,magiſtratum inierũt.Conabor q̃tũ potero,bona eorũ venia redire in Caſentinũ.Si non permiſerint:parendũ mihi erit.Velit Dñs:vt opera mea,irrita atq; inanis futura non ſit. Vale.Florẽtiæ. Die.iii.Decembris.Mcccclxxxxv.

Bernardino Priori Clauſtrali.LXX.

a Dhuc reſpõſum eſt nihil litteris meis:quas ad Senatũ ſcripſi, Florentinorum nomine.Stomachũ iſtorum noſtroꝝ intelligere nõ poſſum: quis ſit erga Florentinam rempublicã. Horum autem erga illam noſtram (quantũ ex frequenti ciuium ſermone apertiſſime audio) neq; meliorẽ neq; beniuolentiorẽ,eſſe poſſe exiſtimo . Loquuntur de Venetis,cũ ſummo illorum præconio.Verã eſſe apud eos libertatẽ:ac diuinam rerum ſuarum adminiſtrationem.Colere illos præ cæteris,iuſtitiã:qua factum ſit,vt facile in ĩmenſum excreuerint.Amicitiæ & ſocietatis cum omnibus,qui illam expetiſſent,fideliſſime iura ſeruare.Romanis eos ſolos eſſe ſimiles:Qui ſicut in Machabeorum hiſtoria legitur,potentes viribus,acquieſcebãt ad omnia:quæ poſtulabantur ab eis.Nam quibus vellent auxilio eſſe,vt regnarent,regnabant: Quos autem vellent,regno deturbabant.Multa in hanc ſententiam mecum ſæpius conferunt:& tranſeũtes mõ per ignẽ & aquã:atq; in calamitate & preſſura cõſtituti dolẽt:non poſſe ſe apertius animũ ſuum,q̃ ſit Illuſtriſſimo Dñio Veneto dediriſſimus,atq; illius amplitudinis ſtudioſiſſimus oſtẽdere.Cõpatior ego his plurimum.Quis enim afflicto nõ cõdoleat?Poteſt modo Florẽtia dicere. Circũdederũt me vndiq; tribulationes:& non erat qui adiuuaret.Reſpiciẽs erã ad adiutorium hominum:& nõ erat.Si tamen memorata fuerit miſericordiæ, Domi

ni & coopationis

ni & cooperationis eius:quæ a ſæculo ſunt:eruetur aliquãdo : ac liberabitur de manu odientium. Neq; enim derelinquit Dominus in longitudinem dierum. Cura te obſecro: vt ſiue per te ſiue per alium, quem maluerint, mihi reſpondeatur. Sermo bonus erit iſtis modo ſuper datum optimum. Vale. Florẽtiæ. Die. v. Decembris. Mcccclxxxxv.

Baſilio Abbati. LXXI.

e Rit hac lator Antonius monachus. S. Michaelis Murani. Is per cóplures annos vitam eremiticam concupiuit. Venit itaq; media hyeme, ad incolendam eremum: neq; ſeuerius inſtitutum, neq; horridum alpium ſitum, ac niuibus obſitum veritus. Qua quidem re licet coniicere: q̃ prõpto & conſtanti venerit animo. Significabis Maiori ac eremitis cæteris : vt eũ recipiant: probentq; ſpiritus, an ex Deo ſint. Ne forte (quod minime vellem) dolentes ac triſtes dicamus. Multiplicaſti gentem : non magnificaſti lætitiam. Tranquillitatem & quieté optare imprimis videtur: cuius rei deſyderio ab hominum ſtrepitu ac tumultu ſeceſſit: vt in abditam illam noſtram eremum ſeſe recondat. Donet ei Dominus victuro in ſolitudine abundantiam gratiæ ſuæ: qua & diuinæ contemplationi feruentius incumbat: & maiore cœleſtis numinis familiaritate dignus efficiatur. Eſt enim eremus: ſi quis bono ſpiritu ad eã ducitur: nutrix & parens optima cogitationum ſanctarum. Contra vero, ſi quis non recta mente in eam ſe recipit: iniquarum & ſordidarum, atq; animũ ſolitarii confundentium, improbiſſima ſumminiſtratrix. Quod (vt bene noſti) frequenter experti ſumus. Vale cum familia omni. Florentiæ. Die. vii. Decembris. Mcccclxxxxv.

Bernardino Priori Clauſtrali. LXXII.

q Vod ſuadeãt patritii illi: vt nullo mõ ſcribendi munus intermittã: qm̃ Senatui gratiſſimæ ſint noſtræ litteræ: neq; negligentius neq; ſtudioſius me habiturus ſum: q̃ mihi a Magnificis Decéuiris, quorum de re agitur, fuerit demandatũ. Curaui p hos dies vt mihi cómeatum darent redeundi in Caſentinũ: nec impetraui. Et deeſſe illis, nec poſſum, nec debeo. Viderint ipſi: quid me velint facere. Exceſſiſſe affirmãt Romæ Thyberim ſuo alueo: atq; in tantã altitudinẽ excreuiſſe: vt quindecim cubitis per Vrbẽ inundatio aquaꝶ intumuerit: cum haud exigua domorum ſtrage: atq; non ſolum pecorum, veꝶ etiam hominũ pernitie. Nunq̃ altius inundaſſe & maiore damno dicitur: cum per ſex & triginta horas ſine intermiſſione, quarta videlicet quintaq; huius mẽſis die creuerit. Quis nõ timebit te o Rex gentium? Quod nó potuerũt galloꝶ pauloante tormenta duriſſima: tu ad oſtendendam potentiam tuam, in momẽto in ictu oculi, molliſſimo elemẽto & deieciſti homines: & tecta diruiſti. Quid ſi aperueris cataractas in cœlo: vt fluctus tui ſuper nos trãſeãt? Vt ſinguli dicamus. Abyſſus vallauit me: pelagus operuit caput meũ? Auerte quæſumus, irã tuã a nobis: & eſto placabilis, ſup nequitiã populi tui Dñe Deus. Vale. Florẽtiæ. Die. xix. Decẽbris. Mcccclxxxxv.

Petro pedemontano Eremitæ. LXXIII.

ſ Emel eiectus de paradiſo Adã, reſtitutus in illũ amplius nõ fuit. Hic vero, quem cõmendaſti, eremo profugus, ac ſpõte egreſſus, longe minus in Eremum reuocandus eſt. Non indiget locus ille animorum leuitate: ſed conſtantia, ſed grauitate, ſed patientia. Quis enim folio ſimilis, perſi-

ſtere in Eremo illa ventoſa, ac tẽpeſtatibus obnoxia expoſitaq̨, diutius poſſit? Reluctandum eſt ibi cõmorantibus, magno animi robore ac virtute, aduerſum ſcæuientes tentationum procellas. Feruore ſpiritus, omnis eſt ſuperãda vento/rum irruentium vis: ne frigore torpeant: qui ad cacumen perfectionis euadere contendũt. Quo circa maneat Hiſpanus in ordine ſuo: & ambulet vocatione, qua vocatus eſt. Non defuturi ſunt vobis ſocii: qui impleãt vacuas iſthic ſedes. Quãuis modo complures ſitis: hoc præſertim tempore: quo ægerrime vbiq̨ viuitur. Neq̨ enim in noſtra Eremo cenſendi ſunt pauci, ſacerdotes ſex: præter conuerſos, qui ſunt iſtis plures. Saluta Eremitas verbis meis. Florẽtiæ. Die. xxi. Decẽb. Mccccłxxxxv.

Frãciſco Picolhomineo Cardi. Senẽ. Protecto. LXXIIII.

n On fui cõtẽtus, depoſitũ cuſtodiẽdũ accipere: niſi ſingula quæq̨, quæ ĩ capſulis occluſis atq̨ obſignatis contineri dicebãtur, corã teſtibus, me præſẽte fuiſſẽt expoſita. Suppellectilẽ q̃dẽ vidimus ſpecioſiſſimã, præ tioſiſſimamq̨, & regiam omnino. Quæ modo, inuito olim Domino hinc inde diſtracta, venire mihi in mentem fecit: q̃ ſit nihil ſtabile ſub ſole. Hæreditas, ait quidã, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimis benedictione carebit. Ser/uabitur theſaurus vigilantiſſime: quẽ profecto neſcio cuius alterius gratia, præ terq̃ tuæ Dignationis, ſeruandum accæpiſſem. Indicem vaſorum & aliarũ rerũ, ſecum defert Abbas de Rota, tui ſtudioſiſſimus: cuius etiam exemplar apud me eſt. Reliqua ex eo coram intelliges Domine colẽdiſſime. Cæterũ audiui: nõ de/eſſe iſthic: qui impetrare vnitam Eremo abbatiam Poplenæ cõtẽdat, Andreas ſpiriti nomine: plumbi magiſtratũ gerens. Iura noſtra validiſſima arbitramur, te præſertim autore acquiſita, & ſapientiſſimo, & pede (vt aiũt) plumbeo ingre diente. Si opus fuerit: moneatur, ne ſe intermiſceat negociis tuis: neq̨ tuæ, tunc profecto Apoſtolicæ, autoritati aduerſetur. Quod erit nobis ſupra modum gra tũ. Valeat Dñs meus colẽdiſſimus: Florẽtiæ. Die. xxviiii. Decẽb. Mccccłxxxxv.

Bernardino Priori Clauſtrali. LXXV.

a Bbas Carcerum, gratus in te & in Sancti Michaelis monaſteriũ, imita tur ſenioris patrui ſui veſtigia. Optime nimirũ facit. Peccata, ĩquit, tua elemoſinis redime. Si conducto viro docto incumbit litteris: longe ampliores ex litterarum præſertim ſacrarum ſtudiis percæpturus ẽ redditus: q̃ ex abbatia opulentiſſima. Quid enim ſapientia locupletius? Sobrietatem enim & pruden tiam docet, & iuſtitiã & veritatẽ: quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus. De/niq̨ contuberniũ habet Dei: & Dñs omnium dilexit illã. Opto vt in hoc pro/poſito Abbas perſeueret. Erit enim ſibi honor & gloria. Quod ſcribis de infir/mitate Abbatis Claſſẽſis: ipſemet mihi ſignificauerat per litteras. Factus eſt mo do eunuchus ab hominibus: qui iampridem ſeipſum caſtrauerat propter re/gnum cœlorum. Cuiuſmodi eunuchis per prophetam multa & magna pollice tur Dñs. Ait enim. Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridũ: quia hæc di/dicit Dominus eunuchis. Qui cuſtodierint Sabbata mea: & elegerint quæ ego volui: & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis lo/cum: & nomen melius a filiis & filiabus: nomen ſempiternũ dabo eis, q̃d non peribit. Terræmotũ puſillũ fuiſſe Venetiis: Ferrariæ maximũ: nõdũ audieram.

Magnum

Magnum profecto & ineuitabile periculum. Siquidem in aliis multis non de/
ſunt remedia. Si aquarum vis fuerit effuſa: ſubtecta confugimus. Incendium ſe
qui non poteſt fugientes. Peſtilẽtia loci mutatione vitatur. Contra tonitrua &
fulmina ſubterranei ſpecus nobis opitulantur. Vbi vero fundamenta terræ
concuſſa fuerint: & ſolidiſſimæ eius partes labare cœperint: nullum nobis,
neqꝫ in priuato, neqꝫ in publico ſatis tutum effugium patet. Nam ſi ruinis tecto
rum atqꝫ parietum opertus quis minime fuerit: voragine haurietur: abruptoqꝫ
& vaſto terræ hiatu ſubmergetur. Eruat nos dominus ab hoc mortis genere.
Ipſo enim auxiliante fugere a facie terræmotus poterimus. Diluuium aquarum
multarum etiam apud nos fuit: adeo vt præter omnium memoriam nauigari
per hortulum huius noſtri monaſterii facile poſſet, ſi nõ deeſſet nauicula. Vale.
Florentiæ. Die. ii. Ianuarii. Mcccclxxxxvi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXXVI.

a Mbire fratrem Hieronymum archiepiſcopatum Florentinum, abs te
primum didici: non tamen ſolo. Nam ſciſcitatus poſtmodum: an res
ita ſe haberet: audiui a nonnullis: ita olim Florentiæ fuiſſe creditum. Ego autẽ
mecum cogito: quomodo hoc depræhendi ac ſciri facile potuerit. Nemo enim
ſcit hominis, quæ ſunt hominis: niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo. Niſi quis
ex ore eius audierit: ambire illum archiepiſcopatum: quod a nemine probatur:
non video quis eſſe poſſit tam annoſus tam prudẽs: vt rimari ſecreta pectoris,
ac ſcrutari corda & renes, facile ex aliis coniecturis valeat: maxime cum inuehi
præ cæteris in ambitioſos clericos ac religioſos viſus ſit. Poteſt hic eſſe prophe
ta mendax: poteſt eſſe hypocrita & ſimulare ſanctitatem: qua ſuſpitione etiam
hic Florentiæ haud penitus vacat. Certe demens non eſt: q̃tum de eo omnes
prædicant: nemine diſſentiente. Si elici ab eo hucuſqꝫ dignitatum appetitus &
cupiditas vllo modo potuiſſet: nequaq̃ de eo huiuſmodi perſeueraſſet opinio
in populo. Prædixit per annos aliquot publice euangelizando: fœlices futuros
Florentinos: hac tamen lege: ꝙ præceſſura prius forent multa in eos mala: ac
bonam rerum ſuarum partem eſſent amiſſuri. Accæpta per hos dies noua Piſa
rum liberatarum clade: obruendum fuiſſe lapidibus a populo mœrẽte ac triſti
haud dubie credidiſſem: ſi non aſſertor veritatis, ſed ſimulator atqꝫ ambitioſus
ab eodem fuiſſet exiſtimatus. Laceratur quidem modo in plebe a multis & car
pitur Piſarum defectione, & Gallorum fraude. Longe tamen plures inueniri au
dio: & de primoribus maxime qui rebus præſunt: qui & hominem tuentur: &
eius vaticiniis fidem habent: nec deficiunt ſpe, futura eſſe quæcũqꝫ prædixerit.
Siquidem futurorum certitudinem eſſe, præteritorum exhibitionem. Non præ
dicat ipſe modo: immo iam fere duo menſes ſunt, ꝙ ab hoc deſiit munere: pro/
hibitus, vt aiunt a Pontifice per apoſtolicum breue. Suffecit tamẽ ſocium in lo/
cum ſuum: quem Hieronymum eundem exiſtimant. Et hic populo placentia
loquitur: hortans, vt bono ſit animo. Siquidem iota vnum aut vnum apicem
non præteriturum ab iis, quæ Hieronymus prædixerit: donec omnia fiant. Si
tamẽ vera tibi ab homine fide digno relata eſſe cognoſcis: caueat ſibi ac timeat
nedum per abrupta & non meritis gradum ſibi facientibus conatur aſcendere:

ſibimet pariat ac ruinam. Vtrum vero imminentium periculorũ metu, an prædicationum ipſius virtute ac vi ſermonis, facta fuerit Florentinorum cõuerſio: non eſt meum iudicare. Vnum ſcio: videri mihi Florentiam lõge mutatam ab illa, quam olim noueram. Prædixerat Ionas. Adhuc quadraginta dies: & Niniue ſubuertetur. Siue prophetæ prædicatio ſiue ſubuerſionis metus autor fuerit Niniuitarum conuerſionis: conuerſi tamen liberati ſunt: & peracta pœnitentia fecerunt ſibi Deum propitium. Bernardini Feltrenſis vitam ſi ſtilo ornaueris: nõ ĩmerito ſane id feceris. Fuit enim vir dilectus Deo & hominibus: cuius memoria in benedictione eſt. Non enim in magnis neq; in mirabilibus, dum viueret, ſicut hic de quo modo nobis ſermo ambulauit ſuper ſe. Simplici tantum, atq; vere apoſtolico prædicationis vſus genere, plurimum iis profuit: qui ab eo audierunt verbum Dei. Statura puſillus: meritis magnus: potẽs in opere & ſermone: abſq; vlla ſui inuidia omnibus carus extitit: nec paruum ſui deſyderium moriens reliquit. De eo hoc audiui: ꝙ cum ante annos aliquot quadam euãgelizaret quadrageſima in hac ciuitate: & acriter inuectus in Iudæos quodam die puerorum innumeram multitudinem concitaſſet ad exturbãdam ex Vrbe perfidam nationem: neq; ſiſti talis impetus ab Octouirorum apparitoribus facile potuiſſet: eiuſdẽ magiſtratus decreto, media quadrageſima intercepto Dei verbo: ac fraudata ciuitate ſanctiſſimis viri huius hortamentis, in exilium actus eſt. Haud multo poſt ſeptem ex octouiris, qui exilio conſenſerant, mortui ſunt: eo ſolo ſuperſtite, qui exilii autor eſſe noluerat. Habitum eſt hoc ab omnibus pro miraculo: ꝙ inultam ſerui ſui iniuriam non fuerit paſſus iuſtus & rectus Dominus. Quod occupationes ſcaturientes indies magis longa conſuetudine minus tibi graues videantur: credo. Quid enim non inuertat cõſuetudo? Sufficit tibi: ꝙ occupatus, ſi non tuæ quieti, ſaltem vtilitati & ſaluti multorum cõſulis. Abdicare te epiſcopatu non modo non potes, nec debes: verum etiã repugnare teneris: ſiquis forte compelleret te, vt ita faceres. Si ſpiritus, inquit, poteſtatẽ habentis aſcenderit ſuper te: locum tuum ne dimiſeris. Epiſcopus vocatus es: epiſcopus viue: vt certam facias vocationem tuam: & de te dicat Dominus cũ apoſtolis, quorum ſunt epiſcopi ſucceſſores. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Vale. Florentiæ. Die. vii. Ianuarii. Mcccclxxxxvi. Chriſtophoro Monacho Fõtis boni. LXXVII.

n On temeritati, vt ſcribis tribuendum exiſtimo: ꝙ ad me ſæpius litteras tuas mittis: verum potius caritati. Oſtẽdis enim te, vt filium optimum decet, & meminiſſe parentis frequentius: & eius plurimum deſyderio affici. Quãobrem abiice abs te iſtam curam: & magna ſemper fiducia (quandocũq; tibi viſum fuerit) ſcribe. Si me cœpiſti cognoſcere: quo primum tempore illuminatus a deo effudiſti mihi cor tuum: nihil miror. Bonum enim opus operatus in me: illo adiuuante, qui cui vult miſeretur, & quem vult indurat: & tu paternum affectum expertus es: & ego viciſſim filii timorati pietatẽ. Cõfirmet hoc Deus: quod operari in te cœpit: vt & tuæ ipſius & multorum ſaluti facile conſulas. Quod lætius iſthic viueres me præſente: ſpero te propediẽ fore compotem voti tui. Non ignoras: q̃ inuitus hic modo maneam: alienis

detentus

detentus atq; implicatus negociis. Caſtrum mihi, quemadmodũ de ſe Hiero/nymus ſanctiſſimus teſtabatur, carcer eſt: ſolitudo paradiſus. Petri inconſtantiã non potui non admirari, in obeundo ſupprioratus munere. Niſi q; hoc accide/re iis vtplurimum ſolet: qui ſunt animo in plura diuiſo. Putabam q; educatus a me in Fonte bono: & tali magiſtratu honoratus: ipſius onera tum mei tũ amo/ris erga domum illam & familiã gratia: etiam libentiſſime foret ſubiturus. Et horrere ſtatim hæc omnia viſus eſt. Datam ſibi occaſionem redeundi ad vitam arctiorem profeſſionis ſuæ, vnde fuerat iampridem delapſus, contẽpſit: vt am/bularet in latitudine: per quam itur in perditionem. Adaperiat Dominus ocu/los eius: vt imitari te velit: quem olim ſacræ militiæ cõmilitõem habuit. Erit tamen mihi vel tui cauſa ſemper cõmendatus. Cæterum vt ad ſupprioratũ re/deam: cuius tibi a vicario noſtro diurnam tm̃ curam ſcribis fuiſſe demandatã in dies aliquot: cupio fili mi, vt non diurnam tantum, verum etiam & quidem multo magis neceſſariam nocturnam curam ſuſcipias. Scis q̃tum de te cõfidã: q̃tum in te ſpei, ex quo præſertim te mihi totum aperuiſti, collocauerim. Depo ſitum prætioſius non habeo, familiola illa noſtra clauſtrali. Cuſtos illius fide/lior, & homo ſecundum cor meum magis q̃ tu, mihi occurrit nemo. Et cuſto/dia in nocte ſi neglecta fuerit ſuper teneriori ætate: verendum erit ne tenebræ eam compræhendant: & nocte cæca facilius turbo infeſtantium ſpirituum tene broſus inuoluat. Scis etiam, quid dicat lux vera: quæ illuminat omnem homi/nem venientem in hunc mundum: cuius quidem lucis tu quoq; pauloante par ticeps effectus es. Omnis qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Propterea in perſona ſoliciti paſtoris per Eſaiam di citur. Super cuſtodiam meã ego ſum ſtans totis noctibus. Et iterũ ad Hieruſa/lem, quæ myſtice anima intelligitur, Dominus loquens: ſup muros, inquit, tuos Hieruſalẽ conſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte imperpetuum nõ tacebunt. Qua propter hortor te pro ea, qua me proſequeris, pietate: vt plenam modo clauſtri curam ſuſcipias: neq; timeas a timore nocturno, atq; a negocio peram/bulante in tenebris. Erit tibi a dextris Dominus, ne cõmouearis. Demum, vt ſe mel finiam: eiſdem, quibus allocutus eſt Dominus Petrum verbis, ego quoq; te alloquor. Si diligis me: paſce oues meas. Vale. Florentiæ. Die. xiiii. Ianuarii. Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. LXXVIII.

n On recte ſibi conſulunt ſubditi: vbi ſe erigere, atq; inſurgere in præla/tum contendunt. Ordo præpoſterus, & monſtro ſimilis: vt capiti im perent membra. Videbis (niſi reſipuerint) qui te iniuſte perſequuntur, haud mul to poſt iudicium Domini. Habenda tibi tamẽ eſt infirmorum filiorum ratio: & iuxta ſanctiſſimi patris noſtri monita, alium quidem blandimentis, aliũ ſua/ſionibus, alium increpationibus ad ſaniorem mẽtem reuocare teneris. Si ſecus non potueris facere, vt te diligant: vel tua deuicti patientia & humanitate com pellantur. A me id ſemper fauoris & patrocinii expecta: quod tibi ſum frequen ter pollicitus. Neq; ſibi quiſq̃ temere perſuadeat: paſſurũ me aliquando: vt præ lati a ſubditis immerito contemnantur. Prudenter tamen agenda ſunt omnia: vbi conſpirauerit multitudo. Extinguendus eſt paulatim ignis iſte: qui fortuna

immutata excitatus eſt contra te:ne forte ſi vno ſpiritu id facere conatus fueris: in maiorem flamam erigatur incendium. Omnia tempus habẽt. Nullum ſane periculoſius, q̃ inteſtinum malum. Inimici hominis, domeſtici eius. Solus ſolũ facile vincas. Multorum haud facile inſidias caueris. Huiuſmodi ſcandala non ſemel, tum in noſtro, tum in aliis ordinibus acciderũt. Ab abbate nihil eſt, quod verearis: me potiſſimum hic immorante. Et ſpero haud multum temporis interceſſurum: q̄ eum tibi arctiſſime reconciliauero. Iam ad illum ſcripſi aliquid heri de te: immo pro te: vt coram petiſti. Scio te ab ipſo minime haberi odio: ſed vt augeatur in eo caritas elaborabo. Conuerſorum impudentes conatus retundendi ſunt: neq; vllo pacto ſunt permittendi: vt ſe æquare monachis velint. Hoc nuſq̃ vſurpatum vidi: vt in capitulo interſint monachorum culpis. Tu quoq; id fieri nequaq̃ ſinas. Miratus ſum heſternã hominis temeritatem: & vt video manifeſtam rebellionẽ: vt totus ei conuentus tecum ceſſerit. Eruat te Dominus de manu filioꝝ alienorum: quorũ os locutum eſt vanitatem: & dextera eorũ, dextera iniquitatis. Dicatq; tibi pro ſua clæmentia. Ne timeas a facie eoꝝ: quia ego tecũ ſum: vt eruã te. Vale. Florẽ. Die. xvi. Ianuarii. Mccccl xxxxvi.

Chriſtophoro Suppriori Fontis boni. LXXIX.

SI mei gratia libẽtiſſime Supprioratus onera ſubiiſti: & Dei quoq; optimi maximi gratia, conſequenter idẽ feciſti. Ipſe etenim de nobis dicit: Qui vos audit: me audit. Et q̃uo inquies, cum te audio, Deum audio? Audiam, ait quidã quid loquatur in me Dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuã: & ſuper ſanctos ſuos: & in eos qui conuertuntur ad cor. Audiſti tu loquentem in te Dominum: ſicut alibi de Angelo legimus: qui loquebatur in Zacharia propheta, verba bona verba conſolatoria: cum territus primum oneris magnitudine (etenim ars artium regimen animarum) propoſuiſti tibi in animo: meliorem eſſe obedientiam q̃ victimas: nihilq; æſtimari in conſpectu Dei holocauſta medullata & boues cum hircis præ animarum ſalute. Audiſti verba conſolatoria: cum tibi animos faciens reſpondit. Ne timeas hunc pro me laborem ſubire: quia ego tecum ſum. Locutus eſt Dominus pacem in plebem ſuã: cũ puſillo illi clauſtrali gregi, amoto mercenario, fidelẽ præfecit paſtorẽ: cuius cura & ſtudio facile iuniores noſtri futuri ſint ſancti, atq; cõuertendi ad cor. Propitius ſit nobis Dominus: vt hæc nobis optata contingant. Vale: & familiam omnem ſaluta meo nomine. Florentiæ. Die. xxviii. Ianuarii. Mccccl xxxxvi.

Bernardino Priori Sancti Michaelis Murani. LXXX.

SI te contriſtaui in epiſtola: nõ magis me pœnitet, q̃ pœnituerit apoſtolum: Qui gaudet: q̄ Corinthios contriſtauerit ad pœnitentiã. Contriſtatus enim es & tu ſecundum Deum. Et huiuſmodi triſtitia nihil aliud, q̃ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Veniam petiſti pro leui culpa: tãq̃ ſi maximum aliquod peccatum admiſiſſes. Nec modo indignatus non es aduerſum me, ob conſcriptam aliquantulo ſeuerius epiſtolam: verum etiam locupletiora humilitatis ac pietatis erga me teſtimonia prætetuliſti. Venit mihi in mentem, dum legerem litteras tuas: veriſſimam eſſe ſapientis ſententiam. Argue, inquit, ſapientem: & diliget te. Ego ſane de te mihi haud ſecus ſpopõderam. Profeciſti

caſtigatione

caſtigationẽ patris:q eam de Fonte bono caritatis emanaſſe,bonus ac prudẽs filius agnouiſti. Quãobrem abiecta penitus ex animo iſta cura & ſolicitudine: reſume priſtinam fiduciam:atq; erigere in ſpem,futuræ poſthac auctioris inter nos concordiæ.Si tñ ſecus(quod abſit) euenerit:(quis enim ab omni macu/la purus,atq; omnino ἀναμάρτητος eſt)lenius tecum agam. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxiii.Februarii.Mcccclxxxxvi.

Petro Delphino.LXXXI.

e Cce ad æmulationem prophetæ,elongaui fugiens:& maneo in ſoli/tudine:expectans eum,qui ſaluum me faciat a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.Et tu a me requiris,certior fieri de iis: quæ,ad tempeſtatem quã fugi maxime attinẽt.Si cui tibi vſui futura eſſent:aut mihi de illorum,quæ plu/rima & varia referuntur,veritate conſtaret:non parcerem calamo.Verum cum præter rerum omnium quæ vulgantur incertitudinem: longe potioribus hoc præſertim ſacroſancto quadrageſimæ tempore occupari nos deceat: vt quid, oro,perditio hæc?Hoc in ſumma dico:populũ iſtũ (quantum præſens potui animaduertere) prophetiis tum veteribus tum recentioribus plurimum niti: atq; ex iis,quas nihilominus ſuo quiſq; ſenſu interpretatur, facile pendere. Alii in maximam ſpem erecti:futuram poſt has procellas ſerenitatem ſibi promit/tunt.Contra alii de rebus ſuis actum affirmant:q omnia in deterius labi ſibi vi/deantur.Alii non tam ex vaticiniis,vt dixi,q̃ ex præſenti rerum turbine,atq; im/primis ex aquarum multarũ inundatione deſcenſuq; imbrium quaſi ex figuris quibuſdam & præmonſtrationibus coniectãt:fore haud multo poſt,aut huma/narum rerũ ſtatus cõmutationem maximam:aut quaſi laſſi & defluentis ſæculi extremam ſenectutem. Hac expectatione ciuitate ſuſpenſa,partim ſpe partim deſperatione:inde me in hanc noſtram,vt præfatus ſum tibi,proripui ſolitudi/nem:haud minus nimirum gratã q̃ tutã. Quid.n.facile timeas in alpiũ iugo? Si aduerſa incubuerint:leuabo hinc oculos meos in montes:vnde veniet auxi/lium mihi.Et alibi:In monte,inquit,ſaluum te fac. Si vero fœliciora arriſerint tempora:potero nihilominus hoc in loco,aureo ſæculo frui. Nam de ouibus ſuis diſſipatis ac diſperſis loquens Dominus:Educam,ait,eas de populis:& cõ/gregabo eas de terris:& inducam eas in terram ſuam:& paſcam eas in monti/bus:ibi requieſcent in herbis virentibus:& in paſcuis pinguibus paſcentur ſup mõtes Iſrael.Fœliciores patriæ ſucceſſus ſicut in votis ſemper gero:ita litteris tuis deſcriptos libentiſſime perlego.Augeri illos opto indies magis: ad ſuam ipſius & totius male habentis Italiæ ſalutem. Vale. Ex Fonte bono.Die.xxiiii. Februarii.Mcccclxxxxvi.

Benincaſæ Priori Pratalis.LXXXII.

i Ratum contra nos Dominum:ac præter bellorum ſcæuitiam, etiam pæſtilẽtiæ flagello percutere incipientem:nullo alio potiore remedii genere placari poſſe video:q̃ humilibus precibus, & vitæ ac morum cõuerſio/ne.Alias quo ibimus a ſpiritu eius: & quo fugiemus a facie eius? Peccauimus: iniuſte egimus:iniquitatem fecimus.Punire nos pergit pius Pater breui hac & temporali pœna:ne impunitas peccata multiplicet:fiãtq; nouiſſima noſtra pe/iora prioribus.Bene itaq; erit:ſi flagellis huiuſmodi ac percuſſionibus attriti,cõ/teramur & corde.Cor enim contritum & humiliatum Deus nõ deſpiciet.Si ſe/

cus fecerimus: verendum profecto, ne obruamur malis imminentibus, cum periculo atq; amiſſiõe vitæ ſempiternæ. Redeamus igitur præuaricatores ad cor: & humiliemus illi animas noſtras: qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam. Vale. Ex Fonte bono. Die. vi. Martii. Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. LXXXIII.

C Onſpiratores ne timeas: quando præſertim plures tecum ſint, q̃ cum illis. Orandus potius eſt pro illorum conuerſione Dominus: vt inſpiret in eos ſpiraculum vitæ: rediréq; faciat præuaricatores ad cor, atq; ad ſaniorem mentem. Vidiſti ipſe pauloante, cum viſitaremus monaſterium: q̃ futiles atq; inanes conatus eorum extiterint. Parturierant montes: & natus eſt ridiculus mus. Venerunt contra te flumina: flauerunt venti: & non cecidiſti: quoniam fundatus eras ſupra firmam petram. Itaq; ne timeas a facie eorũ. Erit enim tecum in futurum Dominus: vt eruat te. Scripſi Gabrieli monacho in eam ſentẽtiam: quam expedituram iudicaui demigrationi eius ad monaſterium de Vertiglio. Iuſſus a me, vt tibi obediat: & eo ſe recipiat: nullam (vt confido) intercedere patietur morulam: quin compleat votum tuum. Neq;.n. permiſſurum illum opinor: vt ad exequendum imperium noſtrum, alia aggrediamur via. Non eſt demens: non neſcius: q̃ arcto ſeipſum innodauerit vinculo: cum in profeſſiõe obedientiam vouerit. Si perpenderit, q̃ periculoſa ſit modo Florentina cõmoratio, ob peſtilentiam ſæuire incipientem: non rogari, ſed rogare ſe ac pro maximo beneficio accipere oblatam mutandi cœli occaſionem, debuiſſe cognoſcet. Fidem domni Pauli erga te, admodũ probo. Elegit vt prudens ac doctus, partem ſaniorem. Doctrina pariter & animi integritate præſtare contendit. Sãcta nimirum & ſalubris æmulatio. Habes qui te pungãt, nõ deſunt, qui te oblectent. Hoc vtriq; faciente & pio & clæmente Domino: qui non patitur nos tentari ſupra id, quod poſſumus: ſed facit cum tentatione prouentũ: vt poſſimus ſuſtinere. Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Martii. Mcccclxxxxvi.

Antonio de Iochis Auditori Rotæ. LXXXIIII.

S Emper magnifeci magiſtratum iſtum Rotæ: non ſolum ob traditam illi poteſtatem: verum etiã, ac multo ſane magis ob virtutem & autoritatem præſtantium virorum: quibus eiuſdem muneris demãdari ſolet cura. Ex toto orbe eliguntur, orbem iudicaturi: tenaces iuſtitiæ: & qui non vereãtur vultum potentium: ſed iuſte iudicent proximo ſuo. Hac potiſſimum de cauſa curaui haud ſegniter negocium tuum: quod mihi pauloante procurator noſter cõmẽdauit. Digni ſunt enim: quibus fauor iuſtitiæ exhibeatur in rebus ſuis: qui ipſi in alienis cuſtodiunt iudicium: & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Cauſam Abbatiæ noſtræ Sancti Fœlicis, hucuſq; & maturo cõſilio, & ſingulari prudentia ac fide pertractaſti. Pro qua re gratias ago, quantas poſſum, dignationi tuæ. Eam in futurum tibi commendo: ne protrahatur diutius ferenda ſentẽtia: ne amplius conteratur extraordinariis ſumptibus Abbas ipſe: qui omne ſtudiũ & operam confert indies magis, ad reformandum, traditum ſibi deſolatiſſimũ beneficium. Erit hoc mihi ſupra modum gratũ. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxiiii. Martii. Mcccclxxxxvi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi. LXXXV.

Memor

m Emor ſui Domini mei, reuerſus in ſolitudinem : quoniã re vera tunc obliuiſcar tui:cum oblita virgo fuerit ornamenti ſui: & ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ.Quæcũq; in hoc mũdo poſſideo : omnia mihi tradita ſunt a patre meo.Ornatus abs te ſupra merita:& in aduerſis accinctus robore, obliuiſci dignationis tuæ,non niſi ingratiſſimus potero.Et ego & Eremitæ noſtri,quod debuimus facere,fecimus:facturi poſt hac longe maiora:(ſi modo vires non defuerint) vbi fuerimus requiſiti.Quãobrem agendæ nobis pro re tãtilla nõ fuerant gratiæ a tua pietate.Malateſta Burgẽſis manachus noſter, adeo me reueretur & diligit:vtplurimum illi afficiar.Quæſtoris munere apud Florentinum Camaldulum noſtrum fungitur q̃ diligẽtiſſime:& mihi in omnibus morem gerens,ad ſe amandum atq; amplectendum indies allicit magis.Commendatus abs te Domine colendiſſime rogatu Phpilippi Peruſini litteris humaniſſimis:etiam cumulatius diligetur:fouebitur:eritq; mihi tua potiſſimum cõmedatione cariſſimus. Vale Dñe mi colendiſſime Ex Fonte bono. Die.xxv. Martii.Mcccclxxxxvi.

Gabrieli Monacho.LXXXVI.

m Vltiphariam multiſq; rationibus tueri pergis opinionem tuã:ꝗ miſſus a priore tuo ad cœnobium Vertiglii: vt in eo ad ipſius libitum inhabites:parere haudquaq̃ tenearis.Tecum(vt ſcias) minime ſentio . Si enim homo es bonæ voluntatis:vbiq; vni Domino ſeruire poteris:vni regi militare.Quoniam non locus ſanctificat hominem:ſed homo locum.In quotidiano congreſſu,& familiari conuerſatione,rectam prætefers mentem:deteſtaris improbos,& male obſeruantes,quæ profeſſi ſunt.Detrahis meo iudicio,non parũ ſermoni tuo fidem:cum,quod paſſim verbis conaris aſtringere, factis contrario reſoluis.Nec habere facile poſſunt,quæ alios monueris atq; erudieris, firmitatem:niſi ea prior impleueris.Conſulo itaq; hortor,moneo : (præcipere certe nollem:quia ad ſolum nutum obedire te cupio)vt ſecedas pro arbitrio prioris quo te deſtinat.Nec verearis,te non inuenturum ibidem locũ Domino: tabernaculum Deo Iacob.Non ſtabit,niſi per te:ſi volueris bene atq; innocenter viuere.Paucitas monachorum,in eo loco degentium,non obfuerit tibi: cum Dominus dicat.Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo : ibi ego ſum in medio eorum . Non morabatur diutius eodem in loco Chriſtus Dominus. Apoſtoli quoq; non habebant manentem ciuitatem : vt pluribus ſatiſfacerent. Non mitteris ad Indos:vt cum Thoma reniti habeas imperanti.Non ablegaris procul in inſulas.Prope eſt:quo demigres:& quo promptius pareas,membrum eſt Angelorũ.Et ne te multis morer:aderit Baſilius Abbas, Vicarius noſter.Si quid inter te & priorem(quod cauendum ſuadeo) natum fuerit quæſtionis:referetis ad eum.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxv.Martii.Mccccclxxxxvi.

Petrophilippo Pandolphino.LXXXVII.

r Equirente a nobis magiſtratu ciuitatis veſtræ:qui præeſt mutuandæ ꝑquirẽdæq; pecuniæ haud modicam aureorum nummum ſummam: vt morẽ geramus petenti,vrget caritas:prohibet inopia.Huc accedit libertas ſacræ noſtræ Eremi:Illuſtriſſimo Dominio Florentino nequaq̃ ſubditæ,ſed tãtummodo cõmendatæ:quam negligere,vt conſeruetur,nõ debeo.Precor itaq;

magnitudinem tuam: vt tu quoq; cures pro viribus: ne quid violẽter iniuſteq; contra immunitates noſtras decernatur. Si non deeſſet mihi facultas: neq; præmerer ære alieno atq; anguſtia rei familiaris: præferre contenderẽ libertati caritatem. Tanta eſt enim mea erga rempublicam Florentinam beniuolentia: tam ſingularis affectus: vt poſthabita exemptioũm ratione, vltro me offerrem: ſpõte atq; ex animo præſtarem, quod potuiſſem. Quid, quæſo, facturus eſt modo Generalis, & liber a præſtando, & egeſtate laborãs? Vtraq; res tuum pro nobis fauorem implorat: poſcit patrocinium, iuſtitiæ & æquitatis plenum. Quod neſcio, an ab alio aliquo in iſta Vrbe ciue, magiſq̃ a te, viro vtiq; & iuſtitia & pietate inſigni, mihi ſperandũ ſit. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Aprilis. Mcccclxxxxvi.

Benedicto de Mandelo Monacho. LXXXVIII.

s Cire cupis: vtrum binas tuas accæperim litteras. Accæpi: & grate: vtpote ſingularem filii erga patrem affectum, vtraſq; præſeferẽtes. Hoc tuo tamen iterato ac repetito non indigebam teſtimonio: niſi q ex abundantia cordis, os loquitur. Et bonus homo, de theſauro ſuo profert bona. Conferet plurimum, vt ſcribis, cœnobio Sancti Ioannis, accæpta ab Illuſtriſſimo Senatu noſtro Fauẽtia in patrocinium & tutellam. Territurus eſt leo ille, qui ad nullius pauet occurſum, inſurgentes aduerſum vos: nec facile paſſurus, diſtrahi litibus iniuſtiſſimis bona monaſterii veſtri. Habetis etiam modo Fauentiæ legatum Venetum: nõ minus pietate ac religiõe, q̃ probitate & doctrina inſignem. Ad hæc adeo noſtro ordini afficitur: vt ab eo nullum fauorem nullam operam ſitis deſyderaturi. Præſtabit ille vltro omnia, quæcunq; potuerit: atq; haud ſecus vobis aderit: ac ſi peculiaris monaſterio iſti patronus ac tutor miſſus fuiſſet. Vrget tabellarius: profecturus hinc modo, ne ſcribam prolixius ad te. Hoc tãtum nõ obmiſerim: q proficere mihi videris indies in litterarũ ſtudiis. Perge, vt facis: & ſicut cultioris ſermonis, cui te non ſegniter accommodas: ita & perfectioris operis incrementa, in te quotidie magis eluceant. Priorem ac familiam ſaluta meo nomine. Vale. Ex Fonte bono. Die. ix. Aprilis. Mcccclxxxxvi.

Chriſtophoro Suppriori Fontis boni. LXXXIX.

a Bſentibus nobis, & per Caſentinum diſcurrentibus, ac reuiſentibus loca noſtra: tu firmus ſtas in Fonte bono, Fonte aquæ, ſalientis in vitam æternam. Nam præter obſeruationem regularem, in qua eſt fons vitæ: nonne aqua, ſapientia? Aqua, inquit, ſapientiæ potauit eos. Ad huius aquæ potum quo non amplius ſitias peruenies facile: ſi monaſtico inſtituto litterarum etiam accẽſſerint ſtudia. Habes præceptorem: occaſionem diſcẽdi non negligas. Si parare tibi modo contendis proprietatem ſplendoremq; verborum per eruditionem gentilium: non penitus improbo: vt cum te aliquo exercitationis genere occupare volueris ſtili gratia: non deſit tibi imitatione bonorum, vis explicandi atq; facultas, quæcũq; tibi occurrerint conſcribenda. In his tamen non conquieſcas: ſed per hæc tibi gradum facias ad maiora, ad hauriendum, inquam, liquorem illum cœleſtem diuinarum litterarum. His enim beatus fies. Beatus, ait, homo: quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. Vale. Poplenæ. Die. xix. Aprilis. Mcccclxxxxvi.

Petro Delphino. XC.

Laudas

Audas vitam ſolitariam: & doles, ꝙ nō tibi datum ſit illa frui. Nō vna tantum via in cœlum tendimus. Vndecunq; patet nobis aditus ad ſuperos: modo iacere ipſi in luto noluerimus: nec longioris ac laborioſioris nos itineris pœnituerit. Ambulate, inquit Apoſtolus, vocatiōe: qua vocati eſtis. Nō locus ſanctificat hominē: ſed homo locū. Si non licet tibi de montibus erigere oculos ad Deū: at de vallibus & æſtuariis illis itidem potes. Audi prophetam. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Proiecerat item Dominus in profundum maris prophetam alium: cum dicebat. Circundederunt me aquæ vſq; ad animam: abyſſus vallauit me: pelagus operuit caput meum. Et tamen inde memor fuit Dei. Ego autem, ait, in voce laudis immolabo tibi: quæcunq; voui, reddam pro ſalute mea Domino. Vade igitur: & tu fac ſimiliter. Hac vtiq; ratione emerſiſſe arbitror triremem illam Bragadinam, de qua ſcribis, ex marinis fluctibus: atq; a porta inferi in lucem euocatam, biennio poſt maximo omnium miraculo & ſtupore Venetias reuertiſſe. Benedictus Deus, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui præter ſpem & expectationem totius ciuitatis, inopinato ac deſperato penitus nauigii onerarii aduentu, ipſam lætificauit. Ad fugādam vero procul peſtem, cuius etiam meminiſti, non improbo demandatam prudentibus viris curam: ſi modo ad humana remedia etiam diuina acceſſerint. Florentiæ, cum adhuc ibi eſſem, vulgari per domos aliquot magna omnium formidine peſtis cœpit. Nunc autē æſtate appropinquāte, præter publicas ſupplicationes, diligēs exhibita in tali re per magiſtratus cura effecit: vt de illa ſiue īminuta plurimum, ſiue extincta penitus, ne verbum quidem fieri audiam. Ponzonius, quem ſcribis Venetiis prædicaſſe, modo Florentiæ euangelizat verbū Dei. Creditur a nōnullis eo miſſus de induſtria. Magno concurſu alias ibidem ſemper auditus eſt: ſed modo longe maiore: quando frater ille Hieronymus Pratum conceſſit. Diſſentire ab hoc Pōzonius hactenus apparuit: & libere ſemper concionatus eſt: quid de Florentinorū ſtatu ſenſerit. Modo q̄tum profecturus ſit, abſente altero, neſcitur. Dominus ſit in corde eius, & in labiis eius. Ad quæſtionem tuam, vltimo loco propoſitam, alius tibi peritior reſpondeat. Nō deſunt iſthic: quos conſulas. Senatus decreta nōn facile improbauerim. Si pecuniam deponere ad menſam, cum ſuperabundantia recæpturus: peccatū eſſe dubitas: quādo ad deponendum nequaq̄ cogeris: elige tutiorem partē. Sin vero de Senatu ſentis: ꝙ mature decernat omnia: & nihil in conſultis viris doctiſſimis, in ſua republica conſtituat: quid nodum in ſcirpo quæris? De hac materia, diuini ſcatent libri: multumq; tum a veteribus, tum a recētioribus doctoribus diſputatum eſt. Ad eorum te remitto lectionem. Quid haurire de harenoſo & cœnoſo riuulo, adeo procul contendis: cum prope de puro atq; illimi fonte, id facilius queas? Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvii. Apri. Mcccclxxxxvi.

Hieronymo Veneto Monacho. XCI.

n On es accuſandus negligentiæ: qui adeo viriliter agis: qui prœliaris prœlia Domini. Non ſcripſiſti tempeſtiuius: vt præſcriberes aduerſariis tuis: ac de ipſis reportares triumphum. Et ego non ægre fero longiorem

intermiſſionem:quæ congregationis cōmodis inſeruiuit. Viciſti duros hoſtes & improbos:& in Deo tuo tranſgreſſus es murum. Gratias ei age: quo autore indutus es fortitudine:& præcinctus virtute ad bellum, ſupplātaſti inſurgentes in te ſubtus te. Expertus fœlici euentu militiam eſſe vitam hominis ſuper terram:obliuiſci facile potes laborū:quos in ea tolleraſti. Seminaſti in lachrymis: vt meteres in exultatione. Guidonē Priorē angelorꝫ mihi cōmendas:rogatus ab eo, vt ita faceres. Cōmēdationē tuā, tā etſi minime neceſſariā, libenter admitto. Recōciliatus mihi, vt nōnulli opinātur, vrgēte neceſſitate:totū ſeſe mihi dedidit. Et nouit ipſe, q̄ alacri aīo, q̄ iniuriarum ab eo accæptarū īmemori, præſto ei fuerim. Viſitaui Angelorꝫ monaſteriū, non mō nō inuito Priore, nec repugnātibus monachis:verū ab eis ſæpiſſime euocatus:ac multa ſummiſſione requiſitus. Viſa eſt oībus īgēs mutatio dexteræ excelſi. Arbitramur, nō nihil nos, apud illos noſtra exhortatione profeciſſe. Sed nō potuit vna tātum medici viſitatio, male cōcæptum virus penitus expurgare. Siquidē per hos dies cōiuratione facta in eo fuit Angelorꝫ cœnobium:vt in ius alienū per monachos Priori aduerſantes cōcederet:fieretqꝫ monachorū clauſtrum, domiciliū prædicatorum. Nō eſt paſſus Dominus, malorū præualere iniquitatē:ſuſcitauitqꝫ ſpiritū Baſilii noſtri aduerſus malignātes:adeo vt ſua prudentia conatus oēs impiorum perfregerit:& coram illuſtriſſimo accerſitus Dominio, ſapienti defenſione tam præclarꝫ monaſteriū ſuo ordini ſtrenue cōſeruauerit. Hæc ad te paucis duxi cōſcribēda:vt ſcires me meoſqꝫ Guidoni fauere:nec īdigere illū tua aut alterius cuiuſq̄ apud me cōmēdatione. Vale. Ex Fōte bono. Die.xxix. Apri.Mcccclxxxvi.

Bernardino Priori Clauſtrali Sancti Michaelis Murani. XCII.

CONtulit mecum Domnus Hieronymus nonnulla de celebrato capitulo:contulit etiam Vicarius nouus:quem electum cōfirmauimus:& confirmatum hortati ſumus:vt fideliter ac ſtrenue demandatū ſibi munus impleat:curetqꝫ pro viribus conſulere honori & vtilitati congregationis. Difficilis eſt animarum cura:lōge vero difficilior:curare vt multitudinis monachorū ſit cor vnū & anima vna:facereqꝫ vt habitēt vnius moris in domo. Periculoſa res eſt, ſtatus alicuius īmutatio:q̄uis conemur in melius: arrideatqꝫ nobis ſpes vtilioris reformationis. An ipſi vos id experti ſitis:vos videritis. Sed non mirum:ſi habitare fratres in vnum ægre eueniat:cum legamus factam eſſe contētionem inter diſcipulos Ieſu:quis eorꝫ videretur eſſe maior. Vtinam in adminiſtranda republica non claudicēt iudicia præſidentiū:& annua iſta prælatio, nō quidem ſui gratia, ſed bonorum mentiū defectu, non ſit vehementioris ac diuturnioris ambitionis materia. Nolo vlterius progredi: quoniam tecum congredi magis cupio, & referre coram quæ ſentio: quam litteris committere: quæ futura eſſent non omnibus grata. Vale. Ex Fonte bono. Die. iiii. Maii. Mcccclxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. XCIII.

INtermiſſum diutius reſponſum litterarum tuarum, quam pro more meo: ne aſſcribas obliuioni meæ de te, deqꝫ rebus tuis. Obruor interdum occupationibus: vt non ſim mei iuris ſemper. Sum tamen idem tecum ſemper: nec memoria excidis mihi, etiam non reſcribenti ad

te. Si

te.Si tibi præſto fuit Vicarius noſter:oppoſuitq; ſe pro muro,ex aduerſo aſcen/dens:fecit,quod debuit:quodq; mihi gratiſſimum fuit.Haud ſecus illum poſt/hac,vbi opus fuerit,facturum expectes.Gaudeo tui cauſa:q; ipſum tandem no/ueris:qdq; luculẽtiſſimo teſtimonio exptus ſis:quo ſit erga te ac monaſterium tuum animo.Vix aliquãdo potuiſſes credere:niſi accidiſſet occaſio:qua pericu/lum faceres.Nũc vero merito potes dicere.Et qui vidit teſtimoniũ perhibuit: & teſtimoniũ eius verum eſt.Requieſcere te modo pacatius arbitror : eiecta de cœnobio parte conuentus malignantium.Sic euenturũ cæteris ne dubita:qui/cunq; inſtigante diabolo erexerint cornua in prælatos ſuos.Tu tamẽ etiam hu iuſmodi paterno affectu compatere. Et quos reuocare a malo tuis viribus co/natibuſq; non vales : diuinæ ſaltem commenda pietati. Adiuua orationibus, quos adhortationibus non potes. Dum ſpiritus hos regit artus : ſanabilia ſunt vulnera noſtra. Vale cum familia omni. Ex Fonte bono. Die.xii. Maii. Mccccl xxxxvi.

Paulo Orlandino Monacho.XCIIII.

m Inus moleſte fero Venerabilis fratris noſtri Baſilii Abbatis abſentiã, cum Florentiam redit veſtri cauſa.Propior enim vobis factus,terrebit vehementius libertatis & pacis veſtræ inſidiatores.Et vbi aliqd ſcan dali (quod abſit) emerſerit:in prõptu atq; ad manum cõtinuo habebitis præſi/dium.Vidiſti ipſe,& comprobaſti:q̃ti ſit facienda fratrum cõcordia:quoſq; ſuo tempore fructus ferat.Affuit Guidoni Baſilius:vt frater in anguſtiis cõprobare tur:vt merito recordaremur ſcriptũ.Frater,qui adiuuatur a fratre : quaſi ciuitas firma.Si duo ex vobis,ait Dominus,cõſenſerint ſuper terrã:de omni re,quam/cunq; petierint,fiet illis a patre meo:qui in cœlis eſt. Et iuxta ſapientis ſenten/tiam,ſi dormierint duo:fouebuntur mutuo.Vnus quomodo calefiet? Quid eſt autem dormitio:niſi caritatis & pacis ſignificatio?In pace,in idipſum,dormiã, & requieſcam.Bono certe eſt Abbas ipſe in religionem animo:bona in priorẽ tuum atq; Angelorum cœnobium.Me quoq; vtriq; addito : funiculus ille tri/plex,qui difficile rumpitur,facilius connectetur.Non fuit itaq; abs te nobis tan topere commendandus Venerabilis frater noſter Prior tuus:cum vnũ ſimus. Ipſum ſalutabis meo nomine:ac bono animo eſſe iubebis. Cæterũ quam inſe/ruiſti epiſtolæ tuæ habitam in conuẽtu veſtro a Baſilio Abbate contionẽ, cum ſingulari ingenii illius laude:& ipſe approbo.Fuit enim loco & tempori accõ/modatiſſima.Placuit etiam mihi in ea recitanda,tenacis memoriæ tuæ vis.Nã ita omnem expoſuiſſe mihi videris:vt ne verbum quidem excidiſſe tibi conii/ciam.Retuliſti mihi alterum Senecã:qui de ſeipſo meminit:adeo in ſe aliquan/do memoriam floruiſſe:vt non tantum ad vſum ſufficeret : ſed in miraculum vſq; procederet.Nam duo milia nominum recitata,quo ordine erant dicta,re/ferebat.Et ab iis,qui ad audiendum præceptorem ſuum conuenerant,ſingulos verſus datos:cum plures q̃ ducenti efficerentur : ab vltimo incipiens vſq; ad primum recitabat. Vt illam exercitatione confirmes & augeas : magnopere ſuadeo.Ediſcere contende ſacra volumina : quibus impreſſam animo Salua/toris noſtri memoriam iugiter ac ſuauiter tecum feras.Memor,inquit,fui Dei: & delectatus ſum.Dulcis nimirum memoria : & quæ merito omnes alias co/

gitationes excludat. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Maii. Mccccl xxxxvi.

Bernardino Priori Clauſtrali. XCV.

n On falleris opinione: ꝙ vos plurimum diligã. Qui enim euenire ſe/cus poteſt? Quis enim filius: quem nõ diligat pater? Merito igitur & profectibus veſtris gaudeo: & aduerſis, vbi illa acciderent, mœrerem ſupra modum. Non defuturam mihi lætandi materiam ſpero: donec idipſum dixeritis omnes: & nõ fuerint in vobis σχίσματα. Quod ſi quando accideret: caue ne deficiat fides tua. Quinimmo conuerſus tu, confirma fratres tuos: vt minus neceſ/ſaria futura ſit vobis præſentia mea. Ne deficias in tribulatiõibus: quas pro vti/litate congregationis paſſurus fores. Hæc eſt enim gloria tua. Non tibi propo nas quietem in hoc mundano turbine: quia difficile illã inuenies: difficilius re/tinebis. In Domino confide: qui nunq̃ deſerit ſperantes in ſe. Cum ei placuerit: imperabit ventis & mari: & fiet tibi trãquillitas magna. Exemptiones noſtras atqꝫ immunitates admiſerunt per Dei clæmentiam Magnifici magiſtratus Florentini: ac ſcriptis comprobauerũt. Quare ſi gaudes commodis noſtris: habeo gratiam. Laborauit pro hoc facto Baſilius noſter Florentiæ apud amicos ſuos prudentia: ego hic epiſtolarum frequentia. Ille plantauit: ego rigaui: Dominus autem incrementum dedit. Litteras a Paduano Epiſcopo noſtro compluribus ante diebus accæpi. Rñdebo: cum ocioſior fuero. Vale. Ex Fõte bono. Die. xvii. Maii. Mccccl xxxxvi.

Frãciſco Picolhomineo Cardi. Senẽſi Protecto. XCVI.

q Voniam religionis ſucceſſibus gaudes Domine colẽdiſſime: referam tuæ amplitudini: quæ per hos dies in cœnobio quodã noſtri ordinis cõtigerũt. Abbatia Sãcti Hillari: in valle Galeatæ ſita: & a Ciuitella ecclesiæ oppidulo mille fere diſtãs paſſibus: ꝑ annos ſexaginta cõmẽdatariis ſub/dita fuit. In ea ſeruitute laboranti: ac deſolatæ ſicut in vaſtitate hoſtili: adeo vt haud ignobilis templi tectũ corruerit: & domus tota veluti incendio cõflagra/ta ruinas congeſſerit: illuxit tandẽ oriens exalto: recordatuſqꝫ eſt Dominus mi/ſericordiæ ſuæ. Liberata enim primum ante annos circiter ſeptem de manu fi/liorum alienorum, & reſtituta ordini, hoc demum nouiſſime ditata eſt munere. Tertiadecima menſis præteriti die: cum per multũ tẽporis perſeueraſſet apud incolas regionis illius opinio, & fama creuiſſet: iacere in eiuſdẽ abbatiæ tẽplo corpus beatiſſimi Hillari Abatis & cõfeſſoris: appoſuit manus loci ipſius Ab/bas cũ aliis tribus: ad perq̃rendas Sãcti huius reliquias. Et q̃d pro miraculo habitum eſt: duarũ aut triũ horarum ſpatio perfecerũt opus: quod alias vix decẽ potuiſſent facere vno die. Effoſſa deniqꝫ atqꝫ egeſta multa humo: inuenerũt la/pidẽ grandẽ ſuper alium lapidem: vtrunqꝫ marmoreum: vtrũqꝫ grauiſſimum. Sublatis deinceps atqꝫ amotis lapidibus apparuit continuo capſula plumbea: in qua hæ inciſæ erãt lr̃æ. Hic eſt corpus beatiſſimi Hillari cõfeſſoris. Apta ca/pſula inuenerũt caput & oſſa, partim integra, partim cõfracta. Iuxta vero capſulã erat vas teſtaceũ, puluere plenũ. Vulgari continuo cœpit factũ per finitima rura oppida Vrbes: & vndiqꝫ viroꝝ ac mulieꝝ incredibilis multitudo cõfluere. Ac/cerſitus ego cõpluribus & nũtiis & lr̃is Galeatani magr̃atus, quos Antianos vo cant: & rogatus ab eis, vt eo me cũ feſtinatiõe ꝓpiperẽ: tũ ad honorãdas ſacra/

tiſſimas

tiſſimas reliquias:tum ad conſulendum,quid facto opus eſſet ſuper illarum cu/
ſtodia:feci ſatis petentibus.Fuit tamen præcurſor noſter Ioannes Eremita:quē
eo ad primum ſtatim nuntium cum ſocio deſtinaui.Haud multo poſt cū aliis
ſuper alias epiſtolis requirerer:ſuperatis alpibus eo me cum pluribus contuli.
Apparuit ex occurſu oppidanorum & magiſtratus prætoriſq́;, fuiſſe omnibus
optatiſſimum atq́; expectatiſſimum aduentū noſtrum. Manſimus ibidem per
dies quatuor.Occurrente Dominico die:rogatus ab eis,vt miſſarum ſolennia
in eodem templo celebrarem:& beatiſſimi confeſſoris corpus veniētibus oſtē
derem: quemadmodum ipſo die futurum diuulgari pluribus ante diebus per
vniuerſam regionem illam mandauerant:impleui illorum vota.Mirabilis ſa/
ne Deus in ſanctis ſuis.Vidimus vicinos colles a ſiniſtro vallis latere (ſiquidē
in eminentiori & conſpicuo loco abbatia ſita eſt) innumerabili hominum có/
curſu opertos:ita vt vltra quindecim milia ea die conueniſſe creditum ſit. Ob/
lationes quoq́; haud tenues tum pecuniarum tum cereorum & funaliū ab ad/
uentantibus factæ ſunt:peracta prius per iugum montis frequēti ac celebri ſup
plicatione.Tandem ſub altari tribunalis primarii reliquias,vbi repertæ fuerāt,
cum capſula repoſuimus:præpoſitis quatuor ciuibus rei ædificatoriæ:ad con/
tegendum templum:& exornandum præcipue locū:quo decentius beata oſſa
conſeruarentur.Iam materia cœpta eſt conuehi:& locatum architecto opus.
Speratur hac occaſione,futuram facile deſtituti atq́; inhabitati loci reformatio/
nem.Sub altare Dei clamaſſe beatum confeſſorem credo:vt ex illis ruinis tan/
dem erueretur: & ex longa obliuione atq́; ſolitudine,memoriæ ac celebritati
reſtitueretur.Pupugit certe cor tam præclari monaſterii deſolatio:quod totius
illius vallis caput eſt:& iuriſditionem habet magnam nimis.Ad fletum excita/
uit,venuſtiſſimi tēpli,ac ſolerti ingenio multaq́; impenſa fabrefacti collapſum
tectum.Cogitaui mecum ſæpius:quid pariant commendata curialibus incuria
laborantibus beneficia:dicens intra me.Profecto ſi liceret ſummis pōtificibus,
propriis hæc luminibus intueri:nunquam paſſuros illos arbitror:vt commit/
terentur dilaniandæ lupis oues.Fiunt tamen iſta quotidie in maximum cultus
diuini dedecus:& ſacrorum ordinum,ſub regulari vita degētium,ruinam atq́;
interitum.Verum vt eo redeam:vnde digreſſus ſum:quarto poſt die quo illuc
ieramus inde profecti:quinto demum ad Fontem bonum incolumes rediui/
mus:perpetuo licet comitante nos hymbre:ac deſuper effuſo vehementiſſime
ac ruente.Neq́; tamen propterea pœnituit nos itineris,in honorem Dei & con
feſſoris eius potiſſimum aſſumpti:relicto prælertim noſtri & ſociorū apud po
pulum illum deſyderio:qui cupiunt q̄maxime:vt locus ille noſtris ac noſtrorū
regulariter viuentiū manibus gubernetur.Sed de hoc ſi oportuerit alias latius.
Satis modo ſit:q̄ ad ſignificandam inuentionem ſacri corporis diuinitus reue
latam,hoc nouiſſimo tempore,pluribus forte vſus ſum:quam ſcribenti ad oc/
cupatiſſimum Dominum,par fuerit.Hoc agit maior quam promeritis de tua
erga me humanitate fiducia:cuius inter cæteros quos ego expertus ſum præla
ros & magnos viros,facile optines principatum.Vale Domine mi colendiſſi/
me.Ex Fonte bono.Die.xx.Maii.Mcccclxxxxvi.

Hieronymo Ferrarienſi Prædicatori. XCVII.

c Vm de præſenti ſtatu tuo cogito Venerāde pater: poſitus mihi vide/ris Florentiæ, vbi tanto euāgelizas ſtudio, in ruinam & in reſurrectio/nem multoꝝ. Quid enim de te aliud expectandū eſt: cum exeris gladium ſpiri/tus: & malleum illum attollis euangelicū: ac tuba intonas ſalutari: niſi vt terre/as proſternas ac diruas: niſi vt euellas & deſtruas, & diſperdas & diſſipes? Rur/ſum cum bono eſſe animo iubes populū: & blādiore ſermone ad beneuiuendū & proficiendū in melius hortaris: quid aliud agis: niſi vt & lapſi erigātur: & re/cte gradiētes in via Dei ſanctoq; ꝓpoſito per te cōfirmentur? Vtrūq; ſane opus (vt legiſti) & euāgeliſtæ eſt & prophetæ. Aperiā: cur iſta præmiſerim. Noſſe te arbitror ſi non alias ſaltē fama & relatione multoꝝ: qualis ſit abbatia Sācti Fœlicis noſtri ordinis: q̄ multus illi populus, nō quidē gregarius ſed patritius, ſub ditus ſit. Cōmendata olim curialibus quomodo ſatiſfecerit populo: quod in ea fuerit ſtudiū diuini cultus: quæ animarum cura: ne requiras a me. Liberata vero haud multo ante abbatia vtrū pro loco & tēpore fuerit accuratiſſime reforma/ta: & multū ab illa priore in melius īmutata: parochianos oēs interroga. Si diſ/ſentientem vel vnū inueneris: narrare me mō tibi fabulationes puta. Curā itaq; habens totius populi Florentini: quæſo ne paruifacias ipſius abbatiæ libertatē. Nā ſi quæ modo eſt libera facta fuerit ancilla: inq; manus filioꝝ alienoꝝ deue/nerit: actū de illa ne dubita: & quod pluris certe facio, nō ſine ingenti ſcandalo parochianoꝝ omnium: qui nimirū vtpote viri timorati & tuo dogmate inſti/tuti, ægerrime laturi ſunt: cū viderint in eccleſia ſua pro cœnobialibus curiales: pro coronatis calamiſtratos: pro cucullatis prætextatos ac ſericis īdutos. Hoc tu ne patiaris, peto. Si aſcenderis ex aduerſo: & oppoſueris te murū & ante mu rale pro domo Dei: facile confido fore: q̄ conterendus ſit Sathan ſub pedibus tuis velociter. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Maii. Mcccclxxxxvi.

Bernardino Priori Clauſtrali. XCVIII.

a Nnotaſti quendam ex nomine penultima epiſtola tua: (duabus enim tuis modo reſpōdeo) q̄ autor fuerit eorum: quæ contra te facta ſunt. Mecum tamen is de te ſingulari affectu contulit omnia: oblocutus tantum de aliquibus, idq; cuſtodite ac parce: q̄ tecum aut pro te non ſenſerint. Siquid au/tem mihi triſte nuntiauerit: ſiquid non lætum ſuggeſſerit: ne iccirco mei cauſa moleſte feras. Fratrum mores & ſtudia (mihi crede) optime calleo: tot annos verſatus inter illos. Expertum te quoq; fuiſſe hactenus multa: non dubito. Sed ſi ſuperuixeris: quantum per ætatē ſperare tibi licet: experieris lōge plurima. Tā tum ne cede malis: ſed cōtra audētior ito. Quicqd perperā agitur te ignorāte: nō tibi poterit merito īputari. Malos male ꝑdet Dn̄s: qui falli non pōt. Mobilia ſunt iunioꝝ īgenia: & quæ huc illuc facile cōuertātur. Si alioꝝ ꝓuocati cōtume/liis autorē te falſo putauerūt: cognita rei veritate, quæ amica eſt tpis: pœnitētia ducti maiore beniuolētiæ cumulo recōciliabūtur tibi. Rachelis te eē ſtudioſum minime īprobaueri: ſed ſi tu penitus nō repudiaueris Liam. Defodere nō debes tibi tātūmodo talētū in terrā: qd in multoꝝ vtilitatē erogandū accæpiſti. Neq; propterea ſuadeo: vt facias partē tuā deteriorē. Cauēdum ne aliis ſit tribulatio: & tibi

& tibi ſoli remiſſio:ſed ex æqualitate.Miſiſti ad me Landulphi Cartuſienſis no/
uum opus:& vt ſpero Cartuſiēſe monacho dignum:& nō ſignificaſti q̄ti illud
emeris.Reſcribe:& ſatiſfaciā.Litteras quas græcia allatas miſiſti,cum tuis accæ
pi.Reſpondebo illis:vbi primū potuero. Deniq; ſi mecum congredi cupis:ne
transferri huc in morem Abacuc expectes.Iter noſti.Veni:& remittes aliq̄tulū
animum variis diſtentum curis.Non dico ad te alliciendum,vt venias:Sūt no
bis dulcia poma:Caſtaneæ molles:& preſſi copia lactis.Quāq̄ & iſta forte non
defuerint.Sed ſunt nobis apud Fontem bonum libri complures: vnde ſitiens
haurias aquam viuam:aquam ſalientem in vitam æternam.Vale.Ex noſtra ſo/
litudine Fontis boni.Die.xxviii.Maii..Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum.XCIX.

m Alarātia quæ miſiſti,neſcio vtrum ſpecie an ſapore præſtiterint. Ego
eius generis poma,nec ſuauiora nec maiora,vidi aliq̄n. Apparet non
fuiſſe irritos labores tuos,in excolendo hortulo delitiarum:qui tam elegantes
ac bonos fructus pariunt.Et forte myſtica aliqua ſignificatione trāſferēdum ad
me ignitum colore munuſculum curaſti:vt eo admonitus ſtudioſe præpararer
ad excipienda ignea Sācti ſpiritus dona:quæ paulopoſt ſolēni officio erāt pce/
lebranda.Vtinam in me ſeptemplici illo munere dignetur facere manſionem:
& ſplendoris ſui nitore illuminet tenebras meas:vt igne exanimatus teporē ex
cutiam:vt non inueniatur in me iniquitas.Diſtycum etiā tuum epiſtolæ inſertū
de trāſmiſſo ad me munere:vt eſſet gratius: effecit. Pro vtroq; tibi grās ago.
Vale.Ex Fōte bono.Die vltima Maii.Mcccclxxxxvi.

Petro Delphino.C.

n On obeſſe locum,quē quis inhabitandū eligat,ad animæ ſalutem:ſi/
ue Vrbanus ſit ille,ſiue ſolitarius:etiā nunc affirmo. Siquis tamen me
interroget:vtrum ad beneuiuendum accōmodatiorem,ac magis ido
neum putem: hunc noſtrum proculdubio dixerim. In turba enim & frequen/
tia hominum,facilius & crebrius turbationes corporū & animarū inuenies. In
ſolitudine pacatius & tranquillius viues.Confirmauit ſentētiam hanc meā no/
bili exemplo vir clariſſimus Octauianus orator apud Illuſtriſſimum Dominiū
Venetū pro magnanimo Duce Mediolani:quē ſcripſiſti relicto ſæculo ac pom
pis eius ad religionem ſe contuliſſe:vt remotus a mūdano ſtrepitu,cōmodius
adhæreat & copuletur Deo.Opto fœlicē eius in hac ſancta vocatione perſeue/
rantiam.Huiuſmodi ciuium & claroꝝ virorum conuerſiones quotidie fere au/
diuntur Florētiæ:& eoꝝ plurimi ad Sācti Marci monaſteriū,vbi Prior eſt Hie
ronymus ille Ferrariēſis prædicator,ſeſe recipiunt. Quo fit:vt vaticiniū illud,
quod miſiſti de Florentia imo contra Florentiā,Innocētii Siculi ordinis prædi
catoꝝ,ante annos centū Angeli iuſſu editū:minus formidādū cēſeā. Cōminat
ſiqdē iterdū Deus p ꝓphetas & prædicatores ſuos populis nō recte viuētibus:
vt territi reuocētur ab iſtituto & ꝓpoſito malo.Quidā ex iis clamat dicēs.Niſi
cōuerſi fueritis:gladiū ſuū vibrabit:arcū ſuū tetēdit:& parauit illū. Alius vero:
adhuc,inqt,quadraginta dies:& Niniue ſubuertet.Et tn̄ cōuerſæ ciuitati per ie
iuniū & mutationē vitæ reconciliatus eſt Dn̄s.De Achab quoq; Rege Iſrael,cui
per Heliam cōminatus fuerat Deus: ꝙ induceret ſuper eum malum:& deleret

domũm eius:audi quid ſcriptum ſit:poſtq̃ ſcidiſſet veſtimenta ſua:& operuiſſet cilicio carnem ſuam:ieiunaſſetq; & dormiſſet in ſacco:atq; ambulaſſet demiſſo capite:Et factus eſt,inquit,ſermo Dñi ad Heliam Theſbitem dicens. Nõne vidiſti humiliatum Achab coram me?Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa:non inducã malum in diebus eius.Huiuſmodi exempla multa,tu tibi ex diuinis voluminibus collige.Et q̃uis dicat propheta:Quis ſcit ſi conuertatur:& ignoſcat Deus:& relinquat poſt ſe benedictionẽ?Nunq̃ tamen de eius miſericordia humiliatis & cõuerſis deſperãdum duco:cum ſit benignus & miſericors & præſtabilis ſuper malitia.Quod Epiſcopus Pulignanus natione Apulus,in aſcenſione Dominica recognouerit Dñium Venetum:hoc in eiuſdem nominis Veneti cedit gloriam.Et gaudeo plurimum,deguſtari ab Apulis clæmẽtiẽ Venetæ dulcedinem.Hic noui nihil audio,quod conſtet : niſi ꝙ ante octo vel decem dies venit Florentiam Galloꝝ legatus.Aiunt,illum blãde allocutũ Senatũ Florentinum:ſignificaſſeq; Regis noĩe,ipſum decreuiſſe:vt que amiſerũt in aduẽtu ſuo oppida recipiãt:& iis ẽt longe plura.Alia multa vulgãtur quotidie:quæ cõmẽta exiſtimo. Vale.Ex Fonte bono.Die vltima Maii.Mcccclxxxxvi.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER QVINTVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis.Petro de Porticu.Epiſtola.I.

I q̃tum vales ingenio:tantum profeciſti & ſtudio,in parãdis tibi græcis litteris:non me profecto non religionẽ noſtram pœnituerit diuturnioris abſentiæ tuæ.Non enĩ potuiſti græcam linguã alibi cõmodius atq; vtilius diſcere:q̃ apud Cretam,Grecoꝝ inſulam nobiliſſimam:ac nutricem Dei,fabuloſe licet,creditam.Neſcio autem:vtrũ etiã incolarũ mores imbiberis.Nam ſi eiuſmodi hac noſtra tempeſtate Cretenſes ſunt:quales teſtimonio Epimenidis,ſcribens ad Titum affirmat Apoſtolus:periculoſa tibi fuerit illorum per tot annos conſuetudo atq; cõuictus.Spero tamẽ:ꝙ pro tua prudentia legeris de ſpinis roſas:& ad cõparanda tibi doctrinæ & eruditionis mella,in morem apum matutinos rores ebiberis:ac cœleſtes hauſeris aquas : illas nimirum aquas,quæ ſaliunt in vitã æternam:illas inq̃,vbi eſt fons vitæ.Quod memoriã mei ſerues etiã procul poſitus:grate didici. Veræ hoc eſt caritatis argumentum:quæ nunquam excidit. Non es tu cum iis annumerandus : qui ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedunt. Fundata eſt tua erga me beniuolentia ſupra petram,qui Chriſtus eſt.Et iccirco nec locorum interuallo, nec temporis diuturnitate,aut tolli penitus aut minui etiam potuit.Mihi quoq; non excidiſti memoria:qui te paterno complector affectu.Incidit plerũq; de te ſermo loquenti mihi cum aliis:idq; cum mea ſingulari,de tuo ingenio deq; tua erga me fide,atteſtatione atq; commendatione. Laudo:ꝙ onuſtus præclara librorum ſuppellectile in Italiam propediem rediturus ſis. Paraſti tibi viaticum ſuauiſſimum in ſenectutem : & quo,die noctuq; , vti valeas pro arbitrio.

trio. Videbo illos cũ ſe obtulerit occaſio libentiſſime: non ſecus tamen iudicatu rus de illis: cum græce nõ didicerim: quam cæcus de coloribus. Stabo tamẽ iu/ dicio tuo: quem opinor conflaſſe bybliothecam, melioribus atq; vtilioribus voluminibus refertam. Commendauerunt te mihi compluribus litteris, & Ni/ colaus frater & Victor nepos. Superuacue ſane cõmendatur filius patri. Admit to tamen ipſorum pro te minus licet neceſſariam cõmendationẽ: quando præ ſertim vtriuſq; amicitiam magnifeciſſe viſus es. Vbi redieris: ſi quid potuero, ampliorem ipſorum cauſa apud me promerueris gratiam. Baſilio ac reliquis de quibus ſcripſiſti, gratiſſimum non dubito futurum reditum tuum. Si vene/ ris, ſolita te caritate complectendum a me certo ſcias. Vale. Ex Fõte bono. Die. iii. Iunii. Mcccclxxxxvi.

Alexandro Papæ Sexto. II.

i Niunxit mihi olim Sanctitas tua: vt reformarem Abbatiam Sancti Fœlicis: in media Florẽtia ſitam. Factum eſt, vt imperaſti pater Beatiſ ſime: conſultumq; eſt loco pro eius indigẽtia, cum ſingulari totius ciuitatis ap plauſu & commendatione. Dedi eis: quem a me expetierãt Abbatem: de cuius maxime induſtria confidebant. Superauit ille breui expectatiõem omnium: nõ dico curato paulopoſt per eum infirmo: ſed ſuſcitato verius mortuo. Si quidẽ non minus fuerit in reformanda Abbatia ad excogitandum prudentiſſimus: q̃ ad faciendum ſolertiſſimus. Pro bono opere lapidatur modo: vexatur: affligit̃: reclamantibus pro eo parochianis omnibus viris primariis: immo & reniten/ te ciuitate vniuerſa. Precor ſupplex beatitudinem tuam: vt hoc ex Vrbe ſcanda lum ſummoueat: neq; permittat, vt quæ modo eſt libera fiat ancilla: in contem ptum præſertim diuini cultus: qui in præſentia ibi viget plurimum: vt per tuæ ſanctitatis operam in loco illo ſine intermiſſione benedicatur Domino: & po/ pulo id ſupra modum expetẽti imprimis ſatiſfiat. Vale Fœlix pater Beatiſſime: cui me ſeruulorum minimum, ac Sancti Fœlicis reformatum iuſſu tuo mona/ ſteriũ, pronus ac proſtratus cõmẽdo. Ex Fõte bono. Die. vi. Iunii. Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. III.

n On laboro in ſcribendo: niſi cum præmor, vt multis pariter & eodem tempore mihi ſcribendum ſit. Neq; enim ea ſum celeritate ac vigore ingenii: qui ſicut de Cæſare affirmatur, quaternas epiſtolas pariter, & aliud etiã agens dictare: aut cum nihil aliud ago, ſeptẽnas poſſim. Quæ tamen dictandi facilitas ſi mihi non deeſſet: verendum foret: ne quas aliis excipientibus cõſcri/ ptas amicis epiſtolas mitterem, minus gratæ eſſent futuræ: cum manu propria quas ego dicto, hactenus ſcribere conſueuerim. Hæc in excuſationem meam ic circo præmiſerim: ne forte mireris aut moleſte feras: ſi ſæpius ſcribenti tibi, ac frequentius mittenti munuſcula, & rarius reſpondeo: & tardius gratias ago. Si quid neceſſario ſcribẽdũ tibi occurreret: omnia ſeponerem atq; intermitterem, vt vacarem tibi & implerem vota tua. Propterea fiducialiter tecum agens ſero interdum tibi ſatiſfacio: videorq; aliqũ cum minime ſim, oblitus tui. Domeſti/ cus noſter es: & in cubiculum quandocũq; volueris admittendus. Pro tua tamẽ modeſtia cedere te haud ægre hoſpitibus ſuperuenientibus arbitror: ne tardius expediti de nobis murmurẽt: & foris patiẽter expectas. Scribo itaq; prius aliis:

quoniam patientē te noui dilatiōis noſtræ:& eiuſmodi nimirū: qui nequaquā ſcandalum patiaris in me in iſta mora. Satis ſit tibi:ꝙ litteræ tuæ mihi ſemper gratæ ſunt:& munuſcula de hortulo haud ingrata: ſi tamen non fuerint multū frequentia. Non.n.eſſe poterit hortus tuus, hortus ille concluſus: qui in diuinis voluminibus repetito laudaᵗ́ ſermōe:ſi ex eo crebrius fructus emiſeris. Cuſto/diēdæ ſunt interius cōcluſæ delitiæ: & horto ſepes circundāda ad ſeruādos fructus:ne ſerpens ingrediatur ad venena infundenda. Qui enim diſſipat ſepem: mordebit eum coluber. An non morſum a colubro monachum illum tuum dixeris:quem ſcribis non poſſe amplius in regulari obſeruatione vitam ducere? Male profecto ſepiuit hortum ſuum. Patefecit ei aditum:quem reiicere totis conatibus debuit. Omni, inquit, cuſtodia ſerua cor tuum. Suade illi tu, & hortare meo nomine: vt perſeueret vocatione qua vocatus eſt. Sola enim perſeuerantia accipit brauium. Si exierit de Angelorum monaſterio:facile illi occurrēt ſpiritus tenebrarum. Circueunt enim quærentes, quem deuorent. Oretur deniqꝫ ab omnibus, iuxta præceptum regulæ pro eo ad Dominum: ne quod deſit remedii genus ad percurandum infirmum. Tu quoqꝫ, quibus vales, fomentis illū adiuua. Vale. Ex Fonte bono. Die.iii.Iulii.Mccccclxxxxvi.

Antonio de Monte Auditori Rotæ.IIII.

n On facile interdiſceptātes iudico: inaudita parte altera. Itaqꝫ acceptis nuper litteris Dignationis tuæ:quibus nihil me profeciſſe apud Paullum monachum mea humanitate ſignificabas: ipſum paulopoſt, vt tibi morē gererem, per nuntium proprium cum mandato arctiore ad me euocandum curaui. Paruit ille dicto:atqꝫ ad vnius iuſſionis vocem, præfixo ſibi termino præſto fuit. Sciſcitatus diligenter rei ſeriem:& cur non mihi obediſſet primo: hoc poſt multa ſummatim ab eo reſpōſum accepi. Non debere me vllo pacto credere:ſe tibi aduerſari:qn̄ & propinquus eius fores:& ob virtutes merito venerabilis. Conueniſſe te etiam Romæ poſt primam admonitionem meam: hortatūqꝫ te fuiſſe coram ad componendū negocium:optuliſſeqꝫ ſeſe, vtpote vtriqꝫ parti collitigantium neceſſitudine coniunctum, ad terminandam inter diſſidentes litem:ꝙ timeret tibi ab aduerſariis plurimum. Demū pollicitus eſt mihi:ſe in neutram partem omnino inclinaturum. Tantum vbi potuiſſet operari aliquid boni:futurum de conſenſu partium fidelem ſequeſtrum atqꝫ interpretē inter vos:quos æque diligeret. Si ſecus aliqn̄ intellexiſſem: acrius in eum animaduerterem. Modeſte locutum collaudaui:atqꝫ, vt reipſa præſtaret, quod verbis ſpoponderat exegi. Alias futuꝝ me in eum, ſi cuiuſpiā vel exigui ſcandali autor extitiſſet, ſeueriſſimum tui vindicem atqꝫ vltorem:quem tum virtutum ſuarum merito, tum magiſtratus quem gereres veneratione, magni nimirum facerem:& ſumme obſeruarem. Adſit cauſæ tuæ Dominus iuſtus iudex: & exhibēti aliis iuſtitiam, eandem menſura bona & conferta iubeat tibi ſumminiſtrari. Vale. Ex Fonte bono. Die.iiii.Iulii.Mccccclxxxxvi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.V.

d E fratre Hieronymo apertiſſime ſcripſiſti, quid ſentias:immo confirmaſti ampliſſime, quod aliis compluribus litteris tuis mihi ſignificaueras.

ueras. Florentiæ quoq; & in eius agro variant ſententiæ: aliis dicentibus quia bonus eſt: aliis e diuerſo ſubmurmurantibus, q̄ ſeduceret turbas. Nemo tamen in Vrbe præſertim palam obloquitur de illo, propter metum Florentinorum: qui habent eum tanq̄ prophetam. Quidam. n. ante dies paucos auſus eſt in publico neſcio quos contra Hieronymum cum quibuſdam miſcere ſermones. Qui accuſatus continuo coniectus eſt in carcerem: & acrius eculeo tortus: ac ſeuere condemnatus. Puerorum inſuper multa milia prædicans reconciliauit ſibi: ac ſuarum partium effecit: adeo vt illorum miniſterio in pluribus vſus fuerit. Dominico palmarum die ſupplicationem puerorum fieri præcepit. Fuerūt autem tum mares tum feminæ ad quinq; milia: induti omnes albis: & cruces ligneas rubei coloris ſinguli geſtantes in manibus. In templo iis parari iuſſit ſeorſum ſedilia, ad audiendum verbum Dei: & per vicos ciuitatis a tranſeuntibus per eoſdem pro indigentibus elemoſinam peti: quam accæptam, præcedētibus Illuſtriſſimi Dominii tubis ac perſonantibus, ipſimet in ſupplicatiōis morem ad Annūtiatæ monaſteriū nouo vrbis ſpectaculo detulerūt. Iuſſi adhæc: vt occurrentibus in itinere puellis ornatus capitis earum immodicos per vim auferrent: iam in aliquot illarum iniicere manus cœperāt, cum magno propinquorum ſcandalo. Cognito periculo mandauit pueris: vt manus quidem cohiberent impoſterum: ſed tantummodo puellis denuntiarent: q̄ niſi ornatum illum deponerent, paulopoſt eſſent peſtilentia interituræ. Prædicatoribus omnibus interdictum eſt Florentiæ: ne euangelizarēt verbum Dei: eo vno excæpto: Quod & ſingulis diebus feſtis, nunc in templo nūc in palatio facit. Singula explicare nimis longum foret: præſertim q̄ multi per dies ſingulos, & de primariis quidem ciuibus, ad prædicationes eius conuertantur. Poſtulat palam dari ſibi loca: quæ fratribus compleantur: cum ad biſcētum habeat: qui ſunt religionem ingreſſuri. In ſumma vix tantum potuit Laurentius Medices, qui ſummus in domo ſua extitit, autoritate & imperio apud populum Florentinum: q̄tum frater iſte. Ad nutum ipſius fiunt omnia. Mirantur omnes: pendere ex hoc vno tantum populum: damnāt multi. Et tamen præficit indies magis. Nihil ſcribo de hoc homine eorum comparatione, quæ mihi referūtur quotidie. Requiſitus quid mihi videatur: reſpondeo: ab euentu eorum quæ prædixerit, ipſum iudicādum. Mirari tamen me: q̄ cum circundati ſint Florentini vndiq; partim hoſtibus, partim ſecum minime ſentientibus ac fœderatis: atteranturq; quotidianis Piſanorum excurſionibus: differant adhuc conſulere rebus ſuis indies magis labentibus ac retro cedentibus. Futurum certiſſime pro miraculo: ſi prout videntur confidere, in ſtatum priſtinum hoc pacto fuerint reſtituti. Me pro ea, quam Florentinis debeo, beniuolentia optare: vt ſecundum diuinæ ſcripturæ conſilium tandem cognoſcerent: Meliorem eſſe vicinum iuxta: q̄ fratrē procul. Poſſibile eſſe: hunc eſſe hominem miſſum a Deo: non tamen teneri quenq̄ ad credendum, magiſq̄ voluiſſet. Scribis tu idipſum prudentiſſime: finem videlicet iudicaturum, qualis fuerit frater iſte. Quantum ad me attinet: cupio vt ſit alter Elias aut Ioannes Baptiſta. Nondum ſciſcitatus ſum, vtpote abſens Florentia, quod petiſti: Si quid domui Medici, paulopoſt eiectū virum Sanctum, accidit

mali:&(vt verum fatear) oblitus iampridem fuerã id perquirere. Siquid intel/
lexero:faciam te certiorem:ne quid deſit per me in deſcribenda viri ſancti vita.
Oro pro te:non ſolum vt alienas ſicut petis curas,verum etiam vt proprias le
uiores tibi faciat Dominus:idq; tum ad quietem animi & corporis:tum vt vti
liori & tibi & aliis ocio totus vaces:quod iampridem didiciſti optime diſpone
re. Sententiam in duabus rebus,eodem die pro te contra canonicos tuos,fauo
re Colendiſſimi protectoris noſtri latam cum gaudio accæpi. Egi continuo il/
li gratias,ſicut monuiſti : quem non dubito pro te ſemper quicquid potuerit
próptiſſimo animo eſſe factuꝝ. Vale. Ex Fõte bono. Die. vii. Iulii. Mcccclxxxxvi.

Petro de Porticu. VI.

INcolumem te rediiſſe in Italiam:& factum tãdem propiorẽ tuo ordi
ni poſt lõgam peregrinationem:gaudeo. Feſſum etiam te de via eſſe,
non dubito tam longam nauigationem,tantum itineris emenſum. Opto,vt tã
dem conquieſcas & animo & corpore. Didiciſti multo tẽpore,& forte magno
labore græcas litteras. Fac modo,vt appareat: non fruſtra te laboraſſe. Aliquid
edas per ocium & quietem,dignum tuo ingenio dignum ſtudiis tuis:nunc di/
ctando,nunc interpretando. Quod ſi es vt ſpero facturus : ſeruare contendas
τὸ πρέπον perſonæ tuæ. Ad diuinarum ſtudia litterarum totum te trãſferas:totis
viribus toto corde conuertaris. Beati enim : qui ſcrutantur teſtimonia eius:in
toto corde exquirunt eum. Monachus es,& Sacerdos. In iis verſari te decet. In
lege Domini ſit voluntas tua:& in ea meditare die ac nocte. Si ita feceris:guſta
bis,& videbis,quoniam ſuauis eſt Dominus:&,quemadmodum ſcribis te cupe
per omnem vitam tuã facile conquieſces. Et cum ſit tibi animus,in luce ac ſplẽ
dore hominum,vt ais,verſari:Si admiſeris conſilium meum,erit lucerna pedi
bus tuis verbum Dei:& lumen ſemitis tuis : & ſicut lucerna fulgoris illumina/
bit te. Nos interea hoc noſtro ſeceſſu ac ſolitudine oblectabimur:prophetarũ
excitati exemplo. Ecce,inquit vnus,elongaui fugiens : & manſi in ſolitudine:
Expectabam eum : qui ſaluum me fecit a puſillanimutate ſpiritus & tempeſta/
te. Alter vero. Bonum eſt viro:cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua:ſede
bit ſolitarius,& tacebit:quia leuabit ſe ſuper ſe. Et vere in ea incidimus tempo
ra:vt pro carcere oppidum pro paradiſo Eremus habenda ſit. Vides ipſe:quan
tis nunc bellorum perturbationibus,vexetur Italia. Quocũq; te verteris:armo
rum exaudis ſtrepitus,ac frementium hinnitus equorum. Fœdata eſt babarorũ
gladio latinorum regio:omnia madent ſanguine. Auertat Dominus iram ſuã
a nobis:neq; nos deſerat in tempore malo. Reditũ tuum in Galliam ciſalpinã
ex quo ita decreuiſti,non improbo:ſi modo idoneam tibi ac tuo inſtituto con
uenientem elegeris manſionem. Et quando te dilexi hactenus vt filium cariſſi/
mum:hoc te in calce epiſtolæ admonendum pro meo iure cenſui: vt vbicunq;
fueris:non ſit pluris:apud te humana opinio atq; exiſtimatio:q̃ timor Dei & ſa
lutis tuæ cura. Per viã quæ in cœlum ferat:non quæ ad inferos deprimat:ſemp
incedas. Deniq; bona animi corporis voluptatibus & commodis ,quæ ſunt p̃/
mia impiorum,tibi omni tempore præferenda exiſtimes. Sicq; vitæ tuæ acta
diſponas:vt non terram,ſed cœlum ſapere videaris. Vale. Ex Fonte bono. Die
xii. Iulii.

ſ Iquis me modo interroget:quid nunc animi eſſe exiſtimem dignatio
ni tuæ ob recentem dormitionem cariſſimi nepotis:facile ac ſine cun
ctatione reſpondeam:Id nimirum quod homini:id quod prudentiſſimo ac ſa/
pientiſſimo Cardinali.Nam & non doluiſſe te non lachrymas fudiſſe,tam grã/
di accæpto incommodo,adeo ingenti facta domui tuæ iactura:nõ facile addu/
cor vt credam. Quod ex meipſo haud ab re cõiicio. Nam vbi primum allatus
eſt ad me per litteras nuntius mortis adoleſcentis adeo egregii,adeoq; rari exẽ
pli:indolui fateor,nõ ſolum Domini mei ob priuatum ac peculiare ipſius dam
num:verum etiam ob communem ac publicam totius curiæ vicem. Ingemui
revera intimo cordis affectu:immatura fuiſſe præuentum morte tam preclaræ
indolis iuuenem:tãtæ expectationis epiſcopum:tam ſingularis modeſtiæ atq;
doctrinæ alterum Timotheum. Quid putandum eſt eueniſſe Domino meo
colendiſſimo:cui hic tantus adoleſcens & propinquitate erat coniunctus:& fu/
turus certiſſime expectabatur baculus ſenectutis? Quantacunq; ſis animi forti
tudine & ſapientia:quibus profecto præſtas eminentiſſimæ:habuiſſe te nihilo/
minus ſuper tam acerbo caſu tam inopinato vulnere haud immerito aliquan/
diu cor carneum ſenſiſſeq; grauem hanc ſuper te factam manum Domini: pro
comperto habere mihi videor. Temerarium me forte quis dixerit: & arguerit
impudẽtiæ:ꝙ ita ſentiam. Sed ego nunq̃ te pluris faciam Domine mi optime,
q̃ ipſum Saluatorem noſtrum. Quid enim ait euangeliſta? Et lachrymatus eſt,
inquit,Ieſus:Nimirum ob Lazari amici mortem. Ecce enim pluſq̃ Cardinalis
Senenſis hic. Et tamen humanam carnem indutus,humanum infirmitatis car
nis noſtræ præſetulit affectum. Dixerunt illi. Ecce quomodo amabat eum. Et tu
non fleueris propter eum:quem maxime diligebas:qui mores tuos ac virtutes
vnico exprimebat exemplo? Homo es:& a te nihil humani alienum duco. Nõ
ſumus ſtipites aut ſaxa:vt non moueri carorum ac ꝓpinquorum poſſimus de
ſyderio. Hoc feciſſe legimus viros ſanctiſſimos. Ab hac lege ſi non facio ĩmu/
nem penitus Dominum meum colendiſſimum:nemo me repræhenderit. Cæ/
terum ſicut pro humanæ naturæ conditione fleuiſſe dignationem tuam mihi
ꝑſuadeo:ac iuxta diuinæ ſcripturæ cõſilium,feciſſe luctum vno die vel duobus
ſuper repentino nepotis obitu:ita ſane non dubito:te pro tua ſapientia & reli/
gione paulopoſt ſolatia pro defuncto pie admiſiſſe:atq; accõmodaſſe facile ne/
ceſſitati voluntatem. Cogitaſſe te iampridem arbitror:omnibus horis ac locis
impẽdere cuiq; viuenti mortis periculum:ſtatutoſq; eſſe diuino decreto ſingu/
lis terminos:qui præteriri non poſſint. Abſumi inſuper mortales vario mortis
genere:cum alios ferrum,alios ignis,alios febris ac peſtilentia perimat & con/
ficiat. Tranquille præterea & moderate ferendam eſſe ſortem: quæ diuina lege
& humana cõditione mortalibus acciderit. Dedecere deniq; chriſtiana fide im/
butum atq; enutritum,minus fortiter ferre ſuorum mortem:cum multos noue
rimus tam græcos q̃ latinos infideles conſtantiſſime illam tuliſſe. Eos, vtpote
tibi viro doctiſſimo enumerare ſuperfluũ duxi:quem iampridem his atq; aliis
huiuſmodi armorũ generibus,cõtra omnes fortunæ ictus,fuiſſe pro tua ſapiẽ/

tia munitum ſcio. Quæ ſint vero cõſilii partes, quod rationis officium: quo admonemur nullo pacto permittendas ſenſui habenas: vt ferarum more, quo ducat ſequamur: neſcio an vllo grauiore ac eruditiore alio quã te præceptore vti poſſimus. Propterea certo ſciens Domine mi optime, ſuperfluo hæc tibi commemorari ac ſuggeri: qui præter ſingularem prudentiam pietate ac timore Domini olim repletus es: parcam calamo ſimul & cocupationibus tuis multis. Reliquum eſt: vt oremus pro defuncti requie: ac iuxta viri fortiſſimi exemplum elemoſinas pro illo offeramus: qui cum pietate dormitionem accæpit: & optimã habet repoſitam gratiam. Quãuis haud multo orationum atq; elemoſinarum ſuffragio indigere ipſius animã exiſtimem. Cum enim memoria repeto, & cogitatione complector, iuuenis modeſtiam, benignitatem, humilitatem, fidem, cæteraq; id genus virtutum ornamenta: quibus neſcio an vlli ſuæ ætatis curialium ceſſerit: facile compellor credere: tantæ probitatis Epiſcopum ſi non penitus nullas (omnis.n.hõ mendax) ſaltem paucas admodum & exiguas illas quidem maculas de terrenis contagiis contraxiſſe. Tu ergo ampliſſime pater abſterſa omni lachryma ab oculis tuis, accipe conſolationem ex fœlici nepotis migratione: & lætare inſuper ꝙ talem educaueris: qui omniũ iudicio (ſic enim audio Romæ vulgari) terrenum tuæ Dignationis contubernium cum cœleſti cõmutaſſe credatur. Ne moleſte feras: ꝙ te deſeruiſſe appareat: quem in odorẽ vnguentorum Dominicoꝝ alacriter cucurriſſe minime dubitas. Noli eſſe propter eum ſolicitus: qui poſt illum abiit: cuius vultum deprecantur omnes diuites plebis: diuites inq̃, meritis atq; operibus bõis. Agamus gratias Deo: ꝙ leuatus mole corporea, & liberatus turbulẽto ĩfeſtantiũ cogitationũ & cõcupiſcẽtiarum malarum æſtu: in locum euolauerit delitiarum: vbi in vmbra eius quẽ deſyderauerat ſedet: Vbi opto, ne ſit immemor mei auguſtæ memoriæ hic tuus Auguſtinus: vt eo tandem ipſum ſequi merear: quo tãtis fultus meritis haud temere creditur præceſſiſſe. Vale. Ex Fonte bono. Die. xix. Iulii. Mcccclxxxxvi.

Dominico Bonſio Florentino Decemuiro. VIII.

p Vgnantibus olim filiis Iſrael contra oppidum Hay, duce Ioſue Moyſi ſucceſſore: ac præter morem terga vertentibus: dixit Dominus ad Ioſue. Nõ poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos: eoſq; fugiet: quia pollutus eſt anathemate. Non ero vltra vobiſcum: donec conteratis eũ: qui huius ſceleris reus eſt. Factumq; ẽ ita: ſicut iuſſerat Dominus: ſumptoq; de anathemate ſupplitio, atq; ab omni populo lapidato: & cunctis quæ illius erant igne conſumptis: tradidit continuo Dominus Regem Hay & oppidum in manus Iſrael. Exponam clarius: cur iſta præmiſerim. Neq; hoc facio: vt tibi viro conſultiſſimo, ac plurima experto ſuper iis, quæ ad ſtatum veſtrum pertinent, cõtra meam profeſſionem atq; inſtitutum cõſulam: verum potius vt pro mea erga vos fide, tibi magiſtratum gerenti ſignificem, quod in veſtrum ſimul ac meum præiuditiũ arbitror vos latere. Nõnulli ex monachis noſtris ſacerdotio fungentibus: exuti monachali habitu, & militari induti: accæpto ſtipendio militant in caſtris veſtris: & vt malo malum addiderint: quoniã iuxta prophetam frons mulieris meretricis facta eſt eis: & neſciunt erubeſcere: Vitam ſuam facinoroſis ac turpiſſimis

actibus

actibus cõtaminant:gloriantes cum male fecerint:& exultantes in rebus peſſi- mis. Ego plurimũ obſtare fœlicibus pugnantium ſucceſſibus huiuſmodi excõ municatos & anathemati obnoxios, minime dubito. Audiſti apoſtolum loquẽ tem. Auferte malum ex vobis. Quamobrem ſuadeo: vt cures apud præſtantiſſi- mos collegas tuos, & non minus religione inſignes: vt auferatur opprobrium de caſtris veſtris. Ablegentur procul extra agrum veſtrum hæc monſtra: vt ſit vobiſcum Dominus, timentibus eum. Non enim in multitudine equi volun- tatem habebit: nec in thibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domi no ſuper timentes eum:& in eis, qui ſperãt ſuper miſericordia eius. Vale. Ex Fõ te bono. Die. xxvi. Iulii. Mcccclxxxxvi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. IX.

ſCripſi pauloante intra dies paucos binas litteras Dignationi tuæ. Al teras ſup obitu cariſſimi nepotis tui Auguſtini alteras i cõmẽdationẽ Abbatiæ de Rota: ſi contigiſſet, vt infirmus abbas conceſſiſſet naturæ. Et quidẽ cõſolatorias illas cõficiendas duxi: magis vt mihi ipſi ſatiſfacerem ob cõmunẽ iacturã: q̃ tibi ob nepotis deſyderiũ. Et ſi. n. nõ ſit fortitudo lapidũ fortitudo tua nec caro tua ænea: eiuſmodi tñ conſtantia te in aliis caſibus & ſane grauioribus præditum fuiſſe & audiuimus a multis, & experti ſumus: vt cõſolari alios in tri bulationibus potius conſueueris: q̃ ipſe indigere conſolatione. Gratiſſima erat tibi quotidiana illius conſuetudo. Sed quo gratior quo ſuauior illa extitit: eo te ſæpius cogitaſſe tecum, vti virum prudentiſſimum chriſtianiſſimũq; non dubi to. Nõ ignoro datos mihi harum delitiarum terminos. Sic illis frui volo: qua- ſi cito mihi ac per ſingula horarum momenta poſſint præripi atq; auferri. Pul uis & vmbra ſumus. Mane floremus: areſcimus veſpere. Inopinata itaq; eſſe nõ potuit hæc cogitanti ac ſecum reputãti Domino meo nepotis dormitio: Et ic- circo ſuperfluum arbitratus ſum, pluribus exhibere fortiſſimo viro ſolatia. Alte ras vero commendatitias litteras pro abbatia de Rota propterea deſtinaui: ne me immemorem penitus rerum ordinis quis exiſtimaret: ſi grauiter ægrotãte Abbate omnino tacuiſſem. Alias ſuperuacuum profecto noueram: cõmendare illi vacaturi beneficii ſalutem: quem certiſſime ſciebam futurum ei Saluatorẽ. Præficiendum enim eius opera, ſi ille obiiſſet, talem mihi perſuaſeram: qui nõ tam monaſtico Camaldulenſi habitu, q̃ vita & moribus dignus exiſtimaretur. Quod vt fiat, plurimũ opto. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxx. Iulii. Mcccclxxxxvi.

Mariano Generali Eremitani Ordinis. X.

hEri primum factus certior & de promotione tua & de reditu in vrbẽ Florentiam: differendam non duxi congratulationem meam tecum. Gauiſus ſum enim gaudio magno valde: q̧ habita meritorũ tuorũ ratione, da tus ſis ordini tuo Generalis pater. Nam cum in imbecilliore corpuſculo maxi- mæ lateant animi vires: laturum te facile arbitror onus impoſitum: qui & ver- bo & exemplo æque tantæ multitudini præfuturus ſis. Dedit te Dominus in ca put gentium: vt fieres illis in ſalutem: cuius prudentiſſimo ductu ac vitæ inte- gritate ordo ampliſſimus ac per orbẽ diffuſus, haberet: & ſub quo tutiſſime cõ- quieſceret: & quem optime poſſet imitari. Sit igitur, vt opto fœlix fauſtuſq; hic

tibi delatus magiſtratus:vt ea vtilitate & gratia gregi tibi cōmiſſo præſis: quô ciuitatibus ac populis per vniuerſam fere Italiā hactenus euangelizando pro/ fuiſti.Religio bene inſtituta,per te in melius reformetur:ac tuæ dignationis cū ra & ſtudio,vberiora indies capiat incrementa.Quod quia nemo,qui modo te nouerit,fore diffidit:congratulor admodum ſacro tuo ordini:ꝙ te ſibi in patrē atꝗ paſtorē elargiri promeruerit:qui vigilaturus es ſolicite ſupra gregē tuū:& vtpote iuſtus & rectus ac timens Deum,traditurus cor tuum ad vigilandū di/ luculo ad Dominum,qui fecit illum:& in conſpectu altiſſimi pro eo depreca/ turus.Et ſi enim ars eſt artium regimen animarum:non potuit tamē ſalubrius tibi ſubditis conſuli:q̄ vt eis præfectus fueris tu:qui pro tua ſapientia & doctri/ na,prædicationeꝗ aſſidua optime noſti:quando ſint exhibenda filiis vbera. Si quis tuorum (ſicut aliquando euenit)inciderit in latrones:infundere vinum & oleum vulnerato,& habere illius curā:nemo te melius poteſt.Conſolari puſilla nimes,corripere inquietos:idꝗ ſingulari caritate ac zelo:iampridem edoctus es:atꝗ in his diu exercitatus.Potes nimirum(ſi ita voluerit Dominus)infirma ri corpore:ac lectulo languens iacere.Sed nō facile (quod de Moyſe legimus) mouendos tibi dentes puto:non vtiꝗ qbus ſubditos mordeas:ſed quibus præ mollitos diuini pabuli cibos atꝗ alimoniam ſalutarem indigentibus & eſuriē/ tibus ſubminiſtres.Hæc tecum ex abundantia cordis & caritatis loquor pater mi obſeruande:& forte pluribus,q̄ debuerim,ad debilem & de via feſſum ſcri/ bens.Adſit tibi,precor diuina clæmētia:vt reſtituta tibi penitus ſanitate,& ani/ mi pariter & corporis viribus conualeſcas.Si ſecus illi viſum fuerit:nihilomi/ nus virtus tua in infirmitate perficietur. Vale.Ex Fonte bono. Die.iiii.Auguſti. Mcccclxxxxvi.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.X.

Inas modo tuæ Dignatiōis lr̄as reddidit mihi Prior noſter de Chio:
b qui vna cum præpoſito Maſſatii conuenit me apud Fontem bonum.
Si gratæ fuerunt,ſicut alteris earum ſignificas,conſolatoriæ noſtræ lit teræ tuæ pietati:eſt quod maxime ſcribendis illis concupiui. Neceſſarias certe non fuiſſe ad leuandum mœrorem ſemper arbitratus ſum:quem tua ſapiētia & timore Dei per temetipſum tēperaſſe non dubitabam.Det tuæ Dignationi Do minus coronam pro cinere:oleum gaudii pro luctu:pallium laudis pro ſpiritu mœroris.Quod futurum maxime cupio & confido.Suſcitare poteſt de lapidi/ bus filios Abrahæ.Nō erit illi difficile,cum voluerit:alium tibi æque gratum, in locū defuncti ſubſtituere:qui ſi opus fuerit futurus ſit baculus ſenectutis tuæ. Cæterū ago gratias tuæ amplitudini : ꝙ mortuo Venerabili fratre noſtro Ab/ bate de Rota Romæ:non permiſeris rapi ab alienis ouiculā ordinis. Inualuiſti contra quærentes mactare illam & perdere:& tibi ordinis capiti cōmēdādam curaſti.Benefeciſti mi Domine.Neꝗ enim cōmendari fideliori potuit præſuli, atꝗ religioſiori.Proſit Dignatiōi tuæ noua aſſumpta cœnobii Rotani cura. Vi/ carium,quem ibidem conſtituiſti,habebo cōmēdatum tui gratia. Si quid a me petierit in abbatiæ ipſius vtilitatem & cōmodum:libentiſſime præſtabo.Obſe crauit me inſuper:vt ſe tibi viciſſim cōmendarem:ſperans aliud quid amplius á te adepturum.Ego autem de rebus tuis præſumere nō debeo. Si quid tibi de

abbatia

Abbatia Rotæ conſilii capiendum fuerit: facies pro arbitrio ampliſſime Domine: qđ melius iudicaueris. Præpoſitũ tamen Maſſatii, qui hac de cauſa me adiit, in cõmendatiõe Laurentio præfero: vtpote ordini vniuerſo gratiorẽ: & quemadmodum Romæ cognoui, Illuſtriſſimi fratris tui Iacobi mirũ in modum ſtudioſum: & tuæ Dignationis ſeruulum fideliſſimum. Laurentium nõ ſatis noui: & obloqui de illo cõplures audio. Erit igitur præpoſitus hic, tibi meo nomine commẽdatus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Auguſti. Mcccclxxxxvi.

Petro Contareno. XI.

r Eſponſurus eram prolixioribus litteris tuis: quibus mihi enixius commendaueras Mathiam olim Priorẽ Orbiſii: cum ſuperueniẽs heri cõuerſus quidam noſter Sancti Michaelis Murani cũ epiſtolarum faſce: nuntiauit expeditum iam fuiſſe per Venerabilẽ fratrem noſtrum Abbatẽ Sancti Michaelis ac Vicariũ ordinis a me cõſtitutũ, Orbiſinum negocium. Quomodo autem expeditum fuerit: non mihi modo vacat enarrare: & ſuperfluo quoq; id facerẽ: cum facilius ac plenius rei geſtæ ſeriem iſthic tu ipſe noſſe valeas. Hortor te, mi Petre: vt cognita veritate, ſicut te decet, acquieſcas illi: eãq; amico Mathiæ anteponas. Scis optime: qm̃ humilia reſpicit Deus: & alta a longe cognoſcit. Beneſitio ita præfuit iſte bonus vir: vt olim abrogari eo promeruerit. Potuit admitti in cœnobium Carcerũ: cœnobium vtiq; opulentum & pingue: & ex mendico prælato monachus (ſi fas eſt dicere) diues fieri: & oblatam ſibi optimã conditionẽ aſpernatus eſt. Noluit benedictionẽ: & elõgata ẽ ab eo. Quãobrẽ ſi ad votum non ceſſit: quod nũc tãdem primũ petiſti a me: nequaquã mea id culpa factum putes: cui obtemperare in omnibus, ac morem gerere, tum ob gratiſſimã fratris tui memoriã, quæ mihi nũq̃ excidet: tũ tui merito, minus licet mihi cognito, ſemp mihi ẽ animus. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxv. Augu. Mcccclxxxxvi.

Hieronymo Veneto Monacho. XII.

s Cribis prudenter & docte: ſcribis accõmodate ad rem: quã a me repetitis litteris poſtulaſti. Occurris ipſemet obiectionibus: quæ fieri tibi per me potuiſſent: adeo vt vix mihi reſpondẽdi in cõtrariũ relinquatur locus. Cogis me propterea dicere. Domine vim patior: reſponde pro me. Sed nõ mirũ, ſi ego vim patior: cũ regnum cœlorũ vim pati dicatur: & violenti rapiant illud. Quæ igitur hæc eſt vis? Cupio prodeſſe congregationi noſtræ Venetæ: cupio & honeſta petentibus morẽ gerere. Diſtrahor valde cogitatiõibus variis, inuicẽ pugnãtibus. Congregatio eſſe non poteſt: ſi cõgregati huc atq; illuc abierint. Et arctiorẽ atq; pfectiorẽ vitã expetere, oĩbus honeſtiſſime licet. Venire cupis cũ ſocio ad incolẽdã Eremũ: cõfidis te per omnẽ vitã in ea conquieturũ: & nouũ atq; arduũ ſeuerioris ppoſiti iſtitutũ facile ſeruaturũ. Votũ hmõi minime improbo: nec enim poſſum. Nõ vereri tñ ediuerſo non plurimũ poſſum: cũ rei quã expetis difficultatẽ cõſydero. Facile ẽ exptẽ eremiticæ auſteritatis illã optare, atq; in votis gerere. De multis vero vix vnũ inueni: q (q̃tũ mihi per annos ſexdecim experiri licuit) in ea perſeuerauerit. Quod cum mecũ reputo: ægre perſuadere mihi poteſt tuã & ſocii perſeuerantiam, quantũcunq; prompta & cõſtãs vtriuſq; pmiſſio. Loq tecũ debeo paterna libertate atq; fiducia: & prædice/

re tibi quod ſentio:ne poſt arreptũ nouum viuendi genus tũc mihi obiicias, ꝙ non prædixerim. Non es in noſtro ordine ignobilis: neq; tanq̃ gregario militi annumerãdus. Quod de te dico: de Luca ſocio tuo dico. Vterq; & ordini, & extra ordinẽ notiſſimus: vterq; virtutibus & honoribus præditus. Nõ poterit latere ciuitas, ſupra montem poſita. Vulgabitur continuo aduẽtus veſter in Eremum. Futura eſt de vobis maxima oĩbus profectus veſtri expectatio. Si nõ præſtiteritis re ipſa, quod primo ingreſſu polliciti fueritis: vt leuitati atq; inconſtãtiæ aſſcribenda ſit vobis huius vitæ diſtrictioris ĩmutatio: eritis oĩbus merito cõtemptibiles. Serpet latius: ac lõgius euagabitur hæc de vobis fabula. Cunctis eritis oſtentui: ac mõſtrabimini digito. Quodq; haudquaq̃ paruifacio: participem quoq; huius infamiæ generalẽ Venetũ Veneti feceritis: cũ cœperitis ædificare: & non potueritis cõſumare. Mirabimini fortaſſe: ꝙ ſic vobis reſpondeam eremitarũ pater: quaſi meorũ deteſter inſtitutum. Sed non ita vobis me opponerem: ſi vitæ ſolitariæ pericula ignorarem. Verũ ne credideritis mihi: niſi produxero vobis longe grauioris autoritatis teſtes. Quid dicis tu Bernardæ? Sentis ne mecũ, hac in re? Ecce teſtimoniũ viri Sãctiſſimi. Quantos, inquit, ex monaſteriis ſpiritu feruẽtes eremi ſolitudo ſuſcæpit: & aut tepefactos euomuit: aut tenuit contra eremi legem, nõ modo remiſſos, ſed etiã diſſolutos. Accipe aliũ, haud minus grauem teſtem. Quid tu ais Hieronyme ſolitarie, de ſolitariæ periculo cõuerſationis? In viris, inquit, periculoſa eſt ſolitaria vita: ne abſtracti ab hominum frequentia ſordidis & impiis cogitationibus pateant: & pleni arrogantiæ & ſupcilii cũctos deſpiciant: armentq; linguas ſuas vel clericis vel aliis monachis detrahendo. De quibus rectiſſime dicitur. Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ: & lingua eorum gladius acutus. Quanto magis in feminis: quarũ mutabilis fluctuanſq; ſententia ſi ſuo arbitrio relinquatur: cito ad deteriora delabitur. Noui ego in vtroq; ſexu per nimiam abſtinentiam, cerebri ſanitatem in quibuſdam fuiſſe vexatam: præcipueq; in iis: qui in humectis & frigidis habitauerunt cellulis: ita vt neſcirent quid agerẽt: quo ſe verterẽt: quid loqui quid facere deberent. Hæc Hieronymus. Quãobrẽ ſi mihi nõ creditis: vel horũ quos produxi teſtimoniis credite. Quod ſi pſtiteritis in ſnĩa: & laudatã a Sãctis viris periculoſam licet ſolitariã vitã cœnobiali veſtræ duxeritis præferẽdam: aut diſſoluetur cõſilium veſtrũ: ſi ex hominibus fuerit: aut ſi bono ſpũ ducimini: eritis vel me renitente compotes voti veſtri. Hortor tñ ambos vos: vt meũ ad vos præſtolemini aduẽtũ. Quo tẽporis interuallo melius noſſe poteritis: ac probare, quæ ſit volũtas Dei bona, & beneplacẽs, & perfecta. Vale cũ Luca: qui eſt tecum ſolus. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Auguſti. Mcccclxxxvi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XIII.

ſI non accæpiſti prolixiores litteras meas: potero, cum volueris, exemplar illarum ad te mittere. Quæ autem hinc ſcribo, eiuſmodi eſſe arbitror: vt obeſſe mihi a quocunq; lecta fuerint, haud facile queãt: & ſuſpitionibus vacent. Scio enim ab Apoſtolo ſcriptum. Nemo militans Deo, implicat ſe negociis ſæcularibus. Ago tamẽ tibi gratias: ꝙ pro me hac de cauſa ſolicitus fuiſti. Quas autem Reuerẽdiſſimo Protectori cõſolatorias dediſti: nõ dubito fuiſſe illi

ſe illi q̄ gratiſſimas. Scio nãq;, & bene ſcio: oĩa ei grata eſſe, quæ ꝓficiſcũtur abs te: plurimũq; oblectari ipſum doctrina tua: vtpote ſana, atq; catholica, & quæ ex Deo eſt. Si lõgioribus tuis, quas ſecundo miſiſti, adhuc non reſpondit: reſpõſurum ne timeas. Eſt enim moris ipſius: etiã ampliſſimas agere gratias pro huiuſmodi in eum amicorũ clientulorũq; obſequio. Quod & ego tum alias, tum pauloante, pro accæpta a me cõſolatoria epiſtola, mẽſura bona & cõferta expertus ſum. Officioſiſſimus eſt Dominus: & nõ modo dignioribus doctioribuſq;, verũ etiam humilioribus & imperitioribus videri nõ patitur ingratus, atq; accæpti beneficii ĩmemor. Quod vero furfuraceũ magis aliquid habeãt epiſtolæ tuæ, q̄ ſimilagineum: ob eam cauſam, ꝙ feſtinato opus ſit, cũ illas cõſcribis: nõ protinus hoc tibi concedo. Habẽti vnde proferas noua & vetera, longe ab eſſe arbitror difficultatem ſcribendi. Mel & lac ex ore Domini ſuſcæpiſti: non poſſunt eſſe non dulcia faucibus haurientium eloquia tua. Sicut adipe & pinguedine repleta eſt anima tua: iccirco diffuſa in labiis tuis gratia, deeſſe tibi nunq̄ poteſt. Siue ex temporalis fuerit oratio tua, ſiue excogitata diutius: apetis os tuũ: & ſtatim impletur ab illo: qui implet omne animal benedictione. Quomodo aũt epiſtolis meis ſimilam tribuas: & vtrum merito: præſertim, vt ſcribis, idoneam ad panes propoſitionis, & conſperſionem olei: tu videris. Mihi haud parum fuerit: ſi vel panes ordeaceos proponere valuero: ſi fuerit lachrymæ meæ panes, die ac nocte propoſiti coram Domino. Satis ſuperq; adeptus mihi videbor: ſi caro mea immutata fuerit propter oleum: vt non concupiſcat aduerſus ſpiritũ: vt aliquando requieſcat in ſpe. Deniq; molliti eſſe non poſſunt ſermones mei ſuper oleum: cum dicere non valeam. Impinguaſti in oleo caput meũ. Vale. Ex Fonte bono. Die vltima Auguſti. Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. XIIII.

C Ompatior ego nimirum oberrãtibus ouiculis: & hinc inde expoſitis morſibus luporum. Bene abs te educati: qui erant gaudiũ tuum, & corona tua: neſcio qua dæmonũ fraude, in medio itinere, a recto defecerũt inſtituto: & retrorſum cõuerſi ſunt. Nihil profecto ſtabile ſub ſole: & difficilis ẽ ĩ bono propoſito perſeuerãtia. Agnoſcere te non dubito vultũ pecoris tui: & diligentẽ illius habuiſſe curam. Quis facile credat: te neglexiſſe: quo minus perſeuerarẽt apud te? Si pie ac religioſe vixiſſent in iſto monaſterio filii tui: ſcio te illos omni affectu fuiſſe amplexurũ: vt & tibi & cœnobio tuo, vtiles aliquando eſſent futuri. Non enim ignoras: quid ſapiẽs quidã dicat. Pecora tibi ſunt: attende illis: & ſi ſunt vtilia, perſeuerent apud te. Quo circa ſua culpa eiecti, imputẽt ſibi, nõ tibi: qui vtiles & bonos quæris. Gloria quidem eſt patris, corona filiorũ: & cœtus multorum in monaſteriis degentiũ, grande locorum decus. Sed ſi timeant Deum: & mandata eius obſeruent. Alioquin præferenda nimirum multitudini paucitas. Sicut ſcriptum eſt. Ne iucunderis in filiis impiis: ſi multiplicentur. Melior eſt enim vnus timens Deum: quam mille filii impii: & vtile eſt mori ſine filiis: q̄ relinquere filios impios. Det tibi Dominus ſua pietate: vt & multos habeas filios: & bene moratos. Priorem Sancti Benedicti admonebo: ne quid agat cõtra te. Cur enim ſe tibi obiiciat: qui tibi & ætate filius eſt: & digni

tate frater?Me certe vna tecum offendit:ſi aduerſatur tibi.Pro munuſculis tuis, quæ de tuo ortulo ad me tranſmiſiſti,& frequentius quam par fuerit, ago tibi gratias.Parce,quæſo,in futurum huic labori minime neceſſario. Sufficiat tibi: eſſe illa per te in mea poteſtate.Si reuiſeris colendiſſimum patrem meum Marianum:cuius nomine me ſalutaſti:ipſi me enixiſſime commendabis.Vale.Muſoleæ.Die.iii.Septembris.Mccccl xxxxvi

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XV.

n Ihil mihi gratius potuit hoc tempore nuntiari: nihil quod me obleɕtaret magis:quam rediiſſe te in Thuſciam: & rediiſſe incolumen ac beneualentem.Repetiſti poſt biennium gratiſſimos ſeceſſus:vt ab illo turbido & inquieto viuendi ſtrepitu ac tumultu aliquādiu remotus quieſceres.Elongaſti fugiens:vt maneres in ſolitudine:vt vacares tibi ipſi:vt tecum eſſes facilius atq; commodius:& demum vt tuis quoq; clientulis,qui te mire cupiunt intueri & alloqui,gratiſſimam tuam præſentiam impartires. Benedictus Deus: qui multiplicibus dignationis tuæ curis aliquantulum hoc laxamenti ac remiſſionis indulſit.Biennium eſt modo:quo ob aduētum barbarorum,vexata eſt Italia.Quo tempore credi poteſt,haud minus Romæ:quam alibi apud ſacrū Senatum veſtrum magnas & graues cauſas,& difficultatis ac periculi plenas,fuiſſe tractatas.Hoc non ſine ingenti animorum diſtractione, ac fatigatione corporum fuiſſe:mihi certiſſime perſuadeo. Affligunt hæc & torquent cupientes in pace viuere:& merito poſt laborem & vexationem ſpiritus,quietem & ociū requirunt:ac veluti aduerſo & vaſto mari agitati portus tranquillitatem ac ſecuritatem expetunt.Det tibi Deus optimus Domine colendiſſime:vt hac beata & innoxia vita diutius perfruaris.Vale.Ex Fonte bono.Die.vii.Septembris. Mccccl xxxxvi.

Ioanni Maiori Eremi.XVI.

a Vt es nimium delicatus:qui mella faſtidis & ſimilā:aut ſubiectis maioratui humeris,maioratus laborem detrectas. Et non meminiſti:qđ legitur:Rationi congruere:vt ſuccedat in onere:qui ſubſtituitur in honore.Cela quam extruxit domus Medices,Maiorum omnium ſemper fuit:vtpote Paulo venuſtior:& quæ primo eremitæ conueniat:Cui ex officio incumbit aduentantibus hoſpitibus occurrere:atq; vti moris eſt,petentibus celā vnā oſtendere.Vbiq; & in omni ne dum ciuitate verum etiam caſtello & oppidulo, præſidentium ædes differunt aliquantulum a domibus priuatorum. Quamobrem ſi ſcrupuloſius refugis ornatiorem habitationem:ſcito hoc tribui Maioratui,non Maiori.Quamquam,vt ad eam tranſlationem redeam,qua primo orſus ſum:non quod intrat per hos,coinquinat hominem.Super hoc nō cogeris a me tranſire de cela in celam:ſi ita demū obfirmaueris animo. Ego nihilominus ita ſentio:in prætorio conuenientius,q̄ in priuato,reſidere prætorem.Et iā per tot annos eā celam,Maioris ſortitam nomen,merito præſcripſiſſe aliis:ne ī eis præter Maiores reſideāt. Vale.Ex Fōte bono.Die.xii.Septē.Mccccl xxxxvi.

Hieronymo Tornio Vicario.XVII.

q Vam a me petis commendationem pro fratre:exhibere tum tui gratia, tum ipſius merito paratus ſum: Si modo hoc priuato officio

publicū

publicum minime leſero. Nam ſi iuuare Florentinam rem publicam haudqua/quam poſſum: longe minus offendere illam cupio. Et conſulere etiam patriæ meæ non debeo, alterius incommodo & iactura. Si frater tuus ſui iuris eſt: nec obligatus conuentione aliqua Florentinis: geram tibi morem quamlibentiſſi/me. Et ſpero haud inanem fore operam noſtram. Sin minus: ne me, oro, gra/ues ad implendum votum tuum periculo meo. Non probatur quis: qui vt al/tare vnum operiat, aliud detegit. Et cōqueri de me merito poſſet, ac iure etiam vlciſci Dominium Florentinum: ſi prius a ſe ſalario conductus doctor, mea in/terceſſione & opera alio demigraret. Si a rectore Paduano requiſitus eſt per lit/teras: vt eo ſe recipiat: tanto facilius erit compos voti ſui. Hoc vnum tibi de/eſt: ne prætuliſſe patriam meam iſti veſtræ: iniquo amore iudicer: vt mihi aut pro libero homine ac nemini obnoxio intercedendum ſit: aut pro non libero, eorum nihilominus permiſſione & conſenſu, quorum intereſt. Si hoc ægeris: factum puta quod petiſti. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Septēb. Mcccclxxxxvi.

Mauro Priori Caſtrocarri. XVIII.

ſVperfluo expetis litteras a me: cum ſis ipſe propediem venturus: ac rediturus in domum vnde exieras. Et tamen obſequenter parenti de/eſſe & ego nolui: quin tibi morem gererem. Quod non veneris cum eo: per quem fuiſti accerſitus, vindemiæ gratia: conſilium tuum probo. Non enim ne/gligendum eſt vinum: quod lætificat cor hominis: quod vulneribus infuſum ſauciatos curat: quod etiā iubetur offerri in ſacrificiis in odorem ſuauitatis Do/mino. Hoc vinum recondes in vaſe pectoris tui: vt poſſis & tu merito dicere. Potaſti nos vino compunctionis. De hoc vino quantuncunq; ſumpſeris, nun/quam æſtuabis, aut ebrius eris. Immo ſi eo inebriatus fueris: non tibi vitio da/bitur: cum ſcriptum ſit. Inebriamini: ſed non a vino. Et alibi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Alioquin expreſ/ſum de vuis vinum moderate ſumendum eſt, præſertim viris litteratis ac libe ralibus ſtudiis deditis. Quam ſufficiens, inquit ſapiens eſt homini erudito vi/num exiguum. Cæterum vt ad te redeam: quo promptius nos adieris functu/rus Cancellarii munere: eo nobis futurus es gratior. Reſumes intermiſſum diu officium & exercitatior & doctior: ſentieſq; onus eo minus graue: quo ma/gis fueris ad id ſubeundum idoneus. Iumentum tibi non mitto: quoniam præ/ter ānoſam mulam noſtram, cui inſidere olim conſueueram: quam veluti eme/ritam quieſcere permittimus: reliqua, aut ægrotant, aut domo abſunt. Condu/ces vnum pro arbitrio ſumptibus meis: & cum fueris abſolutus iis: quæ tibi forte modo incumbunt negociis: huc properabis. Vale. Ex Fonte bono. Die xv. Septembris. Mcccclxxxxvi.

Benedicto de Mandello Monacho. XIX.

i N eo fui: vt nihil ad te ſcriberem: quāuis vt ſcriberem, plurimum ob/ſecraſti. Quid enim: ſi ad te ſcribo: num per totam Fauentiam publi/candæ ſunt litteræ? An ignoras: quoniam aquæ furtiuæ dulciores ſunt? Quan/tum ad me attinet: ſubire me cogis multorum iudicia: quæ forte alia ſunt ac di uerſa intra conſcientias ſingulorum, quam ſermone promantur. Quotus enim

quiſq; eſt:qui,quod ſentit aperte exprimat? Qui non ad gratiam audientium
loquatur?Neq; tamen icciirco hoc dixeri legati cauſa,viri integerrimi ac verita
tis ſtudioſiſſimi. Sed multitudinis varius ſemp guſtus eſt.Hic elixũ,ille aſſum,
gratius comedit.Quãtacũq; cura & ſtudio rei ædificatoriæ leges ſeruaueris:do
mus quã extruxeris ab aliis altior,ab aliis depſſior iudicabit’ . Satiſſit tibi:ꝙ nõ
improbes ipſe,quæ ſcribo:Aut ſi ſolus legere nõ vis:ſaltẽ cũ paucis cõmunica.
Quod occupationibus diſtẽtus vacare de more ſtudiis nequeas:ſed obedire te
oporteat iuſſionibus patrũ:noli propterea mœſtus eẽ.Agis.n.qd̃ te decet:me/
ritoq; pluris facis obedientiã:quæ non ſolũ lr̃arum ſtudiis,verũ ẽt victimis &
ſacrificiis antefertur.Imperitiæ nunq̃ argui poteris:vbi pfectã didiceris obediẽ
tiam:illũ imitatus,qui non ſuã ſed patris venit facere voluntatẽ:qui ẽt carnali
bus parẽtibus ad noſtrã eruditionẽ atq; doctrinã ſubditus fuiſſe deſcribit’.Hor
tatur nos Apoſtolus:nõ plus ſapere q̄ oporteat ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatẽ.
Non doctoꝝ tantũ:verũ ẽt & multo quidẽ magis ſimpliciũ,& ſobrie iuſte pie/
q; viuentiũ eſt cœlũ.Sciẽtia inflat:caritas ædificat. Tu quoq; ſi inſeruire perre/
xeris fratrũ tuoꝝ cõmodis:& monaſterii curã ocio litterario præpoſueris:ædi/
ficaberis in tẽplum Sanctum in Domino,in habitaculum Dei,in ſpiritu ſancto.
Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvi.Septembris.Mcccclxxxxvi.

Hieronymo Veneto Monacho.XX.

n On es durioris ingenii:vt obſtinatius tuearis partes tuas. Cedis mo/
nenti facile:& in re etiam non mala alienis ſuaſionibus a propoſito re
uocaris.Admiſiſti conſilium vna cum ſocio : atq; ad vnius exhortationis meæ
vocem ſecuti eſtis me:vt tam diu differretis trãſire ad Eremum:donec ipſe ad
vos conceſſiſſem.Nihil ego propterea vereor : ne hac mora intercedente illu/
minandi non ſitis ab oriente exalto:vtra vobis potiſſimum pars fuerit eligen/
da:nouum ne & arduum militiæ genus eremitici propoſiti : an perſeuerãtia in
ea,qua vocati eſtis,vocatione cœnobialis vitæ. Interea vacabitis die noctuq;
orationibus:pulſabitiſq; ad oſtium diuinæ miſerationis : vt Lucifer oriatur in
cordibus veſtris:& in biuio cõſtituti dexteram teneatis.Facile eſt omnibus , de
manifeſtis atq; apertis ferre ſententiam:neq; iuditio falli . Manifeſta enim ſunt
opera carnis & ſpiritus : quæ ſeriatim Apoſtolus enumerat ſcribens ad Gala/
thas.Quis enim ignorat fornicationem,immunditiam,auaritiam,homicidia,
cõmeſſationes,ebrietates,& alia id genus,malum eſſe:& honeſto aduerſari? Cõ
tra quis dubitet:continentiam,caſtitatem, fidem,caritatem,modeſtiam , cæte/
raq; eiuſmodi,virtutes eſſe omnibus amplectendas ? Vbi autem duorum pro/
ponitur nobis optio:quorum vtrunq; ab honeſto nõ abhorreat:tum vero den
ſis offundimur tenebris in electione potioris. Præſertim cum ſciamus ſcriptũ.
Sunt viæ:quæ videntur hominibus rectæ:quaꝝ finis in interitũ mergit. Quã/
obrem accæpto ſemel patris cõſilio:vt patiẽtes ſitis vſq; ad aduentũ meũ:ora/
bitis ſicut præmonui:ſine intermiſſione dicẽtes.Deus miſereatur noſtri,& bñdi
cat nobis:illuminet vultũ ſuũ ſuper nos:& miſereatur nr̃i : vt cognoſcamus in
terra viã ſuã:ĩ oĩbus gẽtibus ſalutare ſuũ.Hoc ſi accurate ac deuote ĩpleueritis:
confido de vobis in Domino Ieſu:ꝙ nihil aliud demum ſapietis cõſtituetiſq;:

niſi quod ſalutare ambobus futurum ſit. Vale. Ex Fōte bono. Die. xxviii. Septē/bris. Mccccl xxxxvi. Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XXI.

m Edicamentum morbi gallici, quod petiſti: annotatum ſcedula: cuiuſ/modi accæpi, ad te mitto. Tranſmiſſum eſt illud mihi a medico: q hoſpitalis maximi Florentini curam gerit: & mei eſt amātiſſimus: vtpote, qui me meoſq;, in infirmitate conſtitutos, ſæpius curauit. Si profuerit reme/dium infirmis tuis: bonū opus feceris: neq; alienū ab epiſcopali cura: quæ po/tiſſimum in curandis ſpiritibus verſari debet. Infirmos Dñs & curauit, & curari mandauit. Immo & per prophetā exprobrat iis: qui ſecus faciebāt. Quod infir/mum, inquit, fuerat: non conſolidaſtis. Improbātur leuita & ſacerdos: q viſo in itinere vulnerato prætererint. Cōtra laudatur Samaritanus: q impoſitū humeris duxerit in ſtabulū: oleūq; ac vinū infuderit. Tu quoq; ſimiliter faciens, pietati inſeruis: ac miſericordiæ opus exerces. Nemo de te obloqui poterit: cū tuoꝝ male habētium curā ſuſcæperis: ac dicere. Infirmati ſunt: nec fuit, qui adiuuaret. Circūligetur itaq; vulnus, & liuor, & plaga tumens: & curetur medicamine in nomine Dñi: & foueatur oleo miſericordiæ. Beati. n. miſericordes: qm̄ ipſi mi/ſericordiam cōſequētur. Vale. Ex Fonte bono. Die. xix. Octobris. Mccccl xxxxvi.

Decemuiris Florentinis. XXII.

ſ Ignificatū eſt mihi a Vicario nr̄o: quanta cura & ſtudio cōmendaueritis libertatē noſtrā excelſo Dñio: quēadmodū etiā fecerunt accuratiſſime Decēuiri clariſſimi: qui proxime ante vos magiſtratū geſſerunt. Quāobrē cumulatiſſime debeo veſtræ magnitudini: & illi q̄tas poſſum, gr̄as ago. Cōfiditis magis, ſicut par eſt, in excolenda iuſtitia: quam in extorquenda, pecunia. In/duitis pro thorace iuſtitiam: & pro galea, iudicium certum: nō ignorātes, quo/niam in benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas. Verēdum vtiq; nō eſt: quin Dñs apprehēſurus ſit pro vobis arma & ſcutum: dicturuſq; vobis. Salus veſtra ego ſum. Pro qua re quotidianas effundimus preces, optātes vobis incolumitatem & pacē bonā. Oro vos p pietatē: vt ſuſcæptā ſemel pro domus meæ liber/tate defenſionē, minime intermittatis: ſtudeatiſq; demereri vicinos veſtros, vobis cōmendatos, repetitis fauoribus: qui vr̄æ reipublicæ & fuimus ſemp & futuri ſumus inter cæteros fideliſſimi: & ad oīa vr̄a cōmoda, ſiqd aliqn̄ noſtra ope/ra veſtræ ꝓdeſſe magnitudini potuerimus, obſequētiſſimi. Valete Dñi īclyti. Ex Fōte bono. Die. xxiii. Octobris. Mccccl xxxxvi. Ioanni Maiori Eremi. XXIII.

m Agnum ſane prælatoꝝ pōdus: qbus ſubditoꝝ cura incūbit. Solicitos illos eſſe oportet: ne qd animarū ſaluti: ne qd itē corpoꝝ deſit neceſſitati. Hoc mihi in Eremo potiſſime curādū eſt: vbi quo diſtrictius vi/uitur: eo maior eē debet viuēdi profectus. Quāuis autem perfectus q̄ſq;, ac de Deo ſuo pēdēs, & in illo penitus cōfidēs, nō debet de craſtino eē ſolicitus: imo gloriari magis in pauptate ac reꝝ defectu: quia tñ nō oīum eſt iſta virtus: vt cū Apoſtolo ſciāt abūdare, ſciāt & penuriā pati: iccirco propter imbecilliores atq; infirmiores, vtriuſq; hoīs æque mihi hn̄da eſt cura. Si appetieritis ſupflua: cul/pa vr̄a eſt. Si neceſſaria ego ſubtraxero: mea. Abſit autē a me: vt ſciēs ac prudēs aliquē veſtrū ſcādalizem. Quāobrē cōſulere tū vobis, tū mihi cupiens: mitten/

dum duxi in eremũ Vicarium noſtrum:qui officinas ac ſingulorum etiam cel/
lulas diligentius pſcrutetur:vt ſiquid cuiq̃ defuerit,prouideatur. Veniſſem ipſe/
met:niſi infirmato altero genu ſedere compellerer in cubiculo.Sed non minus
vobis proderit Abbatis præſentia,q̃ mea.Sicut enim vices meas gerit: ita vo/
bis atq; eremo vna mecum multum afficitur.Et ambo nimirum pariter deſy/
deramus:ne quando culpa noſtra ſoliciti ſitis,dicentes.Quid manducabimus:
aut quid bibemus:aut quo operiemur? Longe autem vehementius optamus:
vt quæratis potius regnum Dei & iuſtitiam eius. Quo fiet : vt facilius reliqua
omnia adiiciantur vobis.Vale.Ex Fonte bono.Die.ii.Nouẽbris.Mcccclxxxxvi.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXIIII.

a Liud medicamentum morbi gallici ad te mitto:quod a medico,quẽ
curandæ familiæ gratia annuo ſalario conduxi,manu ipſius cõſcriptũ
accæpi.Affirmat ſe haud ſemel piculũ feciſſe:& curaſſe morbo illo affectos itra
xii.aut ad ſummũ.xv.dies.Peritus mihi videt́ medicinæ artis,ac fidelis admo
dum.Moleſtum forte erit remedii genus:ſed lõge moleſtiorem eſſe audio mor
bum ipſum:quo ægrotantes vexari ſe,ſupra q̃ credi poſſit,affirmant. Experie/
ris vtrunq;,ſi neceſſe fuerit.Si profuerit infirmis:agãt Deo gratias. Sin minus:
per me non ſteterit:quo minus virtus de illis exiret:& ſanaret omnes.Vale. Ex
Fonte bono.Die.iii.Nouembris.Mcccclxxxxvi.

Petro Delphino.XXV.

d Oles:ꝙ domus patrui mei vẽdita ſit alteri:q̃ alicui gẽtis noſtræ.Trã/
ſeunt iſta a gente in gentem:quia nihil firmum ſub ſole. Excitare nos
in cõmonitionem,hæ rerum mutationes videntur:ne quid noſtrũ di/
camus in hoc ſæculo:qui nihil intulimus in hunc mũdum:nihilq; haud dubie
inde ablaturi ſumus præterq̃ conſcientiam recte aut malefactorum.Domus il/
la maximi eſt facienda:de qua meminit Paulus:ꝙ non ſit manufacta ſed æter/
na in cœlis.Vnam,inquit alius,petii a Domino:hanc requiram : vt inhabitem
in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Habeat ſibi:qui illam emit : vt
pulchriorem (vt ſcribis ipſum facere) ac venuſtiorem reddat:idq; nõ tam ad
præſens cõmodum,quod momentaneum eſt : q̃ ad futurum:vt inuiſibilia Dei
per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciat:& terreſtris hæc habitatio cœleſtem
ei referat manſionem.Hæc ſi tecum reputaueris:non dolebis trãſlatas fuiſſe in
ius alterius priuatas ædes:cum videas qnotidie & vrbes & prouintias & regna
mutare Dominos:atq; in alienam ditionem concedere.Nec mirũ . Vt ſcias,ait
Daniel ad Regem,qui vt bos fœnum comedit:ꝙ altiſſimus dominetur ſup re/
gnum hominũ:& cui voluerit det illud.Inter cætera quæ ſcripſiſti:quæ ad pu/
blicos ſtatus pertinent:placuit ſummopere voluntaria Tarentinorum deditio:
non tam ad incrementum noſtræ reipublicæ:q̃ in teſtimonium iuſtitiæ ac fidei
Venetæ.Quo quidem nomine,magis proficiet indies:q̃ vllo alio armorũ ge/
nere.Vtinam ſubiiciat illi Dominus etiam barbaras nationes : & dominetur a
mari vſq; ad mare:& a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.Vale.Ex Fon/
te bono.Die.xiiii.Nouẽbris.Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angeloꝝ.XXVI.

r Ediit ex vrbe Saluator monachus,& olim & nunc (ſi volueris) tuus.
Hortatus ſum illũ:vt te cõueniat:pollicitus ei ꝙ facile eẽt abs te ad/
mittendus.

mittendus. Non enim vis mortem peccatoris: ſed vt conuertatur & viuat. Peccauit quidem in cœlum & coram te: ſponte ac temere profectus ex angelico cōſortio in regionem longinquam. Sufficiat tibi: q nō diutius permanſerit extra clauſtra monaſterii: q nulla notatus infamia reuerſus eſt. Laudantur pulli equini: qui fractis aliquando quibus religantur funibus, hinc inde diſcurrunt. Expertus hic quibus incōmodis vagando affectus ſit: quot aduerſa in itinere pertulerit ad memoriá reuocans: firmabitur in loco profeſſionis ſuæ. Tu quoq ipſum paterna pietate recipies: quia hic filius tuus mortuus fuerat & reuixit: pierat & inuentus eſt. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiiii. Nouembris. Mcccclxxxxvi.

Hieronymo Veneto Monacho. XXVII.

b Ene ſe res habet: proficis indies magis adhortationibus & conſiliis meis. Pēdere ex me iam totus videris: ac niti humeris meis. Infigi nō poteris in limo profundi. Et ſi veneris in altitudinem maris: non te demerget tempeſtas aquæ: neq obſorbebit te profundum: neq vrgebit ſuper te puteus os ſuum. Proximum ruinæ ſemper monachum exiſtimaui: qui ſibi facile crederet: qui obſtinatius maiorum ſuorum ſentētiæ repugnaret. Tribuis multum tu ornatui & grauitati litterarum mearum: imo longe magis q̄ pro meritis. Ego autem ſic opinor: ac prorſus ita ſentio: profeciſſe te plurimum illarum lectiōe: iccirco potiſſimum: quoniam ſuggerente caritate conſcriptæ ſunt. Fidelis magiſq̄ facundus ſermo meus merito fuit apud te omni accæptione dignus. Crede mihi: q & ſi imperfectum meum perſpicue video, minime inuideam aliorū perfectioni. Vtinam in te & in ſocio tuo q̄maxima fulgeant incrementa virtutum: & futuri ſitis aliis vitæ ſanctioris exemplum. Hæc eſt enim gloria mea: & exaltans caput meum: pie ingredientium filiorum profectus. Veniá ſi Deo placuerit ſtatuto tempore ad vos: & plenius vobis coram effundam cor meū. Nō erit difficile tunc vobis diſcernere: quid potiſſimum eligatis: qnod vtilius vobis futurum ſit: Vbi tot menſium orationes præceſſerint: Vbi tanta precum cōtentione imploraueritis conſilium Dei. Quod & ego quoq vobiſcum per hoc tēpus facturus ſum pro vobis, ſicut petiſtis: ſi forte addito interceſſore, facilius quod cupitis largiatur longanimis & miſericors Dominus. Vale. Ex Eonte bono. Die. xv. Nouembris. Mcccccl xxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. XXVIII.

r Etulit mihi Iulianus noſter quid reſponderis ſuper negocio Chriſtophori ſacerdotis. Improbari nulla ex parte pōt reſponſum tuum. Remittis te ordinariis iudicibus: quoniam ordinate cupis viuere: & tribuere cuiq, quod ſuū eſſet. Ne expectes: vt mea opera, aut alicuius interceſſione cogendus ſis, huic aliquid dare, quod nequaq̄ debeas. Si iterum me adierit hac de cauſa: ſcio, quæ pro te illi dicturus ſim. Erigat alterum (vti conſueuit) ſupercilium, q̄tum voluerit: alterum deprimat. Si ſtare noluerit ſententiæ iudicis: quod tu non recuſas: pro illo apud te non ſum amplius facile interceſſurus. Quæ in faſciculo temporum de falſis prophetis annotata ſcripſiſti: eadem in ſacris voluminibus, præſertim veteris teſtamenti, ſæpius repetita inuenies. Quotiés. n. queritur Dominus: locutos fuiſſe nomine ſuo prophetas: cum ipſe nō miſiſſet eos: nec per eos locutus fuiſſet? Iccirco attendite, inquit, a falſis prophetis: qui

veniunt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Sed quoniã & veraces prophetas fuiſſe legimus, & mẽdaces: ſi me interroges, quo nam pacto veri a falſis diſcerni valeant: reſpõdebo tibi ex ore veritatis. A fructi bus eorum cognoſcetis eos. Habes quoq; in Deuteronomio ſic per Moyſem Dominum dicentẽ. Quodſi tacita cogitatione reſponderis: quomodo poſſum intelligere verbum: quod Dominus non eſt locutus? hoc habebis ſignũ. Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & nõ euenerit: hoc Dominus nõ eſt locutus: ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit: Et iccirco nõ time/ bis eum. In hanc ſententiam legiſſe te multa nõ dubito: qui in diuinis eloquiis aſſidue verſaris. Requiſitus Ioannes baptiſta: qui erat propheta, & pluſq̃ prophe ta, an propheta eſſet Domini: reſpondit, non ſum. Sed formam nobis præbẽs humilitatis: & prædicatoribus noui teſtamenti normam euangelizãdi iam tũc præfigẽs: Ego ait, vox clamantis in deſerto: dirigite vias Domini: rectas facite ſemitas Dei noſtri. Longius hanc rem proſequor abs te excitatus: q̃ pro loco & tempore debeo. Scrupuloſa materia impræſentiarum Florentiæ prophetia: vbi vaticiniis faciles præſtant aures. Ego omnibus magis ſuaſerim: vt diuinis præ ceptis potius q̃ prophetis mortalibus intenderent animum. Siquidem in cuſto diendis illis retributio multa: in his credendis interdum periculum multum. Vale. Muſoleæ. Die. xvii. Nouembris. Mccccxxxxvi.

Alberto medico. XXIX.

e Rit harum litterarũ lator Maurus Prior Caſtricarri, noſtri ordinis Ca/ maldulenſis. Is tribus fere menſibus haud contẽnenda vexatus infir/ mitate adire te voluit: non tam defectu medicorum in agro Caſentinate: q̃ ꝙ plurimum ſpei recuperandæ valitudinis, de tua potiſſimum phiſicæ artis peri/ tia longo ſtudio & vſu comparata, mente concæpit. Siquidem ex me nõ ſemel audiuit: q̃tum tuæ ſingulari doctrinæ q̃tum fidei tribuam. A me autem a tene/ ro educatus atq; inſtitutus: & cancelarii modo apud me fungens munere: non poteſt mihi non eſſe cariſſimus. Quamobrem cõmendandum illum ſtatui tuæ pietati. Te præ cæteris delegit percurãdo inualido corpori, ac morbis affecto. Et ego conſilium ac propoſitum eius conſtantiſſime probaui: expertus ſæpius quot ex meis tua cura iacẽtes erexeris, ac propemodum ab inferis reuocaueris. Dedit Dominus poteſtatẽ medicis, vt lãgores curarẽt. Scriptũ eſt. n. Altiſſimus creauit de terra medicinam: & vir prudens nõ abhorrebit illam. Itemq;. Da lo/ cum medico: etenim illũ Dñs creauit, & non diſcedat a te: quia opera eius ſunt neceſſaria. Deniq; curam illius habe. Quicquid enim in Priorem ipſum contu leris: mihi præſtitũ putabo. Vale. Muſoleæ. Die. xxvi. Nouẽbris. Mcccclxxxxvi.

Mauro Priori Caſtrocarri. XXX.

b Ono eſſe animo ad curandam infirmitatem tuam medicum: ac bene ſperare, te facile recuperaturum ſua opera priſtinam valitudinem: gau deo plurimum. Si fueris tibi alter medicus: proficies indies longe magis. Po/ nenda eſt ori cuſtodia: cauendiq; ſunt cibi ſanitati contrarii. Tantum præterea ſumendum de iis qui permittuntur: quantum ſtomachus poſſit concoquere: ne indigeſtio malos augeat humores: & curationem tuam difficiliorẽ ac tar/

diorem

diorem reddat. Negligendum quoq; tibi nequaquam eſt alterum medicamen/ti genus: quod Apoſtolus ſuadet. Infirmatur quis in vobis: inducat præſ byte/ros: & orent pro eo: & oratio fidei ſaluabit infirmum. Idem etiam admonet. Cõfitemini alterutrum peccata veſtra. Et merito quidem expetẽda medicina. Ore enim confeſſio fit ad ſalutem. Quod paratus ſis in omnem euentum: vt te diuinæ ſubiicias voluntati: probo & laudo. Hoc nanq; chriſtianum & imprimis religioſum hominem decet: pendere ex Deo ſuo. Nemo noſtrum, quemadmodũ Romanis Paulus ſcribit, ſibi viuit: & nemo ſibi moritur. Siue enĩ viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur: Domini ſumus. Noli tamen negligere humana remedia: quæ & ipſa a Deo ſunt. Salutabis medicum noſtrum meo nomine: de quo tantum tibi meo iudicio polliceri potes: q̃tũ de altero Hypocrate, aut alio quo vis ſummo phyſico. Valitudinem tuam cura diligẽtiſſime: vt citius conualeſcas: ne tuo diutius munere vti compellar. Muſoleæ. Die. iii. Decembris. Mcccclxxxxvi.

Ioanni Maiori Eremi. XXXI.

v Enit in Eremum Antonius monachus: futurus apud vos nouus anachorita: quod diu ante concupiuit. Probabis ſpiritũ: an ex Deo ſit. Tu vero, qui noſtra vice iſthic fungeris, curabis: ne quid illi defuturũ ſit. Bono animo nouum illud & arduum aggreditur inſtitutũ: vt remotior ſæculo, propior fiat Deo: totumq; ſeſe dedat contemplationibus ac diuinis rebus. Si vexari tentationibus cœperit: vti ſolitariorum moris eſt: adiuuandus erit orationibus: ac verbis & exhortationibus conſolatoriis ſuſtentandus: vt tentatio ipſum nõ appræhendat, niſi humana: donec arctiore diſciplina formatus ad eremiticam vitam, idoneus effectus fuerit cum aduerſariis ſolus pugnare: & inuicta patientia omnes diabolicos ictus ſcuto fidei deuotioniſq; retundere. Nõ multum his ingreſſus ſui primordiis occupetur corporalibus negociis. Cella quieſcat: quæ & fluctuantẽ animum ad trãquillitatem ſæpius reuocat: & monachũ ſibi ipſi reddit. Hæc tecum modo ex abundantia cordis loquor. Alioquin ſcio, te in huiuſmodi non eſſe admonendum. Vale cum familia omni. Muſoleæ. Die. v. Decembris. Mcccclxxxxvi.

Guidoni Priori Angelorum. XXXII.

f Actas fuiſſe in annum idutias, inter fœdus chriſtianorum Principum & gallorum Regem: per iucunde didici. Erit enim hæc ad tempus cõpoſitio inter diſſidentes partes initium fortaſis cõfirmãdæ pacis: quã ſemper bello prætulerim. Quis etenim non improbauerit excidia vrbium, vaſtationeſq; agrorum, & raro confectas abſq; vtriuſq; partis pernitie dimicationes? Ego etiam minus æquis conditionibus, cum mihi liceret, pacem ſemper admitterem. Hanc ſane ſolam reliquit nobis Dominus, tanq̃ veram ac perpetuam hæreditatem: quam qui ſtudioſe amplectuntur: aram futuræ ſempiternæ beatitudinis mihi videntur conſecuti. Liberatam vero fuiſſe per hos dies Florentiam duobus periculis: gratulor ſummopere. Nam incendium nocturnum in palatio Dominii ſuſcitatũ: potuiſſet faclie, ſi progreſſum fuiſſet vlterius, maximam inferre publico ſtatui iacturam: conſumptis Montis codicibus qui prope erant. Et fame impulſa plebs, ſi in diripiẽda frumenti area & foro, quemad/

modum per bonam diei partem fecerat, diutius perſeueraſſet:haud parui mo/
menti ſcandalum excitaſſet.Magna ſane famis neceſſitas ingens vis:cum etiam
in diuinis ſcripturis legamus:occiſos propterea a parentibus filios,ac in cibū
ſumptos.Quot oppida munitiſſima & gaudentia libertate,quæ ſuperare non
potuerunt validiſſimi exercitus:ſola expugnauit fames:atq; ad deditionem cō
pulit:ſeruitutēq; redegit. Quamobrem benedictus Deus:qui rore ſuæ gratiæ
propulſauit incendium,ne palatium conflagrauerit:& ſua clæmentia eſurienti
populo conſuluit,ne conſeruerint manus:tumultūq; excitauerint. Quod haud
procul audio abfuiſſe.Oro dominum:vt a fructu frumenti,cuius modo laborat
inopia,multiplicetur:vt in pace in idipſum dormiat & requieſcat.Vale.Ex Fon
te bono.Die.iii.Martii.Mcccclxxxxvii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXXIII.

h Oc habemus potiſſimum inter mūdanas aduerſitates præſſuraſq; in
noſtra poteſtate ſolatium:q quandocunq; nobis libuerit,queri nobis
apud amicos licet:atq; effundere æſtus noſtros eiſdem curaſq; & moleſtias re/
ferre.Itaq; non fuiſti nimius:dum vicem tuam mecum doles:oblata tibi occa/
ſione excuſandæ (ſi qua fuit) tarditatis tuæ in reſcribendo.Quod maxime tri/
buis occupationum multitudini,& præſertim auditionibus cauſarum quæ tibi
frequentiſſime delegantur & difficiles,& maximi ponderis. Cupiēti quieſcere
aut ſaltem aliquo grato occupari negocio:non poteſt non moleſta eſſe mentis
diſtractio.Sed quando tranſire a te non poteſt calix iſte:qui tibi diuino propi/
natur nutu:niſi biberis illum : dic & tu patri cœleſti. Non ſicut ego volo : ſed
ſicut tu.Iudicare te nihil non poteſt apoſtolica ſedes : quemdiu experta & pri/
mum epiſcopatus dignitate decorauit : & delegationū honore,graui licet atq;
oneroſo,quotidie proſequitur.Ignotus vero (nam vtrunq; ſcripſiſti de te) quo
modo eſſe poſſis:præſulatus & Paduani imprimis fungens minime intelligo.
Notiſſimum te ac etiam nobiliſſimum,tum gradus ſublimior,tum eminētior
virtus tua facit.Teſtis tibi locupletiſſimus huius meæ aſſertionis facile eſſe po/
teſt frequentiſſimus ille multorum te interpellantium aditus:de quo quereris.
Neq; propterea hoc tibi euenire exiſtimo:vt iudex a multis conſtituaris cauſa/
rum ac litium ſuarum: quoniam ſicut probas Apoſtolica ſententia,contempti/
bilis habearis.Dicens enim Paulus:ſæcularia iudicia ſi habueritis : contempti/
biles qui ſunt in eccleſia conſtituite ad iudicandum : aut contemptibiles hu/
miles corde intelligi voluit : cum alibi idem dicat : & contemptibilia elegit
Deus:aut contemptibiles apellat ſæcularium cauſarum iudices,reſpectu exerci
tii vilioris:quod ſpirituali comparatum,contemnendum videtur.Alioquin nō
corripuiſſet Apoſtolus eum:qui auſus fuit iudicari apud iniquos,& non apud
Sanctos.Ego huiuſmodi iudices contemptui ſimpliciter habendos nunq̄ dixe
rim:quos & Sanctos nominat & alibi:Deos appellari non ignoramus.Diis,in
quit,non detrahes.Non mihi videntur contemptibiles Aaron & Hur:quibus
Moyſes hoc munus demandauit:cum aſcenſurus,in montem dixit ad populū.
Habetis Aaron & Hur vobiſcum : ſiquid natum fuerit quæſtionis:refereris ad
eos.Cōtemptibiles ſane fuiſſe nunq̄ dices ſeptuaginta illos ſeniores populi ac

magiſtros:

magiſtros:quos quærenti Moyſi ꝙ ſolus tantum oneris non poſſet ſuſtinere, congregandos atq; aſſumendos ſecũ præcepit Deus: ne ſolus grauaretur: cui ſupra vires eſſet negocium. Demum cõtemptibilis eſſe non poteſt: qui Summi Pontificis vices gerit. Aut igitur diuide & tu cum aliis opera tua, exẽplo Moyſi: ad quod faciendum hortatur nos etiam in regula Sanctiſſimus pater Benedictus: aut patienter feras: quod vitare, etiam ſi velis, non potes. Nõ es ſolus: qui vacare cupias ab his curis & negociis ſæcularibus. Audi coepiſcopum tuũ Auguſtinum. Chriſtum, inquit, teſtem inuoco: quoniam mallem per ſingulos dies certis horis aliquid manibus opari: & cæteras horas habere liberas ad legẽdũ, & orandum, vel ad agendum aliquid de diuinis litteris: q̃ tumultuoſiſſimas ꝑplexiones cauſarum pati de negociis ſæcularibus: vel iudicãdo dirimẽdis: vel interueniẽdo præcidẽdis. Quod præter te, qui manu propria ſcribis plurimũ, etiam ſcriptores quinq; ad laſſitudinem vſq; fatiges: in hoc me facile ſuperas: duo tamẽ & interdum tres ad hoc mecum ſunt: & mecum laborant. Dego vt plurimum in ſolitudine, ĩmo in loco horroris: quo haud facilis acceſſus omnibus patet. Multi quibus aut non vacat, aut terrori eſt difficultas itineris: litteras vicarias mittunt: eiſdemq; ſua negocia mecum tractãt: quibus neceſſario eſt reſpondendum. Alii amori erga me ſuo indulgẽtes: deſyderium mei mutuis epiſtolis leuãt: & ſic vltro citroq; ſcribimus frequentiſſime. Negocia ordinis quotidie noua emergentia, & moleſtiæ ac ſollicitudinis plena, q̃ crebro me inuitũ cogant arripere calamum: ſcio te prudentiſſime coniicere. Et ſic tempus ſine aliqua fere honeſta voluptate conteritur. Aethruria omnis, & Florentia imprimis, laborat plurimum annonæ inopia: factaq; eſt fames valida in regione iſta. Nõ reperitur aliquis vel ætate prouectiſſimus: qui recordetur, pluris aliquando veniſſe frumẽtum, hordeũ, milium, vitiam, & alia id genus: q̃ modo. Leguminũ caritas eadem. Mendicatur paſſim atq; hoſtiatim panis etiã ab iis: qui alere cõſueuerunt mendicantes: & qui ingenuis orti parentibus videri interdiu erubeſcunt: ad multam noctem ciuitatem perambulant, petentes panẽ, & miſericordiam inuocantes. Idem eſt in toto agro Florentino. Si duos aut tres pariter colloquentes videas: non alia de re verba fieri, q̃ de tritici defectu, q̃ de futura indies vrgẽtiore fame, audias. Bello cum fame inito: reliqua omnia obliuioni tradita ſunt: & pro nihilo habentur. Exortus tumultus Florentiæ his diebus ad forum venale tritici & farinæ: vix ſedatus eſt veſperi: adeo vt publico decreto ſtatutum q̃primum fuerit: ne decætero viri ſed mulieres tantum ad coemendam farinam & triticum conueniant. Cuſtodiuntur horrea, diligenti cura: quæ tamẽ vel ſic paſſim per rura & oppida effodiuntur. De loco ad locum iumentis conuectum frumentum etiam meridie per vim rapitur. Reſtant adhuc vltra menſes tres: quibus non poterit meti. Quid putas fore hoc tempore? Offerunt multi iam operas ſuas: non alio pretio q̃ victu ſolo. De pane ſola quæſtio eſt. Confecti pleriq; ob annonæ inopiam macie rubentes exuerunt genas: & inanes faucium ſinus gerunt. Ob multitudinem mendicantium, non ſingulis de more panis integer, ſed diuiſus atq; conciſus in fruſta & bucellas erogatur. Vere duriſſima neceſſitatum fames: & quæ omnia tormentorũ ac mortium genera facile

ſuperat. Exorari dignetur Dominus ab iis: quibus lachrymæ ſunt panes die ac nocte: vt in diebus famis ſaturentur. Qui dedit ſemẽ ſerenti: etiam panem præſtet ad manducandum. Et augeat incrementa frugum: qui olim de quinq; panibus tot hominum milia clæmentiſſime ſaturauit. Vale. Ex Fõte bono. Die. xiiii. Martii. Mcccclxxxxvii.

Guidoni Priori Angelorum. XXXIIII.

d Idici ex te gratiſſime: appuliſſe Liburnum naues duas, tritico onuſtas: expectariq; itidem alias ad dies paucos. Si ita erit (quod vtinam velit Dominus) conſolationem in tribulatione recæpturi ſunt famelici: & eſurientes humiles, bonis replendi. Incipiebant iam multi, ob cõmeatus inopiam deficere: ac reconditis penitus luminibus rigentiq; facie, & incurua pronaq; ceruice ambulare: & vix ſuſtinere ſpiritũ poſſe: ac ĩminentem & proximã differre mortem. Iam mihi in mentem venerat, eius, quã deplorat, Hieremias famis. Adhæſit, inquit, lingua lactentis ad palatũ eius in ſiti. Paruuli petierũt panem: & non erat qui frangeret eis: Qui veſcebantur voluptuoſe: interierunt in viis. Qui nutriebantur in croceis: amplexati ſunt ſtercora: Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum: & non ſunt cogniti in plateis. Adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit: & facta eſt, quaſi lignum. Hæc ille tunc temporis: quod nos modo bona ex parte, & audimus & vidimus oculis noſtris. Sed miſereri iã cœpit Dominus populo ſuo: & appulſæ naues onerariæ, quas ſcripſiſti, ſalutem publicã aduexere. Benedictus Deus. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Martii. Mcccclxxxxvii.

Coſmo de paciis, Epiſcopo Arretino. XXXV.

p Romotionem tuam ad epiſcopatum Arretinum, iucundiſſime accæpi. Congratulor enim non tam tibi: cui nulla facta eſt dignitatis acceſſio: cum antea ſimiliter epiſcopus fores: q̃ & populo Arretino, & mihi meiſq;: qui in Arretina dioceſi habemus monaſteria. Præfuturum enim te ea integritate, benignitate, fide tuis non dubito: talemq; habiturum curam gregis tui: vt merito gratiſſimus omnibus futurus ſis: ac optimi vigilãtiſſimiq; paſtoris munere perfuncturus. Mihi vero ac meis iccirco potiſſimum gratulor: quod ꝓ ea, qua me ſupra merita proſequeris beniuolentia: eiuſmodi te nobis patrẽ ac patronum exibiturus es: vt nihil abs te neq; curæ neq; fauoris, vbi opus fuerit, in noſtris negociis ſimus deſyderaturi. Precor Dominum: a quo conſtitutus es ſuper familiã ſuam: vt des illi cibum in tempore: vt dignationem tuam incolumen diutiſſime ſeruet: tum ad ædificationem & gloriam plebis tuæ: tum vero ad noſtram tutellam ſolatiumq; ſingulare, ac totius Arretinæ dioceſis perpetuã tranquillitatẽ & pacem. Præditus haud vulgari ſapientia & doctrina: & religioſiſſimis imbutus moribus: facile omnium vota completurus es: & meum in primis: qui te plurimum obſeruo & colo. Vale. Ex monaſterio Sancti Michaelis Murani. Die quinta Maii. Mcccclxxxxvii.

Ioanni Maiori Eremi. XXXVI.

o Bitum Bartholomæi conuerſi, eremitæ noſtri, iccirco tãtum, moleſte tuli: quod cũ in illa noſtra ſolitudine, per annos circiter triginta ſic vixerit: vt exemplo eremiticæ cõuerſationis cæteris conuerſis facile fuerit: non ſine iactura loci, diem clauſit extremum. Quãtum vero ad illum attinet: bene

ſecum

ſecum actum eſſe, non ambigo. Bonum certamen certauit: curſum cõſummauit: fi dem ſeruauit. De reliquo, ſperare nobis licet, repoſitã illi eſſe coronam iuſtitiæ: quam reddet ei Dominus in illa die, iuſtus iudex. Itaq; in pace dormiat: itterceſ-ſurus apud Deum pro noſtra viciſſim pace & ſalute. Romualdum cõuerſum, ne permiſeris defectu medicorum, aut infirmariorum negligẽtia, aliquid pati. Cu-ram illius habe. Hanc enim abs te exigit ĩfirmus frater: curationẽ a Deo. Ora-bis cũ coeremitis oĩbus pro nr̃o proſpero reditu: quẽ paulopoſt ſperamus fo-re. Vale. Ex monaſterio Sc̃ti Michaelis Murani. Die. xxvii. Maii. Mcccclxxxxvii.

Guidoni Priori Angelorum. XXXVII.

e T ego ſane tecum ſentio rediiſſe me Venetiis incolumen, tum tuis, tũ tuorum ĩterceſſionibus, pro me effuſis ad Dominum. Gratum quoq; tibi fuiſſe reditum meũ, nihil dubito. Quo enim propior tibi fuero: eo facilius poteris aut coram aut per epiſtolas mecum congredi: & notas audire & redde re voces. Quæ per Iulianum ſcribam, & per Petrum conuerſum heri miſiſti ad me opuſcula: contra Hieronymum Prædicatorem edita, & nuper impreſſa: p-legi accurate omnia. Atq;, vt ſemel tibi aperiam ſententiam meam, quomodo ſit ab excõmunicatione immunis iudicandus: nequaq̃ video. Quis tuto nõ obe diat ſummo ſacerdoti? Aut qs eius præcæpta cõtẽnat: niſi q non aĩaduertit ſcri ptũ? Nũquid vult Dñs holocauſta & victimas: & non potius vt obediatur voci Dñi? Melior eſt. n. obedientia, q̃ victimæ: & auſcultare, magis q̃ offerre adipem arietũ. Quoniã quaſi peccatũ ariolãdi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idolatriæ ẽ, nolle acqeſcere. Viderit ipſe: quo nam ductus ſpũ hoc faciat: vt Vicariũ Chriſti nõ timeat: nec mãdata eius obſeruet. Ego nimirũ, ſi mihi occurreret, nec aue ei dicerẽ: ne dum cõmunicarem cum illo vlla in re. Opto, & ita precor Dominũ: ne Florentina reſpublica aliquid patiatur mali, aliena culpa. Si iugulatus eſt Ro mæ dux eccleſiæ: & quibus autoribus id patratũ ſit facinus, ignoratur: rẽ profe-cto grauem & momentoſam duco. Et velit Dominus: ne maiori alicui ſcanda lo ſit futura. Audimus quotidie noua & magna. Quãuis, ſi recolamus vetera, ni hil ſub ſole nouum: & maiora præſentibus antiqua, & a memoria remota lega-mus. Sic tamen nobis videtur: qui hæc videmus oculis noſtris: & auribus no-ſtris audimus. Si ob Ducis interitum, conuerſus eſt Pontifex vna cum Cardina libus, quẽadmodum ſignificaſti, ad reformandam eccleſiam: non erũt obnoxii propheticæ illi ſententiæ. Percuſſiſti eos: & non doluerũt: attriuiſti eos, & renue runt accipere diſciplinam. Hoc ſi verum fuerit: aureum ſæculum rediiſſe puta-bo. Vale cum familia omni. Ex Fonte bono. Die prima Iulii. Mccccxxxxvii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXVIII.

d Atam tibi audio, Domine obſeruãdiſſime, & quinq; tecũ pariter Car-dinalibus, ſummis itidem ac probatiſſimis viris, a Pontifice poteſta-tem: & componendi Romanæ curiæ ſtatus: & totius eccleſiæ reformãdæ. Præ-clarum vtiq;, & dignum ſummo ſacerdote ac Chriſti vicario, mandatum. Qui ſponſæ Domini ſui conſulendum tandem duxerit: nec peſſundari vlterius tule-rit diuinum honorem: ac vineæ, quã plantauit dextera ſua, delitias proculcari. Cœleſtis nimirum inſpiratio: & ex incompræhenſibili Sanctæ trinitatis archa-

nō non hūmano conſilio, in Pontificis mentem, oportuno tēpore effuſa. Quid enim oportunius hac aduerſa tempeſtate, quid ve vtilius optari communibus piorum omnium votis potuit: q̄ vt fundata ab exordio religionis noſtræ ſup firmam petram apoſtolica ſedes: & Apoſtolorum ſanguine conſecrata: ventis nunc & turbinibus in eam validiſſime irruētibus, nō dimoueretur loco: ſed veſtris potiſſimum ſolidaretur conſiliis: veſtraq; ſapientia & autoritate confirmaretur. O beatum Pontificem: & ímortali remuneratione digniſſimum: Qui diuino afflatus numine, contemptis terrenis omnibus, omnes cogitationes ſuas totumq; ſeſe ad cœleſtia cōuertit. Condolens iis, qui ignorant & errant: periclitari diutius Petri nauiculam paſſus non eſt: atq; illis demum ſecum gubernandam regendamq; cōmiſit: qui eam, inter tot fluctus ac tempeſtates, & in viā ſalutis dirigere: & in optatiſſimum tranquillitatis portum fœliciſſime introducere: & velint & poſſint. Quamobrē accingere gladio tuo ſuper femur tuū, potentiſſime: gladio, inq̄, ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Aperi os tuū, & implebit illud Dominus: vt, ſicut es eruditiſſimus, proferas inter collegas tuos noua & vetera, Dedit tibi Dominus linguam eruditam, ad vtilitatem multorum: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Contēde igitur præſul optime: enitere homo Dei: hanc tam egregiā tibi iniunctam operā, nauare ſtrenuiſſime: vna cum grauiſſimis atq; ſapientiſſimis collegis tuis. Non eſt patuifacienda huiuſmodi prouintia vobis demandata: quæ omniū animos in certiſſimam viſa eſt ſpem erexiſſe, reſtituendi per vos paulopoſt aurei ſæculi: ac beatæ vitæ atq; angelicæ reuocandæ. Temerarius fortaſſe hortator, atq; amens videar. Verum inenarrabili lætitia geſtiens, ob inopinatū & inexpectatum nuntium, optatiſſimum tamen: concæptum ſermonem continere non potui. In voce gratulationis & exultationis iſta protuli: non adhortationis. Expectabam haud multo poſt, aduētum dignationis tuæ in Hetruriam: paratus ad arripiendum iter: vt te cōuenirem more meo: vbi primum applicuiſſes Senas. Sed ſi hac tanti momenti cauſa differre coactus fueris reditū tuū: minus ægre grauateq; priuabor gratiſſimo Domini mei colloquio, ſuauiſſimoq; cōgreſſu: cedente probabiliter priuato meo vnius cōmodo, cōmuni ac publicæ chriſtianorum omnium vtilitati. Reliquum eſt Domine colendiſſime: vt quod in votis ſemper geſſimus: piis affectibus proſequamur. Precabimur vna cum familia oī Deū optimū maximū: ſine quo nihil ē validū, nihil ſanctū: a quo nimirū bona cūcta ꝓcedūt: vt electis vobis, & cōueniētibus in vnū, ad tā egregiū perficiendū opus, largiri dignetur ſpūm excogitādi quæ recta ſunt: quæcunq; pudica: quæcūq; iuſta: quæcūq; ſctā: quæcūq; amabilia: quæcūq; bonæ famæ: ſi qua virtus: ſi qua laus diſciplinæ: hæc inq̄ oīa (quēadmodū enumerat Apoſtolus) opto cogiteris: & Deus pacis erit vobiſcū: vt illuſtrato ſplendidiſſimis ſapientiæ veſtræ radiis vniuerſo orbe: & erroꝝ tenebræ procul fugētur: & bene ac ſancte viuere cupiētium iuſta deſyderia cōpleātur. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Iulii. Mcccclxxxvii.

Ioanni Maiori Sacræ noſtræ Eremi. XXXIX.

c Optendit a me ſæpiſſime Petrus Eremita: idq; oportune importune: vt recludi ſe in cela permitterem: futurum id ſibi vtiliſſimum perſuaſus:

ſuaſus: vtpote quietē animi & corpis p hanc occaſionē facile cōſecuturus. Reie/ci petētē ad hāc vſq; diē: veritus incōſtātiā hoīs & corporis ībecillitatē in tā ar/duo ꝓpoſito: ne forte dicturi de illo paulopoſt eſſemus: qd̄ cōpluribus aliis hu/iuſmodi plerū̃q; obiecimus. Iſte hō cœpit ædificare: & nō potuit cōſumare. Mi/hi ſemp illud ſapiētis cōſiliū placuit. Altiora te: ne quæſieris. Nō paꝝ mihi vidē/tur facere: q ī vita iſta ſolitaria cōe Eremi īſtitutū ad mortē vſq; fuerint pſecuti. Et beatos eos ſane exiſtimo: qbus ita viuētibus efflare tādē iſthic aīam cōtigit. Nihil adeo īpugnare humilitatē, ſup quā radicati atq; fundati eē Eremitæ de/bēt, cōſueuit: q̄ aliqd ſeorſum agere: qd̄ nō cōis monaſterii regula, qd̄ nō maio/rū hortātur exēpla. Qui.n. hoc facit, qd̄ nemo: mirātur oēs. Volētibus aūt p iter pfectiōis īcedere: ac p virtutū ſemitā ad brauiū tēdere ſupne vocatiōis: nihil im/portunius atq; īfeſtius aduerſat̄: q̄ vana gloria. Nr̄is.n. īterdū elati ſucceſſibus corruimus: nec cellulæ clauſura excludi hoc vitiū nouit: qd̄ eo maiora congerit fométa vanitatis: quo vitā elegerimus arctiorē. Legiſſe te arbitror de quodā ere/mita recluſo: q imaginarie exhortatiōis tētatiōe deluſus, ſermonē ī cela tā̃q ad populū ſolus hēbat: ac ſi ī eccleſia multis præſidētibus id faceret. Eo finito: cœ/pit, cōmutato prædicatiōis offō, miſſam cathecumis celebrare. Hæc oia ſenior qdā, q ad illū viſitādū venerat, cū appropinquās hoſtio, aure diligētius explo/raſſet: īgreſſus cellulam, atq; a recluſo interrogatus, qn̄ adueniſſet: & an diutius præ foribus ſubſtitiſſet: iocoſe rn̄dit: ſe tūc adueniſſe: cū ipſe miſſam cathecumi/nis celebraret. His & hmōi vanis cogitatiōibus vexari aſſueti q recludunt̄: nō facilē pollicēt̄ iis, q ducūt̄ hoc ſpū pſeuerātiā. Q m̄ tū̄ īſtātiſſime petit: ꝓbabis ſpm̄, an ex Deo ſit. Mea pmiſſiōe & ɔſēſu expiat̄ hoc vitæ genus p duos aut tres mēſes. Facto poſtmodū piculo ɔſtituemus: qd̄ īſpirauerit dn̄s. Erit fortaſſe dīna opitulāte gr̄a ita robuſtus, ī hoc ſingulari certamīe pugnaturus: vt facile ſupatu/rus ſit nr̄am de ſe opīonē: ac re ipſa p̄ſtiturus: qd̄ optīa ſpe ſe factuꝝ ɔfidit. Vale.

Ex Fōte bo. Die. xxii. Iulii. Mcccclxxxxvii. Euſebio Hiſpa. Mona. XL.

S Cire cupio: qd̄ ſtatueris cū magnifico Oratore Hiſpano: & vtrū ſatiſ/facturus ſis maieſtati Regiæ. ac petēti vt ad ſe dmigres obſecuturus. Si fieri pōt: vt per Regē pſeuerare tibi liceat in iſto mōaſterio hortor: ne quoq̄ ꝓficiſcaris. In q̄ vocatiōe vocatus es: ī eā pmaneas. Recordare: qd dixerit Dn̄s Abrahā. Egredere de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo pr̄is tui: & veni ī terrā, quā mōſtrauero tibi: & faciā te ibi in gētē magnā. Quod ſi mihi rn̄deas: meminiſſe me debere ꝓpoſiti tui: & qdē (niſi fallor) iuramēto firmati: quo de/ſtinaſti ī aīo: nunq̄ te pmiſſuꝝ, vt ad aliq̄ ꝓmouearis dignitatē, atq; aliis p̄ficia/ris: p̄terq̄ qd̄ & hoc ſolui p̄t autoritate maioꝝ tuoꝝ: nōne ī gētē magnā ēt abſ/q; p̄latiōibus fieri potes: doctrīæ tuæ pabulū ſicut facis multis ſūmiſtrādo? Cū erudis mōachos, tibi ī diſciplinā datos: cū hortaris, vt virtutē capeſſant: vt elu/ctētur aduerſus mala: qbus vita nr̄a plena ē: vt cōtēptis terrenis blādimētis, ad ſedē & domiciliū ſūmi boni erigāt oculos: tūc mihi ꝓculdubio factus videris ī gētē magnā. Cū īpitis atq; ignorātibus, qd in rebus dubiis eligāt, vn̄cūq; te ad/eūtibus & cōuenietibus ad te cōſulēdū, latētē atq; ignotā apis veritatē: cū eiſdē ſa/crarū ſcripturaꝝ pādis ac reuellas myſteria: tūc te multis præeē exiſtimo. Deni/q; cū obtuſos & hebetes tuo ībuis magiſterio: cū dīnaꝝ eruditiōis expertes, ad ve/

rã accẽdis ſapiam:tũc nimiꝗ plurimoꝝ curã gerẽs,ꝑlatorũ fũgeris munere:& ĩ gẽtẽ magnã haud ĩmerito factus es.Hæc ad te iccirco ſcribo:qa te diligo.Nõ reuoco tñ,qd de te oratori ſemel ſpopõdi:ne ſit apd me,ẽ,& nõ.Quid tuæ ſaluti expediat:vtꝗ domi an foris vtilius tibi viuẽdum ſit:ac tradita tibi talẽta fructuoſius erogãda:tu melius noſti.Sufficiat tibi a me cõſcripta hæc epiſtola,animi mei idex ac teſtimoniũ ſñiæ meæ.Dñs ſit ĩ corde tuo,& ĩ ore tuo:vt eligas partem potiorem.Vale.Ex Fõte bono.Die.iiii.Auguſti.Mcccclxxxxvii.

Paulo Orlandino Monacho Angelorum.XLI.

f Eciſti magna de pũis:& ꝑ re exigua,quã ꝑſtiti,magnũ ad me munus trãſmiſiſti.Quis.n.ñ magnifecerit aureũ Neſii tui opuſculũ?Legi ego ipm p hos dies ſingulari voluptate:qppe,q neſciã:an qcq̃ limatius & cultius iãpridẽ legeri.Adeo emẽdatiſſima ẽ ĩ eo loquẽdi rõ:vt ñ a recẽtiore aliquo ſcriptore æditũ:ſed ex veteꝝ officina deprõptũ,merito videat᷑.Amare cœpi q̃primũ hoiem,añhac mihi ĩcognitũ:& ĩgenio & doctria claꝝ:atq; ãtiqtatis æmulatorẽ ſtudioſiſſimũ.Det illi Dñs lõgiorẽ vitã:vt hmõi lucubratõibus pñs nr̃m ditet ſæculũ:atq; amicoꝝ,q eas lecturi ſunt,honeſtiſſima ĩpleat vota.De vaticiniis,quæ libello cõtinẽtur,nihil dico.Ingeniũ tãtũmõ Neſii ac ſtilũ (ſi qd tñ iudicare de coloribus ꝑt cæcus) ſũme ꝓbo.Si qd vero prædixit:qd ĩ p̃riæ vr̃æ cõmodũ ac decus aliqñ ceſſuꝝ ſit:cõfirmet illud Deus:vt ab euẽtu (qd aliter ſciri neqt) cognoſcamus:nõ tã ĩter bonos oratores Neſiũ,verũ ẽt ĩter veros vates,haud ĩniuria eẽ numerãdũ.Vale.Ex Fõte bono.Die.ix.Auguſti.Mcccclxxxxvii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XLII.

n On fuit neceſſariũ:vt rñderet lr̃is meis dignatio tua.Lõge mĩus oportuit dilationẽ rñſiõis excuſare.Niſi ꝙ mitis Dñs,& humilis corde maiora ĩdies ꝑſefert hũilitatis ĩditia:cũ reqeſcat ſup eũ ſpũs Dñi.Nõ ſunt cõſilia,quæ ſcribo:ſed vota.Annuat iis Dñs pro ſua clæmẽtia:vt quæ honeſte ac religioſe cupimus:ſalubriter ĩpetremus.Opus eẽ gr̃a dĩna ad hoc ꝑficiẽdũ opus:nõ me latet:qñ ſine illa irriti eẽnt futuri conatus vr̃i.Sed quæ Dei miſeratiõe ꝑuenit aĩmũ Põtificis excitauit ĩpulit,ad demãdãdũ vobis negociũ:eadẽ comitabit᷑ vobiſcũ ad ꝑficiẽdũ.Potẽs ẽ.n.Deus oẽm gr̃am abũdare facere ĩ vobis:vt ĩ oĩbus ſemp oẽm ſufficiẽtiã hñtes,abũdetis ĩ oẽ opus bonũ. Ipſe ẽ:q dat velle & poſſe,ꝓ bona volũtate.Stabit fortaſſe ex aduerſo:ac ſeſe obiiciet Sathan huic egregio facinori:tabeſcẽs ac mœrẽs,aduenilſe tp̃s domus Dñi reædificãdæ:& quo ſaltẽ ĩſtaurent᷑ ſartatecta tẽpli:atq; ĩ eo vetus illud cãdelabꝝ ductile ex auro mũdiſſimo cõfectũ erigat᷑:cui ſupponẽda ſit lucerna,quæ tã diu ſub modio latuit:vt luceat oĩbus,q ĩ domo ſunt:q ĩ eccleſia Dei chr̃ianã & catholicã cõfitẽtur fidẽ.Sed timẽdus nõ ẽ:q niſi ꝑmiſſus nihil põt.Cõterẽdus erit ſub pedibus vr̃is velociter prĩceps mũdi huius,ac rector tenebraꝝ.Vis videre Dñe colẽdiſſime:ꝙ nõ temere hoc mihi de vobis pollicear:ꝙq; p vos ꝓpediẽ diſcutiẽdæ ſint errorũ nr̃orũ,qbus iã diu ĩuoluimur tenebræ?Redeamus ad cãdelabrum aureũ:de quo mõ incidit mẽtio.Præuidiſſe mihi videt᷑ haud dubie hoc futurũ:q ſex cooptauit:ac ꝓphetaſſe cũ ſit Põtifex tp̃is iſtius,nõ verbo,ſed facto,ſed ſigno,ſed ꝑfecto ac myſtico ſenario numero.Facies inqt,cãdelabꝝ ductile ex auro mũdiſſimo.Sex calami egredient᷑ de haſtili ex lateribus:tres ex vno latere &

tres ex altero. Et paulopoſt. Facies, ait, & lucernas ſeptẽ: & pones eas ſup cãdela brũ. Nõ ĩdiget ĩterpræte hoc vaticiniũ. Satis meo iudicio p ſe patet. Videmus nõ p ſpeculũ in enygmate: ſed facie ad faciẽ: huius cãdelabri haſtile Põtificẽ: ſex calamos de illo egrediẽtes, eiuſdẽ numeri ſibi aſcitos p̃res. Ecce cãdelabrũ aureũ, iã erectũ fulgere nobis cœpit. Quid putamus fore: vbi Dñs, q dixit de tenebris lumẽ ſplẽdeſcere, ſuppoſuerit cãdelabro lucernas ſeptẽ? Nõne cõtinuo abiecturi ſumus opa tenebrax: & ĩduturi arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus? Vex de hoc ſatis. Nodũ me adiit Abbas de Caſtagneto. Vbi mihi retulerit, de quibus ſummatim ſcripſit dignatio tua: tũc, ſi oportuerit, plenius reſcribam. Vale. Ex Fonte bono. Die. iiii. Septembris. Mcccclxxxxvii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XLIII.

d Ici vix poſſet: q̃to repletus ſim gaudio, ex optatiſſimo dignatiõis tuæ aduẽtu ĩ Etruriam. Parx abeſt a triẽnio: q nõ vidi te Dñe colẽdiſſime. Hoc triẽniũ mihi ſæculũ fuit. Gaudeo ãt magnope, ĩcolumẽ te adueniſſe in patriũ ſolũ. Lætificaſſe te nõ dubito mœrẽtẽ ciuitatẽ tuã, & oẽm circa regionẽ, ob diuturnã ĩtermiſſionẽ reditus tui: & exultaſſe oĩa illa ligna ſyluax añ faciẽ Dñi, qm̃ venit. Expoſtulãtẽ iã tecũ, & quaſi inſultãtẽ populũ tuũ videbamur audire. Quãta audiuimus facta ĩ vrbe Roma? Fac & hic ĩ p̃ria tua. Accæpiſti mãdata a Põtifice, ſup reformãdo curiæ ſtatu. Sed & nos oues paſcuæ tuæ, tuo ĩdigemus pabulo ſuſtẽtari: & potari torrẽte voluptatis tuæ. Veni igit̃, & libera nos: & oñde faciẽ tuã, & ſalui erimus. Et vt me vera, ñ cõmẽtitia imagiari nouerit pietas tua: vnũ de pluribus referã, quæ iſthic facturus es bona. Scripſit heri mihi Guido Angelox Prior: & idẽ affirmat Baſilius Abbas: decreuiſſe illũ oĩno, pcuratorẽ te cõſtituere ad renũtiãdũ prioratui Angelox iis cõditionibus: quæ tibi ex lr̃ax ipſius exẽplo pſpicue cõſtabũt. Sctã vtiq; & ſalubris cogitatio: quæ te autore opus pfectũ paritura ẽ. Mouebo hic hodie: & ĩexpectatũ iter aggrediar: ne p me tã inopinatũ ĩpediat̃ bonũ. Vere oĩa tp̃s hñt: & nihil eſt ei difficile: in cuius ptãte ſunt oĩa. Q ñ vult, miſeret̃: cui pprĩũ ẽ miſereri ſemp: cuius miſericordia plena ẽ terra. Cõfecto ĩtra biduũ, vt ſpo, aut triduũ negocio Florentiæ: reuertar Camaldulũ: præſtolaborq; lr̃as dignatiõis tuæ: añq̃ illã cõueniã. Sicut p ĩternũ tiũ admonitus ſũ tuo noĩe, vt faciã. Lõgiorẽ pducturus corã ſermonẽ cũ Dño meo ad paucos dies: nõ ero mõ plixior. Vale. Ex Fõte bono. Die. xix. Septẽbris. Mcccclxxxxvii.

Hieronymo Veneto Monacho. XLIIII.

r Euerſus famulus nr̃ cũ iumẽtis, q̃bus vecti eſtis Rauẽnã: attulit mihi fructus terræ illius: cicer rubeũ, quo ciſalpini nr̃i mĩme vtũtur: & nucleos pineos: Attulit & maris fructus, piſces duos: & q̃dẽ tantos, vt referrẽt nobis duo cæte grãdia. Sic voluit Abbas tuus: ſic forte tu ſuaſiſti. Si minus cumulatũ, & exiguũ magis, vt ñ dicã nullũ, ad me munus trãſmiſiſſet: cõſuluiſſet ãplius & meæ modeſtiæ, & iumẽtox labori. Hẽo tñ grãm: vbi potuero, eadẽ viciſſim relaturus. Nõ potuiſti ñ expectatus redire ad monaſteriũ: cũ tua potiſſimũ opa Abbas ĩdigeat, ad tãtã pferẽdã molẽ. Per mare illud magnũ & ſpatioſum facile piclitaret̃ nauis: ſi ſolo gubernatore abſq; remigibus deducẽda eẽt ĩ portũ. Ita munia tua ſtudioſius ĩple. Labores manuũ tuax ſi mãducaueris: btũs es, & bñ tibi erit. Accæpiſti duo talẽta. Si alia duo ſuplucratus fueris: auditurus es a Dño.

Euge ſerue bõe & fidelis:qa ſup pauca fuiſti fidelis:ſupra multa te cõſtituã:itra ĩ gaudiũ Dñi tui.Quod petiſti in calce epiſtolæ tuæ,fiet:nec relinqueris a me in tẽpore ſuperboꝝ ſine adiutorio.Venerabilẽ fratrẽ nr̃m Samuelẽ Abbatẽ tuũ,q te mihi cõmẽdauit,ſalutabis meo noĩe.Vale.Ex Fõte bono.Die.xxv.Octobris. Mccccl xxxxvii.

Euſebio Hiſpano Monacho.XLV.

b Ene,meo iudicio cõſuluiſti tibi:vt decreueris,nõ tã meã ſecutus ſn̄iam, q̃ tua ſpõte,pſeuerare in iſto monaſterio:& ĩ ea vocatione,qua primũ vocatus es.A Dño factũ eſt iſtud:vt Hiſpanus hõ in Italia,cõtẽtus vitã ducat: vt cœnobiũ extra patriũ ſolũ ſemel ĩgreſſus dicat.Hæc reqes mea ĩ ſæculũ ſæculi:hic hĩtabo,qm̃ elegi eã.Nõ ab re doctrina eminẽtiſſimũ te fecit Dñs:vt ſcires,debere te quidẽ patriæ caritatẽ multã:ſed illi lõge maiorẽ.Relinquere nos hortat̃ domũ propriã,parẽtes,facultates,& cætera id genus:vt nouerimus certos affectibus limites eẽ cõſtitutos:& ordinatã oportere eẽ in nobis dilectionẽ. Amandã nõ negauerim,apud quã nati ſumus,patriã:ſed huic merito præferendum affirmauerim in amore,rerũ oĩum opificẽ,ac totius mũdi cõditorẽ Deũ. Patefecit nobis ſemel aſperã ad beatitudinẽ viã & ſermone & ope : vt terrenis affectibus mitigatis,ac cõtẽptis voluptatibus oĩbus,facilius ad cœleſtia animũ intẽdamus.Inſeruire cõmodius licet ſpũi,procul a carne & ſanguine cõſtitutis. Si igitur ſpũ viuimus:ſpũ & ambulemus.Spũs.n.eſt,q viuificat:caro non prodeſt qcq̃.Elegiſti tibi apud Sãctũ Michaelẽ certũ ac ſtabile domiciliũ:vt remotus a blãdimẽtis carnalibus,humana cõtẽnas:diuina ſuſcipias : & religioſus ac pius Dei cultus diuturnã atq; ẽt ppetuã in te habeat firmitatẽ.Veꝝ hæc ſupfluo ingerũtur tibi:q cœleſtẽ eruditionẽ optime edoctus es:ĩmo qui ad hm̃oi quotidie alios excitas atq; accẽdis,docẽdo,hortãdo,admonẽdo.Nec.n.verẽdũ arbitror,facile tibi obiici poſſe apoſtolicã exprobrationẽ.Qui alios doces:teipm̃ nõ doces?Et verbo piter & exẽplo iuuẽtutẽ illã inſtruis.Cuius ſi doctrinæ ĩhæſerint:vt p te meditẽtur in lege Dñi die ac nocte:futuri ſunt tanq̃ lignũ,qd plãtatũ eſt ſecus decurſus aquaꝝ:qd fructũ ſuũ dabit ĩ tpe ſuo.Appoſuimus manũ reformãdo monaſterio Angeloꝝ,angelico nimirũ hĩtaculo:& qd præ cæteris oĩbus nr̃i ordinis cœnobiis maximi faciẽdũ puto. Spamus ſucceſſura ad votũ ꝓpediẽ oĩa. Implorabis & tu pro hoc tã pio ope cœleſte auxilium:vt fauere dignetur Dñs votis nr̃is:& liberata tãdẽ domus illa tã diutina ſeruitute : miſeratiõe ipſius atq; clæmẽtia ĩ priſtinã vẽdicet̃ libertatẽ.Oratorẽ Hiſpanũ,viꝝ clariſſimũ meo noĩe ſalutabis:cõmẽdabiſq; me plurimũ ipſius magnitudini.Vale Ex Fõte bono.die.xxvii.Octo.Mccccl xxxxvii.

Petro de Port.Monacho.XLVI.

p Ræſentiã meã illis potiſſimũ exhibeo:qbus neceſſaria videt̃ magis. Delectaris tu qdẽ cõgreſſu nr̃o:cupis a latere meo nũq̃ diſcedere:ñ qa me opus hẽas:ſed tm̃ qa me diligis.Sũt,q adhuc nutriri lacte ĩdigeãt: qbus ſi diutius alimẽta ſubtraxero,facile deficiẽt.Eſurire ipſe nõ potes:q ſolidũ ẽt cibũ potẽs iãdiu es aliis ſubminiſtrare.Itaq; ſi me iſthic videre deſyderas:expecta tantiſp,donec mihi aliq̃ detur veniẽdi occaſio:Quæ vtinã vtriq; nr̃m,ac vniuerſo quoq; ordini,& honeſtiſſima & fœliciſſima ſit futura.Si me ĩterea crebris lr̃is,quẽadmodũ es pollicitus,viſitaueris:æqore aĩo feremus ãbo mutuũ deſyderiũ.Conabor & ego (mõ mihi p occupationes licuerit,qbus vtplurimũ

abſente

abſente Abbatæ vicario nr̃o grauius obruor) reſcribere ad te. Hoc.n,ſcribendi munere libẽter tecũ vtor. Porro,ꝙ petis bn̄dictionẽ meã,ob electũ tibi pp cor/poris ĩbecillitatẽ,apud Lẽmi ξενοδοχεῖον domiciliũ:nõ es tuo pio fraudãdus deſy derio. Bn̄dictio.n.pr̃is,ſicut legimus,firmat domos filioꝝ. Recæpiſti te ĩ hone/ſtũ locũ:vbi indulturus vitæ remiſſiori,cõmodius ĩfirmitati tuæ cõſulas:ne cui de ordine grauis ac moleſtus fores. Nõ videberis penitus extra ordinẽ poſitus: q ordinatã elegeris manſionẽ. Et admiſſus hoſpitio:hoſpitalitatẽ,ſicut Paulus admonet,nõ facile obliuiſceris:p quã placuerũt qdã,angelis hoſpitio recæptis. Prodeẽ quoqȝ haud paꝝ poterit ſaluti aĩæ nomẽ loci. Quotiẽs.n.aĩaduerteris, eẽ te ἐν ξενοδοχείῳ :totiẽs cogitabis nõ hẽre te hic manẽtẽ ciuitatẽ:ſed futurã inqre re:Eẽ quoqȝ te mõ hoſpitẽ & aduenã:qm̃ dũ ſumus in corpore,ꝑegrinamur a Dño:ſed futuꝝ cõciuẽ ſctõꝝ,& domeſticũ Dei. Quãobrẽ ĩ eodẽ lẽmi hĩtaculo, me annuẽte atqȝ cõſentiẽte victurus:bn̄dicaris a Dño. Teſtamẽtũ ſuũ cõfirmet ſup caput tuũ:cognoſcat te ĩ bn̄dictionibus ſuis:cõſeruet tibi miſericordiã ſuã: & ĩuenias gr̃am corã oculis eius. Cæteꝝ opa tua,nunq̃ mihi eẽ poterit nõ vti/lis,nõ grata. Feci iãpridẽ piculũ:qua prudentia,qua celeritate,qua fide,negocia expedias. Vales ĩgenio & lĩgua. Accedente doctrina:nihil in te,ad illa cõmode abſoluẽda deſyderari põt. Bernardinũ nr̃m expetis nõ iniuria,ad reformãdam Angelorum domũ:atqȝ ab ĩteritu vĩdicãdã. Prudẽtiſſime coniicis. Mihi quoqȝ placeret ſummopere. Sicut fuerit voluntas in cœlo : ſic fiat. Vale. Ex Fonte bo/no. Die.xxvii. Octobris. Mcccclxxxxvii. Coſmo Patio Ep̃o Arretino. XLVII.

q Vod benigne excæpis eremitas nr̃os:hẽo gr̃am dignationi tuæ. Si q̃ in re cõtulit ſynodo,ipſoꝝ pñtia:accæpiſſe ego potius exiſtimo bñfi ciũ,q̃ dediſſe. Bñficiũ.n.accipit:q digno dedit. Quãobrẽ nõ fuerũt ꝓ/pterea agendæ mihi gratiæ. Quæ ad ſynodum pertinent:retulerũt mihi ſeria/tim omnia. Improbari profecto nihil eorum poteſt:quæ & pacato animo,& cõ cordi voto,te potiſſimum præſidẽte decreta ſunt. Conueniſtis in vnum:vt nõ ſuo quiſqȝ cõmodo,ſed cõi vtilitate,quæ fuerant ptractãda,oĩa metiret̃:æſtima ret:ppẽderet. Et ita factũ eſt. Sit nomẽ Dñi bn̄dictũ:quo inſpirãte atqȝ aĩante,a tã fœlici primordio paſtorale munus auſpicatus es. Cœpiſti ædificare ſupra fir mã petrã,ſupra angularẽ lapidẽ:ĩ quo oĩs ædificatio conſtructa creſcit in tẽplũ ſcm̃ in Dño. Spare tũ mihi,tũ oĩbus licet:futura indies maiora tui ep̃atus ĩcre/mẽta:vt facile p te coædificẽtur,quoꝝ tibi demãdata ẽ cura,in hĩtaculũ Dei,in ſpirtui ſancto. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxix. Octobris. Mcccclxxxxvii.

Paulo Antonio Soderino Vexillifero. XLVIII.

e Xpetitus iãdiu,ita exigẽtibus magnitudinis tuæ meritis,ad primũ ac ſũmũ Florẽtiſſimæ ciuitatis tuæ locũ:ĩpleſti tãdẽ amicoꝝ vota. Bn̄di ctus Deus:q cũ voluerit,hũc humiliat,& hũc exaltat:qñ nõ eſt ptãs,niſi ab eo. Videre mihi videor,erectũ populũ tuũ ĩ ſpem maximã:ſicut prudentiſſime,ita & fœliciſſime admĩſtrandã p te eẽ rẽpublicã:quo maxime tpe,tali ĩdigebat gu bernatore: Voluit ſenatus ille frequẽs,cum de præficiendo rectore cogitaret,id muneris tuæ fidei ſapiẽtiæqȝ committere:vt fatigata diu ciuitas,in tuo potiſſi/mũ nobilitatis ſinu reqeſceret:cuius ingenii præſtãtiã admirabileſqȝ virtutes,

haud impares tanto magiſtratui dignitatiq; cognoſceret. Et ego facile fore cõ/
fido: ſuperaturum te etiam expectationem omniũ: qui pro tua integritate & iu
ſtitia nouerunt pendere te ex Deo tuo: atq; in eo ſpem oẽm collocaſſe, in cuius
manu eſt & poteſtas & imperiũ. Sit itaq; tecum Dñs Soderine præſtantiſſime:
cõcæptã quoq; in nobis de tua promotione lætitiã, augere dignetur indies ma
gis: vt te præſidente, te duce ſtatũ vr̃æ libertatis amplificet: & ſempiterno æuo
confirmet. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Nouembris. Mcccclxxxxvii.

Bernardino Vicario noſtro. XLIX.

n Ouum ſcelus, & noſtra ætate inauditũ, heri primũ didici ex lr̃is tuis.
Ex Hiſpania videlicet ad mille diuerſoꝶ ordinũ religioſos, quos con
uentuales vulgus noiat, cõi conſenſu in Affricam enauigaſſe: atq; ibidem reli/
cto veri Dei cultu, abnegataq; chriſtiana fide, ad ritus ſeſe gẽtiliũ tranſtuliſſe: eo
q; indulgẽtes vitæ laxiori cogerẽtur a Rege ſuã quiſq; regulã obſeruare. Miror
tantæ multitudinis cor vnũ & aĩam vnam, in adeo deteſtabile facinus cõiuraſ/
ſe. Miror multo magis doctrinã inſipientiũ: cum ex iis multi vt ſcribis forẽt ſa/
cræ theologiæ profeſſores: tam facile potuiſſe a veritate auditũ auertere: & ad
fabulas cõuerti. Peccauerunt peccatũ maximum: propter quod irato olim Dño
contra populũ idolis deditũ: ceciderũt vna die quaſi. xxiii. milia. Audierant iſti:
nouerant: legerant. Neq; idolatræ efficiamini. Et item idẽ Paulus. Fugite, inqt,
a cultura idolorum. Et ambulantes in lumine Dñi Dei noſtri, inuoluti ſunt inex
tricabilibus tenebris: & pueris alienis adhæſerũt: ſecuti ſuperſtitiones mortife/
ras, erroreſq; turpiſſimos. Nõ poſſum mihi pſuadere: differẽdã eſſe diutius vl/
tionẽ a Dño i hmõdi ſacrilegos & contẽptores ſuos: Quorũ q̃to fuit autoritas
grauior, certiuſq; de chriſtiana religione iudiciũ: eo nimirũ piculoſiore exẽplo,
& maioꝛ ſcãdalo, a fide catholica defecerũt. Vere antichriſti oẽs. Nũc ãt, ait apo
ſtolus ãtichriſti multi ſunt: quoꝶ Deus vẽter ẽ, & gloria in cõfuſiõe ipſoꝶ: q ter
rena ſapiũt. Quibus recte obiici põt: quod fuerit magr̃i iſipiẽtiũ, & doctores er
rantium. Hortati ſunt ſæpius chriſtianã plebẽ. Nolite iugum ducere cum infi/
delibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cũ iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad
tenebras? Quæ aũt cõuẽtio Chriſti ad Belial? Aut quæ ps fideli cũ ifideli? Qui
aũt cõſenſus templo Dei cũ idolis? Et nihilominus ipſimet auerterũt ſe: & non
ſeruauerunt pactũ: & fornicati in adinuentionibus ſuis, ab alienati ſunt retror/
ſum. Suſcitabit (vt cõfido) cõtra impios Dñs ſpũm Regis chriſtianiſſimi, tanq̃
alterius Hieu: qui pcuſſit oẽs ſacerdotes Baal in ore gladii. Verũ de hoc ſatis.
De arce Sãcti Angeli, fulmine icta & diſſipata: cõflagratis ſimul munitionibus,
quæ intus erant: nihil ſcribo. Alias nõ diſſimulaui: quid ſuper hoc ſentiam. Niſi
Dñs ædificauerit domũ: in vanum laborauerũt, qui ædificãt eã. Niſi Dñs cuſto/
dierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat, qui cuſtodit eã. De munitionibus eoꝶ: qui cõfidũt
in virtute ſua: & in multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriãtur: dicit p ꝓphetã Dñs.
Oẽs munitiones tuæ, ſicut ficus cũ groſſis ſuis ſi cõcuſſe fuerit, cadẽt i os come
dẽtis. Et paulopoſt. Deuorabit ignis vectes tuos. Solare Hieronymũ monachũ
ꝓ ſororis vnicæ obitu. Satiſfecit naturæ debito: cui oẽs obnoxii ſumus. Nõ tri/
ſteť eius deſyderio. Magis ãt ꝓ dfũcta exoret: vt a pcis ſoluať. Vale. Ex ædibus

noſtris

ſtris Muſoleæ.Die.xi.Decẽbris.Mcccclxxxxvii. Gabrieli Monacho & ſociis.L.

l Ongiſſima expectanti eſt vel breuis mora.Et quo propior eſt res,qua frui optamus:eo maiore occupantur ægritudine animi. Sic & vobis modo accidit:præſtolantibus euentum reformationis futuræ Angelici monaſterii.Et ego dico vobis:Qui puſillo aĩo eſtis:mẽte cõualeſcite. Cito enim veniet ſalus veſtra.Quare fruſtra mœrore conſumitur ſpiritus?Nunquid abbreuiata eſt manus Domini:vt non poſſit ſaluare?Producuntur fere ſemper Romæ negocia.Nodum in ſcirpo quærũt.Quantacunq; vſi fueritis diligẽtia: nouæ indies magis difficultates,noua impedimẽta,in abſoluendis rebus emergunt.Nunc adire Pontificem non permittitur protector:nunc aliis ipſe diſtringitur curis:vt officio ſuo aliquando defuiſſe coactus ſit.Si vera mihi ex vrbe afferuntur:eritis propediem compotes voti veſtri.Maior nimirum ſuſcæpti negocii portio peracta eſt.Facile,ſi per vos non ſteterit,quod reliquum eſt,abſoluetur.Pro ipſius expeditione,ne putetis me idormiſſe deſidiæ.Tot ꝑpterea ſcripſi ꝓtectori epiſtolas:vt exceſſiſſe merito iudicari queã modeſtiæ limites. Patiẽtes itaq; eſtote:& idipſum interim dicatis omnes:nec ſint in vobis ſchiſmata.Ante omnia orate pro futuro paſtore:vt talem vobis elargiatur Dominus: qui ſit vobis per omnia imitandus:qui ſit ita moratus,ita animo & vita conſtitutus:vt ſacer conuentus veſter,& tanti nominis cœnobium poſtulat. Nec adducatis in medium,quẽadmodum ſcripſiſtis,defectum monachorum, qui ad hanc prouintiam ſint idonei.Potens eſt enim Dominus ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ.Non diſplicet mihi,quem expetiſtis,Ioannes Baptiſta:quẽ dedi vobis vicarium pro me tantiſper:donec præficiendus fuerit loco nouus Prior. Bene educatus in Eremo atq; inſtitutus religioſam ad hanc vſq; diem vitã duxit.Aſperam ac difficilem,quam ſolitarius tenuit,viam ſuo facile exemplo mõſtrare idoneus eſt:ad exercitium & corroboramentum virtutis,& rigoris monaſtici.Verum quoniam nõ eſt huius temporis,noui futuri paſtoris electio:nulla ſit itidem mentio.Clamaſtis iampridem ad Dominum a facie tribulantis:vt mitteret vobis Saluatorem & propugnatorem. Quẽcunq; ſane mittendũ decreuerit:de duobus alterum deeſſe nõ poterit Ioannibaptiſtæ.Aut Saluator hic, quem expectatis,futurus eſt:aut præcurſor Saluatoris. Valete in Dño. Ex ædibus noſtris Muſoleæ.Die.xxvi.Decembris.Mcccclxxxxvii.

Vgolino Verrino Florentino.LI.

g Audeo plurimum:ꝙ inchoatum iampridem opus tuum,etiam inter multiplices occupationes,nequaq̃ itermiſeris.A trinitate exorſus carmen heroicum fatigari non poteris in perficiendovolumine:eadẽ tecũ cooperante,& ſermonem cõfirmante. Chriſtianis hominibus chriſtianũ cudis opus: & poeta cum ſis,non laſciuioribusverſibus ludis:non pocula,nõ ſerta,nõ iocos deſcribis:vt faciunt,ac fecerunt multi:qui cum habuerint iter rectũ,deuios anfractus ſecuti ſunt:& in cathedra peſtilentiæ ſedentes meditati ſunt inania. Nõ tu inq̃ ſic.Sed perfectæ potius conſumatæq; virtutis æmulator,in lege Domini meditaris die ac nocte:& aſſertor veritatis factus,ac corrector prauitatis humanæ:ſtrenuum te diuinæ maieſtatis præconem exhibuiſti.Perge,quæſo,Ver/

rine tui:vt facis:& incumbe operi,iam ad finem vergenti atq; inclinanti:ſi forte & nos haud multo poſt participes futuri ſimus fructuũ laborum tuorum:vt & tu quoq; gloriabundus in Domino,diuinum vſurpes eloquium:& dicas.Reſpicite:quoniam non mihi ſoli laboraui:ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam. Vale.Ex ſeceſſu noſtro Muſoleæ.Die.xxvii.Decembris.Mcccclxxxxvii.

Guidoni Priori Angelorom.LII.

q Vod in tribulatióe dilatauerit tibi Dominus:magnopere lætor.Apoſtolos æmularis:Qui ibant gaudentes a conſpectu concilii:quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.Luctari dudũ cœpiſti cũ aduerſa fortuna:& cum illa ſæpius conſeruiſti manum.Non tamẽ deprimi potuiſti:non proſterni ad terrã atq; collidi.Inualuiſti hucuſq; diuino munitus auxilio:& contra ſupplantare conantem,fortior ſubſiluiſti.Dominus enim tecũ eſt, tanq̃ bellator fortis.Ingemunt multi ad ictum collaphi:& tu inter tormenta & perſecutiones rides.Vt idem perſeueres:cupio admodum.Bene autem ac prudenter facis:ꝗ recipis te in cellulam,tanq̃ refugium curarum tuarum.Nã præterq̃,ꝗ declinas a facie eorum,qui te perſequũtur:potes in ea orare cómodius patrem tuum:& ab eo precibus facilius impetrare:vt in patiẽtia tua poſſideas animam tuam.Incluſus in ea,ſubtrahis te non odientibus ſcandalorum fomẽta.Et tu nihilominus tranquilla & dulci quiete perfruens,obſecras pro trãſgreſſoribus:ne pereant:& carbones ignis cõgeris ſuper capita eorum.Vale.Ex noſtro receſſu Muſoleæ.Die.xxix.Decembris.Mcccclxxxxvii.

Eidem.LIII.

v Rbani mortem,quam mihi primus ſignificaſti,ĩ hoc præcipue ægre fero:ꝗ ignorem:vtrum anteq̃ deceſſerit,reconciliatus fuerit congregationi noſtræ Venetæ:quam viuens diutiſſime impugnauit afflixit. Verum vt noueris melius naturam hominis & mores:aliquid de illo ſubiiciã, quoniam mihi notiſſimus fuit.Educatus mecum in cœnobio Sãcti Michaelis: fuit mihi ibidem præ cæteris deditiſſimus:& ſingulari me ſemper caritate dilexit. In nouiciatu & vltra per annos aliquot,cum eſſet adoleſcẽtulus:multa de ſe futuræ probitatis ac perfectionis dedit argumenta.Siquidem laicus annos natus.xv.ad prædicationes Gulielmi Eremitæ,tunc magni nominis viri, ac tota Italia celeberrimi,magno feruore conuerſus eſt.Voluit eius eẽ diſcipulus:& ſequi illum quocunq; iuiſſet.Sed homo prudens,& auſterioris vitæ,nõ eſt paſſus adoleſcentem eius ætatis,ſuis inherere veſtigiis:veritus forte ne peregrinaretᷓ in feruore:quem maximum præſeferebat.Nam lachrymoſum illum appellare cõſueuerat:ꝗ in lachrymas & fletus vberrimos facile reſolueretur:Quod poſtmodum in monaſterio diu experti ſumus.Hoſpitante per eos dies apud Sanctum Michaelem Eremita,quoniam mihi erat optime cognitus:accerſitus eſt Vrbanus ad eum viſitandum:& vno cõgreſſu me præſente ab eodẽ perſuaſus, vt apud nos ſub monaſtica inſtitueretur diſciplina.Atq; vtinam non ego eũ ex ea cœnobii quiete amouiſſem.Me etenim autore promotus eſt ad triẽnalẽ abbatiæ Claſſenſis adminiſtrationẽ.Vbi poſtmodum qualis apparuerit:quantum mutatus ab illo priuato Vrbano:ne expectes,vt referã.Habes ĩ prouerbio.Honores mutant mores.Fuit tamẽ ſemper vitæ cõtinentiſſimæ:& ab omni laſciuia abhorrẽs:

nia abhorrens:ſomniq; ac cibi parciſſimi.Seueriſſimus quoq; ſcelerũ vltor : & aĩo ad maxima quæq; aggredienda intrepidus.Quãuis eum ſemper habitum oris geſſit:vt mitiſſimi ingenii ſecum colloquentibus videretur.Quare potiſſimũ factũ arbitror:vt fauores illi apud Principes & magiſtratus haud facile deſuerint.Hoc ego in eo præcipue ſum admiratus : ꝙ ĩ gerẽdis rebus,nullo vnq̃ labore fatigatus ſit:nullis aduerſitatibus victus.Multum audaciæ illi erat in ſubeundis periculis:verum inter illa haud minus conſilii. Victus plerũq;,maiores ſemper vires reſumere viſus eſt.Pulſus demum Claſſenſi Abbatia,ad Ducẽ Sabaudiæ ſe contulit:in cuius oculis tantum gratiæ inuenit : vt & breui monaſterium,illius ſumptibus erexerit:& in eo congregationem monachorum educauerit.Ibidem,vt audio,conceſſit naturæ.Parcat ei Deus:& in Abraæ ſinu ipſius animam collocare dignetur:pro cuius requie (ſicut teneor) & orare ſæpius,& offerre ĩmaculatum ſacrificiũ curabo.Expectatione cedendi priotatui conſumeris.Nos quoq; tecum certamus deſyderio : vt quieſcas aliquando a tantis malis.Sed cito vt coniicio,veniet ſalus tua:& dies iſti non elongabuntur. Vale.Ex Muſolea.Die.xxix.Decembris.Mccccłxxxxvii.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi.LIIII.

i Gnorat humilis merita ſua.Quãobrem nihil miror:ſi qualia ſint verba tua neſcias.Sed nõne auris verba diiudicat?Verba tua optime Dñe mihi ſemper fuerunt verba bona:verba conſolatoria.Si quando enim mœrore deficere viſus ſum,quod ſæpius accidit:confirmaſti me in verbis tuis.Quotiens me iacentem erexeris:& deſperatione tanti perferẽdi oneris obrutum ac mente confuſum,in meliorem ſpem excitaueris:& conniti etiam ſupra vires feceris:ſum ego veraciſſimus teſtis.Expertus enim ſum idipſum frequenter:& recordatus ſum,non temere ſcriptum eſſe.Verba ſapiẽtium,ſicut ſtimuli: & quaſi claui in altum defixi.Sentire itaq; de teipſo potes,quomodocunq; volueris: in hoc ego non fallor.In caritate autem te loqui:& exhibere pro viribus officium tuum : nemo niſi a caritate alienus non credit : apertiſſime omnes norunt. Scripſi propterea iis qui me ad commendandum tuæ dignationi Angelorum negociũ:importunius vrgent:nõ ſtare per te,quin citius expediatur.Eſſe ipſos potius dilatæ rei autores: ꝙ tardauerint Romã mittere:quæ ab eiſdem totiẽs requiſieras.Licet tandem miſerint ſuperabundantius,q̃ poſtulaſti,multas priorum electiones,autoritate generalium cõfirmatas . Quicquid fuerit te interprete per ſummum Pontificem conſtitutum:exequar libẽtiſſime.De Rotæ monaſterio quid aliud repetã,neſcio:niſi ꝙ cum ſit Rota in manu tua : quocunq; tuæ pietati magis placitum fuerit vertas illam.Tantũ obſecro Domine : mitte,quẽ miſſurus es:vt expectatiõi ordinis ſatiſfiat.Abbatia Poplenæ maiora mihi præbuit negocia:q̃ initio futurum ſperaui.Siue autẽ temporũ conditione ſiue miniſtrorum meorum imprudentia ita euenerit : ego hoc aſſcribo peccatis meis: quibus factum ſit:vt non meruerim beneficium gratis accipere.Non doleo pp pecuniam,aduerſario iccirco numeratam : niſi ꝙ optabam,vt in meliores atq; honeſtiores vſus conuerteretur.Dedicatum glorioſiſſimæ Mariæ cœnobium: non diutius ab ea deſtituendũ ſpero:& quod noſtris non valemus meritis,eius

facile patrocinio conſequi poterimus.Erit cõtentus Marianus Procurator phi/
ſici pro ſua modeſtia:vt mulctatum ſemel fuerit admiſſum peccatum.Nõ enim
iudicat Dñs bis in idipſum.Si quid vltra tentauerit:adiecerit meo iudicio ma/
lum malo.Quã ſcribis,ſpem pacis eſſe apud vos:eandem audio Florentiæ cœ
piſſe vulgari . Quandocunq; illa aduenerit:optatiſſima certe nobis aduenerit.
Prope ſit iam Dominus:& pacem iis qui longe:& pacem iis qui prope,ſua clæ
mentia largiatur.Res Romanæ curiæ nihil immutatæ,accinctam eam itineri,
& fortaſſe venientem,morantur. Auferat omnipotens ab omnibus tam expe/
ctati boni impedimenta:& a ſanctuario ſuo incipiat. Vale. Ex ædibus noſtris
Muſoleæ.Die.xxx.Decembris.Mcccclxxxxvii.

Chriſtophoro Monacho Fontis boni.LV.

a Ccommodatius ſemper in monaſterio q̃ in priuato,diuinum perſol/
uimus officium:& eccleſiaſticas cerimonias ibidem plenius obſerua/
mus.In eccleſiis,inquit propheta,benedicite Domino.Quare credo : peregiſſe
te deuotius apud Camaldulum ſolennem Domini natalis diem . Quin & ego
interfuerim,non tam frigus q̃ glaties prohibuit:per quam haud tuto iumentis
vehimur.Satiſfactum nihilominus audio:ac ſi præſto ipſe fuiſſem. Apud Muſo
leam hyemamus:non delectatione nouarum ædium illecti : ſed commoditate
conſeruandæ ſalutis:quam nemo & ſenex præcipue tenetur negligere. Structu
ram hanc,per me dudum erectam,non tanti facio:vt nõ pluris faciã fecerimq;
ſemper clauſtra monaſterii.Refert mihi ordinata cœnobialis conuerſatio cœle
ſtem mãſionem: & ſuauis ac frequens in templo modulatio ad domum illã nõ
manu factam facile mentem pſallentium rapit . In priuato aũt minus profecto
commode vixeris.Sic enim difficilius habitare poſſunt vnius moris in domo.
Tametſi volenti vbiq; liceat benefacere.Vale.Ex ædibus Muſoleæ.Die.vltima
Decembris.Mcccclxxxxvii.

Hieronymo Veneto Monacho.LVI.

n Emo ſatis forte ſua cõtentus eſt.Si male nobiſcum agitur:bonũ opta/
mus.Si bene:aliquid melius:Et hoc propterea euenit nobis : quia cũ
nos ad ſe fecerit Dominus:inquietum eſt cor noſtrum,donec in ipſo requieue/
rit.Hæc reqes mea,inqt propheta,in ſæculũ ſæculi:hic habitabo, qm̃ elegi eã.
Modo vero,dum ſumus in corpore,& peregrinamur a Domino:quid mirum,
ſi tanq̃ hoſpites & aduenæ incerta ſede laborantes vagamur?Non enim habe/
mus hic manentem ciuitatem:ſed futuram inquirimus.Non repræhendo deſy
derium tuum:non improbo,non damno,quod cupias meliora.Sed vereor:ne
decipiaris in eligendo.Vbiq; reperias homines:vbiq; facilius tibi mala occur/
rerint q̃ bona . Iturus ſum Florentiam ad dies paucos ad conſulendum mona/
ſterio Angelorum.Ea occaſione,ſpero te paulopoſt ad nos rediturum . Coram
apertius audies:quæ tibi nequaq̃ diſpliceant.Ibi enim quæ de te cogitauerim,
ſcies.Interea moleſtam,vt ſcribis,& iniucundam Flaminianam manſionem fe
res æquo animo:& iniũcta tibi Claſſenſia negocia ſtrenue pro tuo more exequi
curabis.Aſſuetus es hactenus pugnare ac vincere : quoniam pro honore & cõ/
modo ordinis tui iuſte decertas . Sic nunc quoq; aduerſus occupatores bonoꝝ
Claſſenſium pugna:vt vincas.Satis pro me ſubire te labores exiſtima:quod ve/

hementiſſime

hementiſſime videris expetere:cũ pro vtilitatẽ Abbatiæ illius fatigaris. Quod enim membris:idem capiti confert. Si tantum agrorum illi acquiſieris,q̃tum confidis:magna ſane facta fuerit rebus eius acceſſio:liberatæ præſertim p obi/tum Cardinalis Parmenſis annua tercentum aureorum nummum pẽſione. Pro qua re mirum in modum vobiſcum gratulor. Aucti haud parum ex inſperato redditus,facient vobis animos ad reformandum pro ipſius dignitate nobiliſſimum monaſterium. Quod vtinam non negligatis. Tunc enim erit vobis ho/nor & gloria:& ordini decus ſingulare. Vale. Ex ædibus noſtris Muſoleæ. Die. ii. Ianuarii. Mcccclxxxxviii.

Ioanni Maiori Eremi. LVII.

O Biit heri Rubertus conuerſus Eremi in Fonte bono:& ita obiit(vt ac cæpi)quemadmodum de eremita qui ſobrie & iuſte & pie in ſolitudi/ne vitam duxit,ſperare merito licuit. Non defuerunt iacenti atq; infirmo, præ/cipua clauſtralium noſtrorum miniſteria:& cõtinua obſequia pietatis. Exhibue runt ſeni octogenario:quod vera & germana caritas poſtulabat. Summũ enim inter ſe hominum vinculũ,eſt humanitas:quæ ſane expoſcit & flagitat: vt mu/tuis nos auxiliis tueamur. Quo fit: vt mirer plurimum:parum curaſſe eremitas infirmũ fratrem. Deductus ex Eremo in valitudinarium Fontis boni,ſicut ere/mitarum male habentium mos eſt:per raro,& a paucis ex vobis,viſitatus eſt. Notati eſtis ab inferiori noſtra familia negligentiæ in coeremitam veſtrum:& accuſati apud me: q; caritatis officia non impleueritis. Et excuſare quomodo vos poſſim:non penitus video. Quid enim caritati præferẽdum eſt? Silentiũ: abſtinentia:ſolitudo:lectio:oratio:mẽtis exceſſus:& cætera id genus: bona qui dem ſunt:verũtamen caritati facile cedunt. Meminiſſe te arbitror verborum il/lorum:quæ laudaturus caritatem Apoſtolus præmiſit dicens. Si linguis homi/num loquar,& angelorum:caritatem autem non habeam:factus ſum velut æs ſonans,aut cimbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam: & nouerim myſte/ria omnia,& omnem ſcientiam:& ſi habuero omnem fidẽ,ita vt montes tranſ feram:caritatem autem non habuero:nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pau/perum omnes facultates meas:& ſi tradidero corpus meum,ita vt ardeam: ca ritatem autem non habuero:nihil mihi prodeſt. Hortor itaq; te ac cæteros ere mitas:ne hunc pietatis affectum funditus exuatis. Sed quod vultis, vt faciãt vo bis fratres:hoc idem & vos facite illis: vt audire mereamini in nouiſſimo die. Infirmus fui:& viſitaſtis me. Orate: vt anima eius in bonis demoretur:& negle ctum caritatis officium,miſſarum atq; orationum ſuffragiis compenſate. Vale. Ex ædibus noſtris Muſoleæ. Die. iii. Ianuarii. Mcccclxxxxviii.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani. LVIII.

G Ratulor tibi plurimum,& monaſterio iſti,immo & toti cõgregatiõi: q; in diſcrimine vitæ conſtitutus,ob grauem quam incideras valitudi nem:Dei miſeratione plenæ reſtitutus ſis ſanitati. Voluit Dominus prorogare adhuc tibi longiorem vitam:ne caro & optato parente filii orbarentur:& inter tot iuniores monachos ſenilis grauitas non deeſſet. Cura itaq;: vt confirmeris: nec te recidiuæ periculo exponas. Idem faciat Euſebius: quem audio & ipſum periculoſo ſatis morbo liberatum. Tibi ætas,illi imbecillitas, neceſſario indi/

cunt diligentem cuſtodiam : ad conſeruandam, quam negligere debet nemo, corporis ſanitatem. Virtus quidem in īfirmitate perficitur. Sed vt ego opinor, moderate caſtigetur, ac in ſeruitutem redigatur corpus: non violētia morbi opprimatur. Quod de illis potiſſimum intelligo: qui non ſibi ſolis nati ſunt : ſed videntur idonei, vt multis proſint: & eos cœleſtis diſciplinæ imbuāt inſtitutis. Vale. Ex Muſolae. Die. xiiii. Ianuarii. Mcccclxxxxviii.

Hieronymo Veneto Monacho. LIX.

f Ecit tabellarioꝝ ī curia, ſeu īfidelitas in reddēdis litteris: vt alter alterius obliti videamur. Quereris tu : ꝙ trigeſimo poſt die epiſtolā meā accæperis: cum hodie tandem, nono videlicet & quadrageſimo poſt die perlata eſt ad me: quam pridie Kalendis decembris conſcripſeras. Sororis tuæ vnicæ obitum Bernardinus Vicarius iampridem mihi ſignificauerat: quē tui, & parentis gratia, moleſte tuli. Non potuit enim nō acerbus vtriq; extitiſſe: quibus non ſolum vnica erat tibi germana, illi filia veꝝ ēt ꝙ eiuſmodi fuerit: cuius non temere abſentiam luctu a mœrore proſequamini. Sed quādo tum ratione, tum diuturnitate aliquot mēſium, ex quo illa defuncta eſt, mitigatum tibi dolorem, ac ſublatum ex animo funditus arbitror: obduxiſſeq; cicatricē vulnus accæptū mihi perſuadeo: nolo tecum ſuper germanæ migratione quicq̄ repetere: ne videar de tua conſtantia parum cōfidere: aut ſaltē vulnus iam ſanatum refricare. Requiris a me oblationes & holocauſta, pro ipſius requie. Faciam, quod petiſti. Sancta enim & ſalubris eſt cogitatio tua, & petitio tua. Parētis autem ac filii votis, vt in cætum non aſcriptitiorum, ſed filiorum meorum contubernaliumq; admittaris: haud ita multo poſt ſpero ſatiſfiet. Vale. Ex Muſolea. Die. xvii. Ianuarii. Mcccclxxxxviii.

Vrbano Malumbræ. LX.

c Vm tuas heri litteras legerem: & Gabrielem monachum, de te referētem ꝙ viueres audirem: videbar mihi viſiones videre, & ſomnia ſomniare: quæ Iohel olim vaticinatus fuerat. Idq; non ſolum : ꝙ poſt tātum temporis, poſt tot annorum curricula, tandem ſcripſeris ad me: verum multo magis, ꝙ poſt natiuitatis dominicæ feſtum diem ſignificauerat mihi Guido Angeloꝝ Prior: ſe pro comperto habere, ꝙ naturæ conceſſiſſes. Scit Dominus, quia nō mentior: & ægre me nuntium excæpiſſe: & pro animæ tuæ requie ter obtuliſſe de more ad altare ſacrificium & hoſtiam Domino : & ad heſternam vſq; diem, memoriā me tui habuiſſe in celebrationibus meis. Placuit ei: qui & vitæ & mortis habet imperiū: vt mihi heri reuiuiſceres: vt tuo ordini reſtitueretis. Et ego nimirum cum perpendo, q̄ abunde referant antiquā illam noſtram & ſingularem caritatem litteræ tuæ: non ſecus te amplector: q̄ ſi reuocatus ab inferis mihi occurreres. Benedictus Deus: quē precor, vt proroget tibi tranquilliorem vitam: & eam tibi quā mundus dare non poteſt elargiatur pacem. Quæ gerantꝰ apud te : q̄tum gratiæ adeptus ſis in oculis Illuſtriſſimi Ducis Sabaudiæ ac totius regionis: cuius fauore cœpiſti erigere duo a fundamentis monaſteria gratiſſime accæpi. Diffuſum arbitror odorem continentiſſimæ vitæ tuæ hoc meruiſſe: vt in conſpectu potentium admirabilis eſſes: & facies principum mirarentur te. A Domino factum eſt iſtud: ad laudem & gloriam nominis ſui: ad in

crementum

crementum chriſtianæ religionis:ad ornamentum & decus Camaldulenſis or dinis.Perge vt facis:confidens in eo,qui dat tibi & velle & poſſe pro bona vo/ luntate.Erit tibi a dextris ſemper:ne cõmouearis.Bene autem facientes, inquit apoſtolus non deficiamus:tempore enim ſuo metemus non deficiẽtes. Fiet vt ſpero,progreſſibus bonorum operum tuorum : vt aliquando a me & a noſtris auditurus ſis.Quanta audiuimus facta in Sabaudia? Fac & hic in patria tua. Quod profecto facile fore confiderem:ſi tandem aliquando inter te & congre/ gationem illam Venetam conueniret.In maximũm,meo iudicio, tui nominis & famæ cederet incrementum:ſi ſpiritu ambulans, deſyderium Abbatiæ Claſ/ ſenſis perficere recuſares:ac penitus reiiceres.Scis ipſe:quãto impendio ac ſum ptu egentiſſimi tunc cœnobii Sancti Michaelis,in quo mecum olim enutritus es : monaſterium Claſſenſe ex dignitate perpetua ad temporalem fuerit admi/ niſtrationem tranſlatum:vt mortificatum Romanæ curiæ membrũ ordinis no biliſſimũ,Camaldulo viueret:& quod diu ſeruierat,perpetua & immortali poti retur libertate.Pungat oro cor tuum Vrbane cariſſime huius ſolius facti memo ria.Et ſi mille habeas ſuper ipſa Abbatia Pontificum priuilegia:ſi iura potentiſ ſima:ſi validiſſimas rationes:omnia illius contemplatione cõtemne: id ſolum te moueat,ad reſcindenda quæcunq; pro te faciunt inſtrumenta atq; indulta:& igni comburenda.Si admiſeris conſilium meum,paterno affectu & ſyncera ca ritate plenum:pluris ſemper facturus ſum hanc tuam benignitatem,liberalita/ tem,mãſuetudinem,fidem:q̃ ſi decem beneficiis Abbatia Claſſenſi dignioribus ac ditioribus præeſſes.Vides non deeſſe tibi campum latiſſimũ:in quo te exer/ ceas:quem excolas:de quo fructus vberrimos capias.Pro Abbatia Sãcti Apol/ linaris,dedit tibi Dominus duo monaſteria:cum ſumma incolarũ & vicinorũ etiam principum gratia. Quid tãti facis beneficiũ litigioſum:cœlo in ſalubre: ac regulari obſeruantiæ male accõmodatum? Laboraſti tu quidem in eo olim plurimum.Non tamen iniquo penitus animo ferre debes:ſi non alieni ſed fra/ tres tui in labores tuos introierunt.Habeant ſibi : tanta animorum & corporũ diſtractione vexationeq; tot incommodis atq; infirmitatibus,tot etiã multorũ monachorum ac prælatorum mortibus quæſitum.Tibi vero hoc reſiduum vi tæ : quod ob grauiſſimam vt ſcribis capitis tui valitudinem, ſuſpectum habes quotidie:in pace conſumandum eſt.Omnes enim morimur:& ſicut aqua dila/ bimur ſuper terram.Ad cœleſtem manſionem erigendus eſt animus: ad bene/ ficium ſine vlla comparatione,Claſſenſi Abbatia longe dignius longeq; opulẽ tius,mens intẽdenda.Quæ ſurſum inquit ſunt ſapite : non quæ ſuper terram. Amplectere,ſi me diligis,congregationẽ illam pio affectu: & me æmulare:qui offenſus non memini iniuriæ:quam mihi ab ea illatam affirmas. Deniq; noli vinci a malo : ſed vince in bono malum. Feret ſecũ ad te Gabriel monachus tuus breuiarium vnum & alia:quæ inſtantiſſime poſtulaſti:ac meo nomine im primis tibi redditurus eſt pacem.Aduerſus girouagos,mendaces,contumelio/ ſos,& ſigillum noſtrum adulterãtes,accingeris gladio,vicariatus noſtri: quem tibi per eũdẽ trãſmittimus.Vale.Ex Muſolea.Die.xxii.Ianuarii.Mcccclxxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXI.

S I oportune redditæ ſunt tibi litteræ noſtræ:vt defatigatus plurimum litigioſi cuiuſdam proceſſus lectione,mox illis perlectis haud parum recreari viſus ſis:& ego quoq; tui gratia tecũ recreor.Ago ĩſuper gratias dignationi tuæ:q̃ ne ingratus appareres,eadem hora mihi reſpóderis. Iniecisſe tibi ſuſpitiones de me quoq; captum Florẽtiæ Priorem Angelorũ:nihil miror.Qui enim amat:timet.Verũ abiice abs te iſtam curam.Nulla mihi vnq̃ fuit cũ Priore in negociis ſæcularibus qbus iplicari aliquãdo viſus eſt,cõſuetudo:nullũ cómertiũ.Quin potius pugnauimus olim ambo:alter aduerſus alterum:ego iuſtitiæ,ille potentium fauoribus nitens.Superatus ſum ego aliqñ:patrocinantibus æmulo nr̃o gubernantibus tunc in republica. Modo facta mutatione dexteræ excelſi opitulãtur rebus noſtris,iuſte adminiſtrãtes rẽpublicam. Nunq̃ cognoui,non inueniſſe me gratiã in oculis illius populi.Et modo oĩbus palam factũ eſt:eſſe me ipſi licet alienigenã haud ĩgratum.Quod eo præcipue arbitror accidiſſe:qm̃ nunq̃ curioſus explorator extiti earum rerum:quæ ad publicũ eius ſtatũ pertinerent:nunq̃ illis ĩmiſcere me volui.Si quid nouiſſime demandatum eſt mihi,tum a Veneto noſtro,tum a Florẽtino Dñio:requiſitus ab eis non defui vtrobiq; diligẽtia & fide:ſi forte mea interceſſione dignatus fuiſſet Dñs partes diſſidentes componere:& facere vtraq; vnũ. Elongaui itaq; fugiens:& maneo in ſolitudine . Hanc amaui & exquiſiui a iuuentute mea,ſuper omnẽ vrbium pulchritudinẽ.Niſi mihi ademerit Deus mentẽ:haud ſecus impoſterum ſum facturus. Verũ de hoc pluribus,q̃ oportuit.Quod vero cõpoſitæ controuerſiæ inter Priorem Angeloꝝ & monachos modũ non probes:obſeruatam Priori ex cõuentione penſionem:ignoreſq; vtrũ ego conſenſum præbuerim cõpoſitioni huic:quam cõtra iuris Pontificii ſcita eſſe affirmas : ad hoc tibi ingenue reſpondeo:Me quidem nequaq̃ autore,non tñ diſſentiente,huiuſmodi fuiſſe terminatam litem.Licet enim non ſint facienda mala,vt veniãt bona:minus tñ malum (ſi modo hoc malũ eſt) videbar eligere:ac maiori & grauiori facile anteponere.Satius iudicaui : vt ps tertia,q̃ tres ſimul,ex redditibus monaſterii male adminiſtrarẽtur.Et magni momenti eſſe putaui:vt Prior ipſe monachis infenſus permitteret reformari cœnobiũ olim nobiliſſimũ:qui magno vitæ ſuæ periculo inuitis fratribus præerat.Vtrũ iure admitti potuerit reſignatio,retenta per Priorem tertia fructuum parte:tecũ non diſputo:quem puto haud temere aliter ſentire.Deniq; hæc oĩa corã Protectore colendiſſimo Senis cõpoſita ſunt:nulla habita,vtrũ honeſte fieri potuerit,mentione. Et ipſe negocium Romæ conficiendũ ſuſcæpit.Viderit Pontifex:quomõ de plenitudine poteſtatis tot quotidie beneficioꝝ penſiones fieri pmittat.Tametſi durus oĩno videatur ſermo:vt potius in alienũ ius cõcedere permittantur beneficia:q̃ penſionibus redimantur.Sic tñ modo viuimus,nimium de diuina clæmentia præſumentes:& corruptos curiæ mores pro legibus admittẽtes.Si non liceret,inquiunt:non paſſim id fieret.Aqua ſancta hoc peccatũ ablui poſſe putatur:cõparatione maioꝝ,quæ hoc tẽpore perpetrantur.Propitius ſit nobis Dñs:ne ad iudicium & condemnationẽ pro reformatione ordinis inſudemus:nec imputet nobis hoc peccatũ:quod cum conſumatum fuerit,generet mortẽ. Quid enim

proderit

proderit nobis:ſi mundũ vniuerſum lucremur:animæ vero noſtræ detrimen/tum patiamur?Poplenæ vexationem redimere me oportuit bis centum & vi/ginti aureis nũmis.Quod iccirco potiſſimũ nõ multum contentus fieri pmiſi: qm̃ legitima licet,talis redemptio,captiuã & obnoxiam peccato fecit animam eius:qui me impulit ad numerandam pecuniam , futuram ſecum in perditio/nem.Declinauit enim ille in obligationes : me procurante loci liberationem. Qua in re illud mihi ſuccurrit.Vnus ædificans,& alter deſtruens : quæ vtilitas in vtriſq;?Maiorem hoc mihi ſcrupulũ iniicit,ſimpliciter cõſyderanti ac diſcu/tienti negociũ:q̃ pẽſionem pro reſignato bñficio aut dare aut accipere.Vt mea pecunia,q̃tuncunq; legitime appẽſa,pro cõſeruãda abbatia,alterius anima in profundum inferni demergenda ſit:quæ oĩbus eſt theſauris prætioſior:præter caritatis ordinatæ videtur rõnem.Acquieſco tamen legi,ſecundum interiorem hominem:perſuadẽs mihi certiſſime:ſemel admiſſum ab eccleſia decretum,& hactenus obſeruatum,ab honeſto abhorrere non poſſe.Cardinalis ſententiã ſu/per vniuerſali reformatione,optime cõiecturis aſſecutus es. Aedificationem & plantationem præceſſuram & ipſe opinatur euulſionem atq; ruinã:eo,quo de/ſcripſiſti,ordine.Quãdo autem id futurũ ſit:nõ eſt noſtrum noſſe tempora vel momenta:quæ pater poſuit in ſua poteſtate.Scit ipſe temporis huius plenitu/dinem:quãdo audituri ſimus.Reſpicite & leuate capita veſtra:quoniam appro pinquat redemptio vr̃a.Vale.Ex Muſolea.Die vltima Ianuarii.Mcccclxxxxviii.

Hieronymo Veneto Monacho.LXII.

d Iſcurris:volas.Præcipuum obedientis & obſequẽtis ſignum. Dicitur tibi:vade,& vadis:veni,& venis:fac hoc,& facis.Putabã,te nunc eſſe in Flaminia:& media ac rigente hyeme Romã contendiſti.Accedente obedien tiæ merito,fidei ac prudẽtiæ tuæ:ſperare licet,te lõge facilius fœliciuſq; abſolu turũ negociũ:pp quod eo miſſus es.Implebũtur ne aliq̃n fauces iſtorũ:qui de/uorare pergũt plebem meam,vt cibum panis?Mari eos ſimiles duco:in quod cum oĩa currant Flumina:non tñ redundat.Hæc ſunt curæ eoꝝ:ſuper quos or/bis poſitus eſt:hæc reformationis futuræ ſtudia. Verũ hæc cõprimamus ſilen/tio.Tu tãtum viriliter age:& iuribus optimis fultam cauſam intrepido animo defende:neq; verearis vultum potentũ.Nec enim timere te faciet Dñs:futurus tibi a dextris,ne cõmouearis . Adhæc etiã cõmendo tibi Angelorum negociũ: vltra q̃ ſperauimus oẽs,nimis prorogatũ . Præſto eris ſi opus fuerit, procura/tori nr̃o,cõſilio & fauore.Et Priorẽ Mõtis crucũ ſociũ tuũ ſaluta meo noĩe.Va/le.Ex Muſolea.Die.ii.Februarii. Mcccclxxxxviii.Bernardino Vica.nr̃o.LXIII.

h Eri primum Romualdus monachus,quem Venetias miſeram,rediit ad nos:reddiditq; tum lr̃as tuas,tum opuſculũ,quod emendũ mãda/uerã.Inſup retulit,viſa hac regiõe,vbi nũc dego:viſum ſibi fuiſſe para diſum intueri,præ aeris tẽperie:cũ vltra alpes & incontinenti & Venetiis etiã, oĩa gelu cõſtricta & altiſſimis operta niuibus offenderit.Affirmauit etiam:ſe in reditu abſq; nauiculæ officio veniſſe peditem Venetiis vſq; ad traiectũ Flumi/nis ſuper glatiem duriſſimã:quinq; videlicet milibus paſſuũ:conſtratumq; ſibi apparuiſſe marmoreũ ſolum.Timuiſſe a tantis frigoribus niuis:etiã veſtitl du/

plicibus facile potuerunt.Paratũ vero te eſſe ad obediendũ nobis in reformã
do Angelorũ cœnobio:q̄uis libentiſſime priuato cellulæ iſtius diuerſorio per
omnem vitã tuam te contineres:ſemper de te ita mihi perſuaſi.Veniſſe te cogi
tas:non facere volũtatem tuam:ſed eius qui impoſuit homines ſup capita no/
ſtra.Momentaneũ hoc ac breue mortalis vitæ tempus,in cõe religionis cõmo/
dum honeſtiſſime impenditur:& talenta gratis accæpta,omni ſtudio duplican
da ſunt.Ad laborẽ nati expectare non debemus,vt dicatur nobis. Quid hic ſta
tis tota die ocioſi?Cõducti ad excolendam vineã,male poſſumus nobis multã
requiem polliceri.Potens eſt tñ Dñs omnem gratiam abundare facere in te:vt
poſt laborem facile dicturus ſis.Botrus Cypri dilectus meus mihi. Secundũ.n.
multitudinem doloꝝ meoꝝ in corde meo:cõſolationes tuæ lætificauerunt ani
mam meã.Reliqua ad rem ptinentia,ex Vicario noſtro intelliges.Lætatus ſum
mirum in modũ pro ingreſſu nouitii,& conterranei tui & litterati,vt ſcripſiſti.
Pro trãſferenda iſthinc arbore nouã poſuit plãtationem Dñs:& precor vt futu
ra ſit eiuſmodi:quæ nunq̄ eradicetur.Ad Paduanũ Ep̄m colendiſſimũ his die/
bus prolixiores lr̄as dedi.Cura,vt Venetiis Paduã trãſmittãtur.Vale. Ex Muſo
lea.Die.iiii.Februa.Mcccclxxxviii. Vẽturæ Abbati Sãcti Michae.Mu.LXIIII.

p Rudenter facis:quod te adhuc in valitudinario contineas. Septuage/
narius cum ſis:etiã ſanus iure ætatis potes remiſſius viuere:ne dũ in/
firmus.Feciſti,dum ſuppeterent vires,profeſſioni tuæ ſatis:nec excuſi
ſti collũ de ſub iugo regulæ.Militaſti regi tuo indefeſſus atq; intrepidus.Debe/
tur modo tibi emerito militi victus laxior : vt quo diutius fieri poterit,ſupſtes
futurus ſis.De Bernardino Vicario noſtro,hoc tibi rñdemus:Adhuc non cõſta/
re nobis:vtrum promouẽdus ſit in Priorem monaſterii Angeloꝝ.Indigere tñ
illud eiuſmodi hoĩe,& doctrina & vita,pbatiſſimo:omnes qui ipſum nouerũt,
idem ſentiunt.Noſtrũ eſt exemplo Apoſtolorũ orare:vt cadat ſuper eum ſors:
quem elegerit Dñs.Noſti ipſe illius loci amplitudinem:& q̄ti ab vniuerſo ordi
ne faciendus ſit.Nunq̄ maiore expectatione totius ciuitatis ac vniuerſæ regio/
nis & noſtræ imprimis religionis:futurã nobiliſſimi cœnobii reformationem:
vna oĩbus effulſit ſpes.Si decreuerit latens apud vos lumen producere Dñs,ad
reuelationem multoꝝ:& lucernã ſuper candelabꝝ ponere:cũ non ſit poteſtas,
niſi a Deo:quis ego ſum:qui me diuinæ obiiciã voluntati?In ſũma Romæ ad/
huc cõſtitutũ eſt nihil.Vbi aliquid reſciuero:faciã te certiorem . Et tunc ſi opus
fuerit:quid de libris eius,quid de eiuſdem Vicarii futura (ſi ita euenerit) abſen
tia,ſentiam ipſe:clarius intelliges.Hoc tibi perſuadeas velim:dũ memor ipſe
mei fuero,futuꝝ me ſemper memorem domus meæ Sãcti Michaelis Murani:
in qua per tot annos,ſingulari maioꝝ ac patrũ meorum cura educatus ſum:&
de qua,ſi fateri ingenue volueris,ad hãc vſq; diem haud male meritus ſum. Va
le.Ex Muſolea.Die.v.Februarii.Mcccclxxxviii. Bernardino Vicario.LXV.

Nimum Vrbani cognoſcere non poſſum : lr̄as eius diiudicare,facile
a poſſum.Elegi ego partem tutiorem:vt plena ſummiſſionis verba,re
cto animo,& nõ ficto (vt alii interpretãtur) fuiſſe conſcripta credide/
rim.Hortatus ſum illum:vt congregationem quoq; Venetã ſibi reconciliet:ac

paruifaciat

pamifaciat Abbatiam Claſſenſem. Vtrum autem perſuaſerim: ſciemus poſtea. Si mihi in vtroq; morem gereret:non eſſet contemnendus. Quid poſſit obeſſe congregationi, reddita a me Vrbano petenti pax:quam ſuſpectam ſcribis non/nullis fuiſſe:nequaquam video. Cum iis, qui oderunt pacem, fui pacificus: Quã/to magis cum efflagitantibus illam ſingulari humanitate, ac precibus multis? Dedit mihi Dominus cor carneum, non lapideum. Quibus ſecus videtur fuiſſe agendum:abundent in ſuo ſenſu. Liceat mihi tãtummodo pro arbitrio ne dum reuertentem filium:peregre olim profectum in regionem longinquam admit/tere:verum etiam redeunti benigne occurrere:ſuper collum eius cadere:ipſum exoſculari. Obitum vero Benedicti monachi ideo minus moleſte tuli: quod in ſacro purificationis die accidit:& in monaſterio profeſſionis ſuæ. Voluit Domi/nus:vt diu peruagatus, ibidem tandem requieſceret. Ero illius, in celebrationi/bus & oblationibus hoſtiarum, haud immemor. Fuit enim & ipſe educatus me/cum:perſeuerauitq; idem mecum ſemper in dilectione. Iucundiſſimus mihi ex/titit nuntius, induti pauloante nouitii bonæ indolis, ac litteris præditi, & conter/ranei tui. Opto plurimum:& ſic precor Dominum:vt omni tempore futura ſint veſtimenta eius candida. Epiſtola eius, quam te hortante dedit ad me, & inge/nium adoleſcentis, ad optima quæq; natum:& profectum eius in litterarum ſtu/diis, facile indicat. Reſcribam ei, cum mihi vacauerit:vt in arrepto regularis vi/tæ inſtituto, cõfirmetur magis. Vale. Ex Muſolea. Die. xx. Februa. Mcccclxxxxviii.

Iacobo nouitio Sancti Michaelis Murani. LXVI.

g Ratiſſima fuit mihi ſignificatio tua, mutatæ in te dexteræ excelſi, Iaco/be fili. Diuinum ſane hoc opus eſt:& cœleſtis dignatio: illuminare iis, qui in tenebris & vmbra mortis ſedent:ad dirigendos pedes eorum in viam pa/cis. Quamobrem ſi per cecæ noctis tenebras atq; horrorem vagatus, dudum di/uinitus ad veræ vitæ lumen vocatus es: congaudeo plurimum vocationi tuæ. Debes multum auctori tanti muneris, tam ſingularis beneficii. Subditus itaq; eſto Domino:& ora eum:vt configat timore ſuo carnem tuam:& a iudiciis ipſi/us timeas. Aſtitit tibi, vt ſcribis, Archangelus Michael:vt noueris nõ defuturam tibi victoriam:ſi fideliter ac ſtrenue ſub tam præſtantis Ducis vexillo militaue/ris. In congreſſionem quidem certamenq; veniſti:quandoquidem militia eſt vi/ta hominis ſuper terram. Erit tibi frequens, & inſidiis plena colluctatio, cõtra po/teſtates tenebrarum harum. Sed timere non poteris a facie eorum:pugnãte pro te Michaele cum dracone & Angelis eius. Contemnenda tibi eſt laborioſa hæc & fragilis ac breuis vita:vt fœlicem & ſolidam ac perpetuã cõſequaris. Habenda eſt tibi imprimis animæ ratio:quæ longe pluris eſt quam corpus. Siquidem cor/pus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Sic age die noctuq; in habitu candi/do, quo indutus es:vt ſuperata rerum terreſtrium cupiditate, ac perdomitis libi/dinibus, cum eo immaculatus appareas coram Domino. Sepoſitis ſæcularium litterarum ſtudiis: quibus mundo ſeruiens operam dediſti:diuinæ te totum le/gi addicas. Per illam enim facile guſtabis, & videbis:quam ſuauis ſit Dominus: quam ſit beatus vir, qui ſperat in eo. Deniq; viam ſalutis ingreſſus, ſi deuios an/

fractus deuitare volueris:maiorum tuorum veſtigiis inſiſte:& præcipue Bernar dini Vicarii noſtri præceptoris tui. Sit ipſe tibi potiſſimum præuius:& quaſi ma num ſecuturo porrigat. Eo enim magiſtro ac duce, nec a doctrina ſana poteris excidere:nec præcipitia formidare. Quam vero a me petis benedictionem:eam accipias opto a Domino:qui replet omne animal benedictione. Ipſe præueniat te in benedictionibus dulcedinis:& ponat ſuper caput tuum coronam de lapide prætioſo. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiii. Februarii. Mcccclxxxxviii.

Conuentui Sancti Michaelis Murani. LXVII.

P Lacuit Domino:ſine cuius nutu nec folium quidem arboris mouetur: vt facta Romæ per Guidonem ceſſione prioratus ſui: eidem ſubſtituerit Pontifex in triennalem Priorem monaſterii Angelorum. D. Bernardinum Vi carium noſtrum. Scio futurum vobis hunc nuntium minus gratum:atq; ægre la turos vos abſentiam Venerabilis fratris veſtri. Neq; enim ſeparari a vobis pote rit ſine mœrore triſtitiaq;, optime de monaſterio iſto deq; vobis omnibus meritus frater:quando nimirum ego quoq; veſtri gratia plurimum doleo. Acquieſco tamen Dei voluntati:qui iuſſit ei, vt egrederetur de domo ſua:& veniret in terram, quam ſibi monſtraſſet. Vocatus ab eo ad reformandum tam præclarum cœ nobium, tantum commodi & honoris collaturus ſperatur religioni noſtræ ſua opera atq; prudentia:vt triſtitia veſtra merito in gaudium conuertenda ſit. Accæ ptum talentum diuinæ eruditionis vbi erogare hic cœperit:& ad rectum conſequendæ immortalitatis iter monachos reuocare ſtuduerit:tunc & vos ipſi temporalem iſtam a vobis Bernardini migrationem commendabitis:& a Domino factum eſſe iſtud, certiore teſtimonio fateri cogemini. Quod Pontifex, quod Pro tector approbant:a quo ego conſequenter, habita neceſſitatis Angelicæ familiæ ratione, minime diſſentio: & vos debetis haud repugnanter in eandem ſententiam ire. Quinimmo effundetis in conſpectu Dei orationes veſtras pro eo: vt onus haud exiguum fortiter perferat:& excolenda ipſius laboribus vinea, botros citius ſuauitatis producat. Dedit mihi ſummus Pōtifex poteſtatem:vt etiam intra hoc triennium, quo prior futurus eſt, amoueri ad nutum atq; arbitrium meū queat. Hoc ego potiſſimum impetrandum curaui:ne diutius illi abeſſe contingeret:quam congregationi Sancti Michaelis expedire cognouiſſem. Verum gra tias ago Deo: ꝙ non deſunt inter vos complures, & vita & doctrina idonei, ad gubernandam familiam, ad regendam domum ad conſeruandam loci dignitatem. Deniq; non gemebundi, non triſtes:ſed læti & alacres, hunc mihi modo au reum nummum mutuo date:qui ad vos magno cū fœnore (vt ſpero) poſt triēnium remittendus eſt. Valete. Florentiæ. Die. xv. Martii. Mcccclxxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXVIII.

E X aduentu Bernardini Prioris monaſterii Angelorū Florentiæ, didici expectare te reſpōſum epiſtolæ tuæ:quam iampridem ad me dederas. Ego vero poſtquā ea mihi reddita eſt, bis ad te ſcripſi: vt ſcias me nequaq̄ fuiſſe oblitum tui. Commendaui tibi nouiſſime examinationem teſtium, in cauſa mo

naſterii

naſterii Carcerum,tuæ dignationi delegatam:magis vt aliis ſatiſſacerem quam mihi:cui optime comperta foret integritas tua:quiq; ea de re certo ſcirem : ſuperfluo me apud te vel verbum fuiſſe facturum. Prorſus ita factum fuiſſe , ſicut ratus eram fore:Bernardini teſtimonio plenius agnoui:& gratias ago cum tuæ ſedulitati,in exploranda rei veritate:tum fidei.Cæterum,vt quid modo Florentiæ agatur,ex me noueris : Non eſt paſſus & clæmens & miſerator Dominus: vt interdicto,quod formidauimus omnes,ciuitas premeretur. Neq; enim peccatum aliquorum,communi omnium debuit animaduerſione mulctari . Detectæ ſunt tandem Ferrarienſis inſidiæ. Excommunicatus hoc anno a Pontifice,& a Generali ſui ordinis:& prædicare & celebrare non deſtitit:ac palam de Pontifice oblocutus,nec Deum viſus eſt, nec homines reuereri. Tandem ob reuerētiam Pontificis,decreto Senatus,iuſſuq; Dominii,prohibitus eſt media quadragеſima:ne amplius euangelizaret. Aegre ferens imperium:quod facere ipſe nō poterat:per alios faciendum curauit:& tanquam hydra,præciſo capite,quattuor emiſit. Tot enim de ſuis prædicare per vrbem iuſſit. Pugnantibus cōtra Ferrarienſem aliorum ordinum prædicatoribus:propoſuit concluſiones de futura eccleſiæ reformatione:& de mutatione in melius ſtatus Florentini. Conuenitq; inter eum,& prædicatorem ordinis minorum : vt quod ratione non poterat, igne probaretur. Detrectante poſtmodum Hieronymo hoc incendii periculum facere:cum alter contra inſtaret, vt fieret: vterq; pro ſe,alterum ſui ordinis optulerunt. Igitur ſeptima huius menſis die,annuente illuſtriſſimo Dominio,cum in plateam multitudo innumerabilis vtriuſq; ſexus hominum conueniſſet:eſſetq; in eminentiore loco hinc & inde diſpoſita lignorum ſtrues , longitudinis paſſuum circiter quinquaginta:conuenerunt minores cum crucifixo tantum:prædicatores vero cum apparatu magno:geſtante in manibus Hieronymo,a ſuo monaſterio in aream ciuitatis, corpus Dominicum . Sequebatur autem illum multitudo magna clientulorum ipſius:quos eadem hora prædicans admonuerat:vt bono eſſent animo. Tranſiturum ſiquidem fratrem ſuum per ignem illeſum:& minime comburēdum. Erat cœlum ſerenum ſatis:illuceſcente ſole. Qua vero hora ingreſſuri erant ignem:meridie ſcilicet:cœperunt,ſicut tempore Samuelis accidit,mugire tonitrua:corruſcare fulgura:hymbres ruere : vt non defuerint,qui crederent:magica illud arte factum fuiſſe. Eadem hora procella pertranſiit . Interea percantata ibidem coram populo a prædicatoribus fratribus miſſa : eiſdemq; alta voce pſalmos concinentibus : Minoribus vero ſummiſſe orantibus,binis & binis ante Crucifixum,quem ſecum tulerant:cœpit Ferrariēſis,proponere Dominio:nolle ſe permittere: vt frater ſuus incendio ſe traderet: niſi ferret ſecum in manibus Dominicum corpus. Contradicente Minorum fratre,& dicente:hoc nefas eſſe:nec ſtare Hieronymum conuentioni & pacto:atq; approbante Dominio : vt ambo tunicella tantum induti ignem intrarent:nolente Hieronymo ſolutum eſt conſilium:& omnis illa congregatio plurimum ſcandalizata,Domum rediit. Et niſi indutus fuiſſet ipſe ſacerdotalibus : ac manibus geſtaſſet ſacroſanctam euchariſtiam : ad monaſterium remeans,dilacera,

tus fuiſſet a populo. Conuitiis tamen in faciem, inſecuti ſunt eum. Multi ergo ex diſcipulis eius iccirco abierunt retro: & iam cum illo non ambulauerunt. Sequenti die non ferens ſenatus, illuſum ſe fuiſſe a Ferrarienſe: excitato ad palatium populo, & quidem armato, dedit ei poteſtatem: vt in palatium ipſum adducerēt: ſuccenſo, ſi alias non poſſet, illius monaſterio. Appropinquante ad locum multitudine: qui erat & hominibus & inſtrumentis bellicis munitiſſimus: cum e monaſterio tormenta coniicerentur: ceſſit retro populus. Interim egreſſus per poſticum Franciſcus Valorius, ciuis primarius Florētinus: & Hieronymianæ factionis Princeps: multis confoſſus vulneribus cecidit: mortua prius vxore ipſius. Quæ data in predam domo: cum ſe tueri e feneſtra conaretur: ſagitta capiti infixa occubuit. Ancilla quoq; domeſtica, eadem hora ab iis, qui ædes inuaſerant, interfecta eſt. Edictum poſtea eſt decreto Dominii: & per preconem publice denūtiatum: ne quis in Sancto Marco (huic enim Apoſtolo dicatum eſt monaſterii Ferrarienſis templum) remaneret: propoſita capitis pœna, & proſcriptione bonorum: ſi quis parere contempſiſſet. Exierunt cōtinuo ciues multi & quidem nobiliſſimi: ex quibus pleriq; hactenus latent. Tandem data eſt prouintia quibuſdam a Dominio: vt oppugnarent monaſterium: & Hieronymum vinctum in palatium perducerent. Quod octaua hora noctis, haud ſane facile, factum eſt: repugnantibus viriliter intus fratribus, qui vltra centum erāt, & armis bene inſtructi. Sex interfecti in eo tumultu dicuntur: laici quattuor, fratres duo: vulnerati ad mortem ad quadraginta. Ductus itaq; cum duobus fratribus, Dominico videlicet & Silueſtro in palatium diligenti cuſtodia: heri in eculeum cum eiſdem ſublatus eſt. Per oīa benedictus Deus. Vale. Florētiæ. Die. xi. Aprilis. Mcccclxxxxviii.

Iacobo nouitio Sancti Michaelis Murani. LXIX.

g Ratas tibi fuiſſe litteras meas: nihil dubito: quas facile animaduertere potuiſti, paterno affectu fuiſſe conſcriptas. Ego autem plurimum lætor, ob tuam in ſcō propoſito perſeuerātiam. Et probo, q cellulæ delecteris ſeceſſu: q grata ſint tibi nocturna ſilentia. Nihil enim monacho, & præſertim nouitio, cōuenientius: quam ſuperfluos & inutiles deuitare ſermones: quibus & mens cœleſtibus intenta diſtrahitur: & animus ab arrepto ſeueriore inſtituto reuocatur. Ad indicandam taciturnitatis grauitatem atq; vtilitatem: ait propheta in pſalmo. Obmutui: & humiliatus ſum: & ſilui a bonis. Bene itaq; facis & tu: quod poſueris cuſtodiam ori tuo: & oſtium circunſtantiæ labiis tuis: ne declines cor tuum in verba malitiæ. Hoc inſuper ætatem tuam decet teneriorem: vt promptior ſis ad audiendum: tardior ad loquendum. Scriptum eſt enim. Adoleſcēs loquere vix in cauſa tua: & ſi bis interrogatus fueris: habeat caput reſponſum tuum. Cæterum feres æquo animo deſyderium præceptoris tui. Nam licet eo præuio ac duce ſequi tutius potueris ad brauium immortalis vitæ: deeſſe tamen iſthic & alios nequaquam puto, quos imiteris: quorum doctrina & eruditione pficias. Traduci oportuit Bernardinum tuum in aliud Angelicum monaſterium: vt laxiori vite indulgentes monachos ad arctiorem regulæ obſeruationē īſtitueret: & domum, inter cæteras noſtras nobiliſſimam, & verbo & exēplo ſpūali ſtructura reædificaret. Satiſfacit

tiſſicit optime demandato ſibi muneri:& accæptam prouintiam,magna dome ſticorum monachorum, magna ſe adeuntium ſæcularium exequitur gratia.Spe/ ro illum,vbi ſolidiora iecerit fundamenta vitæ regularis,rediturum ad vos ma/ gno cum fœnore laborum ſuorum:nec te ſubituram pœnitentiam:q̃ aliquandiu abſuerit.Vale.Ex Fonte bono.Die.xi.Maii.Mcccclxxxxviii.

Ambroſio Abbati Sancti Michaelis Murani.LXX.

QVod coactus ſubieris adminiſtratiõis onus : quoniam ſupra vires tuas ſit : & piæ hoc mentis eſt: & de ſeipſo (vti vnumquenq; decet) humi/ liter ſentientis.Perſeuerante hoc in te animo,hac tui cognitione:non eris auditu/ rus.Si te ignoras:egredere : & abi poſt veſtigia gregum tuorum. Quin potius abundãtiorem tibi Dominus infuſurus eſt gratiam:& virtutem ac fortitudinem longe maiorem daturus:cum ſit cum humilibus conuerſatio eius.Ad quem au/ tem,inquit,reſpitiam:niſi ad pauperculum,& contritum ſpiritu,& trementē ſer/ mones meos?Benedixiſſe propterea tibi exalto cœleſtem patrem nõ dubito:fu/ turumq; te ipſius dignatione benedictum:vt mea, quam expetiſti, benedictione minime indigeas. Dari per te operam ad perficiendum templum : magnopere gaudeo.Imperfectum illud non ſine magna oblectatione animi, viderunt oculi mei.Quanto vero maiore voluptate replendum me exiſtimas:vbi ipſum vide/ ro abſolutū?Velit Dominus:vt id mihi prope diē contingat.Perge itaq;, vt cœ/ piſti:& diuino fretus præſidio intermiſſum diu opus conſumandum cura. Futu/ rum nanq; erit:vt cum domum manufactam dedicaueris altiſſimo:ipſe tibi per/ petuam atq; indeficientem elargiturus ſit manſionem.Vale.Ex Fonte bono. Die xxiii.Iunii.Mcccclxxxxviii.

Euſebio Hiſpano Monacho.LXXI.

SIgnificatum mihi dudum fuerat,antequam accæpiſſem litteras tuas:te non ſolum capitulo cõgregationis interfuiſſe:verum etiam,& quidem prudentiſſime præfuiſſe.Quamobrē nihil miror:q̃ omnia maturo cõ/ ſilio,te autore ac duce, in eo pertractata ſint:ac pacatiſſime terminata: Quodq; nihil potius tibi fuerit:q̃ in eam ire ſentētiam:quæ a me potiſſimum foret com/ probanda.Nõ es falſus opinione tua.Nam prælatorum electionem:& eius præ/ ſertim,quem ſacro iſti cœnobio præficiendum curaſti,admodum laudo. Inuitus nanq; ad id oneris aſſumptus,facile declarauit:&vacuum ambitione ſe animum gerere:& conſequenter repletum gratia ſpiritus Sancti:qui libenter requieſcit ſu per humilem & mãſuetum.Adſit illi Dominus:vt quæ placita ſunt ei,faciat ſem/ per:& ita paſtoralis curæ fungatur munere:vt cum bene adminiſtrauerit: gradū bonum acquirat.Qua profecto ſpe plurimum recreor:& ita fore diuina miſera/ tione,tecum ſentio.Nec tu illi parum adiumenti contuleris:ſi hæſerit iugiter hu/ meris tuis.Pacata iſthic eſſe omnia,vt ſcribis:gaudeo mirum in modum : & re/ gularem in omnibus vigere diſciplinam. Quo ſuum quiſq; debitum prom/ ptius exſoluerit:eo leuiorem ſarcinam ſentiet nouus Abbas:conſentientibus ca/ piti membris : & idipſum ſapientibus in Domino. In pace, inquit Apoſtolus, vocauit nos Dominus. Et re vera qui illam contemnunt : non ritu hominum, ſed ferarum more viuunt. Nam cum ſit arctiſſimum inter ſe hominum vincu/ lum, humanitas, caritas,pax : qui illam diſſociat ac ſecernit : profecto bellua/

tum immanium ſcæuitiam refert: & naturam ſuam moribus negat. Curandum eſt: vt adeo ſingulare donum Dei, & perſeueret apud vos: & augeatur indies magis: nequando permittatur, vt inimicus ille homo ſuperſeminet zizania in medio tritici. Circuit enim, quærens: quem deuoret. Magnopere item probo: decreuiſſe Abbatem, templum diu intermiſſum perficere. Ingenti videbitur decoratum venuſtate: vbi abſolutum fuerit pauimentum: quadris lapidibus & variis ſtratum. Duplici enim colore diſtincta eiuſmodi cruſta, & ornatior erit, & oculis gratior. Neq; enim is ſum: qui templorum ornatum reprehendã. Licet enim nõ ignorem: incorruptius eſſe templũ pectus humanũ: in quo eo libẽtius inhabitat Deus: quo fuerit ornatius cultiuſq; virtutibus: qd tñ obeſſe piæ ac religioſæ mẽti põt: aut leuigati marmoris nitor in manufactis templis: aut ſimulachra effigieſq; ſanctorum, auro ac gẽmis ornatæ? Conſpecto ſiquidem tẽplo peruenuſte exædificato: admonemur cogitare continuo, ineffabilẽ illum decorem ac pulchritudinẽ cœleſtis habitaculi. Aut ſi quæ ſunt in templo cordis noſtri vitiorum ſordes: contendimus ea pœnitentia dilluere: vt creſcamus in templum ſanctũ in Domino, inhabitaculum Dei, in ſpiritu Sãcto. Scimus nanq; dixiſſe Apoſtolũ. Neſcitis, qa templum Dei eſtis: & ſpũs Dei habitat in vobis? Inſiſtite igitur operi abſoluẽdæ domus Dei: vt repleta maieſtate & gloria cœleſti, dignos faciat ſe ingredientes: quibus largior benedictio infundatur. Clariſſimum ac magnificum virum, Oratorem Hiſpanum: qui tam ſingulari affectu memoriam mei ſeruat: ſaluere iubebis meo nomine: meq; ei enixiſſime cõmendabis. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxiiii. Iunii. Mcccclxxxxviii.

Petro Delphino. LXXII.

c Ontendis a me: vt contra inſtitutum meum ac profeſſionem ſcribam tibi: quæ occurrunt in Etruria, negocia ſæcularia. Nemo enim, vt noſſe te arbitror, militans Deo: implicat ſe negociis ſæcularibus: vt ei placeat, cui ſe probauit. Præterea periculi plena res eſt: iis, quæ ad ſtatum reipublicæ pertinent immiſceri. Quod tamen ſi non foret: quid quæſo ſacerdoti & monacho cum rebus prophanis? Quid acciderit vigeſima præteriti mẽſis die in agro Piſano: plenius ad vos peruiſſe q̃ ad me: nihil dubites. Nam quibus contigit fœlix euentus belli: nihil ſubtrahunt veritati rerum geſtarũ. Qui vero, aut in fugam conuerſi ſunt: aut magna ex parte trucidati cæſiq;: accæptam cladem ſi comprimere ſilentio penitus non valẽt: vel pudore ãcti extenuãt. In ſumma hoc audiui. Egreſſis ad prædam ſtratiotis, occurrerunt illis Florentinorum acies. Quæ cum inuadere prædantes cœpiſſent: ac fortiter primo concurſu decertare vtraq; pars videretur: ſimulata fuga ſtratiotæ dolo non metu retulerunt pedem: donec alii recẽtiores milites a tergo adhorirentur hoſtes. Intercæptus itaq; Florentinus exercitus a nouo præſidio, veteri adiuncto: facile fuſus fugatuſq; eſt haud exigua ſuo℞ ſtrage: cum pluribus ex iis, qui militibus præerant, tum deſyderatis, tum captis. Aliud ad hãc vſq; diem nihil accæpi: niſi q̄ magna poſtmodum celeritate declarauerunt Florentini Ducem exercitus ſui Paulum Vitelium: Qui accerſitus continuo, magnis itineribus Piſas verſus properauit. De Hieronymi ſuſpendio, ex Victore nepote minutius omnia intelliges. Rei ſeriem Paduano perſcripſi antiſtiti: & ideo eã tecum modo repetere non libuit. Nouum Francorum Regem, optime de Venetis noſtris

tis noſtris ſentire:plurimum gaudeo.Confirmabitur in hoc propoſito ab orato/ ribus:vbi eo aduenerit.Futuros enim eos arbitror & numero & merito,maieſta/ ti Regiæ cariſſimos.Tres fuiſſe deſignatos ſcribis : equites omnes & litteratos. Et triplici hoc caritatis funiculo,qui difficile rumpitur,populo ac nationi Vene/ tæ ſtrictius deuincietur.Aduentus ad vos meus:vtpote impræſentiarum minus neceſſarius:inſequentem annũ vita comite differretur. Vale.Ex Fonte bono. Die xxv.Iunii.Mcccclxxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXXIII.

q Voniam de fratre,Hieronymo inq̃ Ferrarienſe ſupiore epiſtola feci mẽ tionem:& tu nõdum accæpiſſe viſus es quo mortis ac ſupplitii genere conſumptus fuerit:paucis perſtringam,quæ a compluribus,qui miſera bili ſpectaculo interfuerant,audiui.Habita bis quæſtione, & prius per Dominiũ, & poſtmodum per delegatum a Pontifice vna cũ Generali ordinis,ad exprimen dam veritatem:quã poſt primam cõfeſſionem infitiatus fuerat:eculeo depoſitus lõge plura,q̃ prius fecerat,manifeſtaſſe facinora dicitur.Lata demum in eum,ac ſocios duos eiuſdem religionis ſententia,Dominicum videlicet de piſcia,& ſyl/ ueſtrum Florentinum:vt per cruciatum necarẽtur:pridie eius diei,quo aſcenſio/ nis Dominicæ ſolẽnitas celebratur:e palatio,vbi cuſtoditi in vinculis fuerãt,tra/ hi ad ſupplitium iuſſi ſunt.Aderat in eminentiori loco epiſcopus,indutus ſacer/ dotalibus veſtibus atq; inſignibus:aderant diuerſorum ordinum religioſi multi: aderat ſimul in platea populus confertiſſimus.Degradati in omnium oculis,tra/ diti ſunt ſtatim in laicorum manus:perlecto prius alta voce proceſſu eorum quæ perpetrauerant.Erecta erat trabs altiſſima in fori medio:circumpoſita ei ingen/ ti lignorum ſtrue.Ad eum locum,reuinctis poſt tergum manibus , & ſola amicti breui tunica ſuper nudo,per exſtructum altius tabulatum deducti penderũt in ligno:ac laqueo exanimati ſuffocatiq; ſunt.Stati vero ſingulas eis cathenas,quæ trabi erant affixæ ad collum iniecit carnifex:& ſubiecto igne,magno ſpectãtium horrore concremati ſunt.Si quidem ne capillus eorum ſuperfuit . Redacta in ci/ nerem corpora,iuſſu Dominii in Arnum Fluuium accuratiſſime demerſa ſunt: q; cœpiſſent mulierculæ rogo appropinquare:vt aſportarent vel mortui fratris cineres.Cæterum expectantibus multis:vt aliquid loqueretur ad populum:cum vltimo loco traheretur in patibulum:nec attollere oculos , nec hiſcere auſus eſt: qui tanta olim audatia prædicauerat. Hanc tantum fuiſſe vltimam eius vocem affirmant:Quod cum ab epiſcopo,qui ipſum degradauit , pronuntiari audiſſet: præciſum ſe eſſe ab eccleſia:confeſtim reſpondit:Militante.Superbum exiſtima/ tum eſt,reſponſum.Hoc quoq; non præteribo ſilentio:fuiſſe illum pẽdentem in ligno,a puerorum multitudine ſaxis impetitum:a quibus antea ſolitus erat,in tẽ plo ante prædicationis initium,hymnis & laudibus excipi.Illud quoq; animad/ uerſum eſt,præter oium,qui publice necantur,morem accidiſſe:Nullius eorum, qui aderãt,fuiſſe exauditam vocem:quæ dum Hieronymo a carnifice adimere/ tur ſpiritus,Dei miſericordiam imploraret:quãdo pro damnatis vel ob grauiſſi ma facinora,etiã altiſſimis clamoribus cœleſte auxilium tunc tẽporis conſueue/ rit a populo inuocari.Hic fuit Hieronymi Ferrarienſis & ſociorum eius exitus. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvi.Iulii.Mcccclxxxxviii.

n On fuit neceſſe:vt præpoſitum Maſſatii ad venerandū me debito reue/
rētiæ honore,pro vt ſcribis,deſtinares:anteq̃ ei cōferres abbatiā de Ro
ta:niſi ꝙ ex abundantia pietatis tuæ merita ſemper mea excedis & vota.Excæpi
hominē vultu hilari,& caritatis affectu:vtpote quē olim tibi cōmendaueram ad
idem cōſequendum beneficiū:& quem nō ignorabā clariſſimo atq; inclyto fratri
tuo eſſe cariſſimū.Spero ipſum eam habiturū adeptæ haud ignobilis abbatiæ cu
ram:vt & tuæ dignationi,& religioni ſuæ plene ſatiſfacturus ſit.Cæterū īmorta/
les tibi agimus gratias,pro reſtituto Camaldulēſi ordini mēbro.Tuum erat:& il
lud nobis dediſti:vt veri paſtoris perfunctus munere,aliis præberes exemplū:vt
diuitias mundi contemnerent:& liberalitate in ſubditos vterētur.Aſſuetus iāpri/
dem terrenas cupiditates magno & excelſo animo vincere:nō permittis , ſucce/
dentis ætatis actiones ab antiquo & vetere tuo inſtituto diſſentire.Libēter intelli
gis ſuper egenū & pauperē ordinem:tuæ protectioni cōmendatū:vt in die ma/
la liberet te Dñs.Patula manus tua,ſine intermiſſione cogitat:Beatius eſſe dare,
q̃ accipere.Impleſti opere Apoſtolicū præceptum:qui Timotheo ſcribens:Diui
tibus,inquit,huius ſæculi precipe nō ſublime ſapere:nec ſperare in īcerto diuitia/
rum,ſed in Deo viuo:qui præſtat nobis oīa abunde ad fruendū:bene agere:diui/
tes fieri in bonis operibus:facile tribuere:cōicare : theſaurizare ſibi teſtamentum
bonū in futurū:vt apprehēdāt bonā vitā. Vtinā his fragilibus bonis:quæ alii ma
gnifaciunt,tu cōtemnis:cōpares tibi firmiora:vt pro temporalibus æterna reci/
pias.Sitq; rota hæc,quā largitus es nobis,illi currui iungēda aliqñ:quo vna cum
Helia veharis in cœlum.Itaq; qñcunq; expeditæ fuerint pro Maſſatii præpoſito
litteræ,rem mihi gratiſſimam feceris.Cauſam Prioratus Cortonēſis,ſemel remi/
ſi iudicio ac ſententiæ tuæ.A me nihil aliud innouabitur:niſi prius tecum cōgreſ/
ſurus fuero.Vale.Ex Fonte bono.Die.xv.Iulii.Mcccclxxxviii.

Venturæ Vicario Congregationis.LXXV.

d Olebis,cum legeris:nec poteris ſiccis oculis excipe acerbiſſimū caſum
Venērabilis fratris noſtri,& vtriuſq; noſtrū amantiſſimi : Abbatis olim
Sancti Andreæ de Candiculis:Qui longe ſecus extremū vitæ ſuæ diem clauſit:q̃
eius videbantur merita poſtulare . Niſi ꝙ ſicut æterna lege vnus introitus nobis
ad vitam datus eſt:ita ediuerſo exitus multiplex.Domeſticis inſidiis periit:& ne/
fando atq; crudeli mortis genere.Dederat ad me duodecima huius menſis lr̃as,
humanitatis plenas.Sequēti die miſſam celebrauit:cōfeſſus diligentiſſime (ſicut
heri mihi cōfeſſor eius retulit)quotquot per oēm vitam peccata admiſerat:quaſi
futuri mali præſaga mens fuerit.Poſtmodū per dies quattuor a nemine viſus eſt.
Siquidē adhuc eo viuente & incolumi,monachus eius alpes tranſierat:& relictus
cū eo tantum erat adoleſcētulus domeſticus vna cum patre.qui filium viſitatum
venerat.Hunc poſtridie illius diei,quo ſacrificiū obtulerat, nōnulli viderunt:mu
læ ipſius abbatis inſidentem,& ſarcinulis onuſtum,cōcito gradu equitare.Cū au/
tem miſſaꝝ celebratio,præſertim occurrēte die Dñica,præter morē loci ītermiſ/
ſa fuiſſet:mirātibus vicinis,atq; ignorātibus,quo nam ſe cōtuliſſet Abbas:quinto
poſt die īgreſſi quidā de populo & colonis eius monaſteriū,perſcrutari cœperūt

diligentiſſime

diligentiſſime,ac perquirere hominẽ.Tandẽ aperto oſtiolo cuiuſdã receſſus: qui eſt in ingreſſu tẽpli ad dexterã: vbi reponi ea conſueuerãt,quibus ad apparatũ :& ornatum tẽpli in die feſto ſuo vtebatur: defoſſum humi cadauer,& quidẽ iam fe/tens,q̃m quatriduanũ eſſet,repertũ eſt.Qui enim perpetrauerant ſcelus: vt citius ſe inde proriperẽt: vix tenui puluere,& ſiccis arborꝝ ramis,illud operuerãt. Tum vero patefacto ſacrilegio,accuratius peruestigãtes,inuenerunt pauimẽtũ domus pluribus in locis cruore cõſperſum:& ſub defuncti lectulo ſecurim tinctã ſangui/ne: parietẽ quoq; veſtigiis palmæ cruentatũ.Hic fuit Petri Abbatis, viri ſane ꝓ/bi,& de noſtro ordine bene meriti,exitus miſerabilis:& cunctis fere inopinatus: Qui tanq̃ a torrente aqua raptus nobis eſt.Hoc oẽs factum fuiſſe affirmant:ob vulgatam de illo (vt ipſe quoq; nõ ignoras) opinionẽ: ꝙ magnum haberet pe/cuniæ theſaurũ,apud ſe reconditũ: cum fuiſſet ſemper victu parcus:& ad augen/dam rẽ familiã ſolicitus.Theſaurizauit:& hñs repoſita multa bona in annos plu/rimos,ignorauit,cui congregaſſet ea.Beata ſane paupertas.Si nihil habueris: qđ cum magno iſidiãtium emolumẽto tibi eripi valeat:& domi,& foris tutus eris. Nudum enim latrunculi trãſmittunt:& in obſeſſa etiam via,pauperi pax eſt. De/niq; cantabit vacuus coram latrone viator. Vale: & orari iube pro requie amiſſi fratris.Ex Fonte bono.Die.xxi.Iulii.Mccccl xxxx viii.

Bernardino Priori Angelorum.LXXVI.

s I cõualuiſti de infirmitate,bene eſt: ego quoq; valeo.Nudius tertius ve/ſperi huc peruenimus incolumes: tui affecti deſyderio: quẽ iacentẽ reli/queramus domi.Erigat te Dñs ſua clæmentia: vt cum redierimus,occurras no/bis: recæpta penitus ſanitate.Ruſticamur hic modo apud Sãctum Martinũ:& re fert nobis locus iſte,ſemotus a laicoꝝ ſtrepitu ac tumultu,ſolitudinẽ illam nr̃am Camaldulenſem: Quã citius repetere,& lõgior abſentia,& inquietiora tempora, nos hortãtur.Cæterũ oblectauit me plurimũ hic receſſus: non ſolũ q̃m officioſiſ/ſime ab Andrea Priore excæpti ſumus: verũ ẽt,& longe quidẽ magis: ꝙ & reno/uatum per venuſte tẽplum:& dimidiã clauſtri partem ædificatã inuenimus.Mo/litur magna Zacheus iſte:& ſtatura puſillus,ad altiora cõtẽdit.Dignus re vera cõ mendatione: ꝙ præter multoꝝ beneficiis præſidentiũ,imo beneficia diſſipantiũ, morem: ingens ab anteceſſoribus ſuis æs alienũ cõflatum diſſoluit: poſſeſſiones ac redditus auxit: ſtructuras nouas magnifice erexit.Indigebat hoc cœnobiolum huiuſmodi gubernatore ac reformatore.Niſi enim ruinã minãti ſuppoſuiſſet hu/meros: ſtare nimirũ diutius non potuiſſet.Et cõfido in Dño: per huius iduſtriam & fidem (ſic eſt animatus ad perficiendũ opus) intra paucos annos totũ ex inte/gro ædificatũ iri: vt i his regionibus futura ſit,ac magno præconio per celebran da memoria eius,in generationibus ſæculoꝝ.Biduũ adhuc loco imorabimur: vt plenius a curis animũ relaxemus.Proficiſcemur hinc poſtmodum,vt redeamus Venetias: trãſituri nihilominus Taruiſio: vt ſanctimoniales noſtras Sãctæ Chri/ſtinæ,poſt tot annoꝝ curriculũ paterno affectu viſitemus,& matrẽ imprimis mo naſterii,longæuã admodũ,& captam oculis præ ſenectute.Vtinã in reditu reuer/terit ex Etruria converſus noſter,qui ſignificet: factã mihi reuiſendæ pro arbitrio familiæ,poteſtatẽ.Cedã loco,& ſuſpitionibus pariter: ex quo in libera ciuitate li/

berum mihi non licuit apud quoſdam proferre ſermonem. Valitudinem tuã cu/
ra q̃ diligentiſſime: & ſaluta familiam iſtam meo nomine. Ex monaſterio Sancti
Martini prope oppitergium. Die. vii. Septembris. Mcccclxxxxviii.

Antonio Monacho noſtro. LXXVII.

d Olui valde ſuper obitu filii noſtri Romualdi, fratris tui. Nã & fidelis mi
hi ſemper extitit: & eam per multos annos in noſtra Eremo vitã duxit:
vt merito ſui deſyderiũ nobis reliquerit. Vtebamur frequẽter eius opera, tum do
mi, tum foris: qm̃ & obtemperabat libẽter, præcipiẽtibus: & laborẽ minime de/
trectabat. Vltimũ hoc iter, quo nos Rauẽnam vſq; deduxit: q̃ intrepidus, q̃ lætus
confecit? Redditã ei modo nõ dubito mercedẽ laboꝝ ſuoꝝ: & deductũ via mira/
bili ad ĩmortalitatẽ, atq; ad diuinũ illum animoꝝ ac ſpirituũ cõſeſſum: vbi ſem/
piterna fructur beatitudine. Tu quoq; eius gloriæ cõgaudeas: & ſic agas: vt cũ te
euocandum duxerit Dñs: ipſum ſubſequi tutus poſſis. Ea enim lege in hunc mũ/
dum ĩtrauimus: vt qñq; nobis exeundũ ſit. Et non facile peccat, ac deturpatur vi
tiis: qui frequẽter nouiſſimoꝝ meminerit: & ſemper ſe cogitat eſſe moriturũ. Va/
le. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xv. Septembris. Mcccclxxxxviii.

Dominico Mauroceno Procuratori Sancti Michaelis Mura. LXXVIII.

q Vo die remiſiſti ad me libellũ noſtrum, contra Hieronymi errorẽ nup
a nobis æditũ: reſpondere non potui grauiſſimis lr̃is tuis. Nam primis
iam tenebris allatæ ſunt ad me: & ſequẽti die nauiculã ſummo mane cõſcendi: vt
ad colẽdiſſimum mihi patauinũ Ep̃m viſitandũ, & ad nonnulla etiam loca ordi
nis, in agro eodẽ ſita, me cõferrem. Reuerſus heri Venetias, paucis tuæ magnitu/
dini rñdendum duxi. Et primũ quidẽ tibi gratias ago: ꝙ tum priuatis, tum publi
cis diſtentus curis, dediſti tñ operã: vt & totum libellũ, & accurate quidem, perle/
geris. Nam vix mihi id pſuaſerã fore: hoc præſertim tẽpore: qñ quotidiano tuo ĩ
Senatum acceſſu, vel inuitũ te ab illius lectione auertendũ putauerã. Viciſti tu ni/
mirum in hoc te ipſum: ꝙ & octogenarius & occupatiſſimus, mei gr̃a, quẽ dili/
gis, non es territus labore ac faſtidio perlegẽdi opuſculi. Supaſti opinionẽ meã: a
quo tñ fueras facile excuſandus: ſi vel partẽ tm̃ eius percurriſſes. Huc accedit: ꝙ
vt cumulatius te mihi morẽ geſſiſſe cognoſcerẽ: ſcripſiſti prolixius tuã ſuper eo
ſniam. Probas enim illũ, maiorem in modũ: ꝙ variis ſcripturarũ ſanctarum teſti
moniis, errores illos accurate cõfutauerim: ꝙq; ſeruato in ea editione decoro, nõ
defuerit & ſniarum grauitas, & orationis nitor: ꝙ nihil vtilius Etruriæ, huiuſmo/
di erroris morbo infectæ, ædere potuerim. Ego eius viri iudiciũ improbare nul/
lo pacto auſim: quẽ a tenero ad hanc vſq; ætatẽ invariis diſciplinis ſtudioſiſſime
verſatum ſcio: atq; in iis mirifice profeciſſe. Hoc tm̃ dixerim: placere tibi ſui me
rito potuiſſe, collecta ad propoſitã materiã ex diuinis eloquiis teſtimonia. In reli/
quis ſileo: quoniam mihi ſemper minus probantur, quæ ſcribo. Si quid tamen ſe
cus mihi in eo libello conficiẽdo, pro vt ipſe teſtaris, euenit: ei penitus totum tri/
bue: qui aperit ora mutorum: & linguas infantium facit diſertas. Vtinam autem
ea prouintia, quã hoc venenũ corrupat, omni prorſus cõtagione eluatur: & riuuli
huius noſtri infuſione purgetur. Et ſicut pia mente id laboris ſuſcæpimus: ita mi
nime irritus atq; inanis futurus ſit Dei benignitate: ne amplius miſeros eadẽ ce/

citas

ritas premat:ne ve longe poſiti ab intellectu rerũ diuinarũ diutius in tenebris ac morte verſentur. Hæc demũ ſit futura merces mea apud eos: de quibus me optime exiſtimas meruiſſe. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxv. Septembris. Mcccclxxxxviii.

Antonio Abbati Roſæ Doctori. LXXIX.

q Veſtus eſt mecum per litteras colẽdiſſimus Protector noſter, q̃ occaſione beneficiorũ, quibus olim præfuerat Prior Antonius: & quæ per ſenioris mortem vacantia, vterq; veſtrum conferẽda curauerat: tot in eũ tu (ita.n. ſcribit) in furorem verſus euomueris: vt aliqñ non ſine admiratione & moleſtia ſimul, ea intellecturus ſim. Ego quidẽ nunq̃ de te huiuſmodi credidiſſem: niſi accederet tanti patris ac Domini aſſeueratio. Expertus ſum te ſemper, in annuo ferre congreſſu noſtro, & ſingularis erga maiores tuos pietatis, & ĩnatæ modeſtiæ. Quo fit: vt mirari ſatis nõ poſſim, præter oẽm expectationẽ atq; opinionẽ meã excanduiſſe te vehementius: & probris ẽt affeciſſe, Cardinalẽ tanti nois: ac totius noſtri ordinis protectorẽ. Cũ enim ſis iuris peritus: & alios publice doceas: ignorare te nequaq̃ puto: in lege quid ſcriptum ſit. Principẽ populi tui nõ maledicas. Legiſſe te quoq; non dubito: hiatu terræ olim Chore Datan & Abiron, fuiſſe abſortos: quoniam aduerſus Aaron ceruicem ſuã extuliſſent: & cõtumeliis atq; iniuriis Summum ſacerdotem exacerbaſſent. Cõmotus ſum iccirco grauiter: & dolui plurimum: prouocatũ abs te fuiſſe criminationibus Dñm pientiſſimũ: Quẽ nimirum tanti facio: vt ſi me in vnam maxillam percuteret, præberem ei & alterã: ne dum ſuperbe tumore atq; audacia in caput noſtræ religionis minime inſurgerem. Hortor itaq; te: ac etiã ex officio admoneo: vt memor dignitatis eius: quẽ prouocaſti cõuitiis: ei pro tua ſolita humilitate ac reuerentia ſatiſfacias. Admiſſurum profecto ipſum non dubito pro ſua clæmẽtia pœnitentiam tuam: cui, q̃tum expertus ſum, proprium fuit miſereri ſemper & parcere. Mihi quoq; rem gratiſſimam feceris. Vale. Florentiæ. Die. xvii. Decembris. Mcccclxxxxviii.

Protonotario de Bentiuolis. LXXX.

m Emor ſingularis humanitatis tuæ: quã pauloante bis te allocutus Bononiæ, expertus ſum: cõmendandũ duxi Angelorũ negocium dignationi tuæ. Reformare monaſteria in regularẽ vitam: opus piorũ eſt. Hoc religioſa mater tua ſtudioſe contendit. Hoc tu, ab ea nihil degenerãs, æmulari cœpiſti. Si itro duxeris in Angelorũ cœnobium, probatæ vitæ monachos: erunt continui precatores tui: & aucto ibidẽ diuino cultu, gratiam & gloriã apud Deum & hoies conſequeris. Ait enim diuina ſcriptura. Qui honorificauerit me: glorificabo eũ: Qui aũt contempſerint me: erunt ignobiles. Perge itaq; opus abſoluere: quod aggreſſus es: qñ nihil eo inſignius, nihil præſtãtius, nihil Bentiuola domo dignius, aggredi potueris. Et ego propterea vna cum vniuerſo Camaldulenſi ordine, obnoxius ero in ppetuũ tuæ pietati. Vale. Florẽtiæ. Die. xxx. Decẽbris. Mcccclxxxxviii.

Euſebio Hiſpano Monacho. LXXXI.

i Ndoluiſſe te vicem noſtrã: q̃ direpta fuerint a militibus Camalduli bona: nihil dubito. Ita enim exigit caritas filii in parentẽ. Ego vero profeſſionis meæ haud ĩmemor, qui ſemel votum voui Deo Iacob, vt pauper viuerẽ: hac tanta clade accæpta, egi gratias diuinæ pietati. Tantũ iccirco doleo, q̃ fami-

ſiam a me educatam,in diſperſionem ituram video:& alimēta, quibus pauperes atq; hoſpites ſubſtentabātur,facta eſſe militū prædam.Quo Dei iudicio iſta eue/nerint:intelligere plane nō poſſumus.Iudicia enim illius,abyſſus multa. Mortifi/cat quē vult,& viuificat:deducit ad īferos,& reducit: Quæ ſane multū me recreat ac reficit ſpes.Nō enim in perpetuū iraſcetur:neq; in æternū cōminabitur : cuius miſericordia plena eſt terra.Itaq; bono vt ſuades,animo ſum:illud mecū frequē ter reputans.Si bona ſuſcæpimus de manu Dñi:mala aūt quare nō ſuſtineamus? Cæterū longe amplius dolendā hoſtiū ſtragem exiſtimo. Si quidē tertiadecima huius mēſis die,adorti expugnare Camaldulū,vnde ego pridie diſceſſeram:non modo nō incruēto milite veſperi inde diſceſſerūt:verum ēt interfectis multis,ac vulneratis longe plurimis.Nā ad quadraginta & eo amplius bellatorum cæſi di cuntur:vltra vero bis centū cōfecti vulneribus.Et hoc pro miraculo habitum ēt ꝙ cū multa milia tum equitū tum peditū,acriter Camaldulū īpugnarēt:ac circū/fuſi vndiq; miſſilibus agerēt:pñte Duce Vrbīate,& aliis ſūmis viris:ne vnus qdē ex iis,q monaſteriū tuebāt̄,ſauciatus ſit.Creditū nimiꝝ ē:affuiſſe cœleſte numē: cuius ductu auſpitioq; factū ſit:vt contempta religiōe ac pietate fœdiſſimo euētu hoſtes pugnauerint:noſtri vero integri oēs prœlio exceſſerint.Retulit mihi Arre tinus Abbas,qui dimicationi interfuit:tantū fuiſſe oībus ardorē animi ad ꝓpul/ſandum hoſtē:vt parati eſſent magis mortē oppetere,q̃ de ſeſe turpiter dedere. Deniq; huius rei fama Florentiā perlata,ingens fuit omniū lætitia & gratulatio defenſæ fœliciter Camaldulēſis libertatis.Miſeratus caſum,egi primū Deo gra/tias:ꝙ a tam nefando ſpectaculo auertiſſet oculos meos.Deinde mādaui per lit/teras eremitis nřis:vt pro deſy deratis in ea pugna exorarent:& ſolēnes illis exe/quias perſoluerent.Quod & nos hic fecimus.Quid futuꝝ ſit poſt hac de Camal dulo:ignoramus.Niſi ꝙ de magnis piculis a Deo liberati magnifice noſtri oēs: diuinæ ſimul humanæq; ſpei pleni vidētur.Scripſerā haud ſemel Magnificis le/gatis Venetis,ſcripſerā & illuſtri Duci Vrbinati:deprecās impēſius,vt arcerēt co pias ſuas ab oppugnatione Camalduli.Verū nihil ſcribendo profeci? Inuitum tñ audio,tam prouintiā Vrbinatē principē accæpiſſe:& reuerſum domū iureiuran/do pollicitū fuiſſe Deo:ſe nunq̃ amplius monaſteria ac pia loca bello aggreſſuꝝ: præſertim cum & ipſe in eo certamine ictus ſagitta fuerit in crure.Debeo re vera plurimū Duci piiſſimo:tum ꝙ diſſuadere conatus eſt aliis : ne oppugnatum irēt Camaldulū:tum vero,ꝙ apud Muſoleam nřam tanta moderatione tāta religio/ne ſe hactenus gerit:vt ſuis oībus arctiſſimo edicto imperauerit : ne quid, qd ad Camaldulū pertineat,auſu temerario cōtingerent.Veꝝ de hoc ſatis.Orabis inte/rea,cū Abbate & familia omni:vt muro ſuo inexpugnabili circūcingat nos Do/minus:& armis ſuæ potentiæ protegat nos ſemper.Vale.Florentiæ.Die.xx. No/uembris.Mcccclxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXXXII.

c Vm alio nemine libētius cōico curas meas,q̃ tecum:qñ alium non ha/beo,cui cōfidam magis,& quē pluris faciam.Significandū itaq; duxi ti/bi:quid mihi acciderit:ex quo nouiſſime tecum Paduæ cōgreſſus ſum: aut ſaltem ex quo Venetiis profectus,Camaldulum redii.Perlecta malorum,quæ paſſus ſum ſerie:dolebis Camalduli vexatiōibus:& ipſius miſeraberis vices.Scri

bam aūt

bam autem minutius omnia:quo & rem ītegram noueris,& ego diutius loquar tecū:præſertim cum in reditu meo nō inuenerim te Paduæ:& fraudatus ſim tuo grauiſſimo dulciſſimoq; colloquio. Quo factū eſt:vt reliquū itineris,alioqn proſperum ſatis,triſtior peregerim. Fuiſſe quaſi præſagiū futuræ calamitatis & portentum maloꝝ,quæ mihi incumbebant,exiſtimari tunc merito potuit:cum arreꝓ ſtatim itinere priuatum me ſenſi pñtiæ tuæ cōſpectu atq; ſermone:quo ſane tanq̄ viatico Camaldulū vſq;,reficiendum me ac recreandū ſperaueram. Nō ſum ꝓpterea Paduæ īmoratus:ꝙ in paradiſo eē nollem,abſente Dño. Sequēti die ad monaſterium Carcerū:inde ad abbatiam Politinii:poſtea Ferrariā perueni. Vbi non præteribo ſilentio,humanitatē benignitatemq; clariſſimi viri,ac vtriuſq; noſtrum amantiſſimi,Bernardi Bembi:ibidē Vicedñi fungentis munere. Is enī vbi primum me nouit Ferrariā aduenîſſe:cōuenit me continuo in hoſpitiū,ad quod diuerteram:mecūq; de multis,ac de te præſertim,per duas ferme horas longum protraxit ſermonē. Fuit mihi gratiſſima eruditiſſimi viri cōfabulatio. Sed deeras tu nimirū:quo funiculus triplex,qui difficile rūpitur,ſtrictius cōnecteretur. Viſus tñ eſt mihi,nō tam Vicedñs,q̄ Viceeps:vt quaſi pro te ſuā mihi exhibuiſſet præſentiam:quod pauloante Paduæ amiſerā,Ferrariæ cōpēſarem. Biduo poſt mane Bononiam ingreſſus:a Priore Sācti Damiani noſtri ordinis officioſiſſime exceptus ſum:ꝙ per quindecim retro annos Bononiā non vidiſſem. Septē ibidē neceſſario peregi dies. Viſitare ſiquidē me accurate oportuit monialiū noſtrarū Sanctæ Chriſtinæ cœnobium:quod per occaſionē defunctæ per eos dies Abbatiſſæ:quæ laxiori vitæ indulſerat:vt in vitā regularem reformādum curarem: & prius Venetiis per lr̄as,& poſtmodū Bononiæ coram Magnifica & pia Dña Geneura Bentiuola,impēſius me fuerat deprecata. Laborioſum ſane opus: & difficultatis atq; cōtradictionis plenum. Conſultū eſt tñ loco pro tēpore: & iacta ſunt futuræ in eo melioris vitæ fundamēta. Pridie aūt eius diei,quo inde eram profecturus: venit ad me nūtius ex Camaldulo,cum lr̄is Vicarii noſtri:quibus vrgebar ad maturādum reditum. Infeſtā ſiquidem eſſe militibus regionē:& occupari cœpiſſe ab exercitu Veneto Caſentinatē agrum. Defeciſſe iam a Florentinis cōplura caſtella vicoſq;:& Bibiennam præcipue,oppidum haud cōtemnendum. Cōueniſſe ſe nihilominus cū Secretario Veneto:ne vlla Camalduleſi familiæ inferret vis. Quin ēt datam fuiſſe Camaldulēſibus poteſtatē eundi & redeūdi,quocunq; voluiſſent. Poſtera die inde me ꝓripui diluculo:& q̄ maximis potui itineribus,ꝑ loca antea mihi inuiſa & incognita,per difficiles trāſitus,per deuios anfractus,die ſolēni Sanctorum omniū (ita me vrgente neceſſitate,ne ab equitatione in tanta celebritate abſtinerē) pueni in fontem bonū:comitātibus me armatis cōpluribus,ne ſpoliaremur in via. Ingreſſus domū,miratus ſum ac miſeratus pariter multitudinē maximam promiſcui ſexus & ætatis:qui eo tanq̄ in aſylum & domū refugii,ſeſe cū rebus ſuis contulerant. Exceptus ſum ab oībus magno gaudio,maiore ēt ſpe:ꝙ arbitrarētur inuenturū me facile grām patriæ cauſa,in oculis eorū, qui exercitui præerant:tum ad arcendos a Fonte bono hoſtes,ac tuto apud eū depoſita conſeruanda,tum ad redimendos captiuos. Cæterū fraudati ſunt cito opinione ſua. Nā ſequenti die,cum per lr̄as gratias egiſſem Secretario,ob ſeruatā eouſq; (q̄tū per

tum licuerat) rex nrax indénitaté:anteq̃ litteræ ad illũ allatæ fuiſſent:nũtius mihi affertur eadẽ hora occupatã fuiſſe Muſoleã noſtrã,quam ego a fundamẽtis domum extruxerã,a Carolo Vrſino cũ equitibus centũ:factumq́ꝫ fuiſſe atrium inferius,cũ cubiculis quattuor,ac cela vinaria,ſtabulũ iumentorꝫ.Aegre tuli illatã mihi iniuriã:ꝙ cum alias cõplures domos,tum meas tum agricolarũ meorum occupaſſent:non reliqſſent mihi iuxta datã ſemel familiæ nr̃æ fidẽ,vel Muſoleã ſolam:qũ in ea totius fere anni victus erat repoſitus:frumentũ videlicet & vinum atq́ꝫ alia neceſſaria.Scripſi ego iterꝫ Secretario:mirari me,ꝙ promiſſis nõ ſteterit:ꝙ data fuiſſent in prædã militibus alimẽta monachorꝫ.Expoſtulaui cum eo: vt fidem ſeruaret:nec me meoſq́ꝫ in futurũ cogeret mendicare:qui fodere nõ valerem:ac mẽdicare erubeſcerẽ.Eodẽ die,quo iſta gerebantur,adiit me nuntius alter,dicens.Miſſum ſe a Carolo Vrſino:qui mihi iuberet:vt intra ſpatiũ horarum quattuor,ipſum apud Muſoleã cõuenirem:quæ a Camaldulo quattuor diſtat milibus paſſuũ.Dedi tertio ad Secretariũ lr̃as:huius adeo præcipitis citationis illũ admonens:quæ mihi meiſq́ꝫ foret ſuſpecta.Si mihi tñ ipſe liberam veniendi ac redeundi ptãtem ſcripto firmatã deſtinaſſet:venturũ me cõtinuo.Rediit nuntius ſequenti die:& requiſitã a Secretario fidem,verbo tñ non ẽt ſcripto retulit.Non fuiſſe ei cõmodum ſcribere:irẽ ſecurus atq́ꝫ intrepidus.Nullam mihi inferendam vim.Fracta pauloante ſemel fide,non fuit conſiliũ verbis tantũ credere:ita præſertim ſuadente familia:ne forte a Carolo inuitus detinerer:nec ſinerer pro arbitrio reuerti domum.Quod poſtea futurũ fuiſſe:ex cõſequentibus facile coniicitur.Itaq́ꝫ renũtiaret Secretario:me alias non eſſe venturũ.At ille intulit. Et hoc tibi eorum nomine,qui copiis Venetis præſunt ſignifico: velle ſe oĩno milites ſuos mittere ad cuſtodiã Fontis boni.Rñdi ego:non poſſe me illis morẽ gerere.Siquidẽ ictum inter Florentinos,quibus cõmendati ſumus,& Camaldulenſem Eremũ fœdus expoſceret:vt belli tẽpore ad eos tãtum ptineret ſi voluiſſent ſuo milite locũ noſtrũ tueri.Quod tñ legati Florentinorꝫ, rogatu Vicarii noſtri,qui illis erat notiſſimus,ne grauaretur monaſteriũ,nondũ feciſſent.Precari me: vt excuſationẽ meam admitterent:quæ plena foret iuſtitiæ:ne proditoris ac ruptoris fœderũ,quæ ſancta eſſe oĩbus debent,ſubirẽ notam.Diſcedente illo,vbi ad legatorꝫ Florentinorꝫ aures perlatũ eſt:deſtinaſſe exercitũ hoſtiũ conſtituere militẽ in Fonte bono:tum vero nocte in ſequẽti:cum eſſem ego in choro cũ fratribus,miſerunt Camaldulũ pedites centũ armatos,cum cẽturione:quos reiicere nec debui,nec potui. Mane facto cũ ad miſſarũ ſolẽnia conueniſſem:reuerſus eſt demũ nuntius cũ lr̃is ſecretarii:quibus mihi ptãs fiebat conueniendi ipſius tuto ac libere.Cui ego.Tarde,inq̃,veniſti.Nam & Florẽtini monaſterium ſuo iure militibus munierũt:& ne me ad Secretariũ cõferã lr̃is diſſuaſerunt.Non poſſe me duobus Dñis ſeruire. Si obſtricta ex cõuẽtione fuiſſet Venetis Camaldulẽſium fides,ſicut Florẽtinis nunc eſt:ne vnũ quidem reperiendum:qui eã ſolueret.Cõtenti eẽnt non me cogere ad id:quod ab honeſto videretur alienũ.In hãc ſn̄iam ſcripſi ego ad ſecretarium.Poſtea vero q̃ vulgatũ eſt factũ admiſiſſe Camaldulũ milites Florentinos:tũc primũ minari cœperũt monachis noſtris,qui Bibiẽnæ & apud Muſoleam erant,vẽturos ſe paulopoſt Camaldulum:

maldulum:& ſtructuram oẽm demoliturос:nullamq; ſe habituros poſt hac rerũ Eremi rõnem. Hoc ad me delato dedi eadem die lr̃as, tum ad legatos Venetos, qui nõdum Bibiẽnam venerãt:tum ad Illuſtriſſimum Dñium noſtrum. Quibus deſcripto ſeriatim negocio, & me & familiam & facultates noſtras humiliter cõmendabam. Ne qñ (quod auerteret Dñs) dici poſſet:præſidente Generali Veneto Camaldulenſi ordini, Camaldulũ a Venetorũ exercitu fuiſſe euerſum. Et quidẽ a legatis, quinto poſt die, gratas accæpi litteras:quibus ſignificabãt:non eſſe ſuæ mentis, vt vel inimicorũ deuaſtarẽtur eccleſiæ:longe minus, vt noſtra. Scriptu/ros ſe ad ſecretariũ:vt curæ illi eſſent, quæcunq; ad me pertinerent. Quod & factum eſt. Nã paucis poſt diebus, iuſſit Carolus Vrſinus ſuis:qui apud Muſoleã ſtationem habebãt:ne quid ex horreo noſtro tritici amplius exportarẽt:q̃uis iã bona ex parte conſumptũ fuiſſet. A dominio interea nihil potuit impetrari:q̧ a Secretario præmonitũ foret, me Florentinis fauere. Quod facile creditum eſt. Cæterum cedente Muſolea invſus militum:permiſſum fuerat a principio monachis noſtris, qui tuebantur domũ, cubiculũ noſtrũ tãtum:in quo oẽm ſuppellectilem in aceruum cõgeſtã ſeruarent. Perſeuerantes aũt milites, iniuriis monachos nr̃os afficere:& nũc hoc nũc illud (vti cõſueuit eiuſmodi hoĩum genus) de rebus nr̃is furti ſubripe:ẽt minas adiecerunt:ſi qs auſus fuiſſet hiſcere. Quo audito, territus vnus ex noſtris noctu per feneſtrã clam fune demiſſus, Camaldulũ aufugit. Hoc vbi mane ĩnotuit:ſcæuierunt in reliquos monachos, tanq̃ in latrones:& aſportata oĩ ſuppellectili, quæ fuerat repoſita in cubiculo:cætera, quæ in domo illa erãt, ſua fecerunt. Erat inter eos miles quidã rectus, ac timens Deũ:qui non conſenſerat, vt dirriperẽtur religioſorum bona:Cõteſtatus ſæpius per eos dies monachis noſtris:maluiſſe ſe collocari ſub aliqua laicoꝝ tegete, aut in aliqua q̃tuncunq; humili caſa:q̃ incõmodiſſima ac ſpatioſa monachorũ domo. Is rogatus ab vno ex Eremitis, qui ibidẽ aderant, reſtituit illi calicẽ & cãdelabra ac reliqua omnia:quæ ad ſacellũ noſtrũ pertinebant. Quibus oneratus rebus, ad me rediit. Siquidẽ præter fabros murarios, oẽs monachos & cõuerſos eiecerant. Occupata itaq; a militibus domo & direptis bonis:haud ita multo poſt ſuperatis alpibus legati Veneti in Caſentinatẽ agrũ vna cum Duce Vrbinate, ac Petro Medice deſcẽderunt. Miſi cõtinuo ad eos binas lr̃as per domeſticos duos:vnas Duci, cuius illuſtris pater optime mihi cognitus, ac de me olim meritus fuerat:Alteras legatis : deprecans atq; obteſtans per Deũ:vt qñ facta eſſet rapina omniũ fere bonorũ meorũ, ac prædioꝝ deuaſtatio:ſaltẽ auerterent a Camaldulo acies ſuas:Idq; mihi non tã patriæ gr̃a, q̃ pietatis ac religionis preſtarẽt. Benigne rñdit Princeps Vrbinas:durius legati:q̧ mirarẽtur, me Venetũ opitulari patriæ hoſtibus:& fauores nihilominus ab eis expoſcere. Nequaq̃ ſic fore. Et cũ dixiſſent nr̃i:teneri Generalem ex pacto antiquiſſimo, ſeruare Florẽtinis fidẽ:Nos quoq;, rñderunt, eandem Dominio noſtro ſeruabimus. Retẽto vno ex iis, quos miſerã:qui prudẽtior videbatur: alter dimiſſus eſt. Hoc ego accæpto nuntio (duodecima erat p̃teriti mẽſis dies) ſuaſu atq; hortatu familiæ:quæ me potiſſimũ ſaluum cupiebat:ſterni iuſſeram iumenta:vt inde Florentiã me reciperẽ. Cum in eo eſſem, vt iumentũ cõſcenderẽ: certa de cauſa mutaui cõſiliũ:vt non eo die ex Fonte bono diſcederẽ. Sed noluit

pius Dominus:vt poſterius conſilium Priori anteferrẽm:ne intuitu crudelis ſpe
ctaculi,ac tormentoꝝ ſonitu fœdarẽtur ſenſus mei.Nam elapſo vix horarũ dua/
rum ſpatio:ſignificauit mihi per internũtiũ miles ille,qui eremitæ ſacelli nr̄i ap/
paratum reddiderat:alter (vti credo) Cornelius cẽturio de actibus Apoſtolorũ:
vt alio trãſmitterem,quæ mihi ſupereſſent in fonte bono.Decretũ oĩno fuiſſe:vt
Camaldulenſe cœnobiũ,ni ſe dederet,vi expugnaretur:& potiti loco milites:in/
ter ſe diuiderent ſpolia:qm̄ ditiſſimũ atq; opulentiſſimũ exiſtimaretur : idq; non
tam propriis redditibus,q̃ ob depoſita multoꝝ.Itaq; cõpertum hũs decretũ eiuſ
modi:ſumpto cibo meridie,moui Camaldulo:& ad Pratũ vetus veſpere perueni.
Scripſi tñ prius legatis Venetis:nolle me ĩmorari loco de induſtria:ne mihi con
tingeret,prœliis intereſſe,ac effuſioni ſanguinis,& multoꝝ occiſioni:contamina
tioniq; locorũ ſacrorũ.Bene ne,an perperam eſſent facturi,ſi pſeueraſſent in ſen/
tentia,viderent ipſi.Diuinaſſe profecto mihi (eſt enim præſaga mali mẽs) viſus
ſum:quod ſequẽti die accidit.Atq; vtinã credidiſſent verbis meis : & integras in
caſtris acies cõſeruaſſent.Sublata certe fuiſſet occaſio imminentis tunc,ac futuræ
mox ſtragis:quã paulopoſt hic ſubiiciam.Hoc rerũ ſtatu,his incumbentibus Ca
maldulenſi familiæ periculis : facta fuerat per cõplures dies oratio ab vtraq; nr̄a
eccleſia,tum eremi,tum fontis boni,ad Deũ.Et quo die inde diſceſſi:ante profe/
ctionem meã cum pſalmis & letaniis habita eſt ſupplicatio per totũ monaſteriũ:
præcedente crucis vexillo:ac ſequente non tam familia,q̃ milite qui conuenerat.
Hunc morem ac ritũ,eis quotidie ſeruandũ iniũxeram . Cum igitur ab oĩbus ad
portã cœnobii deducerer:ac magna ex parte mœſtitiã præſeferrẽt,ꝙ meo deſti/
tuendi ſolatio viderentur,vix cohibui lachrymas.Hortatus tñ ſum oẽs:vt ſpem
ſuã in eo collocarent,penes quem ptãs omniũ rerũ eſſet:cõfiderẽtq; in Dño:qm̄
bonus,qm̄ in ſæculum miſericordia eius.Vix mulam cõſcenderã:& ecce repente
operire montes Camalduli nix cœpit.Quæ per totã noctem ita oppleuit oĩa:vt
mane facto Florentiã petentes,nihil minus cogitaremus,q̃ iturũ militem ad op
pugnandum locum:vel media æſtate,acceſſu difficilẽ:ne dum hyeme,ac ſolo al
tis niuibus tecto.Hac de cauſa ſolutiores animo iter faciebamus:ꝙ interdictam
atq; occluſam fuiſſe hoſti viã cœlitus putabamus.Secus tñ accidit:firmato præ/
cedẽti veſpere in cubiculo Muſoleæ decreto,ab iis qui exercitui præerãt:vt ſub or
tum ſolis,curatis corporibus,omnes in armis forent:atq; ad cogẽdum ad dedi/
tionem Camaldulũ:aut ſi opportuiſſet,ad vi expugnãdũ contenderẽt. Protractũ
audio ideo fuiſſe ad tertiã noctis horam,in ea cõſultatione,ac deliberatione col/
loquium:ꝙ & ſuo ingenio & meis lr̄is motus Vrbinas,detrectabat prouintiam:
diſſuadẽs cæteris:vt a loco ſacro pioq; arcerent militẽ. Vicit plurium ſnĩa.Igitur
tertiadecima menſis die,quæ forte ſerena illuxerat:firmatis cibo viribus,iter Ca/
maldulum verſus arripitur:præcedẽte primũ pedite,ac equite inſequẽte per tur
mas ſuas.Vltimo loco ibat Vrbini Dux,ac Petrus Medices,cum ſecretario ac pri
moribus exercitus.Neq; putes exiguũ conueniſſe numerũ armatorũ . Qui plus,
ſex & eo amplius qui minus,quatuor milia fuiſſe affirmãt. Creditur aũt eo conſi/
lio,adeo inſtructũ atq; ordinatum exercitũ,ad oppugnandũ parum munitũ cœ/
nobium aduenilſe:vt territa multitudine familia,anteq̃ iniretur prœliũ,citius ſe
eſſet deditura.

eſſet deditura. Itinere medio Princeps Vrbinas cũ aliquot ex ducibus ſuis ſiſti agmina iubet: vocatoq; ſeorſum familiari illo noſtro: quem alterũ e duobus, quos cum litteris miſerã, poſtea detentum fuiſſe ſuperius memini: cõuocatis etiam tubicine ac milite vno imperat eis: vt ſimul præcedãt exercitum: & Camalduli Generalem ſuo nomine conueniant: moneãtq;: vt ſe fortunaſq; ſuas ac monaſteriũ, ipſorum fidei permitteret. Ni ſe dedat: venturos ſe ad expoliãdum locum: & male tractandam renitentem familiam. Parent dicto tres illi: & confeſtim præcurrentes, Camaldulum aduolant. Admonitus de horum aduentu Abbas Sancti Michaelis de Arretio: quẽ ad cuſtodiam domus reliqueram: (nã Germanum ipſius Abbatẽ Sancti Felicis Vicariũ noſtrum, haud inani conſilio mecũ duxeram) primo familiarẽ ſolum in monaſterium admiſit. A quo de oĩbus diligentiſſime edoctus: tandẽ ad alios duos cũ eodẽ exiit. Requirẽtibus illis Generalẽ: abeſſe reſpõdit. Quæ haberẽt mandata, ſi voluiſſent, ſibi exponerent. E dicunt illi Ducis exercitus nomine: vt facta voluntaria deditione, conſuleret Camaldulenſibus rebus. Alioquin expugnandum vi monaſterium: & familiam trucidãdam. Reſpõdit Abbas intrepidus: nõ fuiſſe relictam ſibi, dedendi Camaldulũ hoſtibus poteſtatem. Daretur ſibi ſpatiũ: quo ſignificari abſenti patri monaſterii eoꝝ petitio valeret: & ſe eis prælati loci poſtea indicaturũ ſniam. Nõ eſſe ſuũ: tradere in manus alienoꝝ liberũ monaſteriũ incõſulto Dño. Cũq; illi viciſſim multis ambagibus circũueni re Abbatẽ: & eius exagitare conſtãtiam ac fidem fruſtra pergerẽt: nunc alliciẽdo promiſſionibus, nunc terrendo minis: deſperãtes tandẽ poſſe illum flecti perſuaderiq;: ſubituram ipſum paulopoſt dixerunt pœnitẽtiam obſtinationis ſuæ. Et ille: ſublato a vobis ſemel nobis victu: & direptis per vos ſacræ huius domus prouentibus: cõſumptiſq; omnibus bonis: ẽt vitam exponere, ac mortẽ ſubire. parati ſumus. Cõmẽdamus nos Deo: eiuſq; piæ genitrici, ac Romualdo patri: quorũ ductu atq; auſpitio defenſuri ſumus libertatem noſtrã: quã nulla prouocati iniuria, iniuſte vexare atq; opprimere cõtenditis. His dictis, proripiunt ſe tres illi pariter, ſicut venerãt: relaturi Abbatis reſpõſum, principi exercitus. Vbi nouerũt oẽs abeſſe me: ac poſtulatas fuiſſe indutias, ad explorandã per nuntium & lr̃as ſentẽtiam meã: ſuggeſſerunt quidã ex ducibus Vrbinati: vt in expugnãdo monaſterio nulli ſeueritati nulli crudelitati parceretur: fratreſq; ad vnũ oẽs necãdos gladio, aut telis cõfodiẽdos. Futurum hoc exẽplo: vt quocũq; perrexiſſent: aut quẽcunq; vel munitiſſimum obſediſſent locum: repugnare ac reniti eis auſurus eẽt nemo. Interea proſpici ex Camaldulo cœperũt acies: per iuga montiũ aſcendentes. Refulſerat enim ſol in clypeos aureos, & reſplẽduerant montes ab eis. Irritatis tum familiæ, tum militum animis: ob celeriorem q̃ pro expectatione hoſtis aduentũ: quãuis ſe impares viribus cernerent, dimicationi ſeſe accingunt. Præmiſſoq; cõfeſtim nũtio ad Eremitas: qui admoneret: vt pugnaturi manibus illorũ orationibus munirẽtur: & ſupplices pro eis tenderent in morem Moyſi ad ſydera palmas: ſumpſerunt raptim cibum: diuiſiq; ſunt ac diſpoſiti per loca, a Centurione ſingulis conſtituta. Audi mi Domine: q̃ euidentem fecerit Deus ſuæ virtutis oſtẽſionem. Audi haud contemnendum certamen. Pro miraculo certe habiturum te arbitror euentum pugnæ. Quod cæteri omnes: quibus nota res eſt: vno cõſenſu

ſatentur.Igitur armatis in aciem procedẽtibus:& Camaldulo iam propinquare
incipiẽtibus:intonant clangoribus tubæ:tympana cõcrepant:clamorq; ab hoſti
bus tollitur:repetẽtibus frequenter,ac firmãtibus ſibi ſermonẽ nequam,carnem,
carnem.Tandẽ propoſito ſigno,initum eſt prœlium.Et prima ſtatim oppugna
tione,cũ præ cæteris miles quidã armatus ad perfringendã inferiorem portam,
quæ ad meridiẽ vergit,cum palo ferreo acceſſiſſet:adoleſcens quidã domeſticus
e feneſtra quæ portæ iminebat,arreptũ ex aceruo lapidũ,quem parauerãt,ingens
ſaxum deiecit:proſtratũq; militem ſeminecem ſaxo altero penitus cõtriuit. Fecit
poſtmodũ vnius interitus:vt ea parte monaſterii relicta,quæ ſitu erat munitior:
ad ſuperiorẽ partẽ,quæ ad Septentrionẽ verſus eremum ſita eſt,ſe hoſtes conuer
terent.Iniquo tñ vbiq; loco pugnabant:qñ ẽt præ luto niuibus recentioribus ex
proculcatiõe pedũ mixto,hinc inde dilaberẽtur:& vix poſſent ſubſiſtere. Subeũt
tandẽ plateæ murum:cui hærebat dormitorium cõuerſorum. Pugnatũ eſt aliq̃/
diu de tecto dormitorii cominus,haſtis prælongis ferro munitis,& varii gene/
ris telis,magis q̃ miſſilibus:ita exigente loci anguſtia. Et cum præ multitudine
feſſis integri hoſtes ſuccederent:& qui de tecto pugnabãt,nullis recentibus ſubſi
diis fulcirẽtur:relicto muro omnes in plateam cõpulſi,monaſteriũ ingreſſi ſunt:
iniecto tñ prius igne in cõuerſorum cubicula:ne quod in ea hoſtibus pateret effu
giũ.Qui ſtatim hinc admotis ſcalis,hinc muro vetuſtiſſimo,ac multis retro an
nis inclinante,facile diſcuſſo apertoq;,in forũ irruperunt.Eo potiti tanq̃ nihil ſu
pereſſet,quod eis obſiſteret:clamorẽ ingentem extulerunt:tubarum ſonitu,& di
uerſi generis muſicorũ aere perſtrepente.Cæterũ cum ſuccẽſus ignis fumum ex/
citaſſet:ac in forum deſcẽdentibus proſpectum eriperet:ingens eorũ multitudo
ab iis,qui monaſteriũ tuebãtur,ſauciata:in valitudinariũ atq; in hoſpitium,quæ
in extrema fori parte e regione ſita ſunt ægre ſeſe proiectis armis recæpit.Firma
uerant enim per eos dies Florẽtini milites arte bellica monaſteriũ:tormentis &
catapultis per oĩa vndiq; tabulata diſpoſitis:præter ſagittas & aceruos lapidũ:q
bus nimirũ haud minus reiiciebant ac propulſabant hoſtem.Occupato ſemel fo
ro:aggreſſi ſunt fores palatii (ſic enim eam partẽ cœnobii appellant) ſuccende
re:idq; q̃ maximis conatibus poterãt:qm̃ ex eo pendebat victoria.Arborũ itaq;
ramos,iampridẽ exciſos ſiccoſq;,quos in vnũ locum repoſitos inuenerãt,& alia
id genus incẽdiorũ fomenta,incredibili celeritate humeris ætulerunt. Verũ ſup/
poſito ſæpius igne,excitari ex eo flama non potuit:q, vbi plurimũ periculi oſtẽ/
debatur:ibi vi maiore noſtri obſiſterẽt. Imminent foribus feneſtræ duæ. Per eas
multum aquæ primum:& cum ea affatim ſubminiſtrari ex fonte cito nõ poſſet:
multum etiam vini in ignem effuſum eſt.Accedebat ſaxorum multitudo:quibus
facilius propellabãtur:qui ad cõcremãdas fores ſeſe ingeſſerant.Loco itaq; a no
ſtris fortiter pulſi:ſacrario tẽpli ſcalas admouẽdas curant.Cũq; in tectum nõnul
li euaſiſſent:& iam explicare vexillum pararent,deiectis ex propugnaculo turris
quæ ſacrario impẽdebat ſaxis plurimis:deturbati in præceps,miſere obruti ſunt.
Hoſte bis procul reiecto,cum miſſilibus res ageretur: & vtrinq; tormentorum
ſtrepitus exaudiretur:creuerunt Camaldulẽſibus animi. Cõfidẽteſq; in Domino:
q; cœleſte ibi numen præſto eſſe arbitrarẽtur:pro militari vexillo ſignũ crucis fe/
neſtra extulerũt.

neſtra extulerunt. Deniq; indefeſſi, & tanq̄ tunc primum iniiſſent pugnam: cū nihil laxamenti eis daretur ab exteriori militum multitudine: qui ſibi inuicē ſuccedebant: a mane fere vſq; ad primas noctis tenebras (quam pugnādi contētionē potuiſſe illos tamdiu perferre, mirari ſatis nó poſſum) continuauerūt prœlium: tanto quidē animoꝝ ardore: vt maior deſyderari nequiuerit. Nā & hoc non prætꝫ teribo ſilētio: q̄ cum in arcēdo ac repellendo procul a muris hoſte, lapides defeciſſent: confractis ēt īterioribus parietibus, & murulis columnaꝝ clauſtri, ac pauimentis monaſterii: eruta inde ſaxa & lateres in hoſtium capita proiecerunt. Tādē poſt occaſum ſolis ſignū recæptui datū eſt: & ſecunda noctis hora in caſtra reditum. Ad quadraginta in ea dimicatione, ex quibus nobiles aliquot ac militari arte præſtātes, cæſi tradūtur. Vltra vero bis centū vulnerati grauiter. Quo.n. cōfertim magis pugnauerant præ multitudine: eo vulnerati ſunt plures: vt nullū fere inter decertātes vanū interciderit telum. Longe aūt plures audio poſt prœlium ſaucios deceſſiſſe: q̄ in oppugnatione ceciderint: ita vt decē ſupra cētū hactenus defuncti eſſe dicātur. Ex Camaldulēſibus vero, diuina ꝓtegēte clæmētia, ne vnus quidē ſauciatus ē. Sed & Vrbini Dux haud integer penitus ea pugna, exceſſit. Nā ſagitta in crure leuiter tñ ictus eſt. Quo vulnere accæpto, reuerſus ad Muſoleam fertur ſe iuramento obſtrinxiſſe, nunq̄ ſe amplius monaſteria inuaſurum. Carolus quoq; Vrſinus: quē e duobus alterū, præcipuū maloꝝ meorum & oppugnati Camalduli fuiſſe auctorē, oēs affirmant: vix ímunis euaſit. Nā equus cui inſidebat: q illi erat prætioſus: vulneratus in certamine, cū nullo curari medicamine potuiſſet, quinto poſt die interiit. Optaueram ego quidē victoriam: ſed incruentā. Veꝝ qñ id mea culpa non accidit: cū ad placandos mitigādoſq; belli Duces, ne impugnarent Camaldulum, nihil vltra fieri potuerit: q̄ quod ego fecerā: ſi re male geſta inde diſceſſerunt: imputari mihi non debet. Mūdus ego ſum a ſanguine illorum: qui ſponte venerunt in hereditatē Domini: vt pollueret templum ſanctum eius: vt ponerent Fontē bonum in pomorū cuſtodiam. Qui dixerunt aduerſum nos. Venite, & diſperdamns eos de gente: & nó memoretur nomen Fontis boni vltra. Qui ob locuti de domo mea, exacuerūt vt gladium linguas ſuas dicentes. Deus dereliquit eam: perſequimini & cōpræhēdite eā: quia non eſt q eripiat. Sed non eſt paſſus opprobriū cōgregationis ſuæ, quā poſſederat ab initio, miſericors & miſerator Dñs, patiens & multæ miſericordiæ & verax: qui facit vindictam in nationibus, increpationes in populis. Abſtulit ab ea paulopoſt opprobriū & contemptum: qñ arcus fortiū ſupatus eſt: & infirmi accincti ſunt robore. Quādo ipſi vidētes ſic, admirati ſunt: cōturbati ſunt: commoti ſunt: tremor appræhēdit eos. Quādo exaudiebātur dolentiū clamores, vt parturientis. Lugubre documētum ea res oibus fuerit: ne contēpta religione ac pietate, graſſari audeāt in futurum in monaſteria, & loca ſortis Dñicæ. De huiuſmodi dictū puto a Dño per prophetā. Qui tetigerit vos: tāget pupillā oculi mei. Et alibi. Nolite, inqt, tāgere Chriſtos meos. Gaudemus ſane cōſciētiæ teſtimonio: q nulla ꝓuocati iniuria, adeo ímaniter inſurrexerunt cōtra nos. Si quid propterea paſſi ſunt: meminerint omnibus a natura tributū eſſe: vt ſe ſuaq; tueantur: ac vim vi iure depellant. Quantū ad noſtros attinet: iuſtū proculdubio prœliū fuit: quibus neceſſariū. Ab euētu rei facile

coniici potuit:vtra pars iuſtiorē fouerit cauſam:qñ velut æquus iudex,vnde ius ſtabat,ei victoriam dedit.Pro victis nãq; hñdi ſunt,quia non vicerunt:cum cer/tiſſima vincendi ſpe aduenīſſent.Allato Florētiam nuntio,incredibilis extitit to/tius ciuitatis gratulatio,ꝙ eripuiſſet Dñs Camaldulenſem familiā de manu for/tiorum eius:egenam & pauperē a diripiētibus eam. Ego vero accæpta hoſtium clade:cōpaſſus eoꝝ ſorti:ſcripſi eremitis noſtris:vt pro ſalute occiſorū hoſtias & preces offerrent,in odorē ſuauitatis Dño.Quod & nos quoq; hic faciendū cura/uimus:non ignorantes ſanctā & ſalubrem eſſe cogitationē,pro defunctis oxora/re,vt a peccatis ſoluātur.Pars illorū apud Fontē bonum veſperi a noſtris ſepulta eſt.Altera vero pars cū iis,qui ſauciati grauiter fuerant,ad ſtationes relata iumen tis onerariis:Quæ ad tercentū eo animo ſecū duxerāt vacua:vt ſuperato Camal dulo,vbi multorū congeſtas fuiſſe opes crediderant,inde aſportarēt prædā:atq; inter ſe opima diuiderent ſpolia.Sed nō permiſit oīpotens:qui de depoſitis legē poſuit:vt iis qui ea depoſuerant:minus ſalua cuſtodirētur.Vaccas tantum ſexde/cim:& iuga boum quatuor Camaldulo abegerūt.Vbi vero diſceſſit exercitus:no ſtri inito conſilio,circūiecta Camaldulo ædificia nocte media ſuccēderunt: neqñ propugnacula hoſti fierent,ſi rediiſſet.Ea magnis ſumptibus erunt reficienda.Et de Camaldulo quidem ita res ſe habet. Quid poſt hac de eo futurum ſit,diuina/re nō poſſumus.Niſi ꝙ de magnis periculis a Deo liberati magnifice,ſi humilia/uerimus illi animas noſtras:& in eius tm̄ miſericordia fidentes erimus:cōſeruan dum nobis locum ſperamus.Vnus tātum ibi modo eſt monachus:conuerſi tres. Reliqui oēs laici,Florētinoꝝ nomine,ibidē ad cuſtodiā domus poſiti ſunt:quos audio eſſe ad quadringētos,militari arte inſtructos.Vtinā ſaluo diſciplinæ illius iure,incolumi familia illæſo cœnobio,vnuſquiſq; gladiū ſuū vagina recōditum, impollutū atq; incruentū referat domū.Interea pater mi optime orabis pro egē tiſſimo filio:vt factā tam inſignē,tam inopinatā reꝝ mearū iacturā,ac prædiorū fere omniū deuaſtationē:ita vt neq; in pn̄tē annū,triticū habeā repoſitū in vſus familiæ,quæ cētenariū excedit numerū:neq; in futurū,qm̄ ſeminari non potuit, colligēdū ſit:patiēter ferā.Quin potius rapinam bonoꝝ meoꝝ cum gaudio ſu/ſcipiam:in eo cōfidens:qui paſcit me a iuuētute mea.Qui ēt animalia quæ nō ſe runt,neq; metunt,neq; cōgregant inhorrea,ſua paſcit clæmentia & virtute. Non enim deeſt illi,cū voluerit,poſſe.Vale.Florētiæ.Die.v.Decēbris.Mcccclxxxviii.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXXXIII.

m Emor angelicæ ſententiæ: ꝙ ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt,opera autē Dei reuelare & confiteri:honorificum eſt:latere te nolui: quod a me in deſcribēda ad te oppugnatiōe Camaldulēſi prætermiſſum eſt: qm̄ id tūc mihi nequaq̄ cōſtitit.Cœleſtē fuiſſe liberationē illam,& miraculo plenam: omnes qui rem nouerunt cōſtantiſſime affirmant.Neq; enim credibile eſſe aiūt, vt non vel primo impetu territi Camaldulenſes,cedere debuerint tantæ multitu dini:cū lōge numeroſior fuiſſe dicat̄,q̄ priore epiſtola ſignificaueri tibi:niſi diui/num aliquod numen,virtute atq; cōſtantia īnocētem familiā in tam diuturna & vehemēti cōgreſſione roboraſſet.Experiētia ſolū hoc idē tūc cognouerūt nr̄i:cū robuſtiores ſeipſis factos eē admirati,ītrepido aīo cœnobiū aduerſus eos tutati

ſunt:quibus

ſunt:quibus ſe vltro complura iam munitiora oppida dediſſent. Nulla tñ cœleſti viſione palã recreati ſunt,quibus inuiſibilis virtutis ſufficiebat effectus. Hoſtibus tantũmodo facta eſt euidens demiſſi cœlitus præſidii oſtenſio:vt pauefacti agnoſcerent manum Dñi:& viſo miraculo redire Camaldulũ,Sanctorum cuſtodia munitum,penitus detrectarent.Dicam tãdem dignationi tuæ:quod cõfecto poſtmodum bello a multis fide dignis audiui:quodq; per aduerſæ partis primarios milites & copiarũ duces,celebre omnibus factum eſt. Viſum vtiq; pluribus ex iis,qui Camaldulũ oppugnabant,monachũ quændam veneranda facie,auguſtoq; aſpectu,& maieſtatis pleno,promiſſaq; barba:dum dimicaretur,in faſtigio turris templi ſub diuo firmiter cõſtitiſſe:& præcinctum ac ſuffarcinatum tegulas inde lapideas iactu infatigabili deuoluiſſe. Cæterũ conatos primum ſagittarios multos baliſtis monachum deiicere,non modo nõ potuiſſe in eum ſagittas dirigere:qui facile omnium vndiq; ictibus videbatur expoſitus,ſed ne emittere illas quidem & cõtorquere:donec clarius animaduerterũt:alium illum eſſe,q̃ domeſticum monachũ,& mortali carne indutum: Angelicũ videlicet quæmpiam:aut (quod magis crederit) patrẽ & ducem Camaldulenſis ordinis Romualdũ.Hoc audio non ſolum in Etruria,verũ longe amplius in agro Piceno & alibi:quo ex militia hoſtis rediit paſſim vulgari,cum ſingulari atteſtatione iuſtitiæ & virtutis Dei.Non eſt itaq; mirum,ꝙ nõ redierint denuo:ꝙ inuentus nõ ſit aliquis, aptus adhuc ſemel Camaldulum mitti:cum certiſſime experti ſint longe ſcæuius ſecũ actum eſſe in loco iſto:q̃ olim cum Heliodoro & ſociis in Hieroſolymæ tẽplo: Quando ruentes poſt celeſtẽ apparitionẽ in diſſolutionem & formidinẽ conuerſi ſunt:Quãdo reuerſi ad Regem hortati ſunt eũ:vt ſi quem haberet hoſtem,aut regni ſui inſidiatorẽ,mitteret illuc: vt flagellatum eum reciperet:ſi tñ euaſiſſet:eo ꝙ in loco eſſet vere Dei quædã virtus:& ꝙ ipſe qui habet in cœlis habitationẽ: viſitator & adiutor eſſet loci illius:& veniẽtes ad malefaciendum pcuteret ac perderet.Poſſumus & nos itidẽ merito cõfiteri,& dicere. Non nobis Dñe,nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriã:apud quẽ non eſt impoſſibile omne verbũ.Tu es protector omniũ ſperantium in te,tu docuiſti manus noſtrorum ad prœlium:& poſuiſti vt arcum æreum brachia eorũ.Tu dediſti eis protectionẽ ſalutis tuæ:& dextera tua ſuſcæpit eos.Falluntur nimirũ:qui ſecus opinantur:Qui proſperos bellorum ſucceſſus ſibi aſſcribunt:& gratiæ donum,induſtriæ ſuæ tribuunt:quodq; diuini muneris eſt, ſui eſſe meriti arbitrantur. Non nobis itaq; Domine (repetam enim) non nobis:ſed nomini tuo da gloriam. Vale.Ex Fonte bono.Die.iii. Iulii.Mcccclxxxxix. Benedicto Monacho Sancti Michaelis Murani.LXXXIIII.

F Ecit calamitas quam patior:vt in ea deſcribenda,non vnis tantum,ſed pluribus & prolixioribus litteris,occupatus:epiſtolæ tuæ nihil hactenus reſponderim.Sufficere tibi debet: ꝙ id non obliuione tui factum ſit.Grata mihi eſt aſſidua tua mei memoria.Vt ſit mihi etiam vtilis,orando pro me:contendes. Quæ me in reditu meo aduerſa excæperint:ea modo tibi nota eſſe,non dubito. Quanti mercennarii,quanti hoſpites, quanti pauperes,in domo mea,abundauerunt panibus, comederunt medullam tritici: & ſanguinem vuæ biberunt meraciſſimum. Nunc autem filii mei aut panem arctum, panem

vtiꝗ doloris,manducaturi ſunt,& ſiti conficiendi:aut etiam fame perituri.Vexāt me iſta plurimū:& vix vllā propterea conſolationem admitto.Hoc vno tātum recreor:pati me huiuſmodi ob ſeruatā conſtanter iuſtitiā & fœdus ſanctum. Veri tatem æmulanti,male mihi accidit:ſicut olim Micheæ prophetæ.Qui impatien tius a Rege auditus indignū audiuit imperium.Suſtentate eum pane tribulatio/ nis,& aqua anguſtiæ.Siquis aūt ſaniore forte iudicio,quæ mihi modo euenerūt, aduerſa peccatis meis aſſcribenda cēſuerit:huius profecto ſn̄iam haud repugnan ter admitto.Quis enim,ait ſapiens,poteſt dicere.Mundum eſt cor meum:purus ſum a peccato? Vale.Florentiæ.Die.vi.Decembris.Mcccclxxxxviii.:

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXXXV.

f Vit mihi haud mediocri ſolatio grauiſſima epiſtola dignationis tuæ: atꝗ ad leniēdū ac mitigādum dolorē,plurimū accōmodata.Fecit mihi aĩos adhortatio patroni piētiſſimi:vt calamitas,quam patior,longe mihi leuius atꝗ cōſtātius pferēda ſit:nec pluris faciēda,q̄ ui merito debeat.Exhibitū eſt illa/ to vulneri ſalubre medicamētū:quo celerius cicatricē obduceret:& ſanaretur cō/ tritus corde:& alligarētur cōtritiones eius.Memor fuiſti benigno affectu ſeruuli tui:nec quia manus Dn̄i tetigit me:& pauloante eleuatū aliſit : iccirco oblitus es mei.Ingētes ppea tibi gratias ago Dn̄e colēdiſſime ꝙ indolueris vicē meā:& mi ſeratus tam inopinatū caſum meū,haud ſegne remediū adhibueris. Ego ſane is ſum:qui humani a me nihil alienū putem.Aduerſis ſi nō penitus frāgor,deiicior tn̄.Nō.n.fortitudo lapidū fortitudo mea nec caro mea ænea ē.Facta præter oēm expectationē,tam ingenti reꝝ noſtrarū iactura:offert ſe mihi ante oculos nume/ roſa atꝗ egentiſſima familia:Quæ cū hactenus in domo mea abūdauerit pani/ bus:& ſanguinē vuæ biberit meraciſſimū:fame ac ſiti conficiēda ſit.Hoc me po tiſſimum,non bonorum direptio,excruciat.Scit enim Dn̄s:ꝙ nunq̄ aliquid ſpei repoſuerim in incerto diuitiarum:non ignorās,qm̄ diuites eguerūt & eſurierūt: inquirētes autē Dn̄m non minuentur omni bono.Beatus nanꝗ vir:qui poſt au/ rum non abiit:nec ſperauit in pecuniæ theſauris.Et Paulus:Qui volūt inquit di uites fieri:incidunt in tētationē,& laqueum diaboli,& deſideria multa inutilia & nociua:quæ mergunt hominē in interitum & perditionē.Vbi vero egeſtas præ/ mit:& victui deſunt neceſſaria:dura ſane eſt vitæ huiuſmodi cōditio.Abhorrebat ſapiens a mendicitate:ne forte egeſtate compulſus furaretur, & piuraret nomen Dei ſui.Abſit aūt a me a familia mea hoc peccatū in Dn̄o.Quem potius depreca bimur toto corde:vt ſicut producit in montibus fœnū,& herbā ſeruituti homi/ num:ſicut dat iumētis eſcam ipſoꝝ,& pullis coruoꝝ inuocātibus eum:ſic nobis pro ſua clæmentia,alimēta nō deneget.Quod vt tu quoꝗ pro nobis facias opti me pater,& oro & obſecro.Vale.Florētiæ. Die.xxviii. Decēbris.Mcccclxxxxviii.

Iacobo Brixienſi nouitio Sancti Michaelis Murani.LXXXVI.

p Oſt reditum Symeonis cōuerſi,quem Venetias miſeram,redditæ ſunt mihi litteræ tuæ.Fuerunt illæ mihi gratiſſimæ : ꝙ & filialem erga affli/ ctum parentem præſeferrent pietatem:& ſingularem in eum ob accæptam cla/ dem miſerationem.Ex intimo pectore ac medio cordis emanaſſe verba tua con ſolatoria,atꝗ vt ſcribis,non ſine lachrymis:nihil dubito. Gaudere cum gauden/

tibus,Apoſtolus

tibus, Apoſtolus admonet, & flere cum flẽtibus. Quãuis ego ꝑpterea, ne lachry-mam quidẽ emiſerim. Dat & aufert Dñs: cũ ei placitũ fuerit: qm̃ oĩa ipſius ſunt. Meæ, inquit, ſunt oẽs feræ ſyluarũ, iumẽta in mõtibus & boues. Cognoui oĩa vola-tilia cœli: & pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero non dicã tibi: meus eſt enim orbis terræ & plenitudo eius. In eo igitur cõfido: qui diues eſt in oẽs qui inuocãt illum: ꝙ facturus ſit nobis cum tẽtatione prouẽtum: vt poſſimus ſuſtinere. Non enim in perpetuũ iraſcetur: neq; in æternũ cõminabitur. Et ſpero: ꝙ nõ cõfundet me ab expectatione mea. Quod tu quoq; polliceri mihi videris p lr̃as: adductis in mediũ multis, & accõmodate quidem, diuini eloquii teſtimoniis: non tã ad le-niendum dolorẽ, q̃ ad inducendã ſpem futuræ in melius mutationis dexteræ ex-celſi. Cæterum profeſſurus paulopoſt, ac ſolẽni voto obligaturus te vitæ arctiori: voluntarie ſacrificabis teipſum in odorẽ ſuauitatis Dño: hoſtiã vtiq; viuẽtẽ, ſan-ctã Deo placentẽ: vt in oĩbus rõnabile futurũ ſit obſequiũ tuũ. Vale. Florẽ. Die. v. Ianua. Mcccclxxxxix. Euſebio Hiſpano Monacho Sctĩ Michae. Mu. LXXXVII.

b Inas tuas lr̃as eodem fere tẽpore accæpi. Alteras mihi Simeon conuer-ſus alteras ſequẽti die Hiſpanus quidam tuus reddidit: vtraſq; grauiſſi-mas, & ꝑſenti ſtatui meo plurimum accõmodatas. Tribuiſti mihi multa patiẽtiæ præconia: & talẽ me eſſe elegantiſſime deſcripſiſti: qualẽ me eſſe debere in perferẽdis calamitatibus, ſatis agnoſco. Quæcũq; tñ mihi acciderunt incõmo-da, grauia quidẽ illa ſenſi: ſed non adeo, vt penitus me oppreſſerint. Oſtẽdit mi-hi Dñs tribulationes multas & malas: & cõuerſus viuificauit me: & de abyſſis ter-ræ iterũ reduxit me. Multiplicauit magnificentiã ſuam & cõuerſus conſolatus eſt me. Quod quidẽ ipſius clæmentia, & tua atq; aliorũ, qui mihi compaſſi eſtis in-terceſſione, non mea cõſtantia & virtute, factum, ingenue affirmo. Noui ego im-perfectum meũ, noui me arundinem vento agitatã, non columnam ĩmobilẽ. Fa-cile nimirũ inclinari ac frangi, tot tantiſq; alliſus procellis, tot impetitus turbini-bus, tot vexatus tẽpeſtatibus potui: niſi placatus filiorũ atq; amicorũ præcibus Dñs poſuiſſet ſuper me manũ ſuam: & maius validiuſq;: q̃ vt in tanta re ſperare mihi pro ĩbecillitate mea licuit, robur ac firmitatem præſtitiſſet. Benedictus itaq; Deus in donis ſuis. Bñdicti vos quoq; a Dño: qui indoluiſtis vicẽ meã: & miſera-ti eſtis infœlicẽ ſortem. Ingruente adhuc bello: nec liberata penitus a direptione hoſtili Caſentinate regione, media licet hyems ſcæuiat, adhuc vobis pſeuerãtiſſi-me orõni inſtandũ eſt, donec redierit optata atq; expectata trãquillitas. Opponi-te vos murum pro nobis contra Dñm: & orate, vt auertatur furor eius: cuius eſt adhuc manus extẽta. Nam & humilium præcibus cedere: & vim ẽt pati, ineffabi-lis illa non dedignatur maieſtas. Quod perlecta oppugnationis Camaldulenſis prolixiori noſtra epiſtola, facile admiſerint duo illi ſummi viri ĩnocẽtiam & iuſti-tiam meam: gaudeo ſane plurimũ: accedente præſertim conſenſu & iudicio tuo: quod profecto haud minoris facio: vt in ore duorũ vel trium teſtium ſtet omne verbum. Redimi ſe a calumniis hominum, deprecatur propheta: nec penitus po-tuit. Quid mirum? ſi ego neq; propheta, neq; filius prophetæ, idem patior? Per infamiam, inquit Apoſtolus, & bonam famam, vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti. Refero me ſæpius hac in re ad conſcientiam: quæ diuelli a no-

bis, nulla poteſt ratione. Et cum illa mihi teſtis ſit: maluiſſe me non dimicare, q̄ vincere: lætor vtiq; huius mei propoſiti teſtimonio: quod apertiſſimis argumẽtis oſtẽdi. Sufficit mihi, q viri graues & eruditi mecũ ſentiant: & ab ipſa nequaq̄ diſſentiant veritate. Qui vero retribuũt mala pro bonis, ſi detrahunt mihi: qm̃ ſecutus ſum bonitatem, iuſtitiã, fidem: & ipſi aliqñ poſituri ſunt cuſtodiã ori ſuo: & oſtium circũſtantiæ labiis ſuis. Quod cupias exanimo, ſemper mihi vſui eẽ: doleaſq; minus poſſe, q̄ cupias: non indigeo hoc teſtimonio, atq; aſſertione: cũ pro comperto ſemper habuerim, fuiſſe te mei admodum ſtudioſum: & cũ multum pro tuo ingenio & eruditione potueris: idipſum totum te, ad me demerendum effuſiſſime contuliſſe. Vale. Florentiæ. Die. viii. Ianuarii. Mcccclxxxxix.

Ioachino Generali Ordinis Prædicatorum. LXXXVIII.

e St in monaſterio tuo Sancti Dñici, quod eſt piſis, ſoror quædam noĩe Maria, ac Iacobi Pãtaleonis Florẽtini filia. Ea, vt audio, ægrotauit diutius graui morbo, atq; haud facile curabili. Siquidẽ rupta illi vena in pectore, cõſolidari hactenus nequaq̄ potuit: neq; vllis medicamentis, ac remediis firmari ac ſiſti profluuiũ ſanguinis. Cupiũt propinqui eius, & imprimis Helena mater: quæ fert moleſtiſſime valitudinẽ filiæ: vt deduci Florentiã permittatur ĩ monaſterium de Ripoli, eiuſdẽ ordinis: ad percurãdam, ſi fieri potuerit, infirmitatem. Nam & cõmodius hic male hñti ſubminiſtrabuntur oĩa, quæ neceſſaria fuerint, curante matre: & plurimũ illi collaturã cœli præſertim patrii mutationẽ confidunt. Peto itaq; illoꝝ noĩe: vt hoc ei præſtes: fiatq; per tuam dignationẽ ſorori Mariæ ptãs veniendi Florentiã: qñcunq; illam cognati accerſierint. Si conualuerit de ĩfirmitate: aut ſi de ipſius libetatione deſperauerint medici: reditura eſt continuo in cœnobium profeſſionis ſuæ: ac reuerſura in domũ ſuam, vnde exierit. Erit mihi pergratum: vt confiſi de mea apud te interceſſione, non fraudẽtur ſuo deſyderio. Vale. Florentiæ. Die. ii. Februarii. Mcccclxxxxix.

Abbati Septimi Ciſterſienſis Ordinis. LXXXIX.

v Bi primum heri veſperi reuertimus Camaldulũ, depræhenſa ſunt calciamenta tua, quæ eremitæ noſtro cõmodaueras: vna cum noſtris fuiſſe repoſita: atq; ĩcaute iſthinc ablata. Pro tam benigna hoſpitalitate, qua nos accæpiſti in domum tuã, reddita eſt tibi nõ digna gratia. Meminiſſe nihilominus debes, dixiſſe olim Dñm filiis iſrael: cum eſſent profecturi ex egypto. Et cũ egrediemini, nõ exhibitis vacui. Rachel quoq; furata eſt idola patri ſuo: cũ inde eſſet migratura. Verũ hæc tecũ ioco. Scio enim: q nõ ꝑpterea furti nos argues. Neq; enim peccatũ eſſe poteſt: niſi volũtarium. Et te eiuſmodi eſſe opinor: qui auferẽti tunicã, etiam pallium dimiſſurus ſis. Recipies ea per cõuerſum nr̃m: & ſi interea aliquid incommodi paſſus es veniam dabis. Vale. Florentiæ. Die. vii. Februarii. Mcccclxxxxix.

Petro Delphino. XC.

d E obitu Luciæ neptis heri tandẽ factus ſum certior litteris tuis. Dolui primũ pro affectu propinquitatis, q acerba & ĩmatura morte, ĩnupta virgo deceſſerit: præſertim parentum gratia, quibus ſemp cariſſima extitit. Sed facile cõſolationem admiſi: q eam ſancte defunctam fuiſſe ſcribis. Et opinari mihi ſecus de illa, nequaq̄ licuit: vtpote ab incunabulis ſingulari parẽtũ cura in timore Dei

more Dei educata:& chriſtianis moribus inſtituta. De ea iccirco dici merito poſſe confido. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Itaq; in pace in idipſum, dormiat & requieſcat. Vt æquo animo ferant parentes dormitioné filiæ: hortaberis meo noie. Tulit Dñs, quam eis cómodauerat: q̃to tépore ſibi placuiſſet. Agant ei gratias q dederit: non cótriſtentur q recæperit. Gaudeant q centeſimum incorruptionis percæperit fructū: q modo virginitatis ac pudoris flores metat: q immortalis ſponſi amplexibus iūcta ſit: non corruptionis marito copulata. Ad aliæ quæ ſcripſiſti: qm̄ nota mihi antea facta fuerant, nihil aliud rñdeo: niſi q omniū rerum viciſſitudo eſt: & nihil ſtabile ſub ſole. Qui ſtas, ait Apoſtolus, vide ne cadas. Admonet nos Dñs per incóſtantiam præſentiū: vt firma ſit in nobis expectatio futurorū. Profecturi hinc ſunt (vt audiui) ad dies paucos electi oratores ad inclytum Dominiū Venetum. Et nudius quartus allatæ ſunt ex gallia litteræ ad Decemuiros: quibus certiores facti ſunt: ictum fuiſſe inter Regem Francorū & Venetos, nouum fœdus. Det tandem omnipotens ſeruis ſuis illā, quam mundus dare non poteſt pacem. Vale. Florentiæ. Die. xxv. Februarii. Mcccclxxxxix.

Euſebio Hiſpano Monacho Sancti Michaelis Murani. XCI.

i Ncidiſſe te in grauē valitudinē, & vexari doloribus, iccirco minus moleſte tuli, q huiuſmodi cruciatibus virtus animi perfici ſoleat. Caſtigat præterea Dñs omnem filium: quē recipit. Si enim ſuſtinemus: & córegnabimus. Momentaneū tribulationis in hoc ſæculo: imenſum perennis gloriæ pódus operatur. Deniq;, vt idem ait Apoſtolus: a Dño corripimur: vt non cū hoc mundo damnemur. Si apponuntur medicamenta vlceri: quæ dolorē, ſicut id forte morbi genus poſtulat, vehemētiorem reddant: ſuccurrat tibi, quod de Saluatore noſtro ſcriptū eſt. O vos oēs, qui tranſitis per viā: attendite & videte: ſi eſt dolor ſimilis, ſicut eſt dolor meus. Et feres illum facilius eius grã: cuius liuore ſanati ſumus. Et ne te huiuſmodi ingeſto nimio cibo, qui tibi abundātiſſime ſuppetit, caſſo labore faſtidiam, memēto tētari te a Deo: vt in paucis vexatus, in multis bene diſponaris. Quātum re vera ad me attinet, cupio te ſemp eſſe robuſto ac vegeto corpore, nó debilitato fractoq;: vt prodeſſe multis valeas: qui tuo nó minus erudiri magiſterio indigēt, q̃ firmari exemplo. Et qm̄ muniri poſtulas mea benedictione: opto vehemēter, & precor: vt accipias in iſta tua infirmitate benedictionem a Dño: & miſericordiā a Deo ſalutari ſuo. Inuitatus ſum haud ſemel a Generali valliſumbroſæ: vt poſt multos annos eum reuiſerem: multaq; me humanitate nuper excæpit. Interloquēdū autē incidit ſermo de adminiſtratione vtriuſq; ordinis: oſtēditq; mihi hac occaſione priuilegiū congregationis: quæ olim appellabatur Sancti Saluii: nūc vero valliſumbroſæ. Eius exemplum tranſmittēdū vobis duxi: qm̄ a prælatis noſtris valde probatur. Leges ipſum diffinitoribus capituli, & quibus volueris legēdū trades. Cupiētibus vobis creſcere: & vnire breui multa ſimul monaſteria: ꝓpoſita videtur via: per quā facile ambuletis. Aegre ferunt nři, diuidi mēbra a capite: cupientes, vt fiat vnū ouile, & vnus paſtor. Quā nimirum ſententiam, nos quoq; probamus. Vale. Florentiæ. Die vltima Martii. Mcccclxxxxix.

Ioanni Maiori Eeremi. XCII.

n Iues magnas oppleuiſſe iſthic oīa: tum tuis lr̄is, tum relatione multoꝝ

accæpi.Præpoſteros videtur hic annus mēſes habuiſſe:& vernū tempus hyemē præceſſiſſe apparuit.Scis ipſe,q̄ta cœli temperies,quanta die noctuq; ſerenitas Ianuario ac Februario fere toto extiterit.Poſtea tantū niuium cecidiſſe audio: vt non modo ſtaturā hominis:verum ēt tecta cellularum eremi æquauerint.Confuſus hic tēporum ac menſium ordo,humanarū mentium ac morū,vt ego ſentio, ſtatum inordinatū deſignat.Mutatio hæc eſt dexteræ excelſi:vt ſuæ maieſtati male obediētibus nobis,ēt inferiora hæc obſequi non permittat.Oremus itaq; ſupplices Dominum:vt reconcilietur nobis:nec nos deſerat in tempore malo. Familiam oēm ſaluta meo noīe:quam me propediē viſurum ſpero.Vale.Florētiæ. Die.ii.Aprilis.Mcccclxxxxix.

Mathiæ Monacho Angelo℞ Floren.XCIII.

s Cripſiſti mihi epiſtolā,tāta (vt ipſe teſtaris)rabie,furore,& indignatione accenſus:vt quid agas,ſis penitus neſcius.Et nō meminiſti ſcripturæ dicentis.Ira & furor,vtraq; execrabilis.Et alibi.Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur. Si te in eremū contuliſti:vt,iuxta Apoſtoli conſilium,omnia probares:quod bonū eſt teneres:quis te iſthic inuitum detinet? Potuiſti petere a me cōmeatum alio cōmigrandi:idq; benigne ac placide:nō aūt improbe ac minaciter:ꝙ ſi eum non impetraueris,oīno abiturus ſis.Reiicis culpā in Maioris ſeueritatem,ꝙ in eremo non perſeueres.Ego vero excuſationē hanc tuam,nequaq̄ admitto.Probare forſitan voluit,Pauli conſilio,ſpiritū:ſi ex Deo eſſet:At tu fuiſti probationi impatiens.Et cū ſciolus tibi videaris:voluiſti præteferre:ꝙ in multa ſapiētia (ſicut meminit ſapiens) multa ſit indignatio.Quieſcat igitur ira tua: & eſto placabilis:ne videaris cauſam quæſiſſe,vt diſcederes ab amico.Male nimis ſaluti tuæ cōſulis:ꝙ cum Eremiticū inſtitutum multis efferas laudibus:vnius inhumanitate,ſi qua eſt,ſupatus inde diſcedas.Caue ne de te quoq; dicatur:quod legiſſe te arbitror apud Salomonē.Impius facit opus inſtabile. Neceſſitate,inquit Apoſtolus,ſubditi eſtote.Semel optuliſti te Deo:promiſiſti obedientiam.Alieno tibi arbitrio viuēdum eſt:non tuo.Niſi incōcuſſa humilitatis ſtabilitate fixeris pedes:de ſummo illo ad quē euectus es gradu pronus tibi erit ac facilis ad ruinam lapſus.Experiris ipſe:quomodo ſtatū mētis imutauerit hæc tua indignatio:quātoſq; velut ſcæua tēpeſtas excitauerit fluctus:vt mirari ſatis nequeā,tā leui de cauſa tantā animi tui cōmotionem,perturbationem,atq; (vt pace tua dixerim) inſaniam.Amplectere itaq; humilitatē:& Maiori te ſubde omni obedientia:vt noueris tandē,non aliter poſſe te æternā promereri quietē.Suſtinētes enim Dn̄m:ipſi hæreditabunt terrā:illam vtiq; terram,de qua ſcriptū eſt.Portio mea,in terra viuentium.Quod ſi ſtat ſn̄ia,vt inde oīno proficiſcaris,huc me ad eas,ſalubre a me cōſilium accæpturus:qui vel excandeſcentem vel furentem placare cupio:ac dirigere pedes tuos in viam pacis.Vale.Florentiæ. Die.viii.Aprilis.Mccccxxxxix.

Vgolino Verrino Florentino.XCIIII.

n On hortaris,ſed rogas,vt ſi qua inuenero in perlegēdo tuo poemate: quæ haud penitus probē:amice tecum agam:nec diſſimulē ſignificare ea tibi.Ego vero,qui te imperitia in nullo erraſſe mihi perſuadeo:quiq; ſi qd repperi,quod addendū,tollendū,īmutādūue ſit:totum occupationibus tuis tribuo: annotaui nōnulla in margine,e regione ſingulo℞ verſuum:auſu ſane temerario,

niſi tu

niſi tu iuſſiſſes. Scribenti aliquid, ſuccurrunt interdum multa: quibus & mens di/ſtrahitur, & calamus errat. Quod mihi quoq; nõ ſemel accidit. Verſus quidã qui/bus ſignũ crucis appoſui: aut vno excedũt pede, aut vno deficiunt. Per temetipm̃ illa emendabis: ſi ita opus eſſe iudicaueris: ne ſus (vt aiunt) Mineruã docere vi/dear: quando hac noſtra ætate alium neſciam: qui hoc ſcribendi genere tecũ me/rito conferri queat. Vale. Florentiæ. Die. xi. Aprilis. Mccccl xxxxix.

Vgolino Verrino Florentino. XCV.

p Oema tuum, quod per partes ad me mittis: ne totius tèrrear magnitu/dine: ideo citius lego: qm̃ ipſius lectione delector plurimũ: & moræ im/patiens ſum. Cõſequẽter etiam accurate illud lego: qm̃ nequaq̃ nauſeat, hebreorũ more, aĩa mea ſuper cibo iſto, non leuiſſimo quidem ſed grauiſſimo. Quod vero ita faciã annotationes ſunt teſtes: quas, ita te requirente, pro captu meo appoſui. Cõtendis enim a me, ne detrectem in legẽdo opere tuo lima mordacius vti: ſed ſubiudiciũ ſingula verba vocẽ. Facile profecto aliis improbus videar: qui impi/tus audeã mittere manũ in vatẽ Dñi. Tibi aũt non ſic, apud quẽ malo periclitari pudore, q̃ obſeqo. Simpliciter tibi morẽ gero: qm̃ conuenire potiſſimũ moribus tuis arbitror: vt nõ aliud palã de me, aliud ſcripto ſentire videaris. Vale. Floren. Die. xv. Aprilis. Mccccl xxxxix.

Conuẽtui Sancti Michaelis Murani. XCVI.

q Vantas pauloante calamitates paſſus ſim occaſione Caſentinatis belli, direptis atq; euerſis rebus oĩbus, iampridẽ vobis ſignificatũ eſt. Quæ profecto ĩcõmoda, ſiue qm̃ abſenti acciderũt: ſiue qm̃ diuitiis nunq̃ cor appoſui, ẽt ſi affluxiſſent: ſatis magno & incõcuſſo aĩo excæpiſſe mihi viſus ſum. Gratias egi diuinæ pietati: q; fortunis ac facultatibus amiſſis, incolumẽ me ac ca/riſſimos filios meos pro ſua benignitate ſeruaſſet: cũ intanto belli ardore ne vnĩ quidẽ ipſorũ intortus capillus fuerit. Cogitabã præterea: me bonorum amiſſio/ne gaudere oportere: q; oblata mihi fuiſſet occaſio promerẽdæ beatitudinis. Si/quidem beatos eſſe pauperes prædixerit Dñs. Quãobrem facile iis cogitationi/bus leuare animum ægritudine potui: atq; ab angoribus & moleſtiis abducere. Nunc vero amiſſo nudius tertius cariſſimo atq; ſuauiſſimo filio meo Bernardi/no: ita ſum fractus animo, adeo cõſternatus: vt quid agam, quo me vertam, neſcĩ/re prorſus mihi videar. Tanto enim mœrore ac triſtitia oppletus ſum, vt recor/dari defuncti ſine gemitu & lachrymis hactenus nequeã. Amiſi re vera ſingulare vitæ meæ præſidiũ. Amiſi præcipuum ſolicitudinũ & curarũ mearũ ſolatiũ. Amĩ/ſi totius noſtri ordinis ornamẽtum ac decus. Ereptus mihi eſt e manibus: in quo plurimũ repoſueram ſpei: & qñ nihil minus cogitabã, obdormiuit in Dño. Præ/ceſſit ordine præpoſtero filius patrẽ: & me reliquit ſuperſtitem, cui ſuperuicturũ ipſum merito exiſtimaui. O inopinatam cladem. O ĩfœliciſſimam ſortẽ meam. Hortantur me quotidie domeſtici mei ad patientiã: cõſolantur mœrentẽ. Precã/tur vt parcam mihi: vt macerare me vltra nõ pergam: nec velim ſemper lugere propter Dñm: ne exacerbem nomẽ Dei noſtri. Sufficere debuiſſe: q; produxerim lachrymas ſuper mortuum vno die vel duobus. Si non hac ætate deceſſiſſet: mo/riendum ei paucis poſt annis proculdubio fuiſſe: qm̃ mortalis natus fuerat. Sed ſurdæ ſunt hucuſq; ad omnia ſolatia aures: cohibere adhuc fletus nõ valeo. Facio

nunc periculũ:q̃ta ſit vis paterni affectus:& quod amor poſſit,ſenſu admoneor. Nec miremini,ſi doloris magnitudini cedit ratio. Scio nanq;,& bene ſcio:quan tam Bernardini obitu iacturam fecerim:quot illius deſyderio ſubiturus ſim incō moda:q̃ amara ſit futura vita mea. Neminē veſtrũ latet:qua me caritate,ex quo monaſterium ingreſſus eſt, q̃ ſingulari pietate ac fide ſemper fuerit proſecutus. De me ſine intermiſſione mœreri optime ſtuduit:mãdata mea oĩa nunq̃ nō obe dienter non prōpte admiſit:& ſicut in eo vigebat eximium cōſilii ſpecimen,ea/ dem ipſa nunq̃ non prudētiſſime executus eſt. Nam ad optimam illius indolem & acre ingenium accedebat eruditio ſingularis,& variarum diſciplinarum per/ fecta cognitio:in quibus dies noctesq; ſtudioſe verſatus ſupra modũ profecerat. Cōciliauerat ſibi ſicut olim Venetiis,ita modo Florentiæ,doctiſſimorũ virorum multitudinem,qui eum adibant quotidie. Mirabãtur oēs tantum eloquentiæ ſa/ pientiæq;:præter ætatis rōnem : & reſponſum ad oĩa de quibus interrogaretur promptiſſimum. Indoluit ciuitas tota:& ſtudioſiſſimus quiſq; litteraꝝ queſtus ē. Miſerati ſunt oēs illum florem iuuentæ,illam animi vim,ſubito extinctam:& im matura morte præuentũ hominem,ĩmortalitate digniſſimũ. Macte virtute Ber/ nardine fili:qui tot ingenii dotibus,oĩbus carus,omnibus itidem venerãdus fui ſti. Potero ne vnq̃ tui meminiſſe ſine lachrymis? Potero ne dũ vixero,illius tuæ hilaritatis in ore,ſuauitatis in ſermone,quibus ad te diligendum oēs alliciebas, quibus mihi tam iocũde occurrebas:non reminiſci:lumen oculoꝝ meorum:ba/ culus ſenectutis meæ? Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuum:vt non mi/ ſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit,ego nō obliuiſcar tui. Spero autē ha/ biturum me vos oēs huius tam piæ memoriæ ſocios:quibus non modo ipſius doctrina eminētiſſima,verum ēt vita probatiſſima,cæteris oĩbus notior eſt. Sci tis ipſi,apud quos decem & ſeptē vixit annos:q̃ diſtricte in regulari obſeruatio/ ne caſtigauerit corpus ſuũ:& in ſeruitutem redegerit:ne forte aliis prædicãs,ipſe reprobus efficeretur. Stomacho erat imbecilli:ſicut fere oēs ſunt lr̃arum cupidi. Et cum propterea non bene cōcoqueret:ſæpius languebat. In nulla tñ re ſibi in/ dulgens:(quod facile permiſſione patris monaſterii poterat) vigore animi in/ firmitatem corpuſculi ſuperabat. Semperq; ſeipſo robuſtior,cōueniebat in eccle/ ſiam die noctuq;. Nō parcebat ſibi:vt aliis parceret:ne quem ſuo exēplo ſcanda/ lizaret. Quotiēs referre mihi ſolitus erat:qñ ægrorabat? & caſtigatio mea in ma tutinis. Pertulit tñ fœlici perſeuerantia,ad vltimũ vſq; vitæ ſuæ diem,iugũ Do/ mini:& pugnante virtute cũ voluptate tanq̃ cũ domeſtico hoſte:oĩbus nobis re liquit exemplum,vt ſequamur veſtigia eius. Quãuis autē cum illo bene actũ eſſe non dubitem:& præmiũ cœleſtis ac diuinæ mercedis illum accæpiſſe:& audire dicērē mihi videar. Bonũ certamē certaui:curſum cōſumaui:fidē ſeruaui:& repo ſitã olim coronã iuſtitiæ,reddidit mihi Dñs iuſtus iudex:vt nō dolendum mihi, ſed gratulãdum potius eius gloriæ fuerit:qui mortē hanc noſtram ĩmortali cō/ mutauerit vita,impetrare tñ adhuc mihi non queo,quin mœreã. Vicē meam ac totius ordinis haud minus doleo:q̃ adeptæ filii cariſſimi immortalitati congau deam. Hoc.n.mihi de Bernardino meo ſentire,merito pſuadet non ſolum ante acta ipſius innocenter vita:verum ēt pia & ſancta eiuſdem dormitio. Siquidem

munitus oĩbus

munitus omnibus eccleſiaſticis ſacramētis in pace quieuit. Et retulerūt mihi mo
nachi, qui cōioni interfuerāt: tanta illum deuotione ſumpſiſſe cœleſte viaticū: vt
ſua oratione oibus excuſſerit lachrymas. Solēnes illi exhibitæ ſunt exequiæ: con/
uocatis oibus noſtri ordinis prælatis, qui erāt Florētiæ. Et licet ꝓſecutus fuerim
haud quaq̄ ſiccis oculis dilecti funus: hoc tamē in tanto mœrore ac luctu ſolatiū
admiſi: ꝙ me præſente ægrotauit: me præſente ſpūm Deo reddidit: ꝙ anteq̄ ſe/
pulchro cōderetur cadauer: oſculatus ſum oſculo oris mei. Sed iam finem epiſto
læ indicunt lachrymæ: & continui ſingultus. Orabitis Dominum: vt finem iis,
aut ſaltē modū pro ſua clæmentia dignetur indicere. Valete. Florētiæ. Die. xxiiii.
Aprilis. Mccccclxxxxix. Hieronymo Priori Fileti. XCVII.

d E obitu cariſſimi olim filii Bernardini iccirco tardius ad te ſcribo: ꝙ te
ipſum potius, ſicut per tuas litteras monitus fuerā, præſtolabar ventuꝝ:
vt ſimul lugeremus, quē pariter amabamus. Putaui te aut iter facere, aut Venetias
per aliam viā rediiſſe. Hodie vero factus certior, eſſe te adhuc in vrbe: ſignifican
dum tibi cenſui, vtriuſq; nr̄m amantiſſimi deceſſum: de quo ſcripſi tertia die, po/
ſteaq̄ naturæ conceſſerat, cōuentui Sancti Michaelis prolixiorē epiſtolam. Scripſi
autē non ſine lachrymis: quarū mihi facile copiam ſuggerebat iugis defuncti re/
cordatio. Ex quo ad religionē me contuli: nunq̄ amarius quæmpiā defleui. An ve
ro iuſte: nemo te melius nouit: qui īmenſum hoc damnū meum, ac ſingularē to/
tius ordinis iacturam, æqua lance ponderas. Cuiuſmodi. n. fuerit Bernardinus: q̄
eminenti doctrina: q̄ religioſa vita: q̄ præterea mei ſtudioſiſſimus: q̄ pro mea ſa/
lute atq; incolumitate ſolicitus: nō es admonendus. Miſerum me tam cari amiſ/
ſione filii. Ad mortē vſq; mei curam geſſit: timēs mihi, ne aliquo incōmodo vali
tudinem inciderē. Quarto ante obitū ſuum die, cum ad ipſum viſitandum me re
cæpiſſem, & aſſiderē lectulo: orauit me plurimum: vt cauerē mihi: & fatigationi
corporis parcerē: ne ēt mihi infirmari cōtingeret: de cuius nimirū vita penderet
ſua. O filium vnanimem, o hominē ſecūdū cor meum. Super ipſum nihil doleo:
qui cum eſſet ſextum & trigeſimū natus annū: in mediis huius vitæ laboribus &
erumnis obdormiuit in pace. Super me aūt doleo, quē modo reliquit ſuperſtitē,
cum deficere incœperit virtus mea. Super Camaldulenſem cōgregationē doleo:
cui q̄tum ex eius eruditione & probitate, dignitatis atq; ornamēti acceſſerat: tan
tundem modo illius morte amiſit. His de cauſis mœrore cōficior: nec adhuc ple
nam conſolationē admitto. Scio equidē, per paucos venire ad ſenectutē: & omni
ætati mortē eſſe cōem. Quin ēt exploratum ac certū eſſe nemini: ſe ad veſperum
eſſe victurum. Et quod cuiq; tēporis datum ſit: eo debere eſſe cōtentū. Atq; vt de
noſtris aliquid afferā, non ignoro: Statutū eſſe hoibus, ſemel mori: & neſcire ho/
minem finem ſuum: ſed ſicut capiuntur piſces hamo: ita capi hoies tēpore malo.
Cōparari illos merito fœno agri: quod hodie eſt: & cras in clybanū mittitur: fo/
lium nos eſſe, quod vēto rapitur: & ſtipulā ſiccam: vanitati nos ſimiles factos eē:
quoꝝ dies ſicut vmbra prætereunt. Cedunt tn̄ hæc oia doloris vehemētiæ. Et cū
quæro, quem diligebat aīa mea, & nō inuenio: triſtitia impletur cor meum. Dies
noctesq; verſatur mihi ante oculos imago filii: cuius rei gratio indulgere dolori
magis cogor: ꝙ excidere adhuc mihi nullo pacto pōt iucundiſſimæ illius cōſue/

tudinis memoria.Obliuiſci certe Bernardini non prius potero:niſi cum oblitus mei fuero.Cæterũ nihil dubito:ipſum modo ſequi agnũ,quocunq; ierit. Et ſicut vitã omnium vitiorũ labe vacantẽ duxit:neq; ab arrepto regularis inſtituti curſu vel modicũ deflexit:ita nunc reditã ei eſſe a Deo arbitror mercedem laborum ſuoꝝ.Eductus de ergaſtulo & de cõpagibus corporis:quibus tenebatur incluſus:quin potius de lacu miſeriæ & de luto fecis:ad dilecta tabernacula Dñi virtutum tranſlatus eſt:vbi inter illa beatoꝝ agmina ſempiterno ac fœlici æuo perfruetur. Quatuordecim iacuit dies:quibus ſemp quidẽ grauiter languit.Mira tñ patientia,infirmitatis vexationes ſuſtinuit.Deus tẽtauit illum:& inuenit eum dignũ ſe. In paucis vexatus eſt:vt in multis bene diſponeretur.Deniq; percæptis oĩbus ſacramentis,me illi aſſiſtente animã Deo reddidit,corpus terræ.Et q̃uis honorifice Angelorũ monachi Prioris ſui munus extulerit:ego nihilominus octauo poſt obitum ipſius die,in noſtro hoc Camalduli cœnobio,haud indecentes exequias pro defuncto faciẽdas curaui:conuocatis qui Florẽtiæ aderant tum prælatis tũ monachis.Præſtiti debitum munus optimo filio:quẽadmodum eius in me officia poſtulauerant. Scio te allaturum colendiſſimo Protectori nuntium moleſtiſſimum.Afferes tamen,vt is quoq; intelligat,obſeruantiſſimum ſui ſe amiſiſſe Bernardinum.Vale.Florentiæ.Die.iii.Maii.Mcccclxxxxix.

Iacobo Brixienſi Monacho Sancti Michaelis Murani.XCVIII.

l Achrymoſa epiſtola & flebili carmine proſecutus es Bernardinum cõterraneum tuũ:magiſtrũ tuum:Qui pauloante mundo huic mortuus, nunc viuit Deo.Nefas.n.arbitror:ſecus de eo ſentire:qui repletus ſpiritu timoris Dñi,per octo & decem annos,habitũ ſanctæ religionis impollute atq; ĩnocenter detulit:qui carnẽ ſuam iugi mortificatione crucifixit cum vitiis & cõcupiſcentiis. Quamobrẽ abſterge lachrymas ab oculis tuis:& eius gloriæ congaudens,illius vitam æmulare ac mores:cuius primũ in religione doctrina imbutus es, & formatus exẽplo.Dilexit te plurimũ ꝙ expreſſam in te ſui effigiẽ non tã corporis q̃ animi cõtemplaretur:qui mecũ ſæpius de te conferebat.Si ita egeris:non videbitur ablatus nobis Bernardinus:cuius vicariũ & quem alterũ ſe te nobis reliquerit.Et tu ſic pientiſſimũ referens patrẽ,lætari ſine intermiſſione poteris,grata defuncti recordatiõe ac memoria:qñ ab oĩbus,qui te viderint,auditurus es:Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.Mihi re vera nunq̃ excidet tam ſapiẽs filius,tam fidelis,tam probus.Adhæſerat aĩa eius poſt me:& ego viciſſim illius cõtubernio atq; conſuetudine ſuauiſſime delectabar.Erat mihi adiutor in tribulationibus:in mœrore ſolatium:in dubiis cõſiliũ:in opprimentibus curis leuamẽ:in itinere ſocius:in domo refugiũ.Vbiq; profecto (quod ſine aliorũ inuidia dictum ſit) corona capitis mei:ac totius ordinis noſtri decus.Manare iam ac diffundi tota cœperat Florẽtia,virtutum illius fragrantia:& bonarũ actionũ odor.Conueniebatur a ciuibus,præſertim eruditis:qui ingeniũ hoĩs & eruditionem ſingularẽ laudibus in cœlum ferebant.Accedebat grata illius frons,& iucũdus aſpectus:qui cæteras animi eius dotes mirifice honeſtabat:& nemo non libentiſſime ipſius congreſſu perfrueretur.Hũc ſatis ſibi vixiſſe,arbitratus Dñs,educere voluit ex hoc mũdo:& numiſma aureum,in quo erat imago ſua & ſuperſcriptio,in cœleſte ærariũ cẽſuit reponendũ.

ſuit reponendum. Et quis eſt: qui reniti velit voluntati eius? Quis illi audeat di- cere: Quare ſic feciſti: Qui bene omnia fecit? Trāſtulit Bernardinū in æternam requiem: vt redderet ei mercedem laborum & præmia virtutū. Oſtēſa eſt nobis via: qua & nos ſemel ingredi oporteat: vt cogitemus nobis quoq; inſtare tēpus reſolutionis noſtræ. Quæ eſt enim vita noſtra, niſi vapor ad modicū parēs. Homo ſicut fœnum: dies eius, tanq̄ flos agri, ſic efflorebit. Præterit enī figura huius mūdi. Quo circa feramus æquo aīo iudiciū Dei: & nō tāti faciamus iacturā noſtrā: qn pluris æſtimemus adeptā defuncto gloriā: ne iuidere credamur illius fœlicitati: quē tātope, dū apud nos eēt, dileximus. Vale. Ex Fōte bo. pridie Kalēdas Iulii. Mcccclxxxxix. Frāciſco Picolhomineo Cardinali Senēſi Protectori. XCIX.

q Votiens ipſe mecū reputo: quæ & quāta fecerit Dn̄s in agro Caſentinate, p Venerabilē fratrē noſtrū Baſiliū Abbatē: totiēs obſtupeſco. Succurruntq; mihi antiqua illa miracula: qn̄ notus erat in Iudea Deus: in iſrael magnum nomen eius. Quādo oppreſſus hebræorum populus excurſionibus gentium, clamabat ad Dn̄m a facie tribulantis: & mittebat eis Saluatorē & propugnatorem: qui liberaret eum. Nā victoriis atq; triūphis clarus: cum hoſtes patriæ ſuæ, quos ferro non tetigit, ingenio & prudentia ſuperauerit: alterꝝ profecto Moyſem, alterū eiuſdem ſucceſſorem Ioſue facile nobis refert: qui inexpugnabiles Hierico muros, clangentium tubarū ſono deiecit: ac populū Dei ſolus in terram repromiſſionis introduxit. Mira vtiq; res: & perpetuis ſæculis celebrāda. Liberauit Monachus patriā ſuam de manibus opprimentium illā, quod miles non potuit: idq; autoritate, gratia, cōſilio, induſtria, cura, vigilantia, & ingenii dexteritate. Laborum patientiſſimus pene ſupra humanum modū: & noctes æque atq; dies inſomnes ducens: & cum parua ruſticorū manu hac illacq; ſine ītermiſſione diſcurrens effecit: vt capto per inſidias Bibiena oppido: reliqua hortatu ſuo fidē ſeruauerint: quæ alias pauore perterrita, de deditione tractabant. Caſtella cōplura in alpibus ſita, & quæ iuxta Bibiēnam poſita iam ab hoſtibus capta fuerant, ipſe recæpit. Prædam de hoſtiū copiis & quidem ingentē, ipſe haud ſemel retulit: abacta gregum & armētorū & equoꝝ præcipue magni pretii multitudine copioſa. Quā vero fortiter recæpta oppida ipſe mœnibus & propugnaculis munienda curauerit: qua celeritate in eiſdem ipſe cēturiones probos cum ſociis cōſtituerit: qua vigilantia, cuſtodibus ad trāſitus alpium obſeruandos miſſis, aduerſæ partis ſæpius interceperit lr̄as: q̄ ſolerter ab inſidiis præcauerit: qn̄ nullius maiore deſyderio, q̄ Baſilii peteretur caput: q̄to in honore ſemper fuerit, non ſolū apud milites verū etiam apud copiaꝝ principes, & ipſum totius exercitus ducem: nō eſt meū referre. Si enim particulatim clara eius geſta recēſere voluero: non epiſtola ſed volumine forent cōplectenda. Cōmendo ſolū tuæ pietati has tātas Baſilii virtutes: ꝙ cū non cupiditatis ac prædæ ſtudio: ſiquidē eā in duces exercitus ac milites liberaliſſime diſtribuit: ſed fide tm̄ erga patriam, & amore conſeruādæ libertatis Eremi ac Camalduli maioris, hanc prouintiam iuſſus & rogatus ab excelſo Dn̄o Florētino accæperit, obſecrat: vt ſi qua forte cenſura implicitus tenetur, huius belli cui īterfuit cauſa: ac propterea irregularitatem incurrerit: de benignitate Pontificis, tua interceſſione abſoluatur: ſecūq; diſpēſetur. Neminem tm̄ ipſe occi-

dit:neminem vulnerauit,nec manu propria,nec ſe impante aliena. Quin potius multos captiuos ſuſpẽdio ac iugulo deſtinatos,ipſe neci eripuit:ac ſua apud Ducem exercitus interceſſione,vt ſoluti abirẽt,impetrauit. Vnã petens a Dño:hanc requirens:vt exaudiatur:ſupplex oro. Vale.Florẽtiæ.Die.iiii.Maii.Mccccxxxxix.

Euſebio Hiſpano Monacho Sancti Michaelis Murani.C.

p Er Collectorẽ noſtꝝ redditæ ſunt mihi lr̃æ tuæ:qbus repetis eadẽ quæ fere per fratrẽ Georgiũ ſcripſeras.Prudẽter facis:vt ea mihi vel ſæpius, ne dũ iterato ſermone,ſignifices:quæ noſti me libẽter auditurũ.Quævero grate audiũtur:ẽt deties repetita placebũt.Itaq; gaudeo profectibus veſtris in Dño:audiens religioſam cõuerſationẽ veſtrã,& ambulare vos digne,Deo per oĩa placẽtes:& ĩprimis fraternitatis amatores oẽs iſthic eſſe:qd eſt vinculũ perfectionis. Hãc in vobis mutuã beniuolẽtiã & caritatẽ,quã morũ ſimilitudo cõiũgit,cõſtãtia ſtabiliat:vt in dilectione pſeueretis.Eadẽ ſemp ſint oĩum ſtudia:eædẽ volũtates:vt vnus ex multis effectivideamini. De Abbate idẽ mihi pſuadeo,qd ſcripſiſti:præeſſe vtiq; illũ ĩ ſolicitudine familiæ ſibi cæditæ:nec deeẽ verbo & exẽplo ad eã inſtituẽdã formãdãq; ĩ timore Dñi.Ad decorãdũ præterea atq; ornãdũ tẽplum adhiberi diligẽtiã:mihi quoq; ſũmope cordi eſt:vt pfectũ illud aliqñ & dicatum Deovideãt oculi mei.Duobus illis fratribus ciuibus Ferrariẽſibus:quos ſacro habitu ĩduẽdos in monaſteriũ admiſiſtis:bonã optamus pſeuerãtiã. Vtinã p caſtã & ſimplicẽ cõuerſationẽ,tanq̃ par turtuꝝ,aut duos pullos colũbarũ,ſeipſos obtulerint ſacrificiũ,in odorẽ ſuauitatis Dño.Duos quoq; alios Venetos p̃ritios: quos in ſpũalẽ militiã paulopoſt aſſcribẽdos cõfidis:adiiciat prioribus illis oĩpotens:vt augeat̃ electoꝝ numerus.Solicitus ſum pro ĩfirmitate Mauroceni nr̃i:& ſcire cupio an cõualuerit.Lõgæuus ẽ,ac plenus dieꝝ:vtpote octogenarius:Quẽ annoꝝ numeꝝ excedũt pauci:qn amplius eoꝝ ſit labor & dolor. Mihi tñ magis q̃ pro ætate,robuſtus hactenus viſus ẽ:ſiue ꝗ pro ſua prudẽtia,ſaluti cõtraria ſtudioſe deuitauerit:ſiue qd magis credo qm̃ diuina clæmẽtia progatur illi diuturnior vita,ad ſuæ reipublicæ cõmodũ & gloriã.Protuliſſe illũ ĩ tua viſitatiõe ſapiẽtiæ verba:nihil miror.Eſt.n.hũanaꝝ diuinarũq; reꝝ peritiſſimus.Obſeruaui ego illũ ſemp,vt parẽtẽ:& me ille viciſſim dilexit vt filiũ.Quãtũ vero afficiat̃ tibi ex periris quotidie:& me qdẽ nõ latet.Dñs cõſeruet eũ,&viuificet eũ,dieſq; ſup dies eius adiiciat.Ipſi me cõmẽdabis. Vale.Ex Fõte bo.die.xxviii.Iunii.Mccccxxxxix.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM.LIBER SEXTVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis.Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.Epiſtola.I.

a Vdiui a nõnullis:cõſtituiſſe Põtificem:vt nullus Cardinalium hoc anno,ſicut moris eſt,ſe quoquã recipiat. Quod non tam ob proximũ iubileum:q̃ ob chriſtianorũ diſſidia:& ĩminentia vndiq; bellorum pericula,factum affirmãt.Hoc ſi verũ eſt:vt hoc etiã anno priuandus ſim optatiſſimo congreſſu dignationis tuæ,laborabo ſuſtinens:futurumq; eſt mihi hoc diuturnius interuallum ſane

moleſtiſſimum

moleſtiſſimum. Non improbo tamẽ Pontificis conſilium:q̄ fluctuante Italia: & ſurgente nunc gente contra gentem, & regno aduerſus regnũ, apud ſe patres detineat ſapientia præditos: cum quibus frequentiore coeunte ſenatu, cogitationes ſuas cõmunicet: & eorũ ſententiis nitatur, in emergentibus rebus arduis: qui velint & ſciant oportuno tẽpore prudẽtiſſime conſulere. Salus enim eſt, vbi multa conſilia. Atq; vtinã eiuſmodi futura ſint: vt non ſolum Romanæ eccleſiæ, verum etiã omni chriſtianæ reipublicæ profutura expiamur. Inſtat annus cẽteſimus, qui ẽt quinquageſimus eſt: annus vtiq; iubileus, annus remiſſionis, quem ſanctificari præceperat Dñs: vt requieſcerent cuncti habitatores terræ: & nulla alicubi apparet quies. Cõmota eſt & contremuit terra: fundamẽta montium cõturbata ſunt, & cõmota ſunt: qm̃ iratus eſt eis. Niſi placatus cito fuerit: & ad cõcordiã diſſidẽtes, atq; ad cor redire præuaricatores, iuſſerit: cum ſit in manu eius poteſtas & imperium: nõ modo requietionis annus futurus non erit, verũ ſummæ cõfuſionis terroriſq;. Hinc a Turcis, illinc a Gallis circũuenti Italiæ principes, graui bello implicandi ſunt: nec ſinendi per ociũ vitam ducere. Erudire forte nos vult per contraria Deus: & ne ocio torpeamus, ocii vitia negocio & fatigatione diſcutere pergit. Dignetur tm̃ modo munire patiẽtia imbecillitatẽ noſtrã: vt difficultatibus, quæ ſe vndiq; nobis obiiciũt fortiter obluctemur: nec cedamus malis. Raptũ vero mẽtis: in quo vt memores ſimus romanæ eccleſiæ, petere dignata eſt pietas tua: qualẽ nobis imaginari potes: cũ is præter cætera quietẽ animi requirat? Reliqueram menſe nouembri, proxime præterito, hoc cœnobiũ integrum: & haud exiguis ſumptibus a me reſarcitum. Reuerſus vero ruinas multas reperi: & incẽdio bona ex parte conflagraſſe. Offendi Camaldulum, ſicut vmbraculum in vinea: ſicut tugurium in cucumerario: ſicut ciuitas, quæ vaſtatur. Seſe mihi quotidie Fons olim bonus obiicit, conuerſum in amaritudinem: & in ciſternas diſſipatas: quæ continere non valent aquas. Taceo reliqua: quæ multa ſunt: ne tę obtũdam. Auertunt hæc facile animum: & nouas offundunt cogitationum nubes: ne emiſſa tranſeat oratio. Non ceſſamus tamen vtcũq; implere votum tuum: vt & tu viciſſim ſis memor noſtri in tuis orationibus. Orate, inquit Apoſtolus, pro inuicẽ: vt ſaluemini. Deniq; hoc peto: vt ſi liceat, certior fiam: vtrum hoc autumno propius Camaldulũ vẽturus ſis: quo dignationẽ tuam conuenire queam: an alio tẽpore expectandus. Vale. Ex Camaldulo. Die. x. Auguſti. Mcccclxxxxix.

Antonio de Monte auditori de Rota. II.

Petis a me: vt mea apud ducem exercitus Florentini Paulum Vitelium interceſſione liceat tibi pacificam poſſeſſionem conſequi Abbatiæ Detiani, noſtri ordinis: quam affirmas tibi Pontificem contuliſſe. Deberi tibi hunc a nobis fauorem teſtaris: ob tua in religionem Camaldulenſem merita: Cupere te hoc imprimis: vt honori tuo cõſulatur. Paratum deniq; te eſſe, vel decẽnio, ſi ita oportuerit, decertare: vt iuſtitiæ ſatiſfiat. Reſponſum paucis accipe. Rogatus a Magnifico Paulo Vitelio, tradidi monaſterium Detiani Monacho ordinis: de domo Vitelia quam optime merito: mihiq; deditiſſimo. Male ego viciſſim honori meo conſulerem: ſi eadem in re mihi ipſi diſſiderem: eſſetq; apud me, eſt, & nõ: quod improbat Apoſtolus. Tua ergo nos beneficia, non negamus. Cupimus

ſane:vt ſe nobis offerat occaſio referēdæ gratiæ tuæ pietati:ſalua tamē ſemp im munitate ac libertate Camalduleſi:quā ēt iuramēto aſtrictus,conſeruare pro viri bus teneor. Si nō es expertus, vt ſcribis, duriores aduerſarios, q̄ nr̄os:credo hunc tibi viſurū duriſſimū,tū ſuo ingenio,tum vero potentiū fauore. Probo igitur,ali quid fieri iniuſte? Abſit a me. Sed in ea īcidimus tēpora:vt malint pleriq; omnes tueri obſtinatius hæreditatem patrum ſuorum:q̄ permittere,vt in ius filiorum alie norū cōcedāt. Rogo te:ne deficias ,ppterea a tuo inſtituto:ſed illud amicitiæ ve/ nerabile nomē,nobiſcū ppetuo & ſancte colas. Omni.n.tpe diligit:q amicus ē. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxvi. Auguſti. Mcccclxxxxix. Petro Delphino. III.

m Vlta, vna epiſtola cōplexus es:ſed ego breuitatis gratia,potioribus tm̄ reſpōdebo. Nullū infructuoſius bellum ſuſcepiſſe Venetos noſtros arbi/ traris:q̄ quod pauloante cōfectū eſt. Si hoc,cū iniretur,præuidiſti:pru/ dentiæ aſſeribendū eſt. Sin aūt ex fine, vt fit, rem diiudicas:hoc & alii cōfitentur. Cōſilia enim euētis pōderamus. Sunt tū ſemper incerti bellorum exitus. Piſæ,de quibus ſcire cupis,qd actū ſit,quotidie oppugnātur. Magno animi ardore opus cœptum,aliq̄tulū his diebus refriguit:q & imperator exercitus febre laborat:& pleriq; ex legatis Florētinis,alii poſt alios,mala in caſtris correpti valitudine:& Florētiā iumentis delati,partim mortui,partim deſpati a medicis ſunt. Huc acce dit,q ex tanto equitū ac peditū numero,vix tertiā partē ſanam relictā affirmant. Mirātur oēs:tantum Florentinæ iuuentutis,neſcio quo morbi genere,tam breui abſumptum. Hanc cladem ac pernitiē militū,alii ex intēperie cœli,plures vero ex aquarū corruptione,ſecutā opinantur. Quotidie iumēta cōplura,infirmis cor poribus onuſta ex caſtris Florentiā veniunt:& frequentia decedentium funera,in oculis populi elata,mœrore ciuitatē affecere. Nihil tū propterea obmittit,quod ad expugnationem vrbis neceſſariū exiſtimatur. Quid futurū ſit,non eſt noſtrū noſſe. Conuerſos autē eſſe iſthic oēs ad orationem,& ad expeditionē in Turcos: magnopere probo. Singulare hoc eſt atq; vnicū in aduerſis præſidiū. Et clamaue runt,inquit,ad Dn̄m,cum tribularētur:& de neceſſitatibus eorū liberauit eos. Et alibi,hi in curribus,& hi in equis:nos autem in noīe Dei noſtri magnificabimur. Itemq;. Non enim in arcu meo ſperabo:& gladius meus nō ſaluauit me. Saluaſti enim nos de affligentibus nos:& odientes nos cōfudiſti. Audi,quid de hoc teſte/ tur Dauid:tribuens Deo non ſibi victoriā. Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgentes in me,ſubtus me. Et inimicos meos dediſti mihi dor ſum:& odientes me,diſperdiſti. Accedente itaq; diuino auxilio humanis conati/ bus:nihil dubito de fœliciſſimo noſtrorum congreſſu,& futura victoria. Præſertim cum hoſtis materiam excitandi belli quæſierit:nulla a vobis prouocatus iniuria. Prior ipſe in fines veſtros incurſionē fecit,militibus effuſe vaſtantibus: abactaq; hoīum ac iumētorum præda. Precemur Dn̄m, vt īmittat terrorē in efferos Turco/ rum animos:vt primo ſtatim concurſu & impetu a nr̄is opprimantur: deletoq; ad internitionem illorum nomine,reſpublica Veneta in tranquillum redigatur: ac pace,terra mariq; parta congaudeat. Quod vero ætate ingraueſcentē, vtpote biennio ſeptuageſimum excedens annum:de Sepulchro,vbi condendū ſit cada/ uer,cogitas:laudo conſilium tuum. Hanc enim ſepulturæ curam habuiſſe maio/

res noſtros

res noſtros omnibus notũ eſt. Cum accæperit Deus, ait Thobias filio, animam
meam: ſepeli corpus meum. Idem fecerũt antiquiores illi patres. Et merito qui/
dem. Reddendum eſt corpus, vnde ortũ eſt: nec permittendum, vt figmẽtũ Dei,
feris ac volucribus in prædam proiiciatur. Quare ſi refertũ eſt oſſibus ſepulchrũ
proauorum tuoꝝ: vt apponi nequeas ad patres tuos: aliud tibi neceſſario paran
dum eſt: anteq̃ tibi recæptui canendũ ſit. Quod vero petis a me, vt cõcedam tibi
locũ ſepulturæ in monumento meo, apud monaſteriũ Sancti Michaelis: atq; vt
hac de re monachis ſcribam: ſcias me ibidem nõ habere propriũ monumẽtum.
Nam in quo pia mater ſepulta eſt: Nicolaus frater ædificauit: & negaturũ ipſum
tibi, ſi id ab eo petieris, nequaq̃ puto. Si vero ſepulchrũ monachorũ requiris: qm̃
cõmendari illis negociũ poſtulas: vbi mihi planius apueris votũ tuum: cõtendã
tibi morem gerere. Cur autẽ ex patria domo, & propriis laribus, & a quibus, fue/
ris eiectus: nõ intelligo. Doleo tñ: tibi hac ætate ita accidiſſe. Tranſiſſe vero te ad
alias haud multo procul ædes. vt in pace viuas: non improbo. Ferende ſunt no/
bis æquo animo pſecutiones. Non eſt enim ſeruus, maior Dño ſuo. Si me, inqt,
perſecuti ſunt, & vos pſequentur. Itẽ alibi. Vulpes foueas hñt: & volucres cœli ni
dos: filius aũt hoĩs non habet, vbi reclinet caput ſuũ. Domus patris tui illa eſt: de
qua dicitur. Beati qui habitãt in domo tua. Et iterum: gloria & diuitiæ in domo
eius. Quã vero ob cãm orator Florentinus adhuc Venetiis ĩmoretur: nec fuerit,
confecta dudũ pace, reuocatus Florẽtiã, neſcio. Et ſcrutari hmõi: non eſt meũ. Va
le. Ex Fõte bono. Die. iii. Septẽbris. Mcccclxxxxix.

Petro Delphino. IIII.

Ttuliſti tu quidem mihi gratum nuntium: ſed longe gratius, qui litte/
a ras tuas reddidit. Significaſti ipſe mihi, concluſam Turcorum claſſem
in portu longo: vnde egredi ob faucium anguſtias eis nõ liceret. Tua/
rum vero lator: qui compluribus poſt diebus ob aduerſam nauigationem appli
cuit Rauẽnam: partim captã, partim conflagraſſe incendio, ſe ibidem agnouiſſe
affirmat: imperatore claſſis, & nepote vno, ac genero magni Turci, a Venetis in
eo conflictu captis: ac reliquis omnibus ad vnum trucidatis, atq; occiſis. Idẽ ſcri/
bit ad me ex Vrbe Rauenna Victor nepos. Vſurpare in tanta victoria nobis can/
ticum Moyſi merito licet. Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt:
equum & aſcenſorem proiecit in mare. Dextera tua Domine magnificata eſt in
fortitudine: dextera tua Domine percuſſit inimicũ: & ĩ multitudine virtutis tuæ
depoſuiſti aduerſarios meos: Miſiſti iram tuam: quæ deuorauit eos, ſicut ſtipulã.
Experimini modo: q̃ accæptus Deo fuerit piarũ mentium veſtrarũ cultus: publi
ca illi oratione ac ſupplicatione per Vrbem exhibitus. Videtis q̃ facile, q̃ breui, in
manu potẽti & brachio excelſo, non ſolum cõcluſerit gentes ĩnumeras Dñs: ve/
rum etiam internitione deleuerit. Ingens nimirum ac memorabilis ſtrages, &
ruinæ ſimilis: vt tam paruo temporis momento. cc. &. lxxx. nauium claſſis, tan/
quam igne cœlitus lapſo afflata, euanuerit. Succurrunt modo mihi ſcribenti, ver
ba Iudith; viduæ, caſtiſſimæ atq; Sanctiſſimæ. Veh genti inſurgenti ſuper genus
meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis. Agendæ ſunt ex corde gra
tiæ maieſtati eius: ſicut vos facere ſignificaſti: quia in humilitate veſtra memor
fuit veſtri. Actũ eſſe de Principe Mediolani, mirari videt̃ nemo: quẽ mores ac vi/

ta hominis nequaq̄ latebant. Facile ſibi fuiſſe vnuſqſq; arbitratur: huius diuinaſſe interitum. Ab alio expecta; alteri quod feceris. Capta vero a noſtris: quæ tamē, vt ſcribis, ſponte ſe dedidit: pars illa oīs Ducatus Mediolanēſis: quæ citra Abduam fluuiū ſita eſt: venire mihi in mentē fecit ſermonē Samuelis, ad Saul Regē Iſrael. Scidit, inqt Dn̄s regnum Iſrael a te hodie: & tradidit illud proximo tuo, meliori te. Fodere vobis tentauit foueam: & incidit in eam. Vale. Ex Fōte bono. Die. xiiii. Septembris. Mcccclxxxxix.

Antonio de Monte Auditori. V.

p Ræterire ſilentio facile potui reſponſum litterarū tuarū: niſi fuiſſem veritus: ne ſignum imutati mei erga te animi interpretareris ſilētiū meū: aut quod abſit, habitū a te me fuiſſe contemptui. Reſpōdebo igitur qua debeo te cum fiducia: vt ſeruare me noueris in amore conſtantiam: & te a me nedū minime cōtemni, ſed ēt coli. Obiicis mihi nōnulla per epiſtolam. Primū quidē optare videris: vt Pontifici humiliter paream: nec ei reſiſtam contumaciter: quē ſcribis, ſemel tibi noſtri ordinis beneficiū contuliſſe: cum ſit is Dn̄s omnium: cū quo non liceat ſeruis cōtendere. Abſit a me: vt cōtradicam ſermonibus Sancti: & contumaciter eius Sanctitati reſiſtam. Repugnare illius imperio, nunq̄ mihi fuit animus: quem, vt merito ac iure debeo, ſumma veneratione obſeruo. Vbi præcipiētem mihi aliquid audiſſem, aut præcipientis ſcripta perlegiſſem, conarer pro viribus mandata Domini exequi. De cuius poteſtate atq; autoritate quid ſentiam, ſi vnq̄ legeris Dialogum meum: quē biennio ante in Hieronymū Ferrarienſem edidi Florētiæ: facile abs te abiicies iſtā de me ſolicitudinem & curam. Per ſeptē & triginta ānos in ſcola obediētiæ verſatus ſum: quam ſi non plene ordini meo exhibui: non tamē ſum illi contumaciter reluctatus. Itaq; longe minus putes: me ſummo omnium ſacerdoti, ac Chriſto Dn̄i, velle obſiſtere. Subinde vero obiicis mihi, ꝙ requiſitus abs te: vt fauerem cauſæ tuæ: quæ iuſtitiæ meritis fulciretur: ſecus fecerim: q̄ fuerit tua de me expectatio. Scio equidē, non licere cuiq̄ impugnare iuſtitiā. Diligite, inquit, iuſtitiā: qui iudicatis terram. Et alibi. Iuſte iudicate filii hominum. Verum cum nō ſim iudex in cauſa tua (quis enim me conſtituit iudicem ſuper te) executionem iuſtitiæ, quam requiris a me, haud iniuſte reiitio. Datus huic ordini Procurator & aduocatus: aduocatione mea pro eo fungi fideliter teneor. Suſcipere vero alienorū patrociniū ac tutellā cōtra ipſum: nō eſt meū. Si proſecutus fueris ius tuū: nihil me leſeris. Qui enim vtitur iure ſuo: nemini iniuriam facit. Miratus ſum vltimo loco: ꝙ exiſtimaueris voluiſſe me tibi timorē incutere: qm̄ teſtatus ſum habiturū te aduerſariū duriſſimū. Scripſeras tu Prior, nō fuiſſe te expertū duriores aduerſarios: q̄ noſtros. Et ego, q cognoſco oues meas, cōſequēter intuli: hunc tibi duriſſimū fore. Es ne tu eiuſmodi: qui formidare adverba mea debeas? Qui eo animo prolata exiſtimes: vt incuterēt metū? Erras, ſi ita opinaris. Iudex orbis: & Rotæ magiſtratū gerēs in æqtate & iuſtitia: cōfidere merito debes in cā tua. Qui enim, quēadmodū in diuinis voluminibus legitur, cuſtodierint iuſtitiam, iuſte iudicabuntur. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Septembris. Mccccclxxxxix.

Iacobo Monacho Sācti Michaelis Murani. VI.

n On admodū miror: ꝙ victus ſit intemperātia æger nr̄: illectus dulcedine cibi illius: quo ēt primi parētes decæpti credūtur: quando poſt præuaricationem

uaricationem,conſueuerunt ſibi folia ficus:& fecerunt ſibi perizomata. Peccauit forte,non tam in genere fructus vetiti,q̄ in modo. Sumenda enim ſunt infirmo, non ſolū quæ oporteat:verum ēt ex his q̄tum expediat. Nā ſi ſano & vegeto cor pori inutilis eſt plerūq; ſatietas,& ciboꝝ repletio:q̄to erit inutilior ægro? Recidi ua edoctus,futurus eſt cautior ſuiipſius cuſtos:nec pmiſſurus appetitui,niſi quate nus liceat. Quod vt faciat:hortaberis meo nomine. Accingi enim illum oportet ad exequenda ordinis negocia:ne de repoſita in ſudario mna arguatur. Nam vt recte de eodem ſentis:quem olim lapidem reprobauerūt:hic factus eſt modo in caput anguli. Cuius rei gratia eo ſtudioſius debet ſaluti ſue cōſulere:quo fructuo/ſius multorum vtilitati conducere vnus pōt. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxv. Se/ptembris.Mcccclxxxxix.

Benincaſæ Priori Pratalis. VII.

C Apitis dolore ac febricula,ex quo te ad lares patrios contuliſti, icirco forte vexaris:vt de contemptu carnalis affectus admonitus: procul a mundana patria ætatem agas:quo facilius ad illā,quæ ſurſum eſt,promerēdam anheles. Obliuiſci te oportet populum tuum,& domum patris tui:& cōcupiſcet rex decorem tuum. Si parū collegiſti:non eſt mirum. Nam infeſta bellis regione parum ſeminatum eſt. Et qui parce ſeminat,parce & metet. Quod mutare vitam decreueris:bene cogitaſti. Si ita feceris,non deerunt tibi victui neceſſaria. Reple/buntur horrea tua ſaturitate:& vino torcularia redundabunt. Inquirentes enim dominum non minuentur omni bono. Quomodocunq; conueneris cum Prio/re mogionæ,abſq; mogionenſium ſcandalo:ratū id habiturus ſum. Vale. Ex ædi bus Muſoleæ. Die.iii. Octobris. Mcccclxxxxix.

Antonio de Monte Auditori Rotæ. VIII.

S Cribimus vltro citroq;,ſuper cauſa monaſterii noſtri ordinis:& ſæpius reſcribimus: & ſcribendo nihil proficimus: quando neuter alteri ce/dit. Vt quid ergo perditio hæc tēporis? Quid nobis fructus parit? Multum per oēm modum. Siquidē ſcribē do,amicitiæ vinculū ſtrictius nectitur:& mutua be niuolentia maius capit incremētum. Scribis,me tibi nequaq̄ ſatiſfeciſſe coloratis meis,vt ipſe ais,reſponſionibus. Et ego viciſſim adduci ac perſuaderi nequeo ar gumentis tuis,quæcunq; ſint illa:debuiſſe me aliter tecū facere,q̄ feci. Si expetiſti operā meā:vt pro te non tormētis non vi,ſed verbis tm̄,ſed lr̄is agerē:idipſum ſemel cōtra honorē meū cupiebas:vt ius tuū pater ordinis defenderē,in præiu/diciū ordinis. Executoriales lr̄e,de quibus mentionē feciſti,nō vni,ſed plurimis cōmitti ſolent. Hmōi miniſteriū,me incōueniētius exequi potuit nemo. Sufficere debet cōmēdatariis:q; patiēter laturi ſumus iacturā ordinis:q; Camaldulenſis hæreditas,ad non Camaldulēſes trāſferenda ſit:q; in labores nr̄os introeant,qui non laborauerūt nobiſcum. Requiri autem minime debui de ea re:quā mihi ſal/ua erga creditum curæ meæ gregem fide,præſtare non licuit. Meū eſt,meum,in/q̄,eſt:patrimonium Romualdi,tenue licet atq; exiguum,conſeruare,augere,ac partiri cum ipſius filiis:quorum ſunt omni tempore veſtimenta candida. Si fo/rem dominus,& nos diſpenſator tm̄ rerum Camaldulenſium: erogare illas pro arbitrio meo,& cōferre quibuſcūq; beneficia promiſcue poſſem. Veꝝ credita mi hi ſuper Camaldulenſes tm̄ diſpenſatio impellit atq; vrget:vt intra præſcriptum

mihi terminum me contineā.Ne tranſgrediaris,inquit Sapiens,terminos: quos tibi poſuerunt patres tui.Et Paulus,ſic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chriſti: & diſpenſatores myſteriorum Dei.Hic iam quæritur inter diſpenſatores:vt fide lis quis inueniatur.De meritis collitigātium diſcutere,vti rogas,nolo.Iuſtum eſt enim mihi de vtroq; veſtrum bene ſentire:Quantum vero ad eruditionem atti/ net:differs tu ab illo plurimum:& nulla eſt inter vtrunq; comparatio. Si profeſ/ ſio & habitus non obſiſterent:optarem tibi non Detianum ſolum , verum etiam præcipua & maxima quæq; in noſtro ordine beneficia.Deniq; mallem:vt illa po tius tua eſſent:q̄ tibi cōmendata.Quod bene de me ſentias:& multa tribuas par uitati meæ:habeo gratiam.Ego tamē de me ipſo non fallor:cum quo nimirum bene agetur:ſi auerterit Dominus faciem ſuam a peccatis meis.Fuit autem mihi admodum grata,atteſtatio perſeuerantiæ amoris erga me tui:a qua ne minimū quidem,huius litigii gratia,cupias deflectere. Et ego in hoc paria tecum facio. Amico,etiam minus obſequenti,ne dicam repugnāti,ſeruas fidem:quemadmo/ dum hominē chriſtianum decet:qui & motus animi cohibere,& appetitus obe/ dientes efficere rationi contendit.Merito tm̄ magiſtratum geris,quādo ad æmu lationem legum,quarum es peritiſſimus,in iudicandis rebus,non turbatione ali qua duceris,ſed æquitate.Itaq; excuſatiōem meam admittas velim:ſi ſuper De/ tiani negocio,nō tibi morem geſſi,de quo nimirum opto:& precor Dominum, qui optime nouit,quid loco expediat:vt ſicut fuerit voluntas in cœlo:ſic fiat. Va/ le.Ex noſtro ſeceſſu Muſoleæ.Die.xv.Octobris.Mcccclxxxxix.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.IX.

r Eſpondi ante duos menſes nouiſſimis Dignationis tuæ litteris.Interea nihil ſcripſi:tum ꝙ non occurrerit quid ſcriberē:tum vero imprimis,ꝙ præſtolabar quotidie aduentū tuum in Etruriam,ſicut quotannis facere cōſueui/ ſti.Sublata vero mihi modo penitus hac ſpe,& fraudatus expectato per biēnium colloquio:ſignificādum tibi paucis duxi,quæ occurrūt:quibus hinc inde oppri/ mimur.De priuatis loquor negociis nr̄i ordinis:nō de publicis chriſtianoꝝ vexa tionibus:quæ notiores ſunt tuæ amplitudini.Atq; vtinā celeriter p Dei clæmētiā finiant́:vt leo q aſcēdit de cubili ſuo:& prædo gētiū,q ſe leuauit:q egreſſus ē de loco ſuo,vt ponat terrā in ſolitudinē:fuſus fugatuſq; diſpereat:& cœleſti virtute cōterātur,qui nos pſequuntur.Quod facile fore,ſpare vnuſqſq; poſſet:ſi admitte/ remus eiuſdē Hieremiæ cōſilium:imo Domini per Hieremiā dicentis.Si abſtu/ leris offendicula tua a facie mea:nō cōmoueberis.Itemq;. Laua a malitia cor tuū Hieruſalē:vt ſalua fias.Alioquin verendū eſt:ne peruenerit gladius,vſq; ad ani/ mam.Sed redeo ad rem noſtrā.Scripſi procuratori:vt cōferat tecū impetrationē duorū auditoꝝ Sacri palatii,ſup duobus monaſteriis ordinis.Nihil nobis ꝓdeſt, ꝙ feſtinamus & annitimur cōſulere locoꝝ vacationibus:cū ꝑueniamur vbiq; ab alatis curſoribus,& cōuolātibus vndiq; ad occupāda religionis iura. Subſtituti p me Abbates,poſſeſſionē bn̄ficioꝝ accæpunt:pcæptis ēt huius āni ꝓuētibus,cū ſin gulari īcolaꝝ oīum gr̄a.Paratus ē vterq; tueri totis viribus cām ſuā:accedēte p̄/ ſertim p̄rocinio & īterceſſiōe,vbi opus fuerit pietatis tuæ. Quicqd cœpis cōſilii ſuper hoc negocio,quod tibi ſtudioſe cōmēdo,cū Procuratore nr̄o:tātūdē facere contendemus.

contendemus. Vale. Ex ſeceſſu noſtro Muſoleæ. Die. xvi. Octobris. Mcccclxxxxix

Venturæ Vicario Congregationis. X.

m Ortem. D. Bartholomæi Burgẽſis monachi: & Petri conuerſi imprimis veſtri gratia moleſte tuli. Erat. n. hic vobis admodũ vtilis: & erga iſtud monaſteriũ ſingulari repletus zelo. Probitate vero & moderatione, neſcio cui alteri cõuerſorum nr̃a ætate apud vos fuerit ſecũdus. Aegrotauit grauiter diuq;: vt purgatior hinc abiret: & (vt de illo iuſtũ arbitror ita ſentiendũ) deleta qualicũq; macula, quæ illi de terrenis cõtagiis forte adhæſiſſet: ad beatas ſedes trãſiret. Feretis iccirco hoc incõmodũ æquo aĩo: ne fratris nr̃i beatitudini inuidere videamini. Burgẽſis quoq; dignus eſt cõmẽdari: q ad prouectã vſq; ætatẽ, in regulari obſeruatione cõſtanter vitam duxit ſine crimine. Caſum Prioris Sãcti Mathiæ, lõge quidẽ miſerabilius duco. Qui. n. morbo aliquo affectus, inter primã curationem, ſiue haud multo poſt, expirauerit: ſemel moritur. Qui autẽ mẽbris oĩbus captus, ac paralyſi diſſolutus iacet: quotidie videt̃ mori. Firmet eũ Dñs robore animi ac virtute: & lãgore oĩ penitus liberet. Cõſternatus mœrore ob rẽ ĩfœlicius geſtam cum Turcarũ gente: non ero tecum lõgior. Quã præclara victoria vti neſcierũt: neſcio an ẽt noluerint: quibus demãdatum erat negociũ. Ingens reuera facinus: intollerãda impietas. Apponat manũ ſuam altiſſimus: & antiqua miracula renouare dignetur protector omniũ ſperãtium in ſe. Vale. Ex ſeceſſu noſtro Muſoleæ. Die. xix. Octobris. Mcccclxxxxix.

Vẽturæ Vicario Cõgregationis. XI.

o Vere incerta mortis hora. Nudius tertius cũ ad tertiã eremitæ noſtri in eccleſiam cõueniſſent, dixiſſetq; Domnus Laurẽtius verſum illũ: Depræcatus ſum faciẽ tuã in toto corde meo: miſerere mei ſecundũ eloquiũ tuum: cõtinuo quaſi ſedere volẽti ſimilis, paulatim prolapſus, in choro decidit mortuus. Accurrẽtes eremitæ: & iacentẽ excitare conati: nullũ extorquere ab eo verbũ potuerunt: q iam efflaſſet animam. Pulſauerat ipſe eo mane forte ad tertiam. Factus, de obitu eius inopinato ac repẽtino, veſperi certior cõtuli me heri ex hoc ſeceſſu noſtro in eremũ, ductis mecũ monachis oĩbus Fõtis boni: vt Venerabilis fratris debitas exequias celebraremus. Aderãt mecũ Abbates aliquot: qui forte me conuenerant. Interprætati ſunt cõplures deceſſum eiuſmodi: q delectatus ſemper decore domus Dei: ad quam ſolicite die noctuq; ſeſe recipe ſolitus fuerat: nõ alibi potuerit conuenientius ſpiritũ Deo reddere, q̃ in templo: idq; inter pſallendum. Vltra annos qnquaginta noſtri ordinis habitum detulit: & in eremo per annos quatuor & triginta religioſe ac pie viuens, bona omniũ de ſe exiſtimatione perſeuerauit. Erat non mediocri decori noſtræ eremo ſenex eiuſmodi ac plenus dierum. Sublatus eſt qa ipſe voluit: qui conſtituerat terminos eius: qñ foret ei redditurus mercedem laborũ ſuorũ. Pares nos fecit hoc anno Dñs. Apud vos in Sancto Michaele conuerſus primo Florentis adhuc ætatis: deinde monachus ſenio grauis, defuncti ſunt. Apud nos itidem in eremo, antea conuerſus annorum circiter quadraginta poſtea eremita longæuus: intra paucos menſes hi, illi intra dies paucos mortali vita exceſſere. Vtriq; ætate: vtriq; moribus ſimiles, in pace ſepulti ſunt. Pro vtriſq; nos: qui adhuc viuimus, qui reſidui ſumus, pariter exoremus: vt a peccatis ſoluãtur. Vale. Ex ædibus noſtris Muſoleæ. Die. xxi. Octobris. Mcccclxxxxix.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani. XII.

V Biq; hoc anno & mortui audiuntur multi, & infirmi lõge plures. Cum mortuis bene actum eſt: cum iis, inq̃ qui obdormierunt in Domino. Cũ infirmis qui conualuerunt, haud male. Siquidẽ viſitati ab eo: qui ſanat omnes lãgores & omnes infirmitates, cautiores redduntur ad conſeruandam vtriuſq; hominis ſanitatem. Qui vero longinqua affligantur valitudine: ſi conſtanter tulerint factam ſuper ſe manum Domini: vberiorem cõſequentur mercedem. Quãq̃ quid poteſt eſſe in hoc mũdo diuturnũ? Breues enim dies hominis ſunt. Itaq; infirmari non poteſt diu. Hoc dico propter Priorẽ Sãcti Mathiæ: cuius pelli iãpridem conſumptis carnibus adhæſit os eius: & derelicta ſunt tm̃modo labia circa dẽtes eius. Miſereor illis oĩbus quos hoſtis barbarus rapuit: & ĩ captiuitatẽ duxit. Eripiat eos Deus ſua clæmentia de manibus inimicorũ & gentium feritatem cõterat ſub pedibus fidelium ſuorum velociter. Si perſequẽtes noſtri, tempeſtiue recedentes Turcos fuerint cõſecuti: nequaq̃ difficile fore arbitror: vt onuſtos præda & ſpoliis capiant. Aduentus gallorũ equitum peditũq;, magno quoq; erit noſtris præſidio: vt alacrius ac fidẽtius hoſtem perſequãtur. Adhæc miſſæ nauiculæ centum ex vrbe in auxilium ad oram fluminis: vt traiecturum agmen intercipiant: prodeſſe negocio plurimũ poterunt. Atq; vtinam tanto cõtenderint curſu: vt repẽtino aduẽtu ĩcautos opprimãt. De euẽtu rei me certiorẽ facies. Intactũ ab hoſtibus relictũ fuiſſe Oppiterginũ agrum: valde lætor: idq; tum incolarũ oĩum gratia: tum imprimis Prioris noſtri Sancti Martini. Qui licet Martini exẽplo hoſtium cuneos penetrare ſecurus, ſigno crucis protectus, valuerit: gratius tamẽ audio: q̃ exemerit Dñs pugnæ neceſſitatẽ. Vale. Ex ſeceſſu nr̃o Muſoleæ. Die. xxviii Octobris. Mcccclxxxxix.

Filiis. D. Angeli Nicolini Doctoris. XIII.

O Bitum clariſſimi & eminentiſſimi viri patris veſtri, vti ſane debui, moleſtiſſime tuli: idq; nõ tam meo atq; ordinis Camaldulenſis, quoꝝ ſemper patrociniũ ac tutellã accuratiſſime geſſit: q̃ publico patriæ iſtius nomine. Neq; enim paruã fecerit iacturam ciuitas veſtra primarii huius ciuis ac viris peritiſſimi amiſſione. Diu ſiquidẽ ac multũ in rei publicæ Florentinæ exercitatus negociis tum domi tum foris, adeo perſpicaci iudicio & ſingulari conſilio præſtabat: vt merito eius operã atq; ingeniũ ſemper deſyderauerit. De nobis vero ſic erat optime meritus: vt non ſolũ requiſitus noſtra exequeretur negocia: verum ẽt vltro, vbi nos premi aliqua de cauſa cognouiſſet, totum ſeſe ad defenſionem ac præſidiũ pro rebus noſtris accingeret, omnẽq; induſtriã curam ſtudiũ & operam in nos cõferret. Verum qñ ſicut Dño placuit ita factum eſt: benedicamus & nos nomini eius: qui ſeniorẽ & iam functum vitæ: mortalis curſu, hac turbulẽtiſſima tẽpeſtate ex hoc ſæculo neq̃ eripuit & transferre ad ĩmortalitatem dignatus eſt. Iccirco facile cõſolationem veſtrã pro defuncto patrono ac tutore admiſi: & vobis viciſſim pro ſublato parẽte optimo ſolatium caritate mutua trãſmitto. Hac lege ingredimur in hunc mundum oẽs: vt aliqñ hinc, velimus nolimus, nobis exeundum ſit. Dum ſumus in hoc corruptibili corpore peregrinamur a Domino: & in via ſumus, qua ad patriã tẽdimus. Beati nimirũ illi ſunt exiſtimãdi: q per bona opera ita hanc ſibi munierunt viam: vt intrepido curſu ad illum Sanctorum

ctorum Spirituũ cõſeſſum meruerint peruenire. Orationes, quas petitis pro de/functi requie, & effudimus & effuſuri ſumus: & illius nunq̃ futuri ſumus ĩmemo/res. Vobis deniq; tribus pariter, tanq̃ funiculo triplici, qui difficile rũpitur: tanq̃ heredibus atq; ſucceſſoribus paternæ erga nos beniuolẽtiæ, gratias ago: q; offer re voſmetipſos nobis dignati eſtis. Spero vos, ſicut polliciti eſtis p litteras, æmu latores fore paternæ pietatis, neq; cõmiſſuros, cũ oportuerit: vt tutellam parẽtis veſtri ordo Camaldulenſis deſyderaturus ſit. Valete. Ex nr̃o ſeceſſu Muſoleæ. Die xxix. Octobris. Mccccxxxxix. Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XIIII.

c Auſam dilatæ reſponſionis ſuperfluo mihi ſignificaſti. Non enim eram neſcius: multiplicibus te ſemper negociis implicari. Et vt cumulus ac/cederet occupationibus tuis multis: etiã noſtri gratia, tm̃ in illa examinatione te/ſtium pro monaſterio Carcerũ fatigatus es: vt quẽadmodũ ſcripſiſti, parum ab/fueris ab ægrotatione. Aſſuetus perferre labores huiuſmodi pro cõſeruanda iuſti tia: non es permiſſus a Deo incidere in malam valitudinẽ: vt ambulans corã eo in veritate & in toto corde tuo, ſubuenire oppreſſis cõmodius valeas. Et quem, oro, non opplerent faſtidio, articuli interrogationũ centum: teſtes ducenti? Itaq; tecum ſentio: q; pro oblato ẽt fundo, quem iuſte accipere tibi licuiſſet, tantũdem iterum incõmodi & laboris ſubeundnm tibi nequaq̃ fuerit. Opto ego imprimis: vt tantus hic labor tuus, quẽ interrogando dictando, ad laſſitudinem vſq; paſſus es, quietem nobis ac monaſterio illi pro quo litigatur, fœlici euentu pariat. Obi/tum Bernardini Gadoli leuius fero eadẽ rõne, quam ipſe mihi ad memoriam re/uocaſti. Non potui tñ non dolere filii cariſſimi deſyderio: idq; nõ ſolum mei gra/tia, verum porius ob iacturam totius noſtri ordinis, quem ad eam vſq; diem, quæ naturæ cõceſſit, tum ſuis moribus tum eruditione haudvulgari honeſtauerat. Nõ enim (vt verum fatear) multos habemus Bernardinos. Sed qñ placita fuit Deo anima illius: vt præueniri meruerit in bñdictionibus dulcedinis, facilius de eius migratione conſolationem admitto. Cæterũ non fuit neceſſarium, vt de publico rerũ chriſtianarum ſtatu, mihi liberius aliquid ſcriberes: cum oĩbus pateat, & mi hi inter cæteros iampridem compertum ſit, mũdum in maligno poſitum eſſe: & tria illa peccatoꝝ capita, quæ in epiſtola ſua Ioãnes enumerat, cõcupiſcentiã vide licet carnis, & cõcupiſcentiam oculorum, & ſuperbiã vitæ vbiq; plurimum excre uiſſe. Notum eſt oĩbus q̃ta indies magis tenebrarum caligo, q̃ denſa erroꝝ & fa/cinorum nubes mortaliũ pectora ſolito amplius obduxerit: vt mirũ nõ ſit, ſi ſcate re paſſim prophetæ de quibus ſcripſiſti videantur: qñ futura coniectari ac præui/dere, ex ipſo rerũ in deterius labẽtium ſtatu, facile omnibus fuerit. Memini te an/te complures annos, ſicut ex lr̃is tuis patet, vaticinatũ fuiſſe ruinã illius: cuius mo do feciſti mentionẽ. Qui amiſſa fere in momento tẽporis & in ictu oculi tyrãni/de: anteq̃ vidiſſet hoſtem, ad alienos ſeſe proripuit. Subditoꝝ oppreſſio, exactio/nes immodicæ, pudor nullus, nulla religio, ita diuinare de illo haud dubie ſuade/bant. Sed a Deo proſtratus in interitum carnis: forte erigendus eſt ad ſalutem: & mutandus in virũ alterum. Et enim ſicut legimus non ſinere multo tẽpore pecca tores agere ex ſentẽtia: ſed ſtatim vltionẽ adhibere: magni beneficii eſt inditium. Quãq̃ ſi ipſe & alii cum eovt affirmas concitauerunt Turcos aduerſus ciuitatem

noſtram:dilui niſi ingenti pœnitentia & cruciatu tantũ non poterit ſcelus. Quo/modo enim cõpenſaturi ſunt ii, qui ſe huius rei fecerunt autores, tantam hoium ſtragem: raptus virginum: tẽplorum euerſiones: vaſtationes agrorũ: villarum di reptiones: atq; incendia? Non ſunt hæc eius generis crimina: quæ aſperſione tñ aquæ ſanctæ abſtergi queant. Viderint ipſi, quicũq; ſint illi: & præſtolentur vltio/nem a Dño: in cuius contemptũ iis, qui oderunt illũ, amicitia iuncti ſunt. Fidelis autẽ Deus non permittat tentari noſtros ſupra id, quod poſſunt: ſed faciat cũ ten tatione prouentũ: vt poſſint ſuſtinere. Miraculũ Sancti Romualdi: quod mona/chorum noſtroꝝ tñ cauſa, non laicorum qui aderant, factum putas: ab vtriſq; ni hilominus reuerenter ſuſcæptũ eſt. Siquidem & illi euentum rei: nõ ſuæ defenſio/ni ac virtuti: ſed cœleſti potius auxilio tribuerũt. Fatẽtur enim: ꝙ niſi in tanto di/ſcrimine, validus (vt Eſaias teſtatur) & fortis Dñs, ſicut impetus grandinis tur/bo cõfringẽs, ſicut impetus aquaꝝ inundãtium & emiſſarũ ſuper terrã ſpatioſam affuiſſet: nihil ſua profeciſſent diligentia. Merito itaq; vt hortaris, aliis Beatiſſimi patris noſtri miraculis & hoc iũgi debet: ad laudẽ & gloriã noĩs eius: q eſt mira/bilis in *Sãctis* ſuis. Vale. Ex ædibus Muſoleæ. Die. xxix. Octobris. Mcccclxxxxix.

Petro de Porticu Priori. XV.

c Ebetis thebani opuſculũ: quod te interprete latinum factũ, pro tua anti qua in me dilectione ac pietate meo nomini dicãdum cenſuiſti, tamquã primitias ſtudiorũ tuorum tum ipſius merito tũ tui gratia per q̃ iucunde accæpi. Perlegi illud, quo primũ die mihi redditũ ẽ, totũ haud mediocri voluptate: ꝙ & eruditus & facũdus mihi admodũ viſus ẽ, mõ mihi tãdẽ cognitus thebanus hic tuus: atq; ĩprimis ſingulari p̃ditus grauitate. Nã occaſione cõſpectæ ĩ Saturni tẽ plo tabulæ, quã myſtico ſenſu expoſuit ĩterprætatus eſt: adeo cõmode & grauiter de virtutibus de vitiis diſputat: vt mihi non alienũ a catholica fide & chriſtiana religione hoĩem: ſed vnum potius e noſtris doctoribus orthodoxis viris atq; in Sanctos relatis, audiſſe viſus ſim. Merito itaq; aureolum libellũ, e media delectũ græcia, in Italiam iampridẽ aduexiſti. Dignum re vera, qui legatur ab omnibus: & per omniũ manus currat. Conſuluiſti tu quidem publicæ vtilitati: nec tam mo naſticæ diſciplinæ, q̃ cæteroꝝ vitæ mortaliũ. Qui habita per te recti prauiq; no/titia, facile reſpuent, aſpernabuntur, contemnẽt impudicas illas, procaces, obſcœ nas, fallaceſq; meretriculas: vitia ſcilicet: de qbus in opuſculo figurate tractatur. Et cõuerſi ad illarũ amorẽ: quæ integritate, fide, religione, continẽtia inſignes, ad mundi cõtemptum prouocãt: gratiſſimo atq; honeſtiſſimo earum cõtubernio ꝑ/fruentur. De tranſlatione vero tua iudicare quomodo recte poſſum: qui græcarũ litterarũ peritus non ſum? Quoniã tñ & hoc petiſti: paucis accipe quid ſentiam. Aemularis veteres per oĩa: adeo polite & ornate atq; accurate ſcribis. Verba pro pria electa beneſonãtia & antiqua. Cõpoſitio, decora & grauis. Breuitate enĩ gau/des. Verum (vt pro meo captu loquar) cum ſis ſtrictior atq; adductior: minus aperta & lucida mihi videtur trãſlatio & ĩtellectu difficilis: Quod multis nimiũ diſertis ſolet accidere. Et neſcio: an recte coniecero: Subobſcuriorẽ mihi propte/rea apparuiſſe tranſlationem tuam: ꝙ ſtudioſius inhæſeris lr̃æ: ac verbum verbo curaueris reddere. Sẽſum enim operit trãſlatio huiuſmodi: ſi ad verbũ interpræ/temur. Quid

temur. Quid

temur. Quid hac in re poeta ſentiat: immo & moneat: optime te noſſe arbitror. Nec verbum, inquit, verbo curabis reddere fidus interpres. Cicero autem magiſter interpretum, cũ quædam græca volumina in romanum eloquiũ cõuertiſſet: Non verbũ, ait pro verbo neceſſe habui reddere: ſed genus omne verborꝝ vimq; ſeruaui. Non enim me annumerare ea lectori putaui oportere: ſed tanq̃ appendere. Hæc tecũ Petre fili, paterna fiducia dicta ſint. Tu aliorꝝ, qui hæc ſtudia melius callent, ſtabis iudicio. Vnum hortor: quin potius contẽdo abs te: ne hac ſola editione cõtentus: illuſtriora illa, quæ diu te verſare & in manibus ẽt eſſe ſignificaſti: differas publicanda: vbi primũ ea pfeceris. Quod nobis ſingulari voluptati: tibi vero honori futurꝝ eſt. Vale. Ex receſſu Muſoleæ. Die. vi. Nouẽbris. Mccccclxxxxix.

Antonio de Monte Auditori Sa. Pa.. XVI.

n On debeo ego in reſcribendo ad te eſſe negligẽtior: cui hic ſeceſſus noſter plus ocii ſuggerit: cum tu inter publicas & cõtinuas magiſtratus tui occupationes: quibus te diſtrahi magnopere oportet, in hoc ſcribẽdi munere ſtudioſius perſeueres. Rñdebo itaq; ẽt nunc ſuper eadẽ re lr̃is tuis: quæ mihi redditæ ſunt heri veſperi. Rñdebo aũt magis modeſte q̃ libere: non tñ ſupprimam veritatem. Et enim libertas nimia, interdñ licentiæ ſpẽm habet. Tollerari illa, imo & laudari facilius in orbis iudice, q̃ in monacho põt. Alia eſt enim (ſicut ait Hieronymus) cauſa monachi: alia clerici. Mihi ante præſbyteros ſtare non licet. Illi ſi peccauero, licet me tradere Sathanæ in interitũ carnis: vt ſpũs ſaluus ſit in die Dñi. Scribis primũ: te licet leſum amici officium nõ deſerere: ꝙ deſyderes fratrẽ ab errore reuocare. Seponatur obſecro auditoris perſona: & liceat amico ad amicum fiducialiter loqui. Fers ipſe cõtra me ſnĩam: & affirmas ꝙ errauerim: & nõdum conuictum aut cõfeſſum damnas. Prouoco ego econtrario ad tribunal iuſtitiæ: & dico, & cõteſtor, & aſſeuero, me hac in re cuius me inſimulas, & pro tuo captu iudicas, nihil peccaſſe: vt ab errore per te fuerim reuocãdus. Perſuadere mihi non potuiſti prima illa tua blandiore epiſtola: vt Detianũ noſtri ordinis mẽbrũ: a Pontifice tibi vti aſſerebas traditum: & a Vicario noſtro vbi primum vacare cõtigit monacho nr̃o collatũ: per me poſſideres. Rñdi ego tibi: qui minime vidiſſem iura tua: ꝙ ſi iuſtã cauſam, ſicut affirmabas, foueres ipſe: futurũ te cõpotẽ voti tui. Nequaq̃ tñ decere me patrẽ ordinis ſumere panem filiorꝝ: quorꝝ mihi tm̃ & nõ aliorꝝ credita eẽt cura: & clericis ac præſbyteris mittere. In hoc totius noſtræ controuerſiæ ac diſputationis cardo verſatur: ꝙ cõtendis, debuiſſe me id petenti tibi abſq; repugnãtia præſtare. Contra, ego negaui hoc eſſe muneris mei. Non. n. licere id mihi cõtinuo: quod Apoſtolico licuiſſet: cuius pedibus ſubiecta eẽnt omnia: & qui foret beneficiorũ oĩum Dñs: & in cuius manu ptãs & imperium. Hic eſt error meus iudicio tuo: ꝙ non tibi ab initio morẽ geſſerim: ꝙ non te in bñficium ordinis, eiecto inde atq; exturbato ordinis filio, introduxerim. Si mihi omni alia præter hanc vacare culpa cõtigerit: ſpero qm̃ in die nouiſſimo non cõfundar: qñ veniam & apparebo ante faciẽ Dei. Aſſentiri ei rei nõ debui: quæ tum honeſtati, tum vtilitati manifeſtiſſime repugnabat. A Põtifice cõmẽdari tibi iure potuit Camaldulenſe beneficiũ, pro ipſius arbitrio. A me idem tibi nec dari põt nec auferri. Es quidẽ tu proximus meus: quẽ diligere teneor ſicut me ipſum. Non tñ

es vna ex ouibus meis. Non es ex eorũ numero vnus:inter quos diuidendã ſuſce
perim Romualdi hereditatẽ. Pro his reddẽda mihi erit ratio:pro te nulla. Dediſ/
ſe vero me nõ Franciſco monacho:ſed vitelliorum domui ſed militibus ſed ſatel
litibus Detianam Abbatiã (bona tua venia dixerim) erras tu nimirum hoc ſen/
tiens:& criminaris ĩnoxium. Contuli beneficiũ monacho ordinis:educato iãpri/
dem Florẽtiæ in monaſterio Angelorũ ſub diſtricta vitæ regularis diſciplina:de
ſuo ordine optime merito:ætate iam prouecto: & multa expto:nulli (quod ſci/
am) crimini obnoxio: nulla ĩfamia notato:domui ſuæ bene præpoſito:erga me
& ſacram noſtrã eremum fide & obſeruantia pleno:Non aũt Vitelliis, non mili/
tibus:vt tu male de fratre tuo ſuſpicaris:quẽ profecto inſontem hac in re calum/
niatus es. Merita aũt tua, quæ multa enumeraſti in apoſtolicã ſedem:non infitior.
Et eſſe illa maiora ẽt cupio tui gratia:vt maior q̃ Detiani beneficii, vt dignior &
vtilior futura ſit merces tua. Quãq̃ ſi chriſtianam ſequimur fidem:& vere huic ſæ
culo renuntiauimus ac põpis eius:non alibi expetenda ſit nobis cõpenſatio labo
rum noſtroꝝ, q̃ in cœlo. Sicut ad noſtrã doctrinã ſcriptũ de ſeipſo reliquit Apo/
ſtolis:Qui cõmemoratis operibus ſuis meritiſqꝫ, cũ dixiſſet:Bonum certamẽ cer
taui:curſum cõſumaui:fidẽ ſeruaui:continuo intulit. De reliquo repoſita eſt mihi
corona iuſtitiæ:quã reddet mihi Dñs in illa die iuſtus iudex. Cæterũ de vitæ tuæ
ĩnocentia:quam, vt ſcribis, cũ omni fratrũ meorũ candore non cõmutares: ſicut
mihi bene ſentire cõuenit:ita de fratribus meis non male. Quos nihilominus in
præſentia nec laudo nec vitupero. Ne forte ſi eos laudauero, me ipſum videar ex/
tollere:cum ſint capitis mẽbra:& dicatur mihi. Laudet te alienus, non os tuũ:ex/
traneus non labia tua. Sin autem ſecus fecero:merito auditurus ſim pro cõſeruis
meis. Tu quis es, qui alienos ſeruos iudicas? Suo Dño ſtant, aut cadũt. Vt vero ꝑ
me aliquid inferã:eſto non oẽs ſint eiuſmodi:qui cõmẽdari ex vitæ meritis que/
ant. Nouum hoc eſſe aut mirũ debet nemini:qui multa præſertim aut viderit aut
legerit. Et legiſſe te arbitror, qui canones profiteris, illud Auguſtini:quod in de/
cretorum volumine canonizatũ eſt. Quãtũlibet vigilet diſciplina domus meæ:
homo ſum, & inter hoĩes viuo. Nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior
ſit q̃ archa Noe:vbi tñ inter octo hoĩes vnus reprobus inuentus eſt:Aut melior
ſit q̃ domus Abrahæ:cui dictũ eſt. Eiice ancillã & filium eius:Aut melior ſit q̃ do
mus Iſaac:cui de duobus geminis dictũ eſt in Malachia. Iacob dilexi:Eſau autem
odio habui. Et quid mirũ hoc de hoĩbus teſtari Auguſtinũ:quoꝝ nemo mundus
a ſorde:cum Dñs ẽt in Angelis ſuis repererit prauitatem? Vtrum vero quẽadmo
dum tu exiſtimas, beneficia noſtra noſtris malis moribus cõmẽdentur alienis:no
uit Dñs iuſtus iudex. Neqꝫ te imprudẽter coniicere arbitror. Sed propterea nobiſ
cum bene ego actũ puto. Non.n.iudicabit Dñs bis in idipſum. Caſtigans ait qui/
dam caſtigauit me Dñs:& morti non tradidit me. Et apud Machabeos legimus.
Et enim multo tẽpore nõ ſinere peccatoribus ex ſnĩa agere:ſed ſtatim vltionem
adhibere:magni beneficii eſt inditiũ. Quod vero canonicus & ſanctus cõmẽda/
rũ titulus, vt ſcribis, a me nouiſſimis meis lr̃is fuerit laceratus:eo ꝙ canones non
profitear:miror valde & hoc quoqꝫ abs te mihi crimen impingi. Canonũ quidẽ
profeſſor non ſum:non tñ ab eoꝝ lectione abhorreo. Sunt apud me ſacratũ ſan/
ctionum

ctionum volumina complura, quæ ſi non aſſidue, haud raro tñ in manus ſumo: ac non ſolum ſtudioſe verũ ẽt reuerẽter euoluo. Quibus aũt verbis aut criminationibus ſanctum lacerauerim titulũ, nec ego memini, nec tu retuliſti. Statuta eccleſiæ oĩa ſancta ſunt, vtpote in cõciliis per ſpũm ſanctũ congregatis edita. Commẽdas nemo improbaret: ſi iuxta formam canonũ obſeruarẽtur. Nam ſicut non locus ſanctificat hominẽ: ſed homo locum: ſic nec titulus iſte ſanctificat cõmẽdatarium: ſed cõmẽdatarius titulum. Quotus tñ quiſq; eſt: qui eam quam debet cõmendatorum ſibi beneficioꝝ curam gerat? Vtinã vt modeſtius eloquar decimũ quenq; inueniremus: qui ſanctificare hunc titulũ pro viribus conaretur. Sup hoc pono cuſtodiam ori meo: & oſtium circũſtãtiæ labiis meis: ne videar ponere os in cœlũ. Eris tu, vt ſpero, pro tua ĩtegritate & doctrina: ex paucorũ numero. Sicq; adminiſtrabis cõmendatũ tibi Camaldulẽſe monaſteriũ: quod opto, vt proſit tibi ad ſalutem vtriuſq; hominis: vt cõmendatus tibi vere locus videatur: nõ tu loco. Vale. Ex ædibus noſtris Muſoleæ. Die. xviii. Nouembris. Mcccclxxxxix.

Antonio de Monte Auditori Sa. Pa. XVII.

q Vas ad me in eandem ſñiam binas nouiſſime lr̃as dediſti: eaſdem ſcito redditas mihi fuiſſe ordine præpoſtero. Siquidem quas prius ſcripſiſti: poſterius accæpi. Et qm̃ paucis ante diebus copioſe alteris rñdi: in eo fui, ne proxime accæptis quicq̃ reſcriberẽ: qñ idem fere continerẽt. Veritus aũt: ne amicitiã noſtrã offenderẽ: ſi prior ipſe hoc ſcribendi munus deſeruiſſem: ẽt nunc calamo parcendũ non duxi: vt ſaltẽ agnoſceres, nõ fuiſſe intercæptã (quẽadmodũ veritus es) epiſtolã tuam. Quod optas mecũ: vt in oĩbus rebus tuis impleatur volũtas Dei: atq; in hoc fatearis, te mecũ facile cõuenire: ſuperfluo id mihi abs te ingeritur: cũ de te haud ſecus opiner. Legiſſe enim te nõ dubito. Neſcit homo, vtrũ amore, an odio dignus ſit. Et alibi. Eſt via, quæ videtur homini recta: nouiſſima aũt eius ducunt ad mortem. Propterea quotidiana oratione petimus a Dño: fiat volũtas tua: ſicut in cœlo & in terra. Dauid quoq; ſpũ ſancto plenus: idipſum ſæpius humiliter poſtulabat. Dirige, inquit, Dñe in cõſpectu tuo viã meam. Et notam fac mihi viam, in qua ambulẽ. Et vias tuas Dñe demonſtra mihi: & ſemitas tuas doce me. Et merito quidẽ. Quis enim cognouit ſenſum domini? Remittẽs itaq; vota tua oĩa cœleſti iudicio: & ex Deo optimo maximo pendens: difficultates oẽs ac pericula huius viæ quã ingredimur, facile ſuperabis: nec palpabis ſicut multi in meridie. Nihil eſt enim, in quo labamur facilius, q̃ vbi affectibus indulgemus: & cũ de cõmodis propriis agitur. Cæterum nõ penitus ægre fero: ꝙ prædeceſſorem tuũ carpis: & male adminiſtrationis arguis. Sperare enim nobis licet: habiturũ te ecõtrario rõnem honoris, atq; obligationis tuæ, in gubernando monaſterio tibi cõmendato. Memini tñ me, monuiſſe illũ non ſemel: vt diligentius abbatiæ cõſuleret: & monachos pro loci redditibus ſecũ plures teneret. Obiecit mihi cõtinuo malã ſuam valitudinẽ: quæ ſe cogeret erogare in medicos, & in alia infirmitati neceſſaria, bonã prouẽtuum partẽ: cũ ad ſe ſubſtentandũ pluris indigeret: & multa nihilominus pateretur incõmoda. Quo circa excuſationem eius admiſi: ꝙ per monachũ ſolũ beneficiũ curaretur. Scio enim dixiſſe apoſtolũ. Laborãtem agricolam, oportet primum de fructibus accipȩ. Et qui altario

ſeruit:de altario debet viuere.Pars ſanctiſſimum etiam patrē noſtꝶ cauetur in regula:vt maxima & præcipua ſit infirmoꝶ cura.Fodere igitur non valens,& mendicare erubeſcēs,homo mēbris captus:& qui ingredi ēt cum ſcipione nō poſſet: ſi de ſuo beneficio calamitoſam vitā ſuā traducere perrexit:mea quidē ſnīa repræhendendus nō eſt.Si viueret modo:credo ſe criminā̄ti reſpōderet.Rogo te:habe me excuſatum.Ego illū propterea mortuū præſertim,accuſare vel aliqua ex parte reum non auderē:memor ſcripturæ admonētis.Nō maledices ſurdo:neq; coram cæco pones offendiculū.Cæterū crimina,quæ iterato mihi obieciſti:cū ſint penitus falſa:vtpote quæ nō ſolum nō fecerim ſed ne cogitauerim quidem:eius ſunt generis:quæ ad reſtitutionē fraternæ famæ obligāt criminantē. Ego autē tibi parco:& condono ea tum libertati amicitiæ tum indignatiūculæ,quæ tibi ſubiit a principio:obnegatā tibi a me in conſequendo ordinis mei beneficio operā meā.Quia tñ legis peritiſſimus es:cōſydera oro,quid ſcriptū ſit per prophetam in lege Dñi.Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiā:& legem requirēt ex ore eius:qa Angelus Dñi exercituū eſt.Quomodo vero cuſtodiēda ſit nobis ſciētia : per Sapientiam aperte admonemur.Cuſtodite,inquit,vos a murmuratione , quæ nihil prodeſt:& a detractione parcite linguæ.Et in Leuitico legimus. Non facies calūniam proximo tuo.Vt pro te orem:nō ſum admonēdus.Nam vt ita faciam:non tam lege amicitiæ teneor:q̄ q dudum Camaldulenſis effectus es . Ora tu viciſſim,vt non pro meritis meis , ſed pro ſua clæmentia & pietate exaudiat Dominus ſupplicis ſui preces.Vale. Ex noſtro ſeceſſu Muſoleæ . Die.xxv . Nouembris Mccccclxxxxix.

Ioāni Maiori Eremi.XVII.

m Vltum rogatus a Ioāne,qui tecū per hos dies locutus eſt:vt eum in eremum admitterē:tandē illi aſſenſum præbui:tum qm̄ pauci eſtis modo: tum vero,q enixiſſime id petiit.Eſt præterea (q̄tum elicere ex eius congreſſu potui) & prudens ſatis:& multa paſſus atq; expertus incōmoda:vt nō ſolum nō terreatur auſteritate vitæ & aſpiore loci ſitu:verū ēt paratas cœleſtes delitias ſedeſq; beatas iſthic ſibi repromittat.Cōfirmet Deus in illo propoſitū ſanctū: & contra ſpirituales nequitias pugnaturus viriliter agat:& cōfortetur cor eius:& ſuſtineat Dñm.Quod pauci nunc ſitis:non me præterit.Et ægre hoc fero,veſtri cauſa:qm̄ augeri maiorem paucioribus laborē,neceſſe eſt.Audi tñ cōſolationem Saluatoris facientis vobis animos:ac melioris ſpei lumen reuocātis . Nolite,inquit,timere puſillus grex:quia cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū.Sane vbi cognouerit expedire ſacræ veſtræ ſolitudini:vt in ea eremitarū numerus augeatur:multiplicabimini ēt ſuper numerū. Potens eſt enim Dñs ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ.Infirmari vnū ex vobis:tuis hodie primū lr̄is agnoui. Petitionem eius,vtpote veſtro inſtituto minime cōſentaneā,& a ratione atq; honeſto ſeiunctam:penitus reiicio.Habetis mecū domicilia cōplura:& ea percōmoda ad habitandū.Quid aliena reqritis?Eligat ex iis:quod maluerit.In oībus tñ medici ſequatur cōſiliū.Aderit in craſtinū veſperi ad vineā noſtrā Eremitarū vnus de noſtris:quē mittam Florentiā.Scribat vnus ex vobis Abbati Baſilio qualitatem & genus morbi,quo nūc vexatur infirmus:vt cōſulto medico oportuna ad ipm remedia reportentur.Et vtrū ſine periculo tranſferri ac deuehi alio poſſit : ex eo

dem edoceamini

dem edoceamini. Vale. Ex Muſolea. Die. iii. Decembris. Mccccl xxxxix.

Venturæ Vicario Congregationis. XIX.

m Oleſtiſſime profecto & ego vobiſcum tuli Venerabilis fratris noſtri abbatis Claſſenſis obitum. Nam vt obmittã interim iacturã ordinis: adeo mihi ſemper extitit obſequẽtiſſimus, ac ſingulari affectus dilectione: vt excidere mihi gratiſſima Lucæ mei memoria nunq̃ poſſit. Educatus a me apud Sanctum Michaelem, tanta me proſecutus eſt obſeruantia & pietate: vt maiorẽ certe nunq̃ deſyderauerim. Promotus vero in congregatione ad altiores dignitatũ gradus, ita ſe geſſit: tãtũ ſua cura & ſtudio profecit: vt ipſius abſentia haud mediocre incõmodum paſſura ſint cõgregationis mẽbra. Florenti enim ætate deceſſit: quando maxime putabatur ab oĩbus, ſua opera & conſilio plurimũ ordini collaturus. Siquis tñ cõſyderet illius perſeuerantiã in profeſſione regulari: zelum erga religionem: laborũ pro eius cõmodis tollerãtiam: peregrinationes iuſſu maiorũ ſuſceptas: demum vitam oẽm, pie atq; ĩnocenter exactam: merito de Luca noſtro dicturus eſt. Cõſumatus in breui expleuit tẽpora multa: qm̃ placita erat Deo anima illius. Præfectus a me biẽnio ante Veronẽſi Prioratui, quem multi ambiebãt: potuit occaſiõe adepti eiuſmodi beneficii, & cõtinua vti libertate: & ſub remiſſiore diſtrictione vitam ducere. Qui tñ cum potuerit trãſgredi, nõ eſt tranſgreſſus: facere mala & non fecit: qm̃ ſtabilita erãt bona illius in Dño. Noſtis. n. ipſi: q̃ facile hoc anno perpetua ſe abdicauerit dignitate: & denuo inter vos, iugo obedientiæ ſponte collũ ſubmiſerit. Rariſſimũ hoc, & pene vnicũ ac ſingulare diebus noſtris exemplũ. Mihi itaq;, & credo itidẽ tibi nihil dubii relinquitur: Lucæ animã, corporis vinculis relaxatã, ac omni terrena admixtione liberatã, ad æternam diſceſſiſſe gloriã: & nunc demum cœpiſſe viuere: qñ ex hac mortalitate excedens, ad eam trãſiuit vitam: quæ eſt ſola vita noianda. Et teſtati ſunt multi: qui infirmitati illius atq; ẽt migrationi interfuerunt: magna illũ patiẽtia diuturniorẽ valitudinẽ ptuliſſe: & pceptis ſingulari deuotione oĩbus eccleſiaſticis ſacramentis vltimum ſpũm exhalaſſe. Igitur in pace in idipſum dormiat & reqeſcat. Vale. Florẽtiæ. Die. xx. Decembris. Mccccl xxxxix.

Ioanni Maiori Eremi. XX.

d Electauit me admodũ teſtimonium tuũ: q̃ quos miſimus in eremum: bene ſe gerant: q̃q; eos libẽter excæperis. Hñtes illius loci curã ſoliciti ſemper ſumus: ne qd in eo deſit: quod ad ipſius cõmodũ & decus ptineat. Nõ tamen exiſtimes facile nobis occurrere: qui ſeueritatem vitæ eremiticæ vltro velit amplecti. Hortamur freq̃ẽter nũc hos nunc illos, vt arduum id arripiant inſtitutum: & frigidiora glacie pectora inuenimus. Et vtiq; cogendi repugnantes non ſunt. Solius Dei ẽ corda accẽdere ac mollire: & ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ. Cõtinuandæ ſunt, ſicut ſcribis fieri apud vos, orationes pro chriſtianorũ ſtatu. Vbiq; enim pericula ĩminent: qm̃ vbiq; in vitia proni ſumus: irreligioſi: inhumani: noſtris tm̃ cõmodis ſeruiẽtes. De. M. cõuerſo, ne minima quidẽ in re abs te diſſentio. Diu eſt q̃ me non fallit: obſtinatum & indomitum gerens animũ: & vereor ne forte indomabile: qñ tot eum reuocare annitẽtibus ad ſaniorem ac placidiorem mentem: nõ potuit tranquilla ipſorũ moderatione leniri. Efferata hmõi corda odi ſummopere: & implacabilia atq; ĩmania hoium pectora ſæuiora be/

ſtiis duco. Paulopoſt agniturus es clarius, quid in eum nobis animi ſit: qñ vſuri ſumus (ſi interea non reſipuerit) iuxta patris noſtri Benedicti monita, ferro abſciſſionis. Vale Florentiæ Kalendis Ianuariis. MD.

Ioãni Maiori Eremi. XXI.

ACcipies in eremum Ioãnem conuerſum cui heri habitũ ſanctæ religionis impoſuimus. Haud vulgari ſignificatione bonæ volũtatis, ex militari inſtituto ſpũali militiæ aſſcriptus eſt. Si pſeuerauerit in hac vocatione & feruore atq; animi cõſtantia, quam modo præſefert: dubitare non licet, ipſum magnopere in noſtra ſolitudine eſſe profecturũ. Curã illius habe: aut eam alteri iniũge: qui ſit idoneus ad huiuſmodi nouitios inſtruẽdos, atq; ad lucrandas animas. Aſſuetus pugnare cõtra carnẽ & ſanguinem: doceatur viciſſim, quomodo induere ſe oporteat armaturam Dei: vt poſſit ſtare aduerſus inſidias diaboli: & oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere. Vale. Florentiæ. Die. ii. Ianuarii. MD.

Ioanni Maiori Eremi. XXII.

SI æſtiuo tempore veniſſet in Eremũ Raphael monachus: diutius forte mãſiſſet vobiſcum. Nunc aũt reperta Eremo altiſſimis niuibus obrutæ: non potuit nõ terreri horrore loci & vaſtæ ſolitudinis. Itaq; receſſit inde celerius, non tam vehemẽtia frigoris, q̃ ẽt (vt opinor) defectu feruoris. Placuit tñ nobis teſtimoniũ tuum: q; per hos dies, quibus fuit apud vos, bene ſe habuerit. Erit fortaſſe aliqñ: cum deguſtatam ſolitariæ vitæ dulcedinẽ auidius cõcupiſcet. Laudas Ioãnem nouitiũ: & ſperas fore illũ exẽplo cæteris: ſi in ea, qua inchoauit, humilitate ac deuotione perſeuerauerit. Ego quidẽ tecũ ſentio. Paucos enim noui eiuſmodi: qui tãto fidei ardore cõuerſi, in Eremũ ſe contulerint. Det illi Dñs firmitatem & robur, ad reſiſtendũ diabolo & tentationibus eius. Si humiliari cœpit durioris homo ceruicis: non mihi plene ſatiſfacturus eſt: niſi ẽt idẽ pſeueret. Quod ſi non fecerit: polliceor tibi, non eſſe me illũ diutius paſſurũ. Vale. Florentiæ. Die xiiii. Ianuarii. MD.

Guidoni Monacho Angelorum. XXIII.

PErſuadere mihi nullo pacto poſſum: exuiſſe te ac penitus abieciſſe antiquum illũ caritatis affectum, erga monaſteriũ Angelorũ. Meminiſſe. n. te ſæpius arbitror: ac tacita tecũ cogitatione frequentius voluere: quomodo in illo regeneratus in Chriſto iãpridem fueris: q̃ti in eodem habitus: q̃ maxime honoratus. Obuerſari tibi ante oculos quotidie puto filios tuos: quos tanto labore ac ſtudio educaſti: & eos præcipue, qui obſequẽtes tibi ſemp extiterũt: ac ſingulari ẽt coluerunt pietate. Nõ potes meo iuditio hoꝝ omniũ recordatione non moueri: non aliqñ excitari in lachrymas: cũ dederit tibi Dñs cor carneum non lapideum. Quod ſi memoria tibi, vtpote homini, aliqñ ſuccurrit iniuriarum: quas a paucis eoꝝ accæpiſti: nunquid paucoꝝ delicto, iniuſti a te cõſtituẽtur multi? Abſit hoc a religioſo & timorato viro: quẽ lõge magis decet diligere inimicos ſuos: & benefacere iis, qui ſe oderũt. Tenetur nimirũ vnuſquiſq; remittere fratri ſuo de cordibus ſuis. Remiſi, inquies, qd amplius me vis facere? Multum, per oẽm modum: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas, cũ iudicaris. Nõ cõtempſit Iob ſubire iuditiũ cũ ſeruo ſuo: longe minus tu cõtemnere debes ſubire iuditiũ cum filiis & cõſeruis tuis. Iudicaris a multis: debitorem te eſſe cõuentus Angeloꝝ: tum ob excedentem mẽſuram præfixæ tibi a Pontifice pẽſionis, ac nondum ſolutam

annatæ

antatæ portionem, quæ te cõtingit: tum ob alia, quæ diceris e monaſterio aſportaſſe. Neglectorem te famæ tuæ, & conſciẽtiæ tuæ, nunquam agnoui. Quo fit: vt mirer vehementer: non reſpondere te obiectis: non purgare crimina: non tueri ſi potes innocentiam tuam: non vincere cum iudicaris. Tibi profecto deperit nihil, ſi te æqua lance ponderaſſe oſtenderis debitam tibi reddituum portionem. Quod ſi ſecus repertum fuerit: nõ debes ægre ferre ꝙ auditurus ſis. Redde quod debes. Quo circa hortandum te pro mutua noſtra beniuolẽtia cenſui: vt aliquãdo conuerſus adiuues fratres tuos. Si quid ad illorum cœnobium attinẽs in manu tua eſt: reſtitue alacriter plurimum ſane indigentibus, atq; inopia laborantibus. Sin vero nihil: & hoc illis aperte demõſtra: vt excuſari apud detractores ab omnibus valeas: & a me imprimis: qui profecto facturus ſum id tui gratia, quã libentiſſime. Vale. Florentiæ. Die. xiiii. Ianuarii. MD.

Mariano Cuccino Procuratori. XXIIII.

s Cripſiſti mihi ante cõplures dies: delatas fuiſſe ad Pontificem nomine Comitiſſæ litteras, veneno infectas: vt contactu illarum necaretur. Deprehenſum tamen fuiſſe a prudentibus facinus: tentoſq; latores: & confeſſos ſcelus, cuius erant conſcii, coniectos fuiſſe in vincula: vt vltimũ paulopoſt de iis ſupplitium ſumeretur. Iuſte id quidẽ. Qui enim fodit foueã: incidit in eam. Sed non fuit ſatis: ꝙ Pontifex in noĩe Dñi vltus fuerit in eos: qui miniſtri fuerũt ſceleris: niſi ẽt nouiſſime diebus iſtis de autore ipſius ſeuerius ſe vindicaſſet. Allatus ẽ heri huc nũtius: captã fuiſſe illam ab exercitu francorũ, qui Pontificis nomine vrbẽ eius obſederant: veniſſeq; in hoſtium poteſtatem. Auſa mittere manũ in Chriſtũ Dñi, cedere tandẽ coacta eſt iuſto Dei iudicio: qui Vicarii ſui iniuriã minime invltam tulit. Et licet rari exẽpli flagitium admiſerit: non multum tamẽ miror: dicẽte ſacro eloquio. Breuis eſt oĩs malitia, ſuper malitiã mulierum. Vidimus paucorum annoꝝ ſpatio multa, admiratione & miraculo digna, viſuri haud ita multo poſt (q̃tum licet ex præſentiũ rerum ſtatu coniicere) longe plurima. Deus bene vertat. Vale. Florẽtiæ. Die. xv. Ianuarii. MD.

Antonio Auditori Sa. Pa. XXV.

v Surus mecum ſilentio in futurum: ſicut in calce epiſtolæ tuæ pollicitus es: etiam modo a me reſponſum accipies. Quandocunq; tamen poſt hac ad me ſcripſeris, pergrate accipiam litteras tuas. Sin minus tibi aut vacauerit aut libuerit id facere, non ſum continuo exiſtimaturus: te obliuione mei id eſſe facturum. Nã legimus in propheta. Cuſtos iuſtitiæ: ſilentium. Et alius item dicit. Pone Domine cuſtodiam ori meo: & oſtium circunſtãtiæ labiis meis. Ego quoq; vt ſcias me inuitum contentionibus deſeruire, nihil penitus de præteritis repetendum duxi: vt intercidatur tandem atq; omnino auferatur, hoc moleſtum aut certe minus gratum ſcribendi genus. Et re vera fuit conſilium: ne quicquam modo tibi reſcriberem. Sed veritus ſum: ne indignationi aſſcriberetur ſilentium meum. Ait enim quidam. Turbatus ſum: & non ſum locutus. Nouit autem Dominus, quem nihil latet: me abſq; vlla vel leui commotione animi tecum hactenus contendiſſe. De te quoq; haud aliter ſentio. Si quid liberius inuicem contulimus: iuri id amicitiæ pariter condonemus. Dirimatur fun/

z

ditus lis:quam per complures dies nulla bili perciti:ſed labiorum tm̃ ſuperficie viſi ſumus obſtinatus perſecuti:& reconciliati inuicem in oſculo ſancto, ac data mutuo dextera:fœdus perpetuum caritatis ſanciamus. Abbatiam Camaldulenſem adeptus es. Proſit illa tibi omnibus diebus vitæ tuæ. Bene de te viciſſim meritus ordo Camaldulenſis, iuge tuum ſentiat patrocinium ac tutelam. His mutuis officiis amicitiæ noſtræ vinculum confirmetur: ne ſi duriores fuerimus in tuenda quiſq; ſententia ſua:contra præceptum Pauli niti iudicemur. Si fieri, inquit, poteſt:quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes: Non voſmetipſos defendẽtes cariſſimi:ſed date locum iræ. Prouocemus noſtro exemplo ad germanitatis neceſſitudinem, ad perfectionis vinculum, reliquos omnes, inuicem prouocantes:inuicem inuidentes. Admoniti a Saluatore noſtro: vt auferenti nobis tunicam, præbeamus & pallium:ſcandalizare facile poſſemus multos:ſi pro terrena ſubſtantia diſceptantes, rumpi magis vterq; noſtrum conaretur, quam flecti. Nihil intulimus in hunc mundum, ait Apoſtolus:haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur: iis contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri:incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſyderia multa inutilia & nociua:quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Qui tibi hactenus durior, vt ſcribis, indies viſus ſum: perlecta hac epiſtola, experieris me cera eſſe molliorem:neq; alta ſapientem, ſed humilibus conſentientem. Vale. Florentiæ. Die.xxiii. Ianuarii. MD.

Mariano cucino Procuratori. XXVI.

f Vit mihi pergratum, bullæ Iubilei exemplar: Si quidem iampridem illud optaueram. Confluere ad Vrbem copioſam populorum multitudinem, tum ex aliis dudum, tum ex te modo agnoui. Et gaudeo non deeſſe chriſtianæ religioni, hoc deuotarum ac piarum mentium teſtimonium, præſertim in tanto defectu fidei, ac bonorum morum deprauatione. Reliqui mihi, ait Dominus, ſeptem milia virorum:qui non curuauerũt genua ſua ante Baal. Et alibi ſcriptura teſtatur. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen:quaſi Sodoma fuiſſemus:& quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. In Sagena regni cœlorum, ex omni genere piſcium congregante: comprehenſos videmus bonos & malos. Sit benedictus Deus: qui in aſſertionem maieſtatis ſuæ atq; catholicæ fidei, tantæ multitudinis adduxit teſtes: quiq; ad hæc vſq; tempora bonorum ſibi ſemen ac reliquias:haud quaquam exiguas reſeruauit. Vtinam bonorum piſcium ſuauitate delectatus, qui aliquando piſcem aſſum legitur comediſſe, ac fidelium ſuorum deuotione placatus: Chriſtianorum principum diſſidia componere dignetur:vt annus iſte iubilei, ideſt requietionis, & re & nomine impleatur. Vale. Florentiæ. Die.xxiiii. Ianuarii. MD.

Hieronymo Priori Camaldulini. XXVII.

v Exari denuo cœpiſſe Auexanum beneficium tuum: Prioribus litteris tuis & quidem turbatus & mœrens ſignificaſti mihi. Verum Deo gratias: q̧ haud ita multo poſt detexiſſe te hoſtium dolos: ac profligaſſe improbe tibi aduerſantes: poſterioribus tuis indicaſti. Inueniſti gratiam apud

excelſum

excelſum Dominium aduerſus malignantes:quoniam illi temeritate & audatia: tu iuſtitia & æquitate decertas. Et meliori ſane patrono atq; amantiori, commendari non potuit negocium tuum:quem tantum præſtare erga ordinem noſtrum fide arbitror:vt pauciſſimos ei pares agnoſcam. Quamobrem nauigare te iam in portu exiſtimo:& in tuto loco rem tuam ſitam eſſe. Tu quoq; diu aſſuetus huiuſmodi certaminibus,non potuiſti facile inopinato hoſtium aduentu terreri:ac deficere animo. Nam etiam ſi oportuiſſet te ſtare in acie:& cum aduerſario congredi:non defuiſſet tibi conſilium,non vires quibus illum coegiſſes,poſtis armis ad tuam demum fidem confugere. Expecto ſcire ex te euentum rei:& q̄ ſe officioſum exhibuerit Prætor noſter Hieronymus Georgius, in exequendis alacriter mandatis Dominii, plenius deſcribes: vt gaudium noſtrum ſit plenum. Spero illum talem rebus tuis operam impenſurum: vt non ſis futurus amplius Veronenſis illius cauſa ſuſpenſus & anxius: neq; diutius litibus conterendus. De Fileti redditibus,cum venero ad vos,diſponam:ne quid cōſtituiſſe,inaudita parte altera ad arbitrium meum iudicer. Vale. Florentiæ. Die vltima Ianuarii. MD.

Petro Delphino. XXVIII.

Senex es:& prouectæ ætatis:ac plenus dierum. Et neſcio:an videris vnquam aut audieris tantam adeo breui tempore humanarum rerum varietatem atq; inconſtantiam:quantam pauculis annis vidimus & audiuimus. Vere incompræhenſibilia ſunt iudicia Dei:& inueſtigabiles viæ eius. Qui & deprimit cum voluerit:& rurſum cum voluerit,erigit eliſos:& ſanat contritiones eorum. Occupauerunt dudum galli Apuliæ regnum:facta per mediam Italiam irruptione ac deuaſtatione ingenti. Paulopoſt eiſdem ex turbatis ac profligatis in regnum ſuum,qui prius eiecti fuerant reſtituuntur. Idem hoc anno atq; his diebus Mediolani accidit. Pulſus ab eadem gente ſolio principatus ſui Ludouicus: & in Germaniam fugatus: ipſe quoq; a populo ſuo pauloante in priſtinam dignitatem reuocatus eſt: non ſine admiratione omnium fere, qui factum audierunt. Putauerunt pleriq; omnes actum de illo fuiſſe:cum adhuc nemine perſequente aufugiſſet. Et ecce quam celeriter caput extulit:atq; emerſit. Verum expertus ſemel,potētem ſuper ſe manum Domini,& brachium extentum:non extollatur pro adepta miſericordia:ne forte iterum cum illis annumeretur,de quibus dicitur. Deieciſti eos:dum alleuarentur. Non enim propterea in tranquillum redactus Mediolanenſium ſtatus creditur: opinantibus multis, rediturum eſſe maiore militum vi Francorum Regem:& in rebelles ſuos crudelius ſcæuiturum. Cæterum pecunia fuiſſe mulctatum:& relegatum ad tempus: qui legatione apud Forumiulii ſeu infideliter ſeu infœliciter functus fuerat: ab aliis iam accæperam. Seruatus eſt puniendi modus:coniunctaq; cum ſeueritate clæmentia. Miſericordiam,inquit,& iudicium:cantabo tibi Domine. Hic modo nihil occurrit noui:niſi q̄ mirantur omnes,præter morem iubilei, pauciſſimos tranſire Florentia,qui Romam petant. Mirari tamen debet nemo:q̄ ſuccenſo igne in furore ſcæuientium inter ſe atq; contendentium chriſtianorum: diuinus ille feruor in eorum mentibus refriguerit. Annus certe requietionis dici non poteſt:ſed fluctuationis. Vale. Florentiæ. Die. xii. Februarii. MD.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani. XXIX.

a Dmonent te redditæ tibi ſerius lr̄æ noſtræ: ne ſuſpiceris poſt hac culpa mea ſeu negligētia accidere: ſi tibi aliq̄n viſus fuero tardius reſponde-re. Eadem tarditate tuæ quoq; vtplurimum ad me perferuntur. Mortem conſo-brini tui muſarum alumni facile feres, ſi tibi ſuccurrerit miſera huius temporis conditio: in qua nimirum amara eſſe non poteſt mortis memoria homini, pa-cem non habenti in ſubſtantiis ſuis. Si fuit eiuſmodi qualem multis laudibus ex-tuliſti: non eſt ſane lugendus. Quis enim eius obitum lachrymis proſequatur: quem immortalitas & requies æterna fuerit conſecuta? Eſt præterea hæc lex vni uerſi: & hoc iudiciū a Domino omni carni. Minimū eſt ſane quod viuimus. Et fe renda eo tranquillius eſt nobis carorum deceſſio: quo certius admonemur: eañ-dem viam vniuerſæ carnis nos quoq; aliquando ingreſſuros: & quaſi ex longa nauigatione in portum eſſe venturos. Si conterraneus Bernardini noſtri ſeſe ad vos recæperit: vt ferat vobiſcum iugum Domini: gratulabor vobis plurimum: cum ſit, vt ſcribis, vir apprime eruditus. Accedente ſiquidem bonæ voluntati do ctrina: proficere abundantius poterit in regulari inſtituto: & quotidianos ex ſa-cris voluminibus fructus capere. Artium doctor & logicæ profeſſor: aliam per-fectiorem artem edocendus eſt: inſtrumentis bonorum operum vſurus in offici na monaſterii, & ſtabilitate in congregatione. Vale. Florentiæ. Die. xix. Februa-rii. MD.

Antonio de Monte Auditori. XXX.

n On ſeruaſti mecum promiſſum ſilentium: vt indicares mihi affectum cordis tui. Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Si quid peccaſti, in nō ſeruato promiſſo: credo huiuſmodi peccatum facile venia dignum eſſe: cum ex iis vnum merito cēſeri: debeat: de quibus dicit Apoſtolus. Caritas operit mul-titudinem peccatorum. Et Sanctos aliquando viros non fuiſſe immunes a men dacio, nō ſemel legimus. Ipſe quoq; Dominus Sanctus Sāctorum, comminatur quandoq; ſe aliquid eſſe facturum: quod immutata poſtmodum ſententia, nequa quā impleuit. Adhuc, inquit, quadraginta dies: & niniue ſubuertetur. Non eſt igi-tur mirum: ſi tu, homo cum ſis, in eo voto mutaſti decretum: quod contra carita-tis cuſtodiam incautius forte protuleras. Ego (vt ingenue tecum loquar) malo te in eodem ſeruando præuaricatorem apparuiſſe, quam pertinacem. Tranſ-greſſor quidem decreti tui viſus es: non tamen contemptu legis, quam tibi ipſe præfixeras, ſed occaſione pietatis: quæ iuxta Pauli ſentētiam, ad omnia vtilis eſt: promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ. Admitto itaq; toto pectore hūc tuum erga me animum, atq; amorem flagrantiſſimum. Eundem te perſeue rare cupio mecum ſemper, vt ex recenti mutua diſceptatione, non ſolum redin tegratam, verum etiam auctam & confirmatam inter nos amicitiam ſentiamus. Stabili & firma deuincti ſocietate: inuicem benignitatis plurimum conferamus: atq; in affectu caritatis neuter alteri cedat. Amaritudo & bilis procul ſit a nobis: vt omnes intelligant cōtendiſſe nos pauloante labiorum tantum ſuperficie, non animorum rancore. Futurum vero te mihi, & Camaldulēſi noſtro ordini, ſicut ple no ore per litteras ſpopondiſti, fidelē atq; indefeſſum tutorem, habiturumq; ſem per cōmodorum noſtrorum & dignitatis rationem, certiſſime mihi perſuadeo.

Ego quoq;

Ego quoq; conabor paria tecum facere, vt non minus te mihi dilectum eſſe ſci/ as:q̄ me tibi.Retentio ſocietatis,cómunitatem requirit:vt mutuis auxiliis imbe/ cillitatem noſtram foueamus.Neq; tamē hæc iccirco dixerim,ꝙ vtilitate metitu rus ſim pietatis officia. Vera enim & chriſtiana dilectio,gratuita eſſe debet,non mercennaria:ſed vt probatio dilectionis exhibitio ſit operis.Orabo pro te,vt pe tiſti:ſed ea lege vt tu quoq; pro me idem facias.Orate,inquit Apoſtolus,pro inui cem:vt ſaluemini:Et re vera hoc tempore multū neceſſariā cognoſcimus depre cationem aſſiduā,ad placandū nobis Deū:ne ſecundum peccata noſtra faciat no bis:ſed cito anticipent nos miſericordiæ ſuæ : & eripiat nos de præſenti ſæculo neq̄,& de poteſtate tenebrarum harum. Vale.Florentiæ.Die.xxiii.Februarii.MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XXXI.

c Ognouit modo Prior montis crucū:cognouimus & nos,ſicut alias ſæ piſſime,q̄tū proſit ordini vndiq; impetito tuæ dignationis aſſidua pro tectio.In lubrico poſiti ante cóſpectū perſequentium laberemur quotidie:niſi tua autoritate & grauitate firmaremur.A laqueo linguæ iniquæ,& a labiis operantiū mendatium liberaſti nos:a rugientibus præparatis ad æſcam:de manibus quæ/ rentium animas noſtras.Retribuat tibi pro tanta pietate miſerator & miſericors Dominus:quemadmodum & tu miſereri dignatus es ſeruis tuis.Eductus a te de carcere Paulus Prior,quem aduerſarii tuentem iura ſua iniuſte in ipſum coniiece rant:erit tuæ amplitudini perpetuo obnoxius:& tuo clypeo protectus acrius in/ ſurrecturus eſt in hoſtes ſuos.Et ſicut ipſe maiore fiducia perſecuturus eſt cauſam ſuam te defenſore ac duce:ſic aduerſarii terrebuntur magis.Quamobrem immē ſas tibi agimus gratias,tum noſtro tum Prioris ipſius nomine:non ſolum quo/ niam detentum in tenebris in lucem prodire iuſſiſti:& libero frui cœlo : verum etiam ꝙ non defuturum te cauſæ poſt hac,non Priori,non officio tuo : ſingulari benignitate ſpopondiſti.Conterat Dominus Sathan ſub pedibus tuis velociter. Abbas Adelmi conuenit me tandem:& multa quidem humilitate ac ſummiſſio/ ne veniam petiit:pollicitus ſe fore ſemper mihi obſequentiſſimum : præcatuſq; non ſine lachrymis,vt ſui miſererer.Et quoniam nec ſtipites nec ſaxa ſumus:pœ nitentem hilari fronte admiſimus:habituri etiam dignitatis & honoris illius ra/ tionem:vt paulopoſt ſi hoc animo perſeuerauerit,dicturus ſit.Humiliatus ſum: & liberauit me.Vale.Florentiæ.Die vltima Februarii.MD.

Bartholomeo Priori Angelorum Florentiæ.XXXII.

n On te frangant ac perturbent:quæ tibi & monachis tuis moleſta occur runt.Tentat enim vos Deus:an diligatis eum.Benefacientes non defi/ ciatis:& obmuteſcere facietis improborum hominum ignorantiam:obſtruetur/ q; os loquentium iniqua.Qui vos arguunt ꝙ non litigatis aduerſus Guidonem penſionarium:minus videntur meminiſſe Apoſtoli admonentis.Nō decere mi/ litantem Deo implicare ſe negociis ſæcularibus:nec litigioſum eſſe.Et in euāge lio præcipimur,auferēti tunicā tradere ēt palium.Non tñ iccirco affirmauerim: negligendā eſſe penitus bonorū ēt temporalium curā.Verū ita ſentio:eſſe prius tentāda oia:anteaq̄ litibus inuoluamur.Quibus q̄tum diſtrahantur animi:atq; a cœleſtibus auocentur:non puto vos teſtibus indigere. Mihi illæ,niſi admodum

neceſſariæ,ſumme improbantur.Cum Guidone adhuc aliquãdiu mitius agendũ reor:donec ſaltem certius vobis conſtiterit:quæ ſit hac in re colendiſſimi Prote/ ctoris opinio.Sine ipſius ductu & auſpitio pugnare ego Romæ præſertĩ:nequa/ q̃ auderem.Dillapidari vero a vobis prouẽtus monaſteriiveſtri:ac male & ſegni ter eos adminiſtrari:ſi quis obiiciat probet.Alioquin criminator erit,& ſuſurro ĩ populis.Viſitato nuper,& accurate (vt ſcitis) p nos cœnobio iſto:nihil tale cõpi mus de vobis.Atq; vtinã qui ante vos fuerũt,hãc vobis muniſſent viã:vt nõ in/ deterius redditus erogaſſent.Partius quidẽ atq; ægrius viuitis,q̃ pro ordinario religionis more:nõ quia ſumptus ſuperfluos feceritis,ſed quia neceſſarios ad vẽ dicandam libertatem fraudati vtiq; dimidio bonorũ veſtrorum aliena culpa,nõ veſtra.Si qui ſecus opinãtur,ſinite illos.Cæci enim ſunt & palpãt in meridie. De prædio quod Borrum dicitur ita ſentio:non fuiſſe illud a poſſeſſoribus olim ſæ/ cularibus monaſterio condonatum:vt in ſæcularium denuo ius cõcederet. Et in maxima calamitate conſtitutis,ſi quid alienandum fuerit:a deterioribus ſemper incipiendum eſt:ſeruatis,q̃to diutius fieri potuerit,ad extremũ vſq; potioribus: inter quæ Borrum apud vos potiſſimum eſſe,ac principatum optinere:haud ſe/ mel audiui.Non debent igitur amici veſtri,euidenti monaſterii detrimento ſuis velle cõmodis inſeruire.Bono itaq; animo eſtote:neq; paueatis oblatrãtiũ incur ſus.Dñs vobis adiutor:ne timeãtis quid faciat vobis homo.Deniq; nõ facile oc/ curret,qui vobis noceat:ſi boni æmulatores fueritis.Vale.Ex Fõte bono. Die.ix. Aprilis.MD.

Petro Priori Caſtricarri.XXXIII.

c Vmulas me muneribus:& prætioſis illis quidem.Et cum vix a ditiori/ bus aliquid accipiam:excutere cupiens manus ab omni munere:cede/ re me tibi oportet,contendenti a me & quaſi vim inferẽti:ne tua repudiem:cum tamen inopia & egeſtate præmaris.Theſaurizare nimirum filiis parentes debẽt: non parentibus filii.Et tu ĩmutato naturæ ordine,ſecus facis. Niſi forte ita agẽs, cõmonefaciendum parentem arbitraris:ne ab officio diſcedat:neq; filii penitus ĩmemor ſit.Sed confirmari quidem memoria tui apud me epiſtolis tuis,& ſi vis etiam xeniolis tuis,poteſt:induci vero in animum perſeuerantior ac maior non poteſt.Omni enim tẽpore diligit,qui amicus eſt.Itaq; abiicere merito abs te iſtã curam debes:poſſe te mihi aliqñ excidere atq; animo elabi.Super Cebetis tabu/ la (redeo nunc ad munera tua) quam accuratius recognitã remiſiſti ad me:nihil aliud reſpõdeo : q̃ quod ſuperioribus meis litteris,qñ primum e græco in latinũ conuerſam illam miſiſti,ad te ſcripſerim.Niſi ꝙ ſatis percæpiſſe mihi videor : eã clariorem atq; apertiorẽ,quod ſolũ tibi pro meo tunc captu obiecerã,mihi fuiſſe redditã.Pro hoc,mihi præſertim dicato,opuſculo:iterũ tibi gr̃as ago,& magnas quidẽ.Atqui haud minores,pro tetrauãgelio græco:tua imprimis cura ornato, excultoq; mirifice.Erit mihi in hac re vſui græcũ volumen:ꝙ ſi qñ latinũ legẽs, aliquid nõ recte tranſcriptũ,aut ambiguũ quid offendero:cum græco licebit cõ/ ferre. Sunt enim emendatiores græci codices,q̃ latini . Et cum prius græca fue/ rint euangelia,q̃ latina:facilius de fonte vnde noſtra emanarunt,percipi veritas poterit.Quod nimirũ tibi accæptũ feram.Chryſoſtomi conciones an mihi ſatiſ/ fecerint ſcire cupis.Quaſi vero dubitari poſſit : an ex ore aureo ꝓferri quicq̃ va/ leat:quod

ſeat:quod non delectet,non erudiat,cum ſingulari voluptate audientes. Eloquia Domini,ait propheta,eloquia caſta,argentũ igne examinatum. Quanto magis aurũ:quod ex ore huius viri Dei p ſingula videtur verba defluere? Et hoc quoq; abs te donatus opuſculo,ſimul cũ impreſſa Italia , & variis coloribus illuſtrata: premi me tui cã ſentio graui ære alieno. Quod ex parte modo tecũ diſſoluendũ cenſui:quẽadmodũ ex Vicario noſtro meo noĩe ac iuſſu certior fies. Vale. Ex Fõte bono. Die.ix. Aprilis. MD.

Hieronymo Priori Camaldulenſi. XXXIIII.

n On ſemel expertus ſum:tũc præcipue exorta fuiſſe ſcandala : cum dies occurrerint celebriores:& qbus deuotius nobis diuino cultui inſiſtẽdũ ſit. Heri veſperi feria videlicet quinta in cena Dñi,tanta fuit apud nos aquarũ inundatio:tãta aeris inclæmẽtia:vt õn iam exactũ Aprilis dimidiũ,ſed mediã hyemẽ referret. Itaq; cũ obſiſtente perpetua pluuiarũ vi,nõ potuiſſem de more me in eremũ recipere:refectis p nos participatione muneris ſacri,tũ monachis,tũ cõuerſis nr̃is oĩbus Fõtis boni:ac lotis p miniſteriũ noſtrũ illorũ pedibus:ingreſſus puer quidã familiaris cubiculũ nuntiauit:eadẽ hora lacũ noſtrum nouũ,quẽ apud Meteletũ effoderamus,exſiccatũ penitus euanuiſſe. Siquidẽ continuis hymbribus adeo excreuerat: vt deiecta media parte muri,craſſitudine pedum octo: vaſto impetu p locũ natura præcipitẽ,ſaxa ingentia,& arbores radicitus erutas aquarũ inũdatio deuoluiſſet. Cõtriſtauit inopinatus nũtius familiã:q priuata eſſet in ictu fere oculi nõ tam vtilitate lacus,q̃ amœnitate. Adiecit dolori cumulũ:q nudata lacus ipſius vada,ſubſiliẽtes hinc inde varii generis piſces, in cõſpectũ intuentiũ dederãt. Gratias tñ egimus Deo,q nulla facta fuerit hominum iactura,cũ ſæpius inde ac p murũ ẽt multi trãſirent. Non igitur multũ miror:q tu quoq; hodie caſum mihi alium moleſtũ ſatis ſignificaſti. Exerit plerũq; diabolus,ſacratioribus diebus,arma iniqtatis,& tũc maxime ad facinora mortales inſtigat:cũ ab iis reuocari ſtudioſius cõtendũt. Deniq;,ne hoc ſacro die paraſceues longior ſim:ſi acciderit,vt vulneratus Abbas deceſſerit : ei præter te (q̃tũ in nobis erit) ſucceſſurus eſt nemo. Vale. Ex Fõte bono. Die.xvii. Aprilis. MD.

Venture Vicario Congregatiouis. XXXV.

n On eo animo ſe in Vrbem contulit Bernardinus Prior : vt in quæſtione deficeret. Sed pati non potuit tormẽta:ſine vlla,vt audio,miſeratione laceratus. Et ſi oportuerit (aiebat Petrus) me mori tecum:non te negabo. Et tñ paulopoſt pauefactus ac tremẽs,ad vnius ancille vocẽ,oblitus eſt promiſſiõis ſuæ:idq; nõdũ tortus,ſed ne torqueretur. Nõ ſunt ibi ficti gemitus,nec ſimulatæ proclamationes:quas ĩter cruciatus & laniatus mẽbrorum tortor extorquet. Quo ſane maior enituit Iacobi monachi cõſtantia & fides:q vexatus ſemel atq; iterũ, idẽ ſemp cõfeſſus eſt:& nõ negauit. Aſtitiſſe a dextris eius Dñm arbitror:quo deſerẽte fatigamur:quo præſente firmamur. Egregiũ vtiq; monachi facinus,& perpetua memoria atq; haud vulgari remuneratione dignũ. Iccirco adducor,vt credam defendi poſſe cãm Carcerũ:niſi id obſtiterit , quod mihi Paduanus Ep̃s coram prædixerat. Nõ enim eſt malum in religione:quod Deus non faciat:ita exigentibus culpis nr̃is:qui conuerſi ad religionem,minus in ea religioſe viuimus. Non impugnaremur ab aduerſario : niſi de noſtris,qui iſthinc exierunt , apoſta/

taſſent nónulli. Sine intermiſſione tamẽ, & orandum prius, & ſumma deinde cõ tẽtione annitẽdum arbitror: ne tam nobile ab ordine membrũ præcidatur. Scripſi ego hodie hac de cauſa colẽdiſſimo Protectori: cuius binas cum tuis heri lr̃as accæpi. Scripſi ẽt Mariano Procuratori: & Priori Camaldulini: quẽ iam perueniſſe Romã credo. Animaui oẽs lr̃is ad defenſionem Carcerũ. Quæ ſi non multum profuturæ ſunt: obeſſe certe non poterũt. Et re vera niſi biennio ante exinanitus atq; exhauſtus oĩno fuiſſem inopinata illa bellorũ quã noſti clade: cogitarem de meo ipſius in vrbem acceſſu: ad opponẽdũ me pro muro: ſi forte ex aduerſo aſcẽdens, in noĩe Dñi exercituum, aduerſarios profligarẽ. Tu quidem prudenter feciſti: ꝙ procul a tortoribus manſeris. Nec enim pepercisſent ætati. Si tñ tibi de veritate inſtrumẽti cõſtat: non eſt deſpanda victoria. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxiii. Iunii. MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XXXVI.

q Vas initio præteriti menſis dediſti ad me lr̃as: eas, quẽadmodũ alteris meis ſignificaui tibi, ſecũda & vigeſima eiuſdẽ menſis accæpi. Ago dignationi tuæ gratias, ꝙ iterũ me admonẽdum plenius duxerit de ſtatu cauſæ Carcerũ, & carcere incluſoꝝ: ꝙq; omni ſolicitudine & cura, quo ad fieri potuit, eos protexerit iuueritq;. Præualuiſſe tñ cõtra nos audio, ſiue ius, ſiue eorum q torti ſunt impatientiam: ſiue ſecretius aliquod iudiciũ Dei: cuiuſmodi quotidie vndecũq; afferri audimus. Potuit. n. fieri: vt falſi inſtrumẽti autores aut teſtes fuerint: quod ego nimirũ affirmare non facile audeo, cum proceſſus, vt accæpi, tãta integerrimi Ep̃i cura confectus cõtra obſiſtat. Accidere ẽt meo iudicio facile potuit: vt in eculeũ impoſiti: atq; inter plura doloris inſtrumẽta exagitati: conuulſo tormentis corpore: diſtortis brachiis: emotis articulis: in quæſtione defecerint: cum ſolo iudicis vultu ĩ ſe intẽto, ac minacibus oculis lictorũ ante oculos obuerſantiũ, terreri ac cõſternari cõtinuo debuerint: vt inualida iccirco reddita ſint defenſionis præſidia: nec potuerint virtute ac firmitate animi cõſiſtere. Tertiũ quod propoſui præteribo ſilentio: cum ſint iudicia Dei, abyſſus multa. Opto vt corripuerit eos Dñs: verum tñ non in furore ſuo: ſed ad animarum illorũ ſalutẽ & beneficiorum ordinis reformationẽ. Interea præſtolabimur euẽtũ litis: q̃uis deplorata iam videatur: & infirmum noſtrũ Dño cõmẽdabimus: ſi forte reuocare ip̃m a porta inferi pro ſua dignetur clæmẽtia. Inter tot aũt mala noſtra, in tanto dedecore, ac iactura: illam hodie conſolationem accæpi: ꝙ intellexerim Paulum olim Priorem renuntiaſſe beneficiis, quæ poſſederat in manibus pietatis tuæ. Neq;. n. iuſtius neq; cõuenientius cõſilium potuit capere. Perges tu Dñe, vt facis, infirmo noſtro iugiter aſſiſtere: ac fomẽta ſapiẽtiæ tuæ conſilii, & autoritatis exhibere: donec reſidui aliquid ſp̃us ſupfuerit. Priorem Camaldulini ac me ipſum vna cũ vinctis nr̃is, tuæ dignationi ſupplex cõmẽdo. Ex Fonte bono. Die. ii. Iulii. MD.

Prælatis Congregationis Venetæ. XXXVII.

t Eſtatus ſum vobis, cum his diebus apud vos eſſem, minus me a vobis diligi: cum ego vos plus diligerem. Blandiriq; vos mihi in faciẽ: cum ſecus reipſa de veſtra erga me volũtate, conſtaret. Et qui vidit teſtimoniũ perhibuit: & ſcitis, qa verũ eſt teſtimoniũ eius. Liceat ergo mihi, vobiſcũ ea vti libertate in ſermone, qua debeo: & de veſtro mei contemptu, atq; obliuione meritoꝝ

meorum

meorum erga vos, pro meo iure cõqueri. Hoc enim ego ante cõplures annos ſa tis apertis cõiecturis percœpi: Quoniã nimirũ non labiorũ ſuperficie: ſed & cor de & opere vera caritas cõprobatur. Aliud aũt ego requiro a vobis: quẽ vocatis pater & Dñe: q̃ vt me ſummiſſius ſalutetis: q̃ ve manũ flexo poplite deoſculemi ni: q̃ ve inclinato in terram capite deiectiſq; luminibus humiliemini coram me. Hũc non eſſe verũ ſubditorũ honorẽ: per prophetã indicat Dñs. Populus hic la biis me honorat: cor autẽ eorũ longe eſt a me. Et alibi. Si ego, inquit, ſum pater: vbi eſt amor meus? Si ego ſum Dñs: vbi eſt timor meus? Quãtũ vero vobis cu/ ræ ſit honor meus: teſtes ſunt cõſcientiæ veſtræ. Nã cum de vobis eſſe me q̃ opti me meritũ, & coram prædicetis: & inficiari nequaq̃ poſſitis: cur ptinaciter repu/ gnetis: vt nõ ſim inter vos ſaltem tanq̃ vnus ex vobis: cũ ſitis mẽbra de capite: vos cõſyderate. Multũ ſane erigimini, fratres mei: & non ſine magno periculo ſa lutis veſtræ. Siquidẽ humilia reſpicit Deus, & alta a longe cognoſcit. Et itẽ. Qui ſe exaltat humiliabitur: & q ſe humiliat exaltabitur. Item de cõtemnẽtibus præla tos ſuos: eos præſertim, qui nulla præcedente ambitione, nullis intercedentibus blãdimẽtis canonice promoti ſunt: Dñs dicit. Qui vos audit: me audit: & q vos ſpernit me ſpernit. Verũ vt ad caritatis veſtræ defectum, aut certe ĩminutum ma gnopere affectũ, redeam: quid eſt, obſecro caritas ficta: niſi aliud corde, aliud ore prætendere? Mirari ac dolere etiã videbamini: q̃ citius ſolito maturaſſem profe ctionem meã a vobis: qui nihilominus ante aliquot mẽſes contẽderatis impedi re aduentũ ad vos meum: quẽ noueratis futurũ. Cuius rei poſtq̃ a vobis diſceſſi, certior factus ſum. Neq; enim ſi cum iſthic eſſem id mihi notũ factum fuiſſet: diſ/ ſimulaſſem vobiſcũ: qui ſimulationes imprimis ferre non valeo. Negare hoc vo bis non licet: qñ habeã locupletiores facti huius teſtes. Vultis aliud ſimulatæ ve/ ſtræ erga me beniuolẽtiæ teſtimoniũ: ĩmo iam detectæ: ſimultatis grauius argu/ mentum? Poſtridie eius diei: quo me cõſcenſurũ nauiculã ad ripã monaſterii tan to ſtudio deduxiſtis: inito inter vos (nõ de oĩbus loquor) repentino ac præcipi/ ti cõſilio, bellũ indixiſtis cõtra me: conſtituto aduerſum me procuratore propin/ quo noſtro. Quẽ vigeſimo ante menſe ad religionem admiſſum, decuit vos qui præſidetis rebus, qui illius curã ſuſcæpiſtis: non nũc primum armare cõtra patrẽ religionis, cõtra caput ſuum: Sed hortari eũ potius ac monere: vt indueret arma turam Dei: vt ſumeret ſcutũ fidei & galeam ſpem ſalutis: ad cõſerendam pugnã contra ſpiritualia neqtiæ: ad colluctãdum non cõtra carnem & ſanguinẽ: ſed ad/ uerſus poteſtates tenebrarũ harũ: ad vacandũ deniq; non cõtentionibus ſed con templatioĩbus. Male certe de illo meriti eſtis: cũ ad certamen iniuſtiſſimũ ipſum accingendũ curaueritis: qui ad quietis monaſticæ ſe portum cõtulerat. Hæ ſunt irrigationes veſtræ: qbus nouellæ huiuſmodi plãtationes creſcere hñt in tẽplum ſanctũ in Dño, in habitaculũ Dei, in ſpiritu ſancto. Hæ ſunt præproperæ profeſ/ ſiones veſtræ: feſtinatæ ordinationes: ĩmaturæ promotiones: vt vix prima edo/ ctum elementa vitæ monaſticæ, irreligioſo ne dicam impio præfeceritis mune/ ri. Scilicet obedientiã atq; humilitatem vobis inſtitutoribus diſcet: qui vobis au toribus cõtra magiſtrum ordinis loricã induit elationis. Et genua Generali patri dignabitur flectere, quem inuitũ cõpuliſtis leuare contra eũ calcaneum ſuum. Ta

ceo,ꝙ vt a fide dignis accæpi,de me apud patritios & conciues meos obloqui non deſiſtitis:acuentes vt gladiũ linguas veſtras:& ea de me paſſim referentes: a qbus mihi ſemper abhorruit animus.Nõ enim mihi aliqñ vel minima ſubiit cogitatio: vt euerterem monaſteria regularia:qbus ſemp fauere pro viribus:ac optime conſulere:ne ſolueretur in illis monaſticus rigor:ac tepeſceret antiquus ille feruor:conatus ſum.Si hæc referre præſertim laicis,in quibus confidere vos audio,nõ reformidatis de inocente:& criminari iſontem temere pergitis:time re me vobis haud paꝝ cogitis:& quid mihi diuinet animus,ſileo.Sed ego re ve ra minimũ curo maledicentiã & calũnias veſtras.Scitur optime:vtrũ laxiori vi tæ indulgẽtes,an vere monaſticam ſectantes ſeueritatẽ,mihi magis ſemper cor di fuerint.Quod ſi defuturi non ſunt:qui vobis de me obtrectãtibus fidem præ ſtent:præterq̃ ꝙ veritas amica eſt tẽporis:& tanq̃ oleũ ſemper enatat: non ſum ego certe is:qui teſtimoniũ vitæ meæ,non a cõſcientia mea,ſed ab aliorum qui foris ſunt,petã opinione.Hortari tũ vos pro meo munere non deſinã:vt iuxta ſapientis cõſilium,cuſtodiatis vos a murmuratiõe:& a detractione parcatis lin/ guæ.Scientes ꝙ ſecundum Apoſtolum,maledici regnum Dei non poſſidebunt. Abſit autem a me:vt reddam vobis maledictum pro maledicto.Maledicent illi, inquit,& tu benedices.Imitari cõtendã Dominũ meum:qui cum malediceretur non maledicebat:cũ pateretur nõ cõminabatur.Deniq; vt ſemel finiã:ſi pugna/ re decreuiſtis aduerſum me:& id e re veſtra fore cognoſcitis:ab euentu certami nis certius cognituri eſtis:vtra pars iuſtiorẽ fouerit cauſam.Collocaſtis (vt ac/ cæpi) oẽm ſpem veſtrã in patritioꝝ noſtroꝝ potẽtia & tutella.Ego aũt in illoꝝ magis grauitate & iuſtitia cõfidam.Valete.Ex ædibus noſtris Muſoleæ.Die.viii. Iulii.MD.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXXVIII.

P Ercrebuerat apud nos his diebus:Pontificẽ ſummũ tegula ictum,quã fulmen deieciſſet,expiraſſe.Quod falſo vulgatũ eſt.Accipe tu rei veri/ tatem,quã a fide digniſſimo heri didici.Veſpere eius diei:quæ ſolẽnitatem Apo ſtolorum Petri & Pauli antecedit:cũ primis ſtatim tenebris in ſignum lætitiæ,& campanarũ ſono & faciũ atq; ignium ardore ciuitas tota & præſertim palatium & curia põtificis exultaret:recepit ſe pontifex eadẽ hora,captãdæ auræ gr̃a,vno ſolo comite Cardinali cõtẽtus,ad eam palatii partem:quæ portæ eiuſdem imi/ net: vnde cõmodius ignes proſpectaret.Ambobus ibidẽ ſtantibus & pariter col loquẽtibus,ex turri horologii,quæ tecto extabat,vbi cõplures erant faculas ſuc/ cedentes,& campanis pulſantes,pallus ferreus decidens pondere librarũ trigin ta ſex:perforato palatii tecto inter pedes Pontificis & Cardinalis lapſus eſt.Ter/ ruiſſe profecto inopinatus ac ſubitus caſus vtrunq; debuit:neutrũ tñ leſit.Sequẽ ti die,cũ celebratis de more miſſarũ ſolenniis,rediiſſet e tẽplo in palatiũ Ponti/ fex:hora circiter vigeſimaprima,coorta eſt ſubito tẽpeſtas ſcæuiſſima , adeo vt incredibili ventorum vi pluuia & grandine permixta,euertendæ funditus vrbis ædes atq; arbores radicitus putarẽtur.Erat tũc Põtifex in aula inferiori,quæ Põ tificum cognominatur:ſellæ ſuæ apparatu põtificio ornatæ inſidẽs.Aderãt præ/ terea cum eo quinq; tantũ:Cardinalis Capuanus:Ep̃s Helnenſis : Adrianus ſe/ cretarius Apoſtolicus:& cubicularii duo.Iuſſis ſecedere ad contigua loca Secre/

tario &

tario & altero ex cubiculariis ad ſcribendũ,mox ſcæuiente procella mandat Ca/ puano & alteri cubiculario Pontifex,vt occluderẽt e regione feneſtras:& Epiſco po imperat:vt egrederetur ad deducẽdum ad ſe Cardinalem Sanctæ Praxedis:q pro foribus palatii ſtans expectabat admitti.Atq; ita factum eſt:vt Põtifex in ea/ dem ſella reſidens,remanſerit ſolus.Eodem momẽto temporis camynus,qui ſu per tectũ eminebat vi ventorũ impulſus corruit:diſcuſſamq; tecti cõtignationẽ, in pauimentum aulæ ſuperioris Põtificum:quod aulæ inferiori,vbi erat Põtifex, ſupereminet,deiecit.Preſſum adeo graui põdere pauimẽtũ,& ipſius impetũ fer/ re nequaq̃ ſuſtinens,repẽte cõfractum eſt:cuius trabes craſſiſſime ſicut meminiſ/ ſe te arbitror inferius deuolutæ:abutroq; Pontificis latere conſederunt. Tantam vero ſecum ruderum molẽ pertraxerunt:tantam oculis Põtificis offuderũt pulue ris nubem:vt facile ſuffocari potuiſſet:niſi pannus ſericeus,qui ad ornatum ſellæ capiti eius impendebat:procidens ipſum operuiſſet.Ex ea ruina ſublatus Ponti/ fex,atq; haud omnino illeſus effecit: vt mortuus paucis poſt diebus creditus ſit. Quæ ſint iſta prodigia,q̃d portendãt:nõ eſt meum iudicare.Deus bñ vertat. Va/ le.Ex Fonte bono.Die.xii.Iulii.MD.

Romualdo Monacho.XXXIX.

d Oleo ſuper te,q; non ſit in ſacro iſto loco,qui tuæ compatiatur infirmi/ tati.Magis autem doleo:q; minus patienter toleras factam ſuper te ma num Dñi.Infirmaris:& non conſyderas,tentari te a Deo,vtrum diligas eum.Diſceſſiſti a me,plenus bona voluntate,corde contrito & humiliato:effudi ſti ſicut aquã cor tuũ ante cõſpectum Dñi Dei tui.Et cito mutatus es ab eo ſenſu. Et in hac tẽpeſtate,oblitus gubernatoris nauiculæ tuæ,non dicis.Dñe ſalua nos: perimus.Vt aũt ſcias:me tibi condolere exanimo,& caritate nõ ficta:ſi vis deſcẽ/ dere ad Fontẽ bonũ:non defuturi ſunt,qui curam tui habeãt.Si vero vtilius iudi cas:ad mitiſſimũ Samuelẽ redire:vade in pace.Dñs ſit tecũ,quocunq; ambulaue ris:ne te errare permittat,ſicut ouem nõ hñtem paſtorem.Vale. Ex Fonte bono. Die.ii.Auguſti.MD.

Bernardo Roſcellario Florentino.XL.

c Onciliaſti olim mecum beniuolentiam:nõ tam mea,vt ſcribis,gratia: q̃ tua benignitate.Quãobrẽ ne ſuſpiceris,admirari me debuiſſe:q; ma/ gna fiducia ad me ſcripſeris:ſed gaudere multomagis.Recte autem iudicaſti:nõ oportuiſſe cõmẽdari mihi Priorẽ Caſtricarri.Non.n.indiget apud me cõmenda tione:quẽ ob eius ingeniũ & doctrinã iampridẽ mirifice amare cœpi.Huc acce/ dit ſingularis ipſius erga me pietas & fides. Quo fit:vt ĩmemor eius niſi ingra/ tus eſſe non poſſim.Fuit apud nos his diebus:non tam vt vrbanos tantiſper de/ uitaret æſtus:q̃ vt mutua frueremur cõſuetudine.Redit nunc clemẽtiore cœlo in vrbem gaudens,nõ quidem faſtidio ſolitudinis:quæ hac turbulentiſſima tempe ſtate vel multũ remota & abdita,grata eẽ omnibus debet:ſed vt amicos reuiſat: teq; imprimis:cũ præſertim haud minoris te faciat q̃ tu illũ: quem florentinas appellaſti delitias.Opa tua vtar,vbi opus fuerit:ſed ea quidem lege,vt tu viciſ/ ſim,ſi quando occurrerit,vtaris mea.Vale.Ex Muſolea.Die.xii.Auguſti.MD.

Benincaſæ Priori Pratalis.XLI.

n Ihil me magis impellit ad compatiẽdum infirmiori monialiũ ſexui:q̃ q; illis deſit ad animarũ curam Samaritanus idoneus:qui vulneratis a

latrone diabolo,ac leone rugiente,infundere ſciat oleum & vinum. Vidiſti ipſe: q̃tum pauloante tum blandimẽtis,tum terroribus,in adoleſcentularũ illarũ ad/monitione profeceris:q̃ facile eas ad humilitatem,ad lachrymas excitaueris.Renaſci illas feciſti in nouitatẽ ſpũs:non quidẽ ex corruptibili ſemine:ſed incorruptibili verbo Dei viuẽtis,& permanẽtis in æternũ.Tendũtur illis inſidiæ a malignis & impuris hoibus.Tu vero vt tanq̃ aduenæ & peregrinæ abſtineãt a carnalibus deſyderiis,quæ militant aduerſus animã:benigne obſecraſti. Petulantiores in ſermone atq; ad multiloquiũ pronas,docuiſti refrenare linguas ſuas:qm̃ re vera ſi quis putat ſe religioſum eſſe,nõ refrenans linguã ſuam:ſed ſeducens cor ſuũ: huius vana eſt religio.Propterea concludit ipſe idẽ Apoſtolus.Quod quicũq; refrenauerit linguã ſuam,hic beatus in facto ſuo erit. Beatæ itaq; iuniores illæ:ſi a murmuratione ac detractione linguæ ſuæ ſe cuſtodierint:nec me crudelem exiſtimauerint:qꝫ ſeuerior in coercẽdis illis,nouiſſima noſtra viſitatione apparuerim. Vulgo dicitur,Medicũ mitem,reddere vulnera verminoſa. Vbi cœperint amare ſilentiũ,iuſtitiæ cuſtodẽ:ſeq; contemplationi rerũ diuinarũ aſſuefecerint: tunc cognituræ ſunt:me non modo ſcæuũ ſibi non fuiſſe:ſed ne ſeuerũ quidem: imo & piiſſimum & indulgentiſſimũ patrem.Si in promiſſione tibi facta emendandi vitam ſuã,cõſtãtes perſeuerauerint:poterunt pro arbitrio matris monaſterii,Domino cõſecrari.Quod expectare illas ſingulari deuotione ſignificaſti.Pergãt igitur præparare ſe ad ſpũales nuptias:ad torum imaculatum:ac cõnubium ſanctũ. Ornent interea lãpades ſuas:vt veniente ſponſo exeant obuiã ei:Et cum in cubiculum eius introductæ fuerint:& caſtis illius amplexibus iũctæ:conſequenter dicant.Inueni,quẽ diligit aĩa mea.Et irerũ cum propheta.A facie tua Dñe concæpimus:& quaſi parturiuimus:& pepimus ſpũm.Et e diuerſo ipſæ quoq; audiant. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa:hortus cõcluſus,fons ſignatus. Vale. Ex Muſolea.Die.xviii.Auguſti.MD.

Petro Barrorio Ep̃o Paduano.XLII.

h Eri primum ex te didici:quod nullius antea lr̃is,vnius tm̃ relatione mihi pauloante ſignificatũ fuerat:conceſſiſſe naturæ cariſſimũ tibi,mihiq; honorabilem,Angelum fratrẽ tuũ.De ſororio nihil penitus audieram. Decreueram nihil ſuper eius obitu prius ad te ſcribere:q̃ mihi certius aliqd afferretur.Primum ne leuitate ductus,nimium faciles adhibuiſſe aures apparerem,mala referenti,& id pro cõperto habere,quod poterat nõ fuiſſe.Deinde,qꝫ ſi ita accidiſſet: cum raro ſiniſtrũ quid vulgari incipiat:quin ex parte ſaltem veritate nitatur:nõ putaui te eſſe eiuſmodi:qui cõſolatione mea aut alterius,ſuper fratris obitu indigeres.Nec inanẽ ac vanam fuiſſe meã de te opinionẽ:litteræ tuæ plenius teſtantur.Nã adeo imperturbato atq; inuicto animo,vtriuſq; mortẽ pertuliſſe te affirmas:vt eos qui cõſolandi tui gratia te cõueniſſent,ipſe potius fueris conſolatus. Benedico ego propterea Dñm:qui pectus tuũ tanta muniuit cõſtantia:tanto robore confirmauit.Neq; enim adeo paruã feciſti iacturã:vt non excuſabilis fuiſſet futurus dolor tuus:ſi quo paulo vehementius,ꝓmotus fuiſſes:tã clari,tam probi, ac penitus te referentis,germani amiſſione.Mihi ſane in mentẽ veniẽs eius viri (de Angelo dico fratre:qm̃ ſororiũ minime noueram)virtus,iuſtitia,integritas: vacare animũ triſtitia non vſquequaq; permittit.Nõ qꝫ eius deceſſione doleam,

quem exiſtimo

quem exiſtimo terrena cœleſtibus commutaſſe: Sed ꝙ priuati ſimus nos gratiſſima illius cóſuetudine: & patria noſtra grauiſſimi ac fideliſſimi ciuis cóſilio fuerit deſtituta. Viſitauit me triennio ante apud Sanctum Michaelē, ſingulari humanitate: cógreſſus mecū per duas ferme horas, tāta reuera mea voluptate & oblectatione: quā ex ipſius graui ſapientiꝗ ſermone capiebā: vt audire mihi loquentem Paduanū Epm non fratrē eius arbitrarer. Subit præterea animū eius rei, quā me cū de illo nouiſſime cóicaſti, recordatio. Quid vtiꝗ in ſenatu proponere ſtatuendum decreuiſſet, aduerſus ementes columbas in téplo: atꝗ ad effundendū nummulariorum æs: Vt nó temere eius deſyderio mœream: qui iniquitatē odio habens, & abominans, diligebat legē Dñi. Hæc non tui gratia, qui ſolatio nó indiges, ſed ex abundantia cordis mei perſtrinxi de fratre tuo: cuius memoria apud me in benedictione eſt: quem exiſtimo ſimilē factū eſſe in gloria Sanctorū. Cæterum relicti tuæ cuſtodiæ & curæ ex vtroꝗ filii ac filiæ: futuri tibi graues nó ſunt: cui tā nomeroſæ plebis adminiſtratio iāpridē credita eſt. Nó poteris tuos negligere: qui neminē cótemnis. Ipſi ēt tali te parēte vſuri ſunt: vt defunctoꝝ patrum carnaliū pñtiam: haud multum ſint deſyderaturi. Deniꝗ multum tibi oneris imponitur, vt multum merearis. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Auguſti. MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XLIII.

b Ene cum Guidoue actum reor: vt hoc anno iubilei Romæ deceſſerit: percæpta culparum omnium, ſi quas cótraxerat remiſſione: Et extra ordinem nó ſine periculo, tanq̄ extra aquam piſcis, degens: in tutiorē locū tranſlatus eſt: Romanamꝗ curiā cum cœleſti fælicius cómutauit. Nihil vero eſſe, quod dubitemus: trāſſerendā eſſe in alium ipſius penſionem: magnope lætor. Et grās ago dignationi tuæ: ꝙ curauerit apud Pótificem: vt ita fieret. Vendicatū eſt in priſtinam libertatem te auctore præcipuū nr̄i ordinis monaſteriū: & quod præ cæteris maximi facimus. Sperare nūc licet: victuros in eo commodius monachos, duplicatis redditibus, & cóſequēter ſpūalibus profecturos incremētis. Nó enim mugiunt boues, cū ante præſepe plenū ſteterit: neꝗ rugiunt onagri cum habuerint herbā. Cæterū factus ſum certior: de futuro paulopoſt aduētu tuo in Etruriā: quo nimirū nuntio gauiſus ſum plurimū. Triēnium eſt enim: ex quo nouiſſime ſum cū tua amplitudine cógreſſus. Et deſperare iā cœperam faciendā mihi etiā hoc anno poteſtatē conueniēdi tui Senis. Mittat Dñs Angelum ſuum: qui comitetur te, & incolumen ducat in patriā. Vale. Ex Fóte bono. Die. xxviii. Augu. MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XLIIII.

v Eniſſe te vt patriū ſolum, quo triēnium abfuiſti: non ſolum vt id reuiſeres, puto: verū ēt in ptātem clientulis tuis faceres cómodius te adeūdi. Gratulor itaꝗ plurimū: ꝙ, ſicut audio, incolumis atꝗ optime valens adueneris: ex cuius nimirū ſalute pendet noſtra. Lætificaſſe te arbitror magnope omnē regionem iſtā deſyderatiſſimo aduētu tuo. Nec illā tibi parū attuliſſe gaudii exiſtimandum eſt: quā modo præ cæteris, præter rónem téporis ſatis pacatā & tranquillam inueneris. Si quidē hic annus, ſiue ab externis bellis, ſiue ab inteſtinis ſeditionibus, vbiꝗ fere inqetiſſimus eſt. Vix vſq̄ ab hoſte ocium relinquitur: & domi nó deſunt metus. Impleturꝗ illud apoſtoli. Foris pugnæ: itus timores. Quo/

tidie nuntiatur:magnas clades vltro citroq; a populis & íferri,& accipi:chriſtiā
namq; rempublicā in peius ruere indies.Ciuitates complures,intra paucos men
ſes,ſecū ipſæ diſcordes,atq; inteſtino flagrantes odio,ſeditiones concitauerunt:
nec tēperatum manibus eſt necatis q̄plurimis.Et quod deterius eſt:ad cōprimen
das ac pacificandas partes diſſidentes,interueniſſe adhuc auditus eſt nemo.Læta
ri videtur mutuis incōmodis:qui,alter alterius onera portare debuerunt:vt non
refriguiſſe caritas:ſed magis extincta penitus dignoſcatur.Mittat Dn̄s auxilium
de Sācto:& vehemēti huic morbo vehementi remedio dignetur ſuccurrere.Ve/
rum vt a lōgiore exceſſu,ad amplitudinis tuæ aduentū redeam:fuit illius nūtius
etiā mei gratia iucūdiſſimus:facta mihi mō præter ſpem cōueniendi & contem/
plandi tui copia.Neq; enim eſt alius extra te:cum quo gratius congrediar:quem
libentius audiam:cui amplius deferam:a quo magis contentus diſcedā.Vbi pri/
mum agnouero te Senas fuiſſe ingreſſum:mouebo ſtatim ex Fonte bono. Vale.
Ex Fonte bono.Die.ii.Septembris.MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XLV.

b Iennio ante haud procul a Fonte bono lacum fieri curaueram:extructo
ex vno latere,ob decliuem ſitum,præ alto muro:lōgitudinis pedū circi
ter centū:craſſitudine pedū quinq;.Repletus eſt non multo poſt,cōuectis ex plu/
ribus locis varii generis piſciū ſeminibus:vt iuxta quadrupedū ſtabula,aquatile
ēt pecus,in familiæ cōmodū,aleretur.Excreuerat vno anno mirū in modum pi/
ſcium multitudo:vt ſuppeditare iam victū,non ſolū nobis,verum ēt longe plu/
ribus facile potuiſſet.Delectabantur oēs noui ac latioris viuarii amœnitate : & q̄
largiſſime de proximis montibus collectæ in vnum aquæ,capiebāt ſui nouitate
oculos intuētium.Verū non diu permiſſi ſumus frui lacus huius cōmodis ac vo/
luptate.Si quidē quarto ante reſurrectionē dn̄icam proxime preteritā die,ob in/
gentem pluuiarū vim,tanta excreuit aquarum inundatio:vt ſuo impetu moleq;,
mediā muri partē ad fundamentū vſq; deiecerit:lacumq; vna hora aquis exhau/
ſtum,in pratū reſtituerit.Cōtriſtauit nos inopinatus caſus:non tam noſtro q̄ tuæ
amplitudinis incōmodo.Cōfidebamus enim,non defuturā nobis quotannis pro
arbitrio facilē & copioſam ex viuario piſciū,& trutarū imprimis capturā : quos
ad te mitteremus.Sed qn̄ ſicut Dn̄o placuit,ita factū eſt:feres nobiſcum æquiore
animo cōem iacturam:& hos pauculos atq; minutiores,q̄ voluiſſem,piſces no/
ſtros ſaxatiles iuxta Camaldulū,q̄tum iactus eſt lapidis,hodie a fratribus noſtris
captos,benigne accipies.Vbi refecto lacu iuſſerit nobis Dn̄s mittere í dexteram
nauigii:& in verbo eius laxauerimus rete:tunc & multis & magnis,paucitatē ac
paruitatē iſtam q̄ libentiſſime penſaturi ſumus.Vale.Ex Fonte bono.Die.iiii.Se/
ptembris.MD.

Hieronymo Priori Camaldulini.XLVI.

m Agna nos repleuit ſolicitudine nouus Ciſterſienſium monachoꝝ in Ga
leatanū oratoriū ingreſſus.Non enim mihi pſuadeo velle eiuſmodi ho
mines fieri mēdicitati obnoxios:ſed eam potius ad tēpus paſſuros:vt oblata ſibi
occaſione,Abbatiā Sancti Hilari occupent ac deglutiāt.Iam paciſci cum Abbate
tentauerunt:oblata illi pecunia multa.Cōſtans tn̄ hactenus Abbas pſeuerare dici
tur:ægre ferens,tales vicinos fuiſſe ſe inuito ab incolis illis in locū ordinis acci/
tos:nec

tos:nec voluit præbere conſenſum ſuum. Noſti ipſe q̄tam faceret iacturã Camal dulenſis religio:ſi cœnobiũ illud nullius dioceſis, cui ſubiecta ſunt beneficia mul/ ta, quod pro epiſcopatu in ea regione habetur:quodq́ in ianuis ſacræ noſtræ ere mi ſitum eſt:in alterius ordinis ius cócederet. Ad hoc ſe veniſſe palã cõfitẽtur mo nachi illi:vt oblata ſibi manu, ẽt brachium & caput ad ſe pertrahant. Ituri ſumus quarto poſt die Senas:viſitaturi protectorẽ colendiſſimũ. Conferemus cũ eo in/ ter cætera hoc quoq́ haud contẽnendum negocium. Interea ſi quid conſtitueris cũ Mariano Procuratore:non ſolũ ne quid impetretur in præiudicium ordinis: verum potius, vt occupatores atq́ inuaſores rerum noſtrarum loco extrudãtur: ac procul pellantur:erit nobis ſummopere gratum. Vale. Ex Fonte bono. Die. v. Septembris. MD.

Petro Priori Caſtricarri. XLVII.

IN ædificando Fontis boni tẽplo, illud potiſſimũ obſeruari velim:vt qñ id magnificẽtius ac ſumptuoſius extrui, & noſtra inopia, & aduerſa præ ſentis tẽporis conditio non ſinit:ſaltẽ qualecũq́ futurũ ſit, ita vniuerſæ ipſius par tes conformes exiſtãt:vt apte inter ſe oẽs correſpõdeant. Nã & de Deo optimo maximo per ſapientẽ dicitur. Oía in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. Quamobrẽ cum Florentiæ nó deſit magna architecto℞ pitiſſimorũ copia:opto magnopere, vt inſtructiores cõſulas:quãta altitudo cõueniat cõformiſq́ ſit tem/ plo:cuius areæ quadrangularis lógitudo, excæpto tribunalis emiciclo, q̄nquagin ta & duorũ cubito℞ futura ſit:& latitudo exterior, computata videlicet parietum craſſitudine, duorũ & viginti. Altitudinẽ aũt intelligo parietum tantum per qua/ drum tẽpli erigendorum:non ẽt ipſius tecti:hoc eſt ab ea parte, qua extare a ſolo ædificiũ incipit:vſq́ ad illam, cui tectũ ĩnititur. Significabis mihi poſtmodũ ar/ chitectorum ſñiam. Qua cognita, ẽt modulũ totius corporis templi conficiẽdũ curabo:vt melius vniuerſi operis rõnem, & cóformationẽ partiũ cõſyderare no/ bis liceat:& ſummã futuræ impẽſæ modumq́ exactius ac certius cũ fabris penſi tare. Methonã fortiter ſe tueri aduerſus barbaros:grate didici ex te. Præcor Do/ minum, vt ſit illi adiutor:& obſidione atq́ oppugnatione hoſtili eam liberet. Ni ſi enim ipſe cuſtodierit ciuitatem:fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Vale. Ex Fonte bono. Die. xi. Septembris. MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XLVIII.

ALiud verbis polliceor:aliud reipſa impleo:ſeruoq́. Inuitus tñ ita facio: qui nõ modo maturare iter meũ ad te:verũ ẽt præcurrere magnopere optauerã. Sed quid ait Iacobus? Ecce nunc, qui dicitis:hodie aut craſtino ibimus in illã ciuitatẽ:& ignoratis, quid erit in craſtinũ. Et pauloпoſt infert. Pro eo, vt di catis:ſi Deus voluerit:& ſi vixerimus:faciemus hoc aut illud. Paulus vero pro hu iuſmodi re in aliũ reiiciens culpam:Abundãtius, inquit, feſtinauimus faciem ve/ ſtram videre, cũ multo deſyderio:qm̃ voluimus venire ad vos, ego quidem Pau lus, & ſemel & iterũ:ſed impediuit nos Sathanas. Ignorans itaq́, cuius cã factum ſit:vt properare ad Dñm meum, vti deſtinauerã, celerius non potuerim:excuſan dum cenſui dilationẽ retardati aduentus mei. Nã cũ ſtatuiſſem ego quoq́ ſemel & iterũ cõuenire dignationẽ tuam:primum quidẽ per cõplures dies poſt diutur nam ſiccitatẽ, tanta inſecuta eſt aquarũ imbriumq́ inundatio vt diluuium prope

nobis retulerit. Excreuiſſe audio, inter cætera, flumina, intantũq; intumuiſſe Arnum Florẽtiæ: vt alueum egreſſus, ẽt in domos irruperit. Interea vero antequã redire cœpiſſet cœli ſerenitas: orta ſuper genu dextro puſtula, licet exigua, ſic me impediuit: vt nõ modo me a longiore itinere: verũ etiã a breui itione prohibuerit. Deuitato igitur alicuius grauioris incõmodi certiſſimo periculo: ſi me improuida feſtinatione itineri dediſſem: variis remediis ad accelerandã curationem vſus ſum. Verũ quẽadmodu ſic affectis ſolet accidere: quo citius me abſoluendũ moleſtia putaui: vt hinc pro voto mouerẽ: eo & ſegnius mitigari dolor, & decreſcere lẽtius tumor videbatur. Tandẽ per Dei grãm ita cœpi conualeſcere, vt cõfidã, ſequenti hebdomada viſurũ me pietatẽ tuam. Icc irco huc ſeceſſi nudius tertius: vt facilius percurarer. Cæterũ veniens cũ comitibus noſtris: diuertã in domum tuã: vtiq; ſeruulus in domum Dñi: poſteaq̃ vt ita facerẽ, & litteris & nuntiis a nobis petere atq; ẽt contẽdere dignatus es. Amplitudine tua adeo humiliter cedente: quid ni meus cedat pudor? Indignũ quidẽ admiſeris ſub tectum tuũ. Sed impenſa vilioribus hoſpitibus liberalitas, icc irco nõ minus accæpta futura eſt Deo: qm̃ non fuerit apud te perſonarũ accæptio. Solũ imitari indifferenter ac promiſcue ſtudes Pauli hortamenta dicentis. Caritas fraternitatis maneat in vobis: & hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Vale. Ex Muſolea. Die. xvi. Septembris. MD.

Commendatario Sancti Iuſti Volateranũ. XLIX.

b Ene tibi cupienti, non deerit Dñs: qui cũ ſit bonus, ſemper adiuuat bonam mentẽ, ac propoſitũ ſanctũ. Ad me quidẽ ſumma, vt ſcribis, totius noſtri ordinis adminiſtrãdi attinet. Verũ ad alios quoq; fratres meos pars oneris mecum cõportandi ſpectat. Supra vires, ait quidam Moyſi, eſt negocium: ſolus non poteris ſuſtinere. Mihi ſane aliud ſignificare nõ potuiſti: quod maiore voluptate exciperẽ: q̃ vt incrementa regularis vitæ ac ſeuerioris inſtituta obſeruationis, quæ multũ elanguit, mirũ in modũ optares. Ignem venit mittere in terrã Dñs: vt arderet. Hoc te ſuccẽdi modo, ignitum eloquium tuũ vehemẽter, aperte declarat. Et ſperare licet: q qui dignatus eſt facere apud te mãſionem: facturus ſit ẽt te compotem voti tui. Dabit tibi ad reformandũ Volateranum cœnobium, virtutẽ: qui dedit voluntatẽ. Polliceris te pro tua in religionem pietate habiturũ magiſtri loco: ac te ei in diſciplinam datuꝝ: quẽcũq; miſerimus ad te monachũ bene inſtitutum. Et hoc certe inhabitãtis in te ſpiritus ſancti argumentũ eſt: quẽadmodum per prophetã teſtatur Dñs. Super quẽ requieſcet ſpũs meus: niſi ſuper humilẽ, & manſuetũ, ac trementẽ ſermones meos? Deniq;, ne in articulo profeſſionis monachi tui longior ſim: grate accipio deſyderium tuum. Vbi in Vrbem redierit Protector noſter colendiſſimus: cũ quo Senis per hos dies, quæ ad reformandum ordinem pertinẽt, non ſemel cõtulimus: impetraturũ ipſum aliqd ſpero: quod plurimũ & tuo huic voto: & vniuerſæ nr̃æ religioni cõducet. Nihilominus interea futurus ſum petitionis tuæ haud immemor. Vale. Ex Muſolea. Die. x. Octobris. MD.

Paulo Orlandino Monacho Angelorum. L.

q Vem tantopere expetiſti, hoc anno repertũ Murani bouẽ: noua deſcriptum forma: & multiplici tum numerorũ, tum figuraꝝ varietate diſtinctum; his incluſum lr̃is accipies. Vbi tranſcribi eũ feceris, remittes continuo ad

me. Scio

me. Scio iſthic coniectores habiturum multos: nec defuturos qui multifariã mul/ tiſq; modis picturam huiuſmodi interprætentur. Si quem inueneris: qui vero ſi/ mile aliquid exſculpere tibi viſus fuerit: ſignificabis mihi. Ego quidem non ſum propheta: nec filius prophetæ: qui futura prædicere, & obſcura ac recondita ede/ re in lucem nouerim. Bouem ſtantem: alatum: vexillum crucis ſiniſtro geſtãtem pede: templum ſuper cornua portantem: ſub cauda calicem cum hoſtia haben/ tem: in pectore a parte dextra nummos aureos, a ſiniſtra vitis ramum, cum bo/ trione præſeferentem: quis non admiretur? Tintinnabula item tria, iuxta vexil/ lum inuerſa: a dextro autem pede, hominis caput: porro a latere leuo Dei figurã, ſtelis quatuor ad caput ornatam: & oſtentantem manu, egredientem de ventre bouis hominem: quis facile coniiciat? Præterea duo illa tantum verba: ſingula a lateribus bouis cõſcripta: Quarto: Lucæ: & numeros etiam a decimo nono, vſq; ad vigeſimum quartum ſparſim poſitus: quis affirmet, ſic & ſic oportere intelli/ gi: niſi cui voluerit filius Dei reuelare? Hoc tantum dixerim: noſtrum eſſe orare humiliter Dominum: vt ipſius clæmentia cognoſcat bos poſſeſſorem ſuũ: quem/ cunq; hæc illius ſimilitudo portendit. Laudemus nomen Dei cum cãtico: & ma/ gnificemus eum in laude: & placebit Deo ſuper vitulum nouellum: cornua pro/ ducentem & vngulas. Vale. Ex Muſolea. Die. xxii. Octobris. MD.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LI.

V Enturus in Vrbem Vicarius Abbatis monaſterii Montis Chriſti: vt ſup plicationes quaſdã ſummo Põtifici porrigendas curet: in honorẽ & cõ/ modum ipſius abbatiæ: noluit ſine meis ad te commendatitiis litteris proficiſci: Et ego, qui oblata mihi ad te ſcribendi occaſione libenter vtor: piis eius votis facile obtemperaui. Coram explicabit, quid cupiat. Id ſi probauerit dignatio tua: obſecro, vt ſolito pietatis affectu, benignum præſtet petenti auxilium. Fuiſ/ ſe olim cœnobium illud illuſtre admodum ac percelebre autumant: ac, quem/ admodum ex eius reliquiis cernere licet, magnis ſumptibus ac inſigni opere ex ædificatum. Verum obnoxia inſula illa barbarorum ac prædonum excurſioni/ bus dirreptionibuſq;: cum nequaquam tuto in ea monachi conſiſterent: effecit progreſſu temporis: vt monaſterium nobile penitus deſtitueretur. Aliquot ta/ men anni ſunt: quibus tetigit Dominus quorundam corda, excitauitq; ad inco/ lendum denuo deſertum locum. Quorum mentem atq; propoſitum eo gra/ tius amplector: quo ipſi ardentius, contempto mortis aut captiuitatis periculo, ad Montem Chriſti ſe contulerunt: ad montem in quo beneplacitum eſt Domi/ no habitare in eo: in quem non aſceudit, niſi innocens manibus, & mundo cor/ de. Erit itaq; memoratus Vicarius tuæ amplitudini commendatus. Vale. Ex Fon te bono. Die. ii. Nouembris. MD.

Petro Delphino. LII.

B Inas hodie accæpi litteras tuas: gratas vtraſq;: q; ſolitam erga me præ ſeferant fidem tuam. De Methona non eſt, vt aliud repetam: ne vulnus nondum penitus ſanatum videar refricare. Commendatione tantummodo ſin/ gulari dignam ciuitatem exiſtimo: quæ ob ſeruandam tum Deo optimo maxi/ mo, tum ſuo Dominio fidem: elegerit potius ad internitionem mortẽ oppetere,

&

q̃ ſe turpiter hoſti dedere. Sperare haud ĩmerito licet: tranſlatos illos fuiſſe, quot quot deſyderati ſunt ad ſydereas mãſiones: & ad loca piorũ: adeptoſq; fuiſſe ſto/lam ĩmortalitatis & coronã gloriæ: qui fideles fuerũt vſq; ad mortem. Huc acce dit: q Deus vltionum Dñs reddidit retributionem ſuperbis: cum nequaq̃ fuerit barbaris incruenta victoria: ad quindecim milia vt ſcribis in illa expugnatione interẽptis. Maiorẽ accæpit q̃ intulerit cladem natio illa chriſtianis infeſta: vt ſci/ant gentes, qm̃ homines ſunt: & q nõ ſit Deus noſter vt Dii eorum: qui effundit irã ſuam ĩ gentes, quæ ipſum non nouerunt: & in regna quæ nomen eius non inuo/cauerunt. Claſſi Venetæ dabit Dominus, qñ voluerit occaſionem & oportunita/tem inuadendi ſuperãdiq; hoſtium claſſem: qui nouit tempus accæptabile & diẽ ſalutis. Conueniſſe Piſanos cum Florentinis: ex te hodie primum intellexi. Et cũ hodie recentes ex Florentia litteras accæperim nihil tale ſignificãtes, falſos fuiſſe rumores ne dubita. Deſponſatam fuiſſe Venetam virginem ex Theupula gente Ioanni ſfortiæ, pauloante Piſauri Dño: & ego tecum ignoro quid ſibi hoc velit. Non temere tamẽ, id factum exiſtimo. Hanc me modo ſcribente epiſtolam: ſup/uenit ex Balneo nuntius: aſſerens, Valẽtini equites quingẽtos Ciuitellam aduenii/ſſe: quæ a Galeata Florentinorum vico, vno tantum diſtat miliario. Expectari etiã plures retulit. Quorſum vero iter facturi ſint neſcitur: niſi q nos ſuſpẽſos admo dum & ſolicitos reddidit: magnoq; terrore inopinatus hic nuntius affecit. Deus bene vertat, atq; a nobis dignetur auertere omnes, cogitantes nobis mala. Si, vt ſcribis, vulgatur per vrbem in certo autore: defeciſſe a me congregationẽ noſtrã Venetam: haud facile credas. Neq; enim ſum de illis adeo male meritus, vt cãm habeant noua moliendi, ac diſcedendi a capite. Si qua tamẽ in re inuicem diſſen/tire cõtingat, ne multum mireris, hoc præſertim tẽpore: quo diſſidia & contẽtio nes vbiq; fere ſcatent. Quandocunq; acciderit: vt impugnari ab iis, quod ſpero nequaq̃ fore, inopinato congreſſu incipiam: ab honeſto nunq̃ diſcedam. Et ſicut citra alpes pro religione mea ſæpius decertans adiutus ſum ab eo, qui diligit iu/ſtitiam, & odit iniquitatem: ita & futurũ cũ tranſalpinis noſtris nihil dubito. Per/ſuadeo tamen mihi: ceſſuros illos ſponte honeſta repoſcenti: & beneficiorum meo/rum erga ſe haud ĩmemores fore. Vale. Ex Fonte bono. Die. v. Nouembris. MD.

Paulo Orlandino Monacho Angelorum. LIIII.

CVm eſſem Venetiis mẽſe maio proxime præterito: oſtẽdit mihi pr̃itius quidã Venetus propinquus meus exemplar picturæ bouis, quod ad te miſi. Eſt autem vir grauis: & procuratorio Sãcti Marci munere, quæ dignitas eſt Venetiis ſupremæ proxima decoratus: tertiũ & octogeſimũ agens annũ: docto/ratus inſignibus nequaq̃ præditus: multis tñ doctoribus eruditior. Hic mihi re/tulit: reptã fuiſſe imaginẽ illã bouis, ante quatuor aut qnq; mẽſes, apud Muranũ, ĩ monaſterio Sãcti Petri martyris, ordinis p̃dicatorum, regulariter viuẽtiũ: affixã cõ tignationi neſcio cuius ptis monaſterii: & vetuſtã apparuiſſe, multorũq; annorum: nõ aũt recentior cõfectã. Quis eã inuenerit: & quo modo, & vtrũ ænea, lignea, la pidea an picta tãtum reperta fuerit, nõ ſum curioſius ab eo ſciſcitatus. Niſi q ho/mo grauiſſimus maximi facere bouinã effigiem viſus eſt: ac prodigiũ eẽ futurorum atq; vaticinium, nullo pacto hæſitare. Habes modo ex me, vt petiſti: quid noue/

rim. Interpretationẽ

rim.Interpraetationem vero,quam miſiſti,& ſi veram eſſe affirmare nõ poſſum: vt probabilem tamen,& veriſimilibus coniecturis prudenter & erudite excogitatam,magnopere laudo:ſiue illud opus tuum fuerit:ſiue alienum.Non enim ſignificaſti apertius autorẽ.Cum autem dicat Petrus Apoſtolus:ꝙ oĩs prophetia ſcripturae propria interpraetatione non fit:quoniam voluntate humana allata nõ eſt aliquando prophetia:ſed ſpiritu ſancto inſpirati,locuti ſunt Sãcti Dei homines: nihil addam interpraetationi,quam miſiſti.Nam ex ſacris litteris colligi poſſent multa.Eſt autem Deus reuelans myſteria:requieſcens ſuper humilem & manſuetum,& trementem ſermones ſuos.Vale.Ex Fõte bono.Die.v.Nouẽbris.MD.

Hieronymo Priori Camaldulini.LV.

a Nfoeliciſſimam ſortem cõmunis amici Octauiani Sinneſani: a domeſticis familiaribus in cubiculo confoſſi & iugulati:non potui nõ iniquo animo ferre.Mihi quidem facie incognitus:tua de hominis praeſtantiſſimi virtutibus relatiõe tuis ſcriptis,factus iampridem notiſſimus fuerat.Miſeratus caſum eius:cum aliud mihi non ſuperſit,quod illi praeſtem:ſancta & ſalubri cogitatione pro defuncto exorabo:vt a peccatis ſoluatur.Nõ eſt primus: qui inter illuſtres & magnos viros,improborum fraude necatus ſit.Tot ei virtutum praeconia tribuiſti:dum pro tua in illum obſeruantia & fide merita eius mihi elegantiſſime commemoras:vt pro martyrio non temere hominis interitus habẽdus ſit.Sacrae cõſiſtorialis aulae aduocatus,haud ab re pro tuenda iuſtitia impiorum manibus exiſtimari poteſt occiſus:quando ſemper malitia fuerit bonitati inimica:virtuti improbitas:iuſtitiae ac veritati iniquitas.Quae enim participatio iuſtitiae cum iniquitate?aut quae ſocietas luci ad tenebras?Opto vt obdormierit in Domino:reddita illi mercede laborum ſuorum.Vale.Ex Fonte bono.Die.ix.Nouẽbris.MD.

Hieronymo Priori Camaldulini.LVI.

e Xcreuiſſe thyberim ad pedes decem,cum magna vrbis iactura,& aediũ aliquot ruina ſignificaſti:haberiq; inter oſtẽta.Aquas,quas vidiſti, ſicut teſtatur Ioannes in Apocalypſi,populi ſunt,& gentes,& linguae.Et forte hoc anno Iubilei:quo populi multi & gentes & linguae Romam confluunt:ſicut aquae: quae decurrunt in praeceps:haec prodigioſa accidit inũdatio.Apud nos vero tantus fuit per dies quatuor deſcenſus niuium,tanta vis ventorum & frigoris:vt totam Caſentinatem planitiem (quod raro ſolet accidere) altiſſimae operuerint niues:mihiq; hic Muſoleae ſeceſſus,coeli intẽperie,ſitum Camalduli atq; eremi referat.Vix potuit per hos dies quiſq̃ ſeſe recipe in Fontẽ bonũ:vbi niuium altitudo fidem audientium ſuperat.Quid hoc portendat tu viciſſim coniicies. Non certe (vt aliquid traham ad meipſum) cupimus,obtẽta per Protectorem pientiſſimũ iubilei gratia,ſuper niuem dealbari.Si fuerint,inquit propheta,peccata veſtra,vt coccinum:quaſi nix dealbabũtur.Quod,vt nobis detur,curabis.Vale.Ex Muſolea.Die.xxv.Nouembris.MD.

Ioanni Maiori Eremi.LVII.

c Ito remittetur ad te Eremita:qui huc acceſſit: & iniunctum ſibi munus executurus eſt.Interea eius vices Eremita Lucenſis implebit.Sic.n.alter alterius onera portabit.Neq; vero decere arbitramur:vt tu cum ſis Maior in Eremo,minoribus impliceris.Gubernator ſiquidẽ nauis in puppi ad clauũ ſedet,nõ

diſcurrit per tabulata,non remis incumbit: non contrahit vela: neqꝫ alia huiuſ-modi exercet miniſteria.Non enim parum feciſſe iudicādus erit:qui ſedet ad gu-bernacula,ſi proram nauis littore illiſam minime perfregerit:ſi non carinam fixe-rit vado:ſi turbato ac tempeſtuoſo mari rapta ventis non fuerit:ſi deniqꝫ a recto curſu nō deuians,in portum fuerit ſecurū delata.Mittimus ad vos piſciculos Ar-ni,qua potuimus perquiſitos cura:vt in algenti illa ac niuoſa ſolitudine refici mo-dice valeatis.Inuitare nunc merito vobis licet ad benedicendū vobiſcum Domi-no illius opera:& dicere.Benedicite gelu & frigus Domino: benedicite glaties & niues Domino.Nam cum hic iſta,mitiore cœlo in præſentia nō deſint:mēſu-ra conferta & coagitata proculdubio excedere iſthic debent. Vale. Ex Muſolea. Die.xxviii.Nouēbris.MD.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani.LVIII.

Viſti ipſe autor:ꝙ raro ad te ſcripſerim.Monueras enī,vt cui ad te litte-ras daturus eſſem:diligenter animaduerterem.Siquidem verebaris,ne interciperentur,& in portu naufragium facerēt.Rediturus etiam,vti iā-pridem viſus eſt cupere,in patriam Victor nepos:effecit, vt tibi tardius reſpon-deam:ſciens habiturum me tabellarium fidiſſimum:ſi per ipſum ad te lr̄as deſti-naſſem.Sed ſæuiente tum hyeme:quæ ſolito tēpeſtiuius inhorruerat:tum bello in Flaminia:cum profectionem hactenus diſtulerit:decreuit tādem ſeſe Romam cū Arretino Abbate conferre:iubilei gratia & viſendæ vrbis ſtudio. Sed ſcio vel ſerum reſponſum fore tibi haud ingratum.Tribus itaqꝫ tuis epiſtolis reſpondeo. Ingreſſus nouitiorū & egreſſus eſſe tibi res noua non debet.Admittuntur ad pro-bationem omnes.Proficiunt alii & perſeuerant:de quibus dicitur.Ego ſcio:quos elegerim.Rurſus alii deficiunt,ac retro cedunt:dicente eodem Domino. Omnis plantatio,quam non plantauerit pater meus cœleſtis,eradicabitur. Magna nimi-rum adhibenda eſt cura:hoc imprimis tempore quo refriguit caritas,ac religio-nis feruor valde imminutus eſt,in admittendis nouitiis:maior in educādis.Pau-cos enim inuenias:qui non potius fugentur a ſæculo:quam ipſi ſæculum fugiāt: qui toto animo cupiāt tollere crucem ſuam,& ſequi Chriſtum. Bone Deus.Sum-ne ego per viginti annos,quibus huic ordini præfui, vnum tantum huiuſmodi aut alteꝝ expertus?De his dico:qui optima recæpti ſpe,aut paulopoſt ingreſſum aut in medio itinere,terga verterunt.At non mirari debemus:ſed dolere illorum vicem.Pauci quos æquus amauit Iuppiter:īquit poeta.Et multi ſunt vocati:pau-ci vero electi.Proficies tu vtrorunqꝫ exemplo.Boni te ad perſeuerantiam excitēt. Mali timorem incutiant:ne de tua virtute præſumas:ſed humiliatus ſub potenti manu Dei ſtes in iuſtitia & timore:& præpares animā tuā ad tētationē.Nō enim tibi defuturæ ſunt impugnationes atqꝫ certamina:ſi ſæcularibus deſyderiis,quæ militant aduerſus animam,pro amore Chriſti reniti penitus conſtitueris: & ma-gno atqꝫ conſtanti animo calcare ac proterere humana oīa geſtieris. Si de mun-do,inquit,fuiſſetis:mundus quod ſuum erat diligeret.Reuocationem ad clauſtrū ſub anathematis pœna,factam a Priore Sancti Mathiæ in Priorem Sancti Ioan-nis de Iudaica,hucuſqꝫ non intellexeram.Si hic obedire contempſit,affirmans ſe Pontificis priuilegio eſſe munitum:haud facile expugnandus erit.Carus eſt om-nibus honor ſuus:& difficile repietur:qui vel ita meritus priuari ſe bn̄ficio,quod

præſertim

præſertim diu poſſederit,patiatur.Si nõ alia de cã q̃ ,ppter eiectos cœnobio mo/
nachos duos,abrogare Priorẽ cõtenderint:nec aliud ei maioris mométi obiece/
rint,nõ ita facile futuri ſunt cõpotes voti ſui.Damnas iſtoꝝ effugiũ ad ſæculares
potẽtatus:& merito quidẽ.Legẽ.n.non ignorãtes:quod lege prohibetur faciũt:
& cõtempto iudice ordinario,ad patrociniũ cõfugiunt laicorũ.Hñt,ſi dedignan
tur Generalẽ,protectorem ordinis:hñt Romanã curiam:hñt apoſtolicam ſedẽ.
A veritate ſe eſſe alienos profitẽtur:qui ſe laicorũ multitudine armauerunt. Ego
magis iniuriam acciperẽ:& magis fraudem paterer,q̃ contra leges ſæculariũ iu/
dicium implorarem.Quo fructu id tentauerint:cito cogniturus es. Non ſunt fa/
cienda mala,vt veniant bona. Cæterũ præſtolamur quotidie:cõcedendũ nobis
a Pontifice munus Iubilei,quod meo noĩe per interceſſionẽ Protectoris reqſitus,
nequaq̃ abnuit.Si dignati fuerimus tanto beneficio:acturi ſumus gratias Deo:ꝙ
pepercerit nobis ab onere & fatigatione itineris. Vale.Ex Muſolea. Die.viii.De/
cembris.MD. Hieronymo Priori Camaldulini.LIX.

i Nieciſti mihi ſcrupulum litteris tuis:quas heri veſperi ex Balneo alla/
tas accæpi.Oportere,videlicet me ſignificare tibi,quantum velim pecu
niæ exponere pro conſequendo Iubileo.Legimus enim:ꝙ regnum cœlorũ tan/
ti valet:quantum habes.Neq; vero retibus apoſtolorũ & naui,aut duobus viduæ
minutis,aut calice aquæ frigidæ illud mihi cõparandum .eſt:qui plus aliquid ha/
beo.Si autem totũ dedero:quomodo mihi alenda erit familia:qui fodere nõ va/
leo:mendicare erubeſco?Nam ꝙ dari totum debeat:in Canticis canticorum pla
ne exprimitur.Si dederit homo oẽm ſubſtãtiam domus ſuæ pro dilectione:qua
ſi nihil deſpiciet eam.Putabam ego gratis nobis Iubilei gratiam impartiendam
fore.Alioquin gratia non videbatur gratia:ſi mercanda pecunia fuerat.Alio itaq;
modo negociari nos oportebit:vt conſequi mereamur regnum cœlorum. Qui
enim quinq; talenta aut duo accæperit,& totidem ſuperlucratus fuerit:auditurus
proculdubio eſt.Euge ſerue bone & fidelis:intra in gaudium Domini tui.Quod
vtinam & mihi & omnibus Dei miſeratione contingat.Vale.Ex Muſolea.Die.x.
Decembris.MD. Mariano Procuratori.LX.

a Rguit non parum filiorum ingratitudinem, magna mea in illos cari/
tas,maximus beneficiorum a me accæptorum cumulus. Plurimum mi
hi deberent tribuere:a quo plurimum diliguntur: a quo erga ipſos haud vulga/
ria officia collata ſunt. Quæ enim arctior colligatio ſocietatis potuit eſſe inter
nos:quibus nõ tam religionis ac profeſſionis iure,quam caritate incredibili,om
nia erant communia:vnum ouile: vnus paſtor:leges: conſtitutiones:cœnobia:
priuilegia:conſuetudines eædem. Et nihilominus obliti meritorum meorum,
porrecta a me illis manu,etiam brachium ad ſe trahere contendunt. Inciderunt
paulatim cupiditatem alterius cuiuſdam in ordine principatus: pugnantq;, vt
cernere licet,non pro communi ipſius ſalute:ſed pro ſuis commodis:vt vendi/
cati in libertatem, neq; caput recognoſcentes, nouas ſibi leges conſtituant: ac
pro arbitrio viuant. Hinc profecto factum eſt: vt nec diſceptationibus hacte/
nus ſuperari potuerint: nec vllo legitimo iure conuinci: innata in eorum men/
tibus primatus appetitione, & poſthabita penitus atq; contempta generala

tus dignitate:vt eos omnino iuſtitiæ & æquitatis cœperit obliuio. Fateor nimiũ me fuiſſe præcipitem ad cõſentiẽdũ,amore ductus cæco:nec præuiſo defectiõis periculo:quã mihi nunq̃ perſuaſerã fore. Tu vero accingere gladio tuo ſuper fœ mur tuũ:& pugna pro vnione ordinis:nec patiaris in eo ſciſſurã fieri. Aderit,vt ſpero,nobis:cõe bonũ exq̃rentibus diuina clæmẽtia:atq; illoꝝ conatus ad nihi/lum rediget:qm̃ & iuſtitia vacant:& manifeſtã ſapiũt ambitionẽ. Vale. Ex Muſo/lea. Die.xi. Decẽbris. MD.

Hieronymo Priori Camaldulini. LXI.

P Oſt eas,quas attulerũt ad te fratres nr̃i:quatuor ad te epiſtolas dedi:vt ſcias me nõ deeẽ officio:& imitari diligẽtiã tuã. Si minus tẽpeſtiue red dũtur tibi:culpa id mea nõ accidit. Quo euẽtu fuerit terminata pr̃ia cõgreſſio cũ Torcellana cõgregatiõe:ſcire cupio. Bene mihi diuinat aĩus: ĩmo ita mihi dictat iuſtitia:& rõ perſuadet. Quid.n.iniquius atq; irrõnabilius:q̃ cõtra vnionẽ,cõtra caritatẽ pugnare? Calles præterea optime,tum iura nr̃a,tum illorũ ingenia. Qui vtrũ in hac cõtra patrem ordinis contentione,zelo rectitudinis an appetitione Dñatus ducãtur,plane agnoſcis. Sed ſi meminerint,ac reputauerint ſecũ:q̃d acci derit Abſalon:qui ambitione impulſus aduerſus piũ patrẽ decertauit:q̃d Iaſoni, Oniæ fratri:Quid Aaron & Mariæ cõtra mitiſſimum Moyſem,eoꝝ germanum, pro huiuſmodi re murmurãtibus euenerit:timor ſane & tremor venirẽt ſup eos. Litteræ ab Illuſtriſſimo Dñio & Magnificis Decẽuiris ad Oratorẽ ĩpetratæ,ma/nifeſtam cõgregationis illius arguũt iniuſtitiam:falſis præſertim relationibus ac criminationibus refertæ:Nã ſi iuſtã defenderent cãm:non detrectarẽt ordinariũ iudiciũ:nec tot de me meiſq; fuiſſent cõmẽti mendatia. Illud vero nõ ſine riſu ex/cæpi:q̄ obiicere his nr̃is genus ſuũ nõ erubuerint. Nam vt ſileã elegiſſe olim Do minum piſcatores:& humilibus ortos natalibus extuliſſe:tu qui mecũ illorũ no/bilitatẽ optime noſti,an præter paucos admodũ de reliquis dici poſſit,nõ igno/ras. Et ſuſtulit eos de gregibus ouium de poſt fœtantes accæpit eos. Porro nõne de huiuſmodi electus eſt Dauid:& vnctus in Regem? Nonne Heliſeum arãtem in duodecim iugis boum,vnxit Helias iuſſu Dñi in prophetam? Nonne Amos itidem propheta,paſtor & ruſticus fuit:& armentarius,ac vellicans ſycomoros: & ſublatus cum ſequeretur gregem? Et ne particulatim huiuſmodi ĩnumeros re/cenſeam:nonne contemptibilia huius mundi magis placuerũt Deo? Legãt Apo ſtolum:& legentes cõfundãtur:Videte,inquit,vocationem veſtram fratres: quia non multi ſapientes,ſecundum carnem:non multi potentes:non multi nobiles. Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus:vt confundat ſapientes:& infirma mũdi elegit Deus,vt cõfundat fortia:& ignobilia mũdi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ ſunt:vt ea quæ ſunt deſtrueret:vt nõ glorietur oĩs caro in cõſpectu eius. Verũ,vt ſemel finiã,quæ eſt hæc tãta illoꝝ imprudentia:ne dicã inſipientia: vt cum vix vnũ in tota torcellana cõgregatione patritiũ habeãt:nr̃is Camaldu/lẽſibus q̄ caprarii ac montani ſint,auſi fuerint exprobrare? Quantũ vero ad illu/ſtriſſimum Dñium attinet:ſpero cogniturum illud aliquando:q̃ recto in religio/nem meam ſim animo:& q̃ nimium faciles præbuerint aures delatoribus Muria nenſibus:q ei pſuaſerũt velle me pro meæ volũtatis libito,Abbates annales ꝑpe tuos cõſtituere:vt ii monaſterioꝝ illoꝝ bona ad nutũ meũ diſtribuãt diſſipentq;.

Veritas

Veritas,amica eſt tẽporis:& tanq̃ oleũ ſemper enatat. Vale. Ex Muſolea.die.xiiii. Decẽbris.MD. Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXII.

LAboraui p hos dies dolore lateris:& nec dum plene cõualui. Verũ lõge me acrius vexat & angit inexpectatus,de quo ſcripſiſti,Procuratoris caſus.Accidit frequẽtius:vt cũ deturpatione cãdoris noſtri ordinis , haud temere ſcriptũ agnoſcamus.Omnis ætas ab adoleſcentia ſua,prona eſt in malũ. Iccirco laudari merito dignus eſt nemo:niſi poſt conſumationẽ:qm̃,ſicut alibi legimus:niſi te inſtãter tenueris in timore Dei:cito corruet domus tua.Cecidit,cecidit deplorãdus iſte:& ex alto quidẽ cecidit:qñ paucos in nr̃o ordine, & lr̃atura & ingenio,illi pares nouerã.Hucuſq; mihi,in exequẽdis iſthic negociis nr̃is,diligẽtiſſime ſatiſfecit.Dormiebã ſecurus in vtrãq; aurẽ ipſo pro me Romæ agẽte. Implebat ſufficiẽter procuratoris officiũ:quod ipſius frequẽtes lr̃æ,nec minus ſane ornatæ indicabant.Sed homo,cũ in honore eſſet,non intellexit:cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus:& ſimilis factus eſt illis.Doleo caſui eius:quẽ tanq̃ filiũ diligebam.Doleo haud minus dehoneſtato p eũ ordini.Si quidẽ tactu picis,nõ ſolum ipſe,veꝝ etiam totius ordinis habitus,coinqnatus eſt.Indelebilis macula:& nec totius vnda Thyberis diluenda.Det ei Dñs fructus dignos penitẽtiæ facere: vt humiliatus & cõfuſus,in cõgreſſionem & certamen vẽturus poſthac:nõ facile denuo hoſti cedat:qui tanq̃ leo rugiẽs circuit quærens,quem deuoret. Tu quoq; propterea Dñe colẽdiſſime nõ minore cura & ſtudio,ſine illo aderis rebus nr̃is: qm̃ tu vnus pro milibus cõputaris. Vale. Ex Muſolea Kalẽdis Ianuarii.MDI.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani.LXIII.

REelegationẽ tuã ĩ monaſterio,æquo aĩo ãplectere:reminiſcẽs illius ſententiæ.Fœlix neceſſitas:quæ cogit ad bonũ.Aemulare antiquũ iſtius cœnobii morẽ:qñ voluntaria ſeruabatur clauſura. Quid.n.magis cõtrarium monacho:qd facilius mẽtẽ a ſpũalibus auocat:q̃ quotidianus p vrbes diſcurſus? Similes ii ſunt,febre aduſta laborãtibus:q quo plus bibũt,plus ſitiũt:nunq̃ læti & alacres:niſi cũ extra ſepta monaſterioꝝ vagãtur.Nõ ſic olim,nõ ſic:cuius vitæ ſeuerioris in laxiorẽ ĩmutatæ,qñ in mentẽ venit:vix cõtineo lachrymas.Ipſemet vides,qũo traditi ſint in reprobũ ſenſum:q; cũ modeſte:ac ſeruato decoro poſſint mecũ litigare:maledictis & criminationibus apud laicos,falſiſq; narratiõibus ſeſe tuẽtur.Quaſi vero latere diu veritas queat:quæ nihilominus amica eſt tpis.Parent ſe,ad reſtituẽdã eis famã:quoꝝ illã mẽtiẽdo denigrauerint:ſi dimittẽdũ ſibi peccatũ ſperãt.Alias viderint ipſi:qua cõſciẽtia ad altare accedant.Scriberẽ ad te pluribus:niſi me recens ac fœdus Procuratoris caſus a ſcribẽdo auerteret . Cũ in honore eſſet,non intellexit:iccirco exaltatus,humiliatus eſt & confuſus.Non parua erat de illo apud curiales exiſtimatio . Magnifaciebat colẽdiſſimus Protector, ingenium hominis & doctrinam. Et ex quam alto culmine , in quã profundum baratrum prolapſus eſt?Vtiq; in lacum miſeriæ:& in lutũ fecis . Pupugit res iſta inopinata cor meum accutiſſimis aculeis:q; tractans in vrbe grauiſſima religionis negocia,tam parui æſtimauerit datã ſibi prouintiam : vt loco turpiter deiicĩ meruerit.Si ſe inſtãter tenuiſſet in timore Dei : non adeo cito corruiſſet domus eius.Opuſcula ab Aldo Minutio impreſſa:ſi trãſmiſſa Florẽtiã de more fuerint:

emenda curabo. Iturus non eſſet Orator Venetus cum legato apoſtolico in Pan/noniam: niſi aliqua grauis vrgeret cauſa. Opto etiã & præcor Dñm: vt proſperũ iter eorum faciat: ad internitionem gentium, & incrementum ac ſtabilimentum chriſtianorũ. Vale. Ex Muſolea. die. v. Ianua. MDI. Mariano Procuratori. LXIIII.

d Onec tentus fuerit in carcere Procurator: fetere non deſinet lacus miſe/riæ, ĩ quem cecidit, & lutũ fecis: tardiorq; futura eſt caſus illius obliuio. Propterea cupiebã: vt ſoluta ab eo citius pecunia, qua mulctatus eſt, ſeſe inde proriperet. Vrbẽ enim egreſſus: apud quã contraxit infamiam, memoria cu rialium facilius excidet. Quod ob vitãdũ diuturnius ordinis dedecus, valde ꝓba rem. Si ægre cõflanda eſt ab eo mulctatitia pecunia: forte iccirco potiſſimum eue niet: ꝙ in quibus confidit, pro tam turpi cauſa damnato, opem ferre erubeſcent. Alioqn haud exigua hoĩs merita, ingentiaq; animi bona cõplures ſibi obnoxios fecerant: niſi illa profanato pudore adeo turpiter fœdaſſet. Miſereat̃ illius Dñs, ſe cundum magnã miſericordiã ſuam. Tu quoq; pro honore ordinis, ſi quid potes, adiuua eũ. Non indiget Deus pecunia: nec ipſam reqrit a peccatoribus. Sed qd? Redite, inquit, præuaricatores ad cor. Cor enim contritũ & humiliatũ, Deus non deſpiciet. De cõgregatione idẽ tecum ſentio. Licet enim Paduanus Eṗs ſingulari integritate ac iuſtitia præditus ſit: mihiq; nõ vulgari neceſſitudine cõiunctus: du/bitari tñ nihil poterit de cõſtantia & ſeueritate Protectoris: qui nullius terreri mi nis poterit: nullius blandimẽtis ſeduci. Ea eſt nãq; de ipſo apud oẽs exiſtimatio: tantaq; autoritas: vt ſñia quam tulerit, pro numine habẽda ſit. Huc accedit pote ſtas ordinaria, quã ſuper nos habet: vt nihil ſup hoc negocio ſit cõſtituturus: quin eius decretũ reuerẽter admiſſuri ſint oẽs: ac ſñiam cõprobaturi. Quamobrem ſic opinor: nemini hoc iudiciũ delegari cõuenientius ac tutius poſſe ꝗ Protectori or dinis, qui & ipſius ſtatũ optime nouit: & nihil acturus eſt, niſi maturo cõſilio, atq; abſq; vlla perſonarũ accæptione. Aptior ſuccurrit nemo: qui melius cõponere ne gocium: contẽtiones ſopire: diſſidia tollere: pacẽ firmare: totumq; reformare or/dinem queat: aut ſaltẽ reformãdo modũ ac rõnem excogitare: ꝗ qui illius per tot annos multa fatigatione ac labore & ſancte & prudenter curã geſſit. Hoc igitur opto: hoc peto: hoc depræcor: vt manu ſua ad gubernaculũ appoſita, agitatã diu Camaldulenſem nauiculã, ac diſſenſionibus mergi periclitãtem, pro ſua ſapiẽtia, in portum dirigere contendat. Aderit, vt ſpero, pius Dñs: qui imperabit vẽtis, & mari: & fiet tranquillitas magna. Scire cupio: an reddideris Oratori Veneto litte ras noſtras: & quid reſpõderit. Vale. Ex Muſolea. Die. xxvi. Ianuarii. MDI.

Timotheo Ordinis Minorum. LXV.

s Vſcæpimus, ſicut par erat, debita reuerẽtia ſacrũ ac cœleſte munus opta ti diu Iubilei: cuius vna cũ familia noſtra tum Eremi tum Fontis boni, me quoq; participẽ facere dignatus es. Pro qua ſane re ingentes tuæ pietati gr̃as agimus: ſumuſq; illi imppe uum obnoxii: neq; vllo vnꝗ tẽpore tãti beneficii no/bis memoria excidet. Retuliſti mihi profecto alterũ Timotheũ. Nam ſicut ille ab Apoſtolo monitus fuerat: vt exerceret ſe ad pietatẽ: eo ꝙ eſſet ad oĩa vtilis, pro/miſſionem hñs vitæ quæ nunc eſt & futuræ: ita tibi ab Apoſtolico cõmiſſario de/mandata eſt cura diſpẽſandi iubilei: qui vtriuſq; vitæ eãdẽ habet promiſſionem.

Merito

Merito quoq; hmōdi credita eſt tibi diſpēſatio ꝓmerēdæ ſalutis, q̄ p tot annos diſpēſator verbi Dei effectus, propheticū illud imo diuinū īpleſti mādatū. Clamane ceſſes: quaſi tuba exalta vocē tuā: & annūtia populo meo ſcelera eorum: & domui Iacob peccata eoꝝ. Et ne ab altero, cuius inſtitutionē aſſecutus es, diſcedam Timotheo: illud apoſtolicū ad te traxiſſe imperiū hactenus viſus es. Argue: obſecra: increpa: in oī patiētia & doctrina. Feciſti opus euāgeliſtæ: vt proximoꝝ vtilitati cōſuleres. Nūc vero accæpta diſpēſandi atq; erogādi theſauri cœleſtis ꝑtāte: oī petēti te tribuis. Pro his nimirū pietatis opibus merito credi poteſt: & ego ita mihi pſuadeo fore: repoſitā tibi eſſe coronā iuſtitiæ. Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Ianuarii. MDI.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXVI.

EX litteris dignationis tuæ didici: quo tēpore ego dolore laterū: illā chiragræ primū, mox podagræ fuiſſe vexatā. Indolui ſane Dñi mei vicem: Non q̄ ceſſiſſe ipſum doloris vehemētiæ putauerim: quo minus vigorem animi, & cōſtātiam incōcuſſam ſeruauerit: Sed cū imbecillior ſit hoīum natura: nō potui non eius cōpati infirmitati: quē ſumme diligerē & obſeruarem. Cogitaui ꝑterea: ea nūc tēpora occurrere: q̄bus tuū potiſſimū cōſiliū, patrociniū, tutella, tū ī publicis tū ī priuatis negociis maxime expeteretᷣ. Quibus ſane cōmodis priuari interea q̄plurimos, affectu miſericordiæ cōdolebā. Licet āt poeta, īſanabilem huiuſmodi morbū cenſuerit, dicens. Tollere nodoſam neſcit medicina podagram: ſecus tñ ego accidere tuæ arbitror pietati. Nā cum ſingulari ſapīa Dei munere præditus ſis: nullo extrinſecus adiumēto indiget virtus tua: cuius eſt officiū perferre labores & cruciatus: neq; permittere, vt caro vincatur a ſpū: cum aīa in corpus Dñium habeat. Habere te præterea in prōptu medicamēta & ſolatia non dubito: quibus mitigari facile ac ſubleuari poſſit dolor. Succurrere laboranti debet illa imprimis Pauli ſnīa: quem te imitari non dubito. Propter quod, inq̄t, nō deficimus. Sed licet is qui foris eſt noſter hō corrūpatur: tñ is qui intus eſt renouatur de die in diē. Id enim quod in p̄nti eſt, momētaneū & leue tribulationis noſtræ: ſupramodū in ſtabilitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Nō contemplātibus nobis quæ vidētur, ſed quæ nō vidētur. Quæ. n. videntur, tēporalia ſunt: quæ nō vidētur, æterna ſunt. Subit mihi ēt altior de te cogitatio: quomodo expreſſius in hac tua valitudine eundē Paulū referas. Mihi, inq̄t, abſit gloriari: niſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti: per quē mihi mūdus crucifixus eſt: & ego mundo. Et in alia epiſtola clarius loq̄tur dicēs. Ego enim ſtigmata Dñi Ieſu, in corpore meo porto. Et q̄d eſt, oro, aliud diuturnis manuū ac pedū cruciatibus præſenti aīo diuexari: niſi gloriari in cruce Dñica? niſi huic mundo carnē ſuā crucifixiſſe cum vitiis & cōcupiſcētiis? niſi ſtigmata Dñi Ieſu, in corpore ſuo portare? Veꝝ hæc & alia hmōi ſcripturarū ſolatia, ſuperfluo ingerūtur tibi: q̄ illis quotidie frueris: & ea in vſus tuos conuertis. Porro quod ſincero pietatis affectu pluribus me hortaris: ad remittēdum vitæ rigorē: & ad clæmentiorē alimoniæ regulā admittendam: atq; ad cōfouēdam vberiore indulgētia corpuſculū, eo q̄ cōpatiaris infirmitatibus noſtris, ingraueſcēte præſertim ætate: ſi quidē audieris, me mihi de victu nimiū ſubtrahere, & geniū defraudare: ago gr̄as propterea tuæ amplitudini. Preſſus doloribus maiorē pro mea imbecillitate ſolicitudinē prætefers: q̄ pro

mala tua valitudine:& tanq̄ tuæ vexationis oblitus,mei imprimis ſeruuli curam geris.Scias tamē Dñe colendiſſime:nunq̄ mihi cordi fuiſſe nimiā abſtinentiam. Non enim ignoro monuiſſe Apoſtolū:vt rōnabile ſit obſequiū noſtrū. Atq; vtinam imitari vel hac in re parcitatē victus illius meruiſſem:vt & ego merito poſſem in Dñō gloriari,& dicere.Caſtigo corpus meū:& in ſeruitutē redigo. Crede mihi,quia non mētior:Non modo abeſt a me vitæ diſtrictio & rigor,ſed ſi ad inſtitutum,nō dico eremi cui datus ſum Prior,quod ſeuerius eſt,verū ēt cœnobitarum reſpicias:remiſſius equidē atq; etiā in delitiis viuo.Bonū eſſe homini,teſtatur Paulus:non mādūcare carnē:nec bibere vinū.Ego aūt & ſi ex inſtitutioue regulæ ab eſu carniū abſtineo:non tñ a vino:licet legamus (ſicut in eadem regula meminit pater Sāctus) vinū oīno monachorū nō eſſe.Olera & piſciculos minutos,ꝑ ſūmis hñda delitiis,Hieronymus arbitrať.Mihi vero pleruq; & eſculētæ dapes,varia piſciū genera,& alia id genus gulæ irritamēta,appoſita ſūt diſcūbēti.Huiuſmodi abſtinētiæ ſectatores multos mecū iuenies:qm̄ haud difficilis ſit eius ꝓpoſiti obſeruatio.Quāobrē q ſecus de rigore victus mei retulerūt tibi:aut nimiū me diligūt:verētes ne tenuiore cibo deficiā:cū ſit natura paucis cōtēta:aut pluſq̄ oporteat ciboꝝ q̄litates diſcernūt. Cū dicat Apoſtolus.Qui aūt īfirmus ē: olus manducet.Et alibi:Eſca ventri,& vēter eſcis:hūc & has deſtruet Deus.Mūditiam vero ſpūs & cōſciētiæ candorem in me nequaq̄ agnoſco : quod te minime ignorare ſignificas.Metiris alios ex puritate animi tui:& ex tua cōſcientia alienæ coniecturā facis.Ego aūt qui de meipſo nō fallor,re vera metuo:ne cum tuba illa nouiſſima intonuerit,durus ille exactor,& hō auſterus:qui tollit quod non poſuit:& metit quod nō ſeminauit:lōge diuerſam a tuo iudicio cōtra me ſnīam laturus ſit:& illud mihi de propheta obiiciat.Mūdare te volui,& non es mundatus. Implorāda eſt Saluatoris clæmentia:qui cum ſit candor lucis æternæ:& ſpeculū ſine macula Dei maieſtatis:aſpergat me iſopo,& mūdabor:lauet me,& ſuper niuem dealbabor:Digneturq; ſauciatam conſciētiam meam vngere vnctione miſericordiæ ſuæ:& oleo lætitiæ perfundere.Hoc enim pacto teſtimoniū tuū verū fiet.Sed de his ſatis,ſuperq;.Conturbaſſe plurimū dignationem tuam , cōiecti in carcerem caſum,ēt ea tacente ab initio mihi perſuaſi.Quem enim non cōmouiſſet,tam fœde ac pudendæ rei nouitas?In tuo cōſpectu,in oculis totius curiæ,grauiſſima ſuæ religionis exequens negocia,adeo nefarie lapſus eſt:vt cogitans erubeſcam:cōfundarq; totus:nec vllum ei a me potuerit hactenus ſolatium præſſuræ exhiberi.Enim vero tibi plurimū debet:qui q̄tum per pudorē licuit,non ſolū miſeratus es caſum lapſi:verum ēt per familiares tuos viſitari ipſum iuſſeris:cōſolando iuueris:& a carceris horrore eximere cōtenderis.Clæmenter oīa & pie: atq; ad æmulationem Pauli:cuius inſtitutionem ac propoſitum ſtudioſe es conſecutus.Fratres,inquit,Et ſi præoccupatus fuerit hō in aliquo delicto:vos,qui ſpirituales eſtis,huiuſmodi inſtruite in ſpū lenitatis.Vtinam tāta prouocatus benignitate,amplius cōpungatur:oretq; a Deo veniam:penituſq; reſipiſcat:ne in futurū recidiuam patiatur.Cauſa vero per hunc cudi cœpta:& ob eius capturam intermiſſa:haud infirmioribus lacertis per Cuccinum Procuratorem erit recudenda. Eam tibi enixiſſime cōmendo.Vale.Ex Fonte bono.Die.iii.Februarii.MDI.

Franciſco

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.LXVII.

m Irari ſatis non poſſum huius licentiam tẽporis:quo fas eſſe pleriq; oẽs putant,aut vi aliena rapere,aut dolis ſubducere.Ciſterſienſis ordo,quã/ta nobis olim præbuerit negocia:vt præcipuũ noſtri ordinis membrum faceret ſuum:meminiſſe optime debet dignatio tua:cuius autoritate & opa fruſtrati ſunt illoꝝ conatus.Aſſueti iſti venerabiles patres:a quibus (bona eorũ venia dixeri) aut iuris ſcientia,aut innocentia procul abeſt,pacate degentes prouocare nos ad pugnam:fugare nunc iterũ nos & exterminare noſtris finibus contendunt.Suos propagare:noſtris violẽter ſubdoleq; ereptis,abſq; vllo rubore nitũtur: tanquã pacis hoſtes,ac humanæ ſocietatis cõiunctionẽ funditus odiẽtes.Quod ſibi vti/le & cõmodũ putãt:hoc ſibi licere arbitrãtur:quaſi nõ alieni abſtinentiã non præcæpit Deus.Non cõcupiſces rẽ proximi tui.Quomõ re vera ĩnocentes & iuſti eẽ poſſunt:qui nocẽt,qui ſpoliãt,qui occupãt non ſua:vt locupletiores fiant,vt dila tent philacteria:vt magnificẽt fimbrias:minime video.Aut igit̃ diuini iuris igna ri ſunt:aut (quod magis dubitari põt) exiguam hñt conſciẽtiæ rõnem. Explica/bo,cur iſta præmiſerim.Dixiſſe me memini Senis tuæ amplitudini:non inuaſiſſe Ciſterſiẽſes locũ ditionis noſtræ:vt oratoriũ illud tm̃modo acquirerent : forẽtq; mendicitati obnoxii, quoꝝ vel mercẽnarii in eoꝝ domibus abũdãt panibus. Nõ erat hoc mihi vllo modo cõſentaneũ.Sed eã eſſe penitus ſñiam meam : maioris rei libidine illectos,ſuſcæpiſſe illos eã oratorii prouintiã:quæ ſibi futura erat mo leſtiſſima:vt oblata qñq; occaſione,immo fraude ac dolo quæſita,abbatiã nr̃am Sancti Hilari , oratorio proximã ſibi ſubiicerent.Nec ſum falſus opinione mea: hoc fuiſſe illoꝝ propoſitũ.Non ſolũ enim pollicitationibus antehac ſeducere Ab batem cõtẽderunt:vt accæpta tãtundẽ pecuniæ annuæ obligatione,q̃ti forẽt Ab batiæ redditus:beneficiũ ſibi reſignaret:ſed reiecta prima ab Abbate oblatiõe,& ĩ primo cõgreſſu ſupati,nouas illi ſtruere inſidias moliti ſunt.Quem ſola auri pro miſſione pellicere ac ſolicitare nõ valuerũt:ambitione circũueniendũ decernunt. Ep̃atum vnũ ex tribus obtulerunt Abbati:ſi abbatiæ ceſſiſſet . Qua de re hodie a fide digno factus ſum certior:nec paſſus ſum eã te diutius latere:Quẽ ĩpenſius ꝑ cor:vt pro talibus auſis increpet clientes ſuos:nec permittat nos incõmodis affi ci a ditioribus:q nr̃a pauptate cõtẽti neminem prouocamus iniuriis.Vale.Ex Fõ te bono.Die.vi.Februa.MDI. Marco præſidẽti Cõgregatiõis Ciſterſiẽ.LXVIII.

n Emini dubium eſſe arbitror,hoc expoſcere atq; flagitare rõnem:vt pro uiribus humanæ ſocietatis cõionem ac germanitatis neceſſitudinẽ reti nere ſtudeamus.Eũ vero,qui diſſociat ac ſecernit:parũ vtiq; videtur co gitare,quid ſibi velit,quod dicitur.Deus caritas eſt,& q manet in caritate,in Deo manet:& Deus in eo.Quãobrẽ cũ alieni abſtinentiã mãdauerit Dñs,dicẽs. Non cõcupiſces rẽ proximi tui, conemurq; nos,q̃tum largiri nobis dignatus ẽ Deus: non mõ nõ inuadere,ſed ne appetere quidẽ,quæ ad alios pertinẽt:ſitq; cæteris re ligioſoꝝ ordinibus,nobiſcũ pax:nõ poſſumus non magnopere admirari:cur ſo/li Ciſterſiẽſes iãpridem indixiſſe videãtur nobis bellũ. Per viginti & eo amplius annos,quibus Camalduléſi ordini præfui:nulla vobis a me,nulla itidem a nr̃is, illata eſt iniuria:vt ea prouocati,ĩſurgere debueritis aduerſum nos. Rogatus ali/

quando:vt ad religionem noſtram,complures ſimul tui ordinis,& quidẽ de pri/
moribus admitterẽ:petentes reieci:illud ſemper mecũ reputans.Quod tibi non
vis fieri,alii ne feceris.Et nihilominus,tãq̃ laceſſiti a nobis,& quaſi arbitrãtes ob/
ſequium vos præſtare Deo:ſemel atq; iterũ,noſtra ditari ac dilatari pauptate cõ/
tendiſtis.Fraudati nr̃o Angelorũ Florentiæ monaſterio:quod noſtis,q̃to prætio
vobis autoribus redimere nos oportuit:nunc demũ ſuperatis alpibus,ad occupã
da iura noſtra,apud Galeatanã abbatiam noſtrã vos cõuertiſtis.Quã nimirum ia
cturam nec ego,ex officio bona cõſciẽtia,nec ordo noſter ſine dedecore pati põt.
Suademus itaq; tuæ pietati:& eam hortamur in Dño atq; obſecramus:vt mona
chos ſuos a Galeatano reuocet oratorio:nec nos poſthac:q de Ciſterſiẽſi ordine
haud male meriti ſumus,inquietari ac turbari pro ſua benignitate permittat. Fra
tres enim ſumus,quibus profecto cõuenit,vtrorũq; ordinem mutuis iuuare auxi
liis ac tueri:non aũt incõmodis afficere.Quod erit tum mihi,tum vniuerſo nr̃o
ordini ſummopere gratum. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxii.Februarii.MDI.

Venturæ Vicario Congregationis.LXIX.

s Ignificas mihi ſtatutũ capituli terminũ:& inuitas me:vt veniã,& inter/
ſim,& videam:eo ꝙ (vt verbis tuis vtar) non fugiatis oculos meos:vt
forſan nonnulli zizaniorum ſeminatores arbitrantur. Mihi profecto nihil aliud
vidẽtur ſonare verba tua:q̃ ſi cui vocato ad cõuiuium præcipiatur:vt oculorum
tm̃,non aũt oris aut dentiũ vtatur officio.Si huiuſmodi aſſeſſore indigetis:mutũ
videntem pro me introducite:& ſatiſfaciet votis veſtris.Seminatores zizaniorũ
qui ſint:ipſi,q̃ ego,melius noſtis.Nã ex iis,qui extra cõgregationẽ ſunt,noui ne/
minem:qui nõ fœliciſſima vniuerſo ordini optet incremẽta.Scit ille,qui ſcrutatᷓ
renes & corda,ꝙ nõ mentior:me hac in re nihil aliud cupere:q̃ conſulere (vti te/
neor) ordinis cõmodo & reformationi:ſeruata vobis in oĩbus,indemnitate:im
mo aucta vobis gloria & honore.Suſtinete,obſecro,modicũ quid ĩſipiẽtiæ meæ:
& ſupportate æmulãtẽ vos Dei æmulatione.Mutũ cæci requiritis:vt capitulo in
terſit. Si.n.peruideretis lumẽ:iãpridẽ me loquentẽ, quæ decent ſanã doctrinam,
& adducentẽ in mediũ,quæ vobis forent ſummopere profutura,vltro expetiſſe/
tis.Non deſinimus tñ orare pro vobis:vt adapiat Dñs cor veſtrũ in lege ſua,& ĩ
præceptis ſuis:vt humiliati ſub potẽti manu eius,rogetis,quæ ad pacẽ ſunt ordi
nis veſtri:nec obſtinatius quæratis tunicam diuidere inconſutilem.Vale.Ex Fon
te bono.Die.v.Martii.MDI.

Petro Soderino Vexillifero Florentino.LXX.

a Ccæpto nuntio promotionis tuæ:ꝙ magno oĩum fere cõſenſu Vexilli/
fer iuſtitiæ fueris declaratus:gauiſus ſum valde.Nã cũ & probitate mo
rum,& lr̃atura non mediocri præditus ſis:multoſq; ac præcipuos ĩ iſta
tua inclyta ciuitate eodem tenore magiſtratus geſſeris:merito ſane euectus es ad
ſũmum dignitatis gradum.Cõgratulor aũt non tam tuæ magnitudini,q̃ iſti rei/
publicæ:ĩmo huic longe magis q̃ tibi.De te.n.dicitur per Apoſtolũ.Qui præeſt:
in ſolicitudine.Illa vero te præſidẽte,ac Dño cooperãte,in vtrãq; aurẽ ſecura dor
mitura eſt:qm̃ ſapiens gubernacula poſſidebit.Atq; vtinam ita fauſte ac fœliciter
præfuturus ſis:quẽadmodũ miniſtraturũ te iura ĩfimis pariter ac ſũmis exiſtima/
tis,abſq; vlla perſonarũ accæptione:vt qua oĩum ſpe primũ in vrbe tua locũ es

conſecutus,

conſecutus, eadem inclytis rebus tuis geſtis confirmata & aucta, glorioſior inde ac vniuerſæ patriæ tuæ gratior abieris. Vale. Ex Fōte bono. Die. vi. Martii. MDI.

Vgolino Verrino ſcribæ. LXXI.

P Oſteaq̄ didici, fuiſſe te denuo deſignatum ſcribam, apud excelſum Florentinum Dñium: lætatus ſum magnopere. Succurrit ſiquidem mihi illud de eccleſiaſtico. In manu Dei ptās hoīs: & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum. Et enim nihil optabilius in hoc mundo q̄ honorari a Dño. Quāobrē cum impoſuerit honorē ſuum ſuper te: non poteris eius ope & auxilio deſtitui: quo minus delatum tibi munus ſolita tua ītegritate ac fide impleturus ſis. Imbutus diſciplinis non ſolū ſæcularibus: verū ēt eccleſiaſticis atq; diuinis: facile imitari poteris Eſdrā conſcribam tuū. Qui eruditus in ſermonibus & præceptis Domini, docebat vniuerſum Iſrael oēm iuſtitiā & iudiciū. Talētum accæpiſti vt eroges: & erogare non poteras, niſi data tibi fuiſſet erogādi facultas. Hac de cā eo loci euexit te Dñs: nō vt vano lætareris honore: ſed vt proferendo de theſauro tuo noua & vetera: & offerendo illi ſacrificium iuſtitiæ: tanq̄ pro delato tibi munere debitam ei referas gratiam: & tanq̄ ſcriba doctus in regno cœlorum: mundanis ſemper cœleſtia præferas, in omnibus conſiliis atq; actionibus tuis. Vale. Ex Fōte bono. Die. vi. Martii. MDI.

Ioāni Picolhomineo Archiepō Senenſi. LXXII.

P Aulum monachum tuæ dignationis gratia, benigne audiui. Pollicitus ſum illi, admiſſurum, me ipſum in anachoretarū noſtroꝝ cetū: ſi modo eius vitæ ſtudio teneretur: Quæ q̄to eſſet cœnobiali auſterior: tāto pauciores inuenirentur: quos in primo ingreſſu territos non reiiceret. Non eſt enim omniū, poſſe ex corde dicere. Ecce elongaui fugiens: & manſi in ſolitudine: expectabam eum, qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpūs & tēpeſtate. Ideo haud facile recipe conſueui petētes tranſmitti in eremum: ne minus maturo cōſilio miſſa ad aratrum manu: repertoq; duriore ad proſcindendum ſolo: retro reſpiciant. Quod frequenter experti ſumus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvii. Martii. MDI.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. LXXIII.

V Iſitaui his diebus, pro annuo meo more, inter cætera monaſteria cœnobiū Angelorū Florētiæ. Peracta accurate viſitatione, retulit mihi Prior: ſignificatū ſibi fuiſſe ex vrbe, ab amico fidedigno. Quod cū ſupplicationē quādā exhiberi Cardinali Alexādrino mādaſſet: vt liceret cōuentui Angeloꝝ, ædes quaſdam monaſterii vēdere, ad diſſoluēdū æs alienum: quod ingēs eius anteceſſores cōflauerant: non mō non impetraſſet, quod petierat: verū ēt ab iis, qui cum Cardinali colloquebātur, monachi ſui īfamia fuiſſent turpiter notati corā illo: q; plurimi ex eis inhoneſtam cū mulieribus vitam ducerent. Nō potuerunt re vera de honeſtiſſimo monachorum cœtu talia proferre: niſi aut facile delatoribus credētes, aut manifeſti calūniatores. Nā cū in celeberrimo huius vrbis loco Angelorū monaſteriū ſitū ſit: & ad diuina officia eo cōfluat ciuiū multitudo: nō me iſta profecto hactenus latuiſſent. Et ſi quā īfamiæ huius notā merito incurriſſent: nō fuiſſet difficile, viſitanti mihi cum ſociis duobus diligenti noſtra indagatione, vel ex vnius illorū delatione cognoſcere: quod multi peccarēt. Ego aūt veritatē dico, teſtem inuocās Deum in animā meam: me nō modo de pluribus, ſed ne de vno

ex iis quidem,huiuſmodi facinus deprehendiſſe. Vacant nimirũ oẽs culpa iſta:& innocentes calũniam ſuſtinent. Gaudere tñ vidẽtur teſtimonio conſciẽtiæ:ſcientes ſcriptũ eſſe. Per infamiã,& bonã famam:vt ſeductores,& veraces. Vnde tam turpis de cõtinentiſſimo cõuentu emanauerit rumor,quis autor:quis delator extiterit:haud facile coniicio:cũ in vrbe iſta, vrbe inq̃ oculatiſſima,ne verbum quidem de re tali audierim:& cœnobiũ ipſum bonus odor ſit vniuerſæ ciuitati:quæ quotidiana illud adeuntiũ frequẽtia præſeferat:ſe de cõmorãtibus in eo, optime ſentire. Satiſfacies,oro Cardinali pientiſſimo atq; integerrimo, pro innocẽtibus falſo delatis:& ne facile vir grauiſſimus delatorũ cõuitiis & criminationibus aures præbeat perſuadebis:vt redimantur inſontes per te a calũniis hominum. Vale. Florentiæ. Die. xxvi. Apri. MDI.

Hieronymo Priori Camalduli ni. LXXIIII.

VT aliquid noueris ex iis,quæ agũtur Florẽtiæ:vbi primum hinc profectus es:ſuperatis Dux Valẽtinus alpibus,in planitiẽ Prati oppidi ad leuam deſcẽdit,eo (vt dicunt) animo:vt eiectos iãpridẽ,in Vrbem reſtitueret. Cunq; ego eſſem Arretii:reqſitus modeſte,ac poſtmodũ iuſſus,ab excelſo Dñio,per legatũ & lr̃as Venerabilis frater noſter Abbas Sancti Fœlicis:vt ſolitã periclitãti patriæ opem ferret:conflata pluſq̃ triũ miliũ Caſentinatũ peditũ manu,cum Florẽtino legato feſulas cõtendit. Peractis ibidẽ diebus paucis:cum Valentini exercitus procul a feſulis caſtra poſuiſſet:iuſſu Dñi ingreſſus eſt Florentiã Baſilius cũ omni illa peditũ multitudine:acclamãtibus oĩbus in aduentum eius: tanq̃ miſſo ſibi ſaluatore & propugnatore. Egreſſus cõtinuo per portã Sancti Fridiani,extra muros vrbis,e regione Camalduli nr̃i,ſtatiões locauit: vbi hactenus ĩmoratur. Non præteribo ſilẽtio:quid acciderit ad Pontẽ Sepis:cum Florẽtiã peterẽt Caſentinates. Nã cum in caſtello corpora curaſſent:nõnulli ex iis ſumpto cibo rixari mutuo cœperũt:concurſumq; eſt cõfeſtim ad arma. Baſilius vbi e feneſtra tumultũ excitatũ proſpexit:cognito cõgredientiũ periculo,ne ſe mutuis telis confoderent,deſcẽdit cõtinuo:atq; inter cõfertam armatorũ multitudinem arrepto telo irrupit:cõtradicẽtibus amicis:ne ſe periculo exponeret. Secuti ſunt eum pauci. Cunq; ipſe,q̃tum vno corpore poterat obſiſti,viriliter ageret ad excipiendum impetũ partiũ,propinquus quidã eius incaute manũ leuam eiuſdẽ haud leui ictu percuſſit gladio. Poſtq̃ ſanguinẽ defluere e manu Baſilii cõſpectũ eſt,tanq̃ criminis rei oẽs cõgreſſionem diſſoluerunt,& ad petendã veniã,certatim coram illo procumbẽtes,obtulerunt ſinguli vltro gladios,vt ſe de ſontibus vindicaret. Pepercit ille ſtatim oĩbus:gauiſus magnope q̃ ſanguine ſuo piculoſam rixantiũ contentionẽ diremiſſet. Alioqn creditũ eſt,multos ex iis fuiſſe caſuros:cum vltra quadringẽtos arripuiſſent arma. Per triduũ magno vulneris dolore vexatus eſt: curaturq; a medico peritiſſimo,ſingulari benignitate a Dñio ad eum miſſo. Et vt ad Valentinũ redeã:cum nihil ſe proficere animaduerteret in reſtituẽdis olim ex vrbe pulſis,qñ nulla rõne perſuaderi ſenatui ac populo potuit,vt illi admitterentur:tractare tãdem cũ Florentinis cœpit:vt ſibi in annos tres tercẽtũ equites darẽtur:militaturi Florẽtinoꝝ ſtipẽdio. Aſſenſum eſt illi abſq; mora:vt inde citius abiret. Sed nõ contẽtus petitione hac ſola,iterũ requirere a Dñio cœpit:vt commodaret ſibi tormenta quædam maiora. Huius rei gratia:queadmodũ ex Baſilii

litteris

litteris certior factus ſum miſſi ſunt oratores duo de primoribus ad Ducē: vt excuſarent nō poſſe illi cōmode inſtrumēta bellica cōcedi: & vt quererētur q̧ cum Florentini inimici ipſius nō eſſent: permitteret nihilominus depopulari amicorum regionē. Quā vero regionem, tu noſti. Meo ſane iudicio referētē paradiſum Dñi. Cuius rei gratia factū eſt: vt tranſiturus per Florentinoꝝ loca ductus eorum amœnitate, lentiore gradu incedat. Ad Empolim oppidum nudius tertius caſtra locauerat. Iturus oppugnatū Piombinū dicitur. Vtrum amicus iſtorū diſceſſurus ſit: adhuc minime cōſtat. Occaſionē quærit, qui vult diſcedere ab amico. Quāuis enim hoſtiliter Florētinorum fines ingreſſus Hiſpanus exercitus dici nō poſſit: cū ingrediēdi atq; egrediendi Florentiā facta militibus ptās fuerit: tantū tamen dāni ab eis illatū eſt: vt hoſtes crederes. Vale. Ex Fōte bono. Die. xxii. Maii. MDI.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani. LXXV.

q Væ iſthic acta fuerint in capitulo ex litteris tuis didici. Variantur leges pro tēpore: cui aliqñ inſeruiendum eſt. Non enim ſubeſt neceſſitas legibus. Cōtinuauerūt prælati vltra triēnium canonice inſtitutum magiſtratus ſuos, qa ſic forte feciſſe oportuit. Si defuncta eſt, vt ſcribis Abbatiſſa Sanctæ Chriſtinæ de Taruiſio: cupimus vt ei ſubſtituatur ſanctimonialis fœmina eiuſmodi: quæ a moribus & inſtitutis defunctæ nequaq̄ diſſideat. Diuinaſſe biēnio ante viſa ē, me amplius non eſſe illam viſurū. Nā cū ab ea profecturus recuſarē accipere duo ſudariola: quæ mihi flexis genibus coram monialibus optulerat, iſtitit ipſa multis præcibus, iam (vti arbitror) octogenaria, & præ ſenio luminibus capta: ne reiicerem munuſculū: quod nouiſſimū de manibus eius forē accæpturus. Siquidē mecum amplius non eſſet locutura. Atq; ita factum eſt, ſicut prædixit. Vixit religioſe ac pie: præfuitq; monaſterio illi peruigili cura: adeovt Taruiſii tum odore bonæ opinionis, tum obſeruatiōe vitæ regularis, nulli alii monialiū ac ſororū congregationis: cętus ille filiarū quas verbo ac exēplo erudierat, cedere exiſtimetur. Tuliſſe dicitur per multos annos cecitatē patiētiſſime: quæ profecto maxima eſt virtus. Quod nō facile futurū fuiſſet, niſi in lumine cœleſti vidiſſet lumē. Credi nūc merito pōt: animā eius beata frui viſione. Rediit hodie Florētia Baſilius Abbas: nihilq; aliud noui attulit: q̄ quod heri ſignificaui ꝓlixius Priori Camaldulini. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Maii. MDI.

Cardinali Salernitano Legato Flaminiæ. LXXVI.

d Iu vexatus Maurus monachus Fauētinus, pro prioratu Sancti Paterniani de Ferachano noſtri ordinis Camaldulenſis: male ſe potuit hactenus tueri ab aduerſariis: illata ſibi a potētioribus vi. Nunc aūt oblata ſibi haud quaq̄ inani ſpe, poſſidendi pacifice beneficiū ſuū te autore: cui non alia potiſſimum de cā, demandatā fuiſſe Flaminiæ legationē, q̄ ob ſingularē iuſtitiæ atq; integritatis opinionē affirmat: cōuenire te noluit ſine meis cōmēdatitiis lr̄is. Quamobrem præcor enixius amplitudinē tuam, vt benigne pro ſuo more Maurum monachū dignetur audire: & cognitis diligeter cauſæ ipſius meritis, eripiat inopem de manu fortiorū eius: egenū & pauperē a diripiētibus eū: neq; fortunati cuiuſquā aut potentis gratiā iniq; oppreſſi cauſæ anteponat. Vbi adducta res in iudiciū fuerit: & noueris diutiſſime poſſeſſum fuiſſe a noſtro ordine memoratū beneficium: cu

ius inſtitutio atq; deſtitutio ad generales qui pro tempore fuerunt, per apoſtoli-ca indulta & priuilegia antiquiſſima ſemper attinuit: non dubitamus pietatẽ tuã facile permiſſurã: vt reddatur Mauro, reddatur nr̃o ordini: quod ſuum eſt. Quod erit mihi ſũmope gratũ. Vale. Ex nr̃o mõaſterio Fõtis boni. Die vlti. Maii. MDI.

Paulo Orlandino Suppriori Angelorum. LXXVII.

h Aud temere factum arbitreris: vt non permiſerim tibi, extra tuũ monaſterium prædicare verbũ Dei. Neq; enim facile prohibeo cuiq̃: quæ ſpeciem boni atq; honeſti præſeferunt. Quid aũt melius atq; honeſtius: q̃ prædicare euangeliũ omni creaturæ? Sed & alia profecto monachũ: alia mendicantẽ decent. Diſtincta ſunt in eccleſia Dei officia: & ſuo ordine oĩa diriguntur. Circũamicta varietate regina hæc, quoſdã habet apoſtolos & euangeliſtas: alios legis doctores, & ſcripturarũ interpræteſ: alios animarũ curæ præpoſitos: alios propria peccata deflentes. Et ita ordinatione Dñi perſeuerat dies: qm̃ oĩa ſeruiunt illi. Vinea Dñi de qua ſcripſiſti, nõ ſolũ vniuerſus chriſtianoꝝ cœtus, verũ etiam ſua cuiuſq; cõſcientia intelligi põt. Quæ cũ vitioꝝ ſpinis ſilueſcit: & tribulos malarum germinat cogitationũ: negligentiã nullã patitur vt excolatur. Ne forte ſi aliis intendẽtes, ſalutẽ noſtrã parum curauerimus, merito audituri ſimus. Per agrum hominis pigri trãſiui: & per vineã viri ſtulti: & ecce totũ repleuerãt vrticæ: opuerãt ſuperficiẽ eius ſpinæ: & maceria lapidũ deſtructa erat. Neq; hoc in tui ſugillationem dixiſſe me quiſpiã opinetur: quẽ re vera, q̃tũ pro humano captu noſſe poſſum, nõ minus probũ ac timentẽ Deũ, & ſolicitum vineæ ſuæ cultorem eſſe arbitror: q̃ ſingulari eruditione præditũ: atq; haud parũ idoneum, ad euangelizandũ verbum Dei. Cur ergo, inquies, nõ mihi larga permiſſione cõcedis: vt hoc defungar munere: & aduerſaris mihi ſine cã? Nimiꝝ iccirco: quia nollem te, boni alicuius ſpecie, ab aliqua vulpe paruula capi: quæ demoliretur vineã tuã: cum nuſq̃ legam, prædicãdi officiũ publice extra ſuũ monaſterium, monachorum eſſe. Quin ĩmo prohibẽtibus hoc iuris ſanctionibus: quid ni prohibeam ego? Qui & obedire ſacris legibus teneor: & vt a filiis ordinis cuſtodiantur, pro viribus niti. Monachus, inquit, nõ docentis ſed plãgentis habet officiũ. Sit clauſtro ſuo cõtẽtus: q: ſicut piſcis ſine aqua caret vita: ita ſine monaſterio monachus. Item alibi. Monachis q̃uis religioſis, ad normã Sancti Benedicti intra clauſtrum morari præcipimus: vicos caſtella ciuitates peragrare prohibemus: & a populoꝝ prædicatione oĩno ceſſare cẽſuimus. Non ſum ego, mi Paule: huius legiſlator: reuerẽter tamen ei defero. Idipſum te quoq; facere, magnopere cupimus: ne aut ignorare leges, legum doctor videaris: aut legẽ contemnẽs merito audias. Qui in lege gloriaris: per præuaricationẽ legis Deum ĩhonoras? Et alibi. Quomodo, ait prædicabũt: niſi mittantur? Vale. Ex Fonte bono. Die. vii. Iunii. MDI.

Ludouico Abbati Sanctæ Iucundæ. LXXVIII.

m Edicorum curã ſemper infirmantibus, præſertim ſenioribus vtilẽ duxi. Sed adiuuare haud parũ medicos curãtes animaduerti, obediẽtiã ægrotantium atq; cõſtantiã. Et forte ideo infirmo cuiq;, vt ego opinor, dicitur. Honora medicũ, non vtiq; labiorũ ſuperficie: ſed eoꝝ quæ cõſtituerit ad ſanandã valitudinem obſeruatione. Cũ igitur neutrũ deſit tibi: non miror ꝙ cœperis cõualeſcere. Aderit

ſcere.Aderit tibi cœleſtis medicus:vt infirmitas hæc non ſit ad mortem : ſed a d
recuperandum diuturniorem ac firmiorẽ corporis ſanitatẽ.Spero ita fore: pror/
ſus ſic opto.Cuius rei gratia fundo pro te preces ad Deum altiſſimũ. Familia no
ſtra exercens erga te opera caritatis:nõ minus mihi q̃ tibi morem gerit. Facit.n.
quod debet:quod cupio.Teſtimoniũ etiam tuum q̓ ea in reliquis,quæ ad obſer/
uationem regularem attinent ſolicita ſit,fuit mihi iucundiſſimũ.Tu quoq; ad cõ
firmandam bonam eorum mentem,tum exemplo tum verbo,prodeſſe multum
poteris. Iuſtus enim,vt ait quidã,ſi ſæpius admonitus non fuerit:p negligentiã
euaneſcit.Incuſſit nobis formidinem per hos dies nũtius inopinatus. Retulit ſi/
quidem,trãſitura paulopoſt per Ca'entinatẽ agrũ cõplura Gallorũ tum equitum
tum peditũ milia.Sed non indormitũ eſt deſidiæ.Miſſi ſunt oratores ad Dñium,
qui niterentur conuertere alio gallorum multitudinem:ne ob defectũ tritici:cu/
ius inopia laborant Caſentinates,indignati galli etiam domos ac prædia dirri/
perent.Quod facile futurum fuiſſe creditur.Exauditi ſunt honeſta petentes:ac p
aliam viam tranſire gallorũ exercitum audio:qui tanq̃ nouo exorto vento muta
re coacti ſunt velificationẽ.Pro qua ſane re magnas agere tenemur gratias Deo.
Nam ſi ſecus accidiſſet:actum erat de nobis:qui duplici intra biennium contri/
tione fuiſſemus contriti. Vale.Ex Fonte bono.Die.vii.Iunii.MDI.

Ludouico Abbati Sanctæ Iucundæ.LXXIX.

s I quid te meis orationibus ad curandam valitudinem profeciſſe arbitra
ris:id totum tuæ fidei non meis meritis tribuo.Fides,inquit,tũa te ſal/
uum fecit.Litteræ quoq; noſtræ gratæ ac iucundæ ſunt tibi:qm̃ ab eo a quo dili/
geris,proficiſcũtur.Siquidem amãtiũ grata ſunt omnia.Iterata iuſſu medici phle
bothomia:cacochimiam (vt medicorum vtar verbo) facile ĩdicat.Sed hæc hu/
morum malignitas,tum vtilium potionum hauſtu , tum noxiorum abſtinentia
vincitur.Quod te imprimis curare:nihil dubito.Gallorum trãſitum,obfuiſſe re/
bus tuis plurimum,credo.Qua enim illorum exercitus iter facit:decidiſſe in ea
loca grandinem, aut locuſtarum multitudinem:immo & ferarum turmam irru/
piſſe:haud dubie exiſtimari poteſt.Tu vero prudentiſſime facis : qui per patien/
tiam & conſolationem ſcripturarũ,cuncta tibi aduerſantia ſcuto fidei reiicis:nec
obliuiſceris Dei in tribulationibus.Diuinæ legis meditaris teſtimonia : quæ tibi
in amiſſione terrenorum ſolatium pariunt:& eorundem cõtemptum. Metis fru/
ctum ſtudiorum tuorum:& quæ didiciſti faciẽda,opere perficis. Diuitiæ,inquit,
ſi affluant:nolite cor apponere.Et merito quidẽ ita admonet propheta: Nam in
diuitiarum contemptu,vis ac ratio virtutis potiſſimum dignoſcitur. Quod tibi
Iacobus ordinis prædicatorum retulit:Marianus cuccinus idẽtidem per litteras
ſignificauit mihi:Publicatum videlicet fuiſſe Romæ fœdus quinto Kalendas Iu
nias,inter Pontificem & Regis Vngariæ,ac Boemiæ : Venetumq; Dominium.
Confirmet illud Deus:vt ictum fuerit ad Barbarorum pernitiem,& fidelium ſta
bilimentum & gloriam.Hic pro ſitu alpeſtri,magna eſt cœli temperies:& com
moratio admodum ſalubris.Ad illam te inuitamus:vt ea nobiſcum perfruaris.
Nam hæc aeris clæmentia,cum calliditate & pruritu labores,non parum tuæ va
litudini profutura eſt. Vale.Ex Fonte bono.Die.xx.Iunii.MDI.

Paulo Monacho Angelorum.LXXX.

I Icere monachis prædicare:nõ ego ſane inficior.Sed hoc tm̃ aſſerui:nõ licere eis huius rei gr̃a,vicos,opida,vrbes,pambulare:q monaſteriorũ ſuoꝝ clauſtris cõtinere ſe debent.In ſuis cœnobiis docere,ac p̄dicare monachus põt:ſi a prælato pmittitur.Alioqn lectioni & orõni vacet:ambuletq; vocatione, qua vocatus eſt.Neſcio,an de aliquo monaſticæ ꝓfeſſionis legerim:qui extra ſui ordinis monaſteria,prædicãdi vſurpauerit munus:De monacho ſimplici intelli/go:nõ de promoto ex monaſterio ad ep̄atũ,aliãue dignitatẽ eiuſmodi. Adducis mihi in exẽplũ,de antiqoribus Bernardũ:de recẽtioribus Alexãdrũ.Mihi nõ ſuc currit legiſſe:apoſtoloꝝ more Bernardũ p prouintias diſcurriſſe:paſſimq; feciſſe opus euãgeliſtæ.Si tñ ita egiſſet:exẽplũ vnius præiudicare multoꝝ inſtituto non debet.Nã priuilegiũ nõ facit legẽ:ſicut nec vna hirundo facit ver.De altero,nihil dico:ne maledicere ſurdo videar.Optime tñ noui:vtrũ auſu temerario an bono zelo euãgelizauerit:cũ ignorãs atq; imperitus oĩno fuerit. Raro tñ extra ordinẽ prædicauit.Sed eſto,liceat monachis oĩbus,vbicũq; & qñcũq; voluerint,propo nere populo verbum Dei.Cur,quæſo,diuturna conſuetudo canonicæ aduerſatur permiſſioni?Quẽ dabis mihi de tot ordinibus & cõgregationibus monachorũ: ſub regulari Benedicti diſciplina militantiũ,qui huiuſmodi libero fungatur mu/nere?An deſunt Florẽtiæ,vt de aliis ciuitatibus ſileam,monachorũ diuerſi habi/tus greges:pie ſanctecq; viuentiũ? Cur ex iis auditur nemo:vel in ſuo prædicare monaſterio?An exiſtimãdũ putas,oẽs penitus illitteratos eſſe:& ꝓpterea videri canes mutos,nõ valẽtes latrare?Quis,oro,hoc dixerit?Nã & pitiſſimi q̄plurimi reperiũtur & in omni doctrinæ genere præſtãtes.Præterea q hoc facit, vt vulgo dicitur,qd nemo:mirãtur oẽs.Ideo periclitari facile poterit humilitas tua:ſi tanq̄ phenix:ſolus inter monachos prædicator appareas.Cũ ſatius ſit ac tutius imita/ri prophetã dicẽtem.Obmutui,& humiliatus ſum:& ſilui a bonis.Deniq; non eſt apoſtolus:niſi mittatur.Expectare debemus:vt mittamur : ſi digne ac fructuoſe, apoſtolico defungi voluerimus officio.Miſſos nãq; duodecĩ legimus a Saluato/re.Ite,inqt,prædicate euangeliũ oĩ creaturæ.Et de ſeptuaginta duobus itidẽ ſcri ptum eſt.Miſit illos binos añ faciẽ ſuã.Magna reuera miſſorũ fiducia. An eadem eſſe poſſit requirẽtium atq; extorquẽtium,vt mittãtur,non video.Non parũ tibi ĩcũbit oneris:cũ ſis poſt Priorẽ primus in iſto monaſterio.Supprioratus officiũ, ſupprioris p̄ñtiam poſtular in congregatione:vt ſit oĩbus forma & exemplũ ob/ſeruationis regularis. Cõuenire ipſum oportet ante oĩa,die noctuq; ad diuinum officiũ:in refectorium ſimiliter horis conſtitutis:nec permittere vt ſoluãtur ceri/moniæ monaſticæ:ac inſtituta relaxãtur ſeuerioris vitæ.Hæc ſi accuratiſſime p/ſeuerãtiſſimeq; ſeruaueris non minus proficies exemplo q̄ verbo.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxi.Iunii.MDI.

Ludouico Abbati Sãctæ Iucũdæ.LXXXI.

v Iſus es p annos multos:firma fuiſſe valitudine:& ad hãc vſq;,qua diu/tius cõflictatus es,ſcabiem viguiſſe viridi ſenectute:cũ ſis,naturæ ipſius munere,cõpacto corpore & robuſto:cuiuſmodi in nr̃o ordine pauciſſimos agno ui.Nũc vero neſcio:an talis quiſquã ſuperſit:qui ingraueſcentem ſenio ætatem, paribus tecum animi viribus ſuſtineat. Quo fit vt non immerito agas frequen/

tius gratias

tius gratias Deo:a quo omne datũ optimũ.& omne donum perfectũ. Quotum enim quẽcꝫ eiuſdẽ ætatis reperias:qui non ſit pallidus, tremulus lippus,obliuioſus:qui nõ aliqua demũ aut ſecreta aut manifeſta laboret infirmitate? Precabatur poeta ille haud inſipiẽs:vt daretur ſibi mens ſana in corpore ſano.Quod vtrũcꝫ es facile cõſecutus.De commoratione tua in Fonte bono,ꝙ ea non tibi expediat, nequaq̄ penitus abs te diſſentio.Eſt enim ob vetuſtatẽ minus cõmoda:& meo iudicio ingrata potius,q̄ inſalubris:præſertim hyemis tẽpore,ob niuiũ altitudinẽ ac frigoris vehemẽtiam.Alioquin cõſulitur ſenibus:vt hyeme ouium more aprica loca & ſoli expoſita,ac planitiẽ petant:æſtate aũt ad imitationẽ volucrũ montes ac riuos nemoracꝫ adeant.Situs hic necꝫ ſiccus omnino,necꝫ penitus madẽs quẽadmodum natura ſui ſunt accliuia oĩa:gaudet æſtiuo præſertim tẽpore cœli tẽperie.Non hic ĩmotæ ac tabeſcentes aquæ humorẽ noxium effumant:ſed lapſu perpetuo per prona dilabũtur.Quod multũ ſanitati corporum expedit. Initium ſiquidẽ vitæ hominis panis & aqua.Vidiſti ipſe,quot ſenes atcꝫ longæuos robuſto ac vegeto corpore ad extremã fons hic bonus ætatẽ perduxerit.Quod, vt alia oĩa deſint argumẽta,vel maximũ cenſeo optimi aeris ſignum.Incorrupta ad hæc oĩa,quæ reponũtur in vſus ad victum neceſſarios,facile hic cõſeruantur. Et demum ne ſingula cõmemorem huius ſitus beneficia,raro hic pro numero incolentium,iacẽtes atcꝫ ægrotos videas.Tuũ erit nihilominus ſemp: eã quæ tibi ſit vtilior & gratior eligere manſionẽ.Nam hoc minime ſiluerim:exiſtimari calida loca magis accõmodata:& plus cõferre ingeniis:ſicut corporibus vtiliora eſſe frigida.Et animoꝝ cõmoditates nõ ſunt contẽnẽdæ:ĩmo magis curandæ,q̄ corporum.Siquidẽ torpẽtia nimio gelu ingenia & animi ac ſpũs cõtabeſcẽtes,necꝫ ſibi necꝫ aliis proſunt.De mutua ĩter nos caritate,nihil repetendũ duco. Hoc tãtum affirmauerim,ſiue pñs ſiue abſens reliquũ ætatis cõſumpturus ſis,me certiſſime ſperare:perpetuã nobis ac maiorem indies,futuram eſſe cõcordiã. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxv.Iunii.MDI.

Hieronymo Priori Camaldulini.LXXXII.

Arentis tui viri ſane probi & optimi obitum:cum & prouectus deceſſe
p rit,eiuſcꝫ ætatis ad quam pauci perueniunt:& munitus vt ſcribis omnibus eccleſiaſticis ſacramẽtis,ferre profecto minus moleſte debes.Quin indulgendum ego non mœrori ſed gaudio cẽſeo:ꝙ cum optima ac meritiſſima quidem fama vixerit,eademcꝫ vita exceſſerit:& eo quidem tẽpore:quo par erat, ob publicam perturbationem imminentiacꝫ vndicꝫ pericula tedere potius animam eius vitæ ſuæ:q̄ vt diutius prorogaretur optare: chriſtianæ ꝓfeſſionis cultor ſtudioſus:& non tam annorũ q̄ morum maturitate grauis:ad eum cõceſſiſſe exiſtimãdus eſt:qui de iis,a quibus corde puro,& cõſcientia bona,& fide nõ ficta diligitur dicit.Ego ſum reſurrectio & vita.Qui credit in me,ẽt ſi mortuus fuerit viuet.Abſterge itacꝫ lachrymas ab oculis tuis.Nõ deero ego,ſicut petiſti,officio meo pro defuncti ſalute.Hodie incipiã (nam heri demum lr̃as tuas mortis pr̃is nuntias accæpi) hoſtias offerre pro eius anima:in odorẽ ſuauitatis Domino:vt ſi quas terrenas contraxerat maculas:eius miſericordia deleantur.Cæterum fideles eſſe moniales Bononiẽſes:& quẽadmodũ teſtatus es,Camaldulẽſi nõ peregrino & alieno viuentes ritu:lætor plurimum.A me idẽtidem pio affectu comple

ctebuntur:& primo quoq; oportuno tẽpore me ad illas conferã:qñ tu hoc neceſ ſariũ putas.Nã hoc delinitæ officio,facilius in fide ac deuotione ordinis continebũtur.Pro abbatia de Vrano,nihil prætermiſſum eſt diligẽtiæ.Scripſimus ad colẽdiſſimũ Protectorẽ:ad Marianũ Procuratorẽ:ad Illuſtriſſimũ ẽt Ducẽ Valentinum:ad magnificũ Vitelotiũ:qui libentiſſime pollicitus eſt nobis operã ſuã.Adhuc tñ certius aliud nõ habemus:niſi ꝙ nõ penitus deſperamus de negocio:fauẽtibus præſertim apud Ducẽ Britonoriẽſibus:qui hmõi deſyderio nobiſcũ certãt. Quod ſeruaueris Epi Paduani ad me lr̃as,in aduentũ tuũ:nec eas credere curſoribus volueris:ita præſertim ſuadẽte epo:bene ac prudẽter feciſti.Nã ex quo Rauẽna profectus es:nullas alias abs te,neq; ab aliquo illoꝝ,q ſunt Venetiis,lr̃as accæpimus.Scriptũ qdẽ nobis fuiſſe audio.Sed cũ ſegnius tardarent nr̃i Florẽtiæ lr̃as exigere:fuiſſe a curſoribus ĩdignabũdis dilaceratas.Expectas:qd ſup terminãdo negocio tuo iubeã:cũ ego viciſſim expectẽ moneri abs te,q in rẽ pñtẽ veniſti:qd mihi faciẽdũ ſit.Scribes itaq;,& nõ ſum tibi defuturus. Si emiſti reculas nr̃as:cura,vt ſaltẽ Rauẽnã cõuehãtur.Sũt.n.nobis haud parũ neceſſariæ.Vale.Ex Fõte bono.Die.xxviii.Iunii.MDI.

Ludouico Abbati Sãctæ Iucũdæ.LXXXIII.

IDem mihi retulit coram Vicarius nr̃ in ſuo reditu:quod tu in calce ſcripſiſti epiſtolæ.Ego aũt extorquere abs te nihil vnq̃ cõtẽdã.In cã tua iudicem te conſtituã.Si approbaueris ſniam noſtram,rata habebitur. Sin minus:nullum amplius ea de re tecũ verbũ faciam.Vulgo dicitur.Sapienti pauca.Nã nec ego is ſum:qui decipere aliquẽ verboꝝ ambagibus cupiam:nec tu es eiuſmodi:q facile falli poſſis.Fruſtra.n.iacitur rete,ante oculos pẽnatorum. Habeo tibi nihilominus gr̃am:ꝙ & libẽter me audis:& ambulare me in ſimplicitate cordis nihil dubitas.Si quid tñ cõſilii capturus es ſuper negocio : illũ arbitror aſſiduis orationibus cõſulendũ:quo inſpirante omnia fœliciſſime aggredimur: neq; facti alicuius vnq̃ nos pœnitet.Hoc tantũ in præſentia dixerĩ,haud minus futurũ te:ſi ita decreueris,abbatẽ ſine titulo:q̃ ſis nũc ſine annulo:quẽ ſponte hoc anno abieciſti doctor.Eſt.n.Abbas,pater.Et tu pro abbate,non ſolũ ætatis verũ etiam moꝝ maturitate ſemper ab oĩbus habendus es.Diſceptatiunculam de ſitu Fontis boni,prudenter ſatis diſſoluiſti. Salubre eſſe cœlum,ſicuti re vera eſt,non negas.Sed iis potiſſimum,qui ibidem a tenero fuerint educati.Secus tamen prouectioribus accidere:qui enutriti in vrbibus & in frequentia hominũ aſſidue verſati,in clæmentiorem alpium aerem hyemis tempore non facile pati poſſunt:& lõge minus locum horroris & vaſtae ſolitudinis.Accedit præterea medicoꝝ defectus:quoꝝ abſentia male cõſuli põt repẽtinis,ſicut plerũq; cõſueuit accidere,ſeniorum ægrotationibus.Eſt ẽt aliud,pp quod in Vrbe & ſenex & lr̃atus cõmorari malit.Nã præterq̃ ꝙ natura hoĩs:quod eſt animal ſociale,ſolitudinẽ fugit:appetens ſocietatẽ cõionemq; multorum:num docti qui erudire alios ad iuſtitiam debent,ſibi tm̃ nati ſunt?defodiendũq; in terram talentũ accæperũt?ſicut ſcriptũ eſt.Theſaurus inuiſus & ſciẽtia occulta,quæ vtilitas in vtriſq;? Tu igitur vtrunq; ſitum diu expertus:eliges pro arbitrio,quem tibi magis cõducere intelligis:præſertim cum non locus ſanctificet hominem : ſed homo locum:& vbiq; ſeruiatur vni Domino,vni regi militetur. Vale.Ex Fonte bono.Die.iii.Iulii.MDI.

Petro

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXXXIIII.

c Onuenit me apud Fontē bonum Bernardus Portinarius,ciuis Florentinus.Hic a tenero lr̄is deditus:ad hanc vſq; ætatē in eiſdem domi verſatus eſt.Cum aūt ad ſtudia doctrinæ flagrare eius animus atq; accendi videatur indies:nōnullaq; ſibi in patria cōmorāti repugnēt:quo minus compos fiat voti ſui:ſuaſu amicoꝝ,peregrinari Paduæ p annos aliquot hac de cā cōſtituit : ductus tū vrbis tū præceptoꝝ ac doctorū illuſtriū autoritate.Et qm̄ exhauſta domus frequētibus tributis,quæ publicitus ob tuēdā patriā exigūtur,ſūminiſtrare ei victui neceſſaria egerrime pōt:præſſus rei familiaris inopia,cogitur opē abs te atq; auxiliū implorare.Audiuit.n.eos qui in collegiū Sācti Antonii admiſſi fuerint,alieno ſumptu viuere:& magno ſuo cōmodo ingenia excolere.Quod cū & ipſe imprimis cupiat te autore cōſequi:ſine cuius cōſenſu recipi poſſe neminē intellexit: orauit me impēſius:vt pro vetere noſtra amicitia ſe tibi arctius cōmendarē.Negare non potui adoleſcenti optimæ indolis,& ingenue ac liberaliter educato:qđ honeſte poſtulauerat.Erit mihi pgratū,ſi ī memoratum ſcholarium cœtum:non tam mea apud te interceſſione,ipſum admittēdū curaueris:q̄ ſuo merito. Siqdē adhuc puer plurimū delectatus eſt religioſoꝝ conſuetudine:atq; auditione verbi Dei:& diuinarū ſcripturarū lectione.Audio ipſum iāpridē geneſim totā edidiciſſe,ac memoriter recitaſſe.Poterit facile,te præſertim illū adhoc excitāte,nō ſolū in aliis liberalibus artibus,quæ nō erudiunt ad iuſtitiā,verum ēt in ſacris theologiæ ſtudiis proficere:& in lege Dn̄i meditari die ac nocte.Vale. Ex Fonte bono. Die.xiiii.Iulii.MDI.

Frāciſco Picolhomineo Cardinali Senēſi Prote.LXXXV.

d Ecreuiſſe audio Venerabilem ſacerdotem Antonium Manilium renunciare beneficium Vincareti,noſtri ordinis,ſibi cōmendatū filio Ferragani,qui cum iis litteris,aditurus eſt amplitudinē tuam. Et ea quidem lege:vt accæpto Camaldulenſi habitu præficiatur monaſterio.Rariſſimi hoc tēpore,res exēpli,admirari me cogit:vnde hic ſpiritus Dei bonus hominem impulerit::vt quod ſtrictiſſime per alios retineri conſueuerit:hic vltro cenſuerit condonandum. Cōfirmet hoc Deus,quod operari cœpit in eo:ad incrementū ordinis: aut ſaltem ad cōpenſandam iacturā,quam quotidie facimus,beneficiorū rapina. Si qua in re tua indiguerit interceſſione,oro ne deſit dignatio tua.Beneficiū hoc in Flaminia ſitum,nunq̄ vidi.Audiui tamen multis id laudibus extolli:tum ſitus amœnitate,tum cōmoditate ad peragendam in illo regularem vitam. Erit itaq; hoc tibi negociū,vt petimus,curæ.Vale.Ex Fonte bono.Die.xvii.Iulii.MDI.

Ludouico Abbati Sanctæ Iucundæ.LXXXVI.

g Rauiter ſane ac moleſte tuli,valitudinis tuæ nuntium.Siquidem laborare te audio febricula tertiana.Præter omnem meam opinionem,hoc tibi modo accidit.Mūdatus enim pauloante ſcabie:facta carne tua ſicut caro pueri paruuli:putabaris indixiſſe exilium malæ valitudini:proculq; relegaſſe omnē langorem atq; infirmitatem.Verū triſtatus repentino nuntio, cœpi mox ſolatiū admittere:Vbi certior factus ſum,te optimo prudētiſſimoq; cōſilio rediiſſe Florentiā:vt medici ac miniſtroꝝ cura facilius cōualeſcas.Patiēter præterea te ferre accæpi acceſſiones febris:& bono eſſe aio:quæ ſunt ſine piculo ægrotātiū ſigna.

Quare & ſi minime indigeas adhortationibus noſtris:quia tamē q amat timet: caue obſecro,ne quid iniuſſu medici facias.Subde te illi haud ſecus q̃ prælato,& mandata eius obſerua:vt ſic acceleretur curatio tua. Nos qn̄ abſentes aliud non poſſumus,ad fores diuinæ clemētiæ pro tua incolumitate pulſamus:& aliis idē/tidem faciendū iniunximus.Dominus enim percutit & ſanat:& ab ipſo vtriuſq; hominis medela quærenda eſt. In momento:in ictu oculi,ab ipſo potes audire. Surge:& ambula.Quod vtinam:ſicut re vera optamus,fiat.Vale.Ex Fōte bono. Die.xviii.Iulii.MDI.

Hieronymo Priori Camaldulini.LXXXVII.

s I reſpondere voluero lr̄is tuis,quas heri accæpi:erunt mihi ea fere om/nia repetēda:quæ tribus meis nouiſſimis epiſtolis ad te cōſcripſi. Quē vt deuitem laborem,complura præteribo ſilentio.Illud tecum ægerrime fero:q; non defuerit in monacho adeo improba temeritas,atq; inſolens contēptus ho/noris monaſteriorum illorum:vt Decemuiris etiam detegenda putauerit fratrū flagitia:aut certe ſit auſus apud eos criminari innocentes.Sed eſto vera detulerit. Nunquid illi ordinarius iudex defuit : vt ad ſæculares magiſtratus currendum delegerit?Mala nimirum mens:malus animus:& qui non ſolum odiſſe fratrem, verum etiam totum ordinem,cui maculam adeo turpi infamia intulit,nefario ac deteſtabili auſu præſetulit.Neq; enim fieri potuit:quin eo vulgato crimine,ſcan/dalizati fuerint multi:qui quod de vno delatum fuerit,de multis quoq; opinatu/ri ſunt.Eſt enim corruptiſſimus fere hic omnium mos : vt faciliores detractori/bus aures,q̃ laudatoribus præbeamus.Potuit miſer,ſi de mala ſibi fratris conuer ſatione conſtabat,corripere eum prius inter ſe & ipſum ſolum.Si nihil ita profe/ciſſet:adhibuiſſe debuit vnum vel duos teſtes.Et demum dixiſſe eccleſiæ, & capi tulo congregationis.Poſuerunt iampridem noſtri illi carnem brachiū ſuum:& a prælatis ordinariis receſſerunt corda eorum. A boue maiori diſcit arare minor. Relicto canonico iudice adeunt magiſtratus:vt irregulariter laicorum ſubeūtes vltro iudicia:fiant opprobrium hominum & abiectio plebis.Sed vtinam ſapiāt, & intelligāt:ac nouiſſima prouideāt.Gaudeo peueniſſe Venetias incolumē cū lr̄is nr̄is,quē p hos dies miſimus,monachū. Per ipſum,cuius reditū præſtolamur,ſi me certiorē feceris:qd mihi in tuo negocio agēdū ſit:enitar ſatiſfacere votis tu/is.Neq;.n.te aliud petituꝝ exiſtimo:q̃ qd & tibi fas ſit reqrere:& mihi adimple/re.Vale.Ex Fonte bono.Die.xix.Iulii.MDI.

Venturæ Vicario.LXXXVIII.

i Gnoraui tam diu,iuiſſe abbatem ad balnea:donec inde reuerſus eſt.Re/cidiuam eius poſt reditum,ex tuis heri litteris agnoui. Perículoſiorem hanc arbitror,priore infirmitate.Solet enim ea eſſe peior radice. Quia tamen ſcribis,medicos bene ſperare:vt citius conualeſcat,nos quoq; tecū opta/mus.Leonis cōuerſi obitum,non adeo moleſte tuli.Nam cū longæuus admodū deceſſerit,& honeſtam ſemp ac piā in eodē monaſterio pſeuerātiſſime vitā duxe/rit,dubitare nō licet ipſum per tēporalē hanc mortē ad ímortalitatē trāſiſſe:me/ruiſſeq; vt in ſuo exceſſu occurrerit ſibi Archāgelus Michael:detuleritq; eius ani/mam in paradiſum voluptatis & amœna pioꝝ loca:a cuius cœnobio per tot an norū curricula nunq̃ defecit.Obdormiat in Dn̄o:cūq; Leone de tribu Iuda radi/ce Dauid perpetuo conquieſcat.Tauriſinæ abbatiſſe mortem ante cōplures men

ſes intellexerā.

ſes intellexeram. Subſtitutionem ſororis Ceciliæ in eius locum, ad heſternã vſq; diem penitus neſciui. Et ſeruaſſe te legem probamus, vt ſecundum nouam capi/tuli generalis conſtitutionem, ad triẽnium ipſam cõfirmaueris. Si fuerit, vt ſpera mus, maternarũ traditionũ emulatrix: vltra triẽniũ adminiſtrabit. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxv. Iulii. MDI.

Dominico Mauroceno. LXXXIX.

h Ortatus eſt me Victor nepos tuo nomine: vt me Venetias cõferrẽ: de/fenſurus coram cãm meã, aduerſus diſcordem cõgregationem illã. Spe ras ſiquidem fore: vt facilius me præſente ad cõcordiam reuocetur: aut victa ra/tionibus ad deditionẽ cogatur. Iudicium tuum vtpote grauiſſimum in omnibus ſemper magnifeci: neq; hac in re aſpernandũ & contẽnendũ duco. Perſuaſerã tñ mihi melius eſſe: vt apud iudicẽ ordinariũ diſcuteret negociũ. Ita enim fore: vt ſemotis vtrinq; fauoribus: liberius inter ptes ferẽda eſſet ſnía: & laicis tolleretur occaſio murmurãdi: quos faciles expertus ſum ad criminãdũ religioſorũ conten tiones. Quaſi vero nuſq̃ legatur: factã eſſe cõtentionẽ inter diſcipulos Ieſu: qs eo rum videretur eſſe maior: Hoc itaq; potiſſimũ cõſilio diſtuli venire ad eos: ne ſi coactus purgare falſo mihi obiecta, verbũ aliquod proferrẽ: quo carpere ĩgratos licet filios ẽt ſuo iure videretur pater: eſſemus vtriq; fabula in populo: Cur aũt il li deuitẽt iudicẽ eccleſiaſticũ: & pro muro cõtra me vtũtur ſenatus ac Dñii patro cinio: tu pro tua expende prudẽtia. Nõne a veritate ſe eſſe alienos demõſtrãt: qui multitudine ſe armauerũt? Reiiciunt caput ſuũ: vt monſtro ſimiles acephali p/maneant. Et qui ſine me tanq̃ ſine vite palmites proficere ordinario iure nõ pñt: mecum dedignãtur fructum ferre in religione: vt præciſi a capite altare ſtatuant cõtra altare. Sicq; profeſſores humilitatis de dignitate cõtendũt: & cum legant: nõ ſint in vobis ſchiſmata: cõtẽpta ſocietatis cõione diſſidia fouent: vt nõ temere cõpellar vſurpare apud te propheticũ ſermonẽ. Filios enutriui & exaltaui: ipſi au tem cõtemnẽtes ſpreuerũt me. Cæteꝝ ne progrediar lõgius: mihi plurimũ ſatiſ/faceret excelſum Dñium, ſi pro ſuo cõſueto rigore iuſtitiæ, noſtrã hãc diſſenſionẽ ad ordinarium reiicerent iudicem: atq; a religioſorũ litibus auditum auerterent. Quod ſi ſecus fecerit: certiſſime ſibi pſuadeat, me nihil aliud cupe, niſi concordiã niſi pacẽ, niſi totius noſtri ordinis reformationẽ. Quod ſperare nequaq̃ licet: niſi (quẽadmodũ per qngẽtos annos extitit) fiat ẽt modo vnũ ouile & vnus paſtor. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Iulii. MDI.

Petro Delphino. XC.

q Vod exiſtimas gratas mihi ſemper eſſe litteras tuas: nõ falleris opinio ne. Atq; vtinam ea mihi afferrent hoc tempore: vt nuntiorum diuerſita te eſſe etiam poſſent gratiores. Bella, tumultus, ſeditiones, deuaſtationes agrorũ, direptiones vrbiũ, atq; ĩminentia ſemp fere pericula denũtiant. Quãdo erit hæc mutatio dexteræ excelſi: vt profligatis ac deuictis in manu potẽti, & brachio ex/tento gẽtibus, pacificatã oĩno chriſtianam rẽpublicam & cõcordem factam ſigni ficent? Et quidẽ ſi rerũ diſpoſitionẽ attendas: ſperare id ſero licet. Sin aũt Dei po tentiam tecũ reputes: cũ non ſit abbreuiata manus Dñi, vt nõ poſſit ſaluare: etiã propediẽ iucundũ huiuſmodi nuntiũ afferre ad me poterunt litteræ tuæ. Vbi enĩ ei placuerit: impabit vẽtis & mari: & fiet trãqllitas magna. Nõ ſtet modo p nos: ſed humiliemus illi aĩas noſtras: & cõuertamur ad Dñm Deũ noſtrũ: quia beni/

gnus & miſericors eſt,& præſtabilis ſuper malitia. Vbi nos viderit,non in arcu neq; in haſta,non in multitudine equorũ,aut bene inſtructarũ nauiũ,ſed in emendatione malarum actionũ,ſed ĩ mutatione vitæ noſtræ,ſed in eius pietate miſericordiaq; cõfidere:crede mihi,qa nõ vana fides:cõtinuo auferet bella vſq; ad extremum terræ:arcũ conteret & cõfringet arma:& ſcuta cõburet igni:aut certe cõflari iubebit gladios in vomeres,& lanceas in falces:ne permittet leuare gentem contra gentẽ gladiũ,nec exerceri vltra ad prœliũ.Cœli mutatio prodeſſe poterit Duci:quẽ ſcribis Paduam cõceſſiſſe ob malã valitudinẽ.Senex eſt,ac plenus dierum:& de quo facile credi poſſit,vt ei haud multo poſt canẽdũ ſit recæptui.Prorogari illi vitam cupio:ſi tñ ſaluti tum ſuæ,tũ patriæ expediat.Octogeſimũ iã annum exceſſiſſe ipſum audio.Et de huiuſmodi ſcriptũ eſt.Dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis.Si aũt in potentatibus,octoginta anni:& amplius eorum labor & dolor.Non eam apud nos annonæ abũdantiam pollicetur meſſis:quam ſcribis apud vos eſſe.Sed quãdo non in ſolo viuimus pane:non ſinet nos propterea deficere in via:quia multa hominum milia,pauculis panibus paucioribus piſcibus ſatiauit.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxix.Iulii.MDI.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XCI.

q Vantum me oblectaſſent lr̃æ tuæ:ſi quẽadmodum ſanus & incolumis multis ante diebus eas cõſcripſeras:ita ad eam vſq; diem,qua Prior Veronæ ipſarũ lator Venetiis diſceſſit:in ea corporis habitudine perſeueraſſes? Retulit aũt idem mihi:te in profectione ſua malã incidiſſe valitudinẽ:& febre vexari. Contriſtauit me admodũ inopinatus nuntius:& multo animũ mœrore cõpleuit.Quãuis enim Paduæ nõ deſint medici pitiſſimi:nec deſyderare te miniſtros oporteat,qui lecto aſſiſtant:ſine metu tñ ac ſolicitudine tantiſper eſſe nõ potero:donec factus fuero certior:aut te cõualuiſſe penitus:aut ſaltẽ ſine periculo ægrotare.Interea qñ aliud nequeo:non intermittã orare pro te:& implorare opem a cœleſti medico:qui pcutit,& ſanat:qui erigit eliſos,& illuminat cecos:vt ſaluum te eſſe iubeat:dicatq; clæmẽter ac pie.Surge & ambula.Vnde acciderit:aut cuius culpa:vt cõplures vtriuſq; noſtrũ litteræ neutri redditæ fuerint:ſuſpicari aliquid poſſum:certus eſſe nõ poſſum.Obſeſſa per hos mẽſes non ſemp barbaris fuerũt loca,per quæ tabellariis iter eſt:vt cũ iis totiens intercipi litteræ debuerint.Et q fraudulenter ẽt eas detinuerit,aut dilacerauerit:non facile de noſtris quiſpiã mihi ſuccurrit.Quid.n.ad eos attinent:quæ inuicẽ ſcribimus?Quando tñ deperditis litteris ſuperſunt ſcriptores:benedictus Deus.Dudũ mihi ſignificatum fuit ab iis:qui tranſcribẽda curant opuſcula Leonis Baptiſtæ,pene ea fuiſſe abſoluta. Tãtum reliquũ eſſe,vt emẽdarentur ac recognoſcerẽtur:ne forte ſcriptor incaute aliquid omiſerit.Qua vero mercede trãſcripta fuerint,& caſtiganda mox ſint,non plane ĩtellexi.Tu vero ne ſis pro ea re ſolicitus.Tuis ſumptibus cõfectũ eſt opus:qm̃ mea omnia tua ſunt.Si tibi pro voto ſatiſfecerint:non te meũ,vt ſcribis,ſed me tuum fatebor debitorẽ.Quod onerum magnitudine,& exactorũ duritia,coactus ſis vendere bonã equoꝝ tuorũ partẽ:& propterea reuiſere eccleſias tuæ diocefis nequeas:nõ eris negligẽtiæ arguẽdus:ſi quid interea illarum rectores corrigendum admiſerint. Vacas culpa,pro bona volũtate:& ad impoſſibile non teneris.Expertus

ris.Expertus ſum & ego vtrunq; aliqñ:q̃uis per Dei gratiam non mó.Per annos
nouem delatum eſt ímunitatibus Eremi:cũ antea non iuméta modo,ve℞ etiam
prædia vendere me oportuerit:exciſa ad malorũ cumulũ,magna ex parte abie/
tum ſylua.Gaudentes tñ hoc priuilegio vel ſic ægerrime viuimus,ob incredibi/
lem factã proxime præterito bello bono℞ noſtro℞ iacturã.Ea nimirum multo℞
ſimul tributorũ,quæ antea perſoluerim,excedit ſummã.O ferreum ſæculũ. Redi
bit ne aureum ſupſtitibus nobis?Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu obitũ,iam
pridem intellexi.Fuit ſane vir diuitiarũ:quarũ maluiſſem ad maioré promeren/
dam Dei gratiã,anteq̃ dormiſſet ſomnũ ſuũ,ipſum fuiſſe diſpenſatoré:q̃ conſti/
tuiſſe te cũ aliis octo executoré.Ablata a Decemuiris prætioſiſſima quæq;:execu
tionis ac diſpéſationis laborem abſtulerũt vobis.Sepultum poſtmodũ illum au
dio magna exequia℞ pompa:apud Sancti Marci ædem:cuius cadauer in ſacra/
rio illo anguſto & turpi cuiuſdã ſacelli templi tui iacuiſſe inſepultũ ſcribis,p mul
tos dies.Sacerdotia eius cóplures ditauerint:quæ plurima & pinguia ſolus poſſe
derat.Qui velocius cucurrerint:vt plus offerant:caueãt ne impingãt:atq; offen
dant ad lapidé pedem ſuũ.Tenuit per ãnos circiter quadraginta abbatiã de Vra/
no noſtri ordinis,apud Britonorum in flãminia,haud exigui prouẽtus.Eã cómẽ
datam fuiſſe accæpimus cuidam epõ:in caſtris Pontificiis ſub Valẽtino militãti.
Nullius tñ noíe adhuc poſſeſſio capta eſt.Tentauimus aliquid,amicorũ interceſ/
ſione.Annuat votis noſtris Dñs ad reformationẽ deſtituti monaſterii,& ruinam
vndiq; minantis.Sperãs te leuatum eſſe egritudine,prolixius ſcripſi.Alioqn pa/
rum prudẽs fuiſſem,ſi nó habuiſſem infirmitatis rõnem.Velit Dñs:vt adeo te ro
buſtum hæc epiſtola inueniat:vt breuiſſima tibi videatur. Vale.Ex Fonte bono.
Die.xxix.Iulii.MDI. Frãciſco Picolhomineo Cardinali Senẽſi Protecto.XCII.

s Oliciti ſumus pro abbatia Sãctæ Iucũdæ ægrotãte abbate,vti nobis re
latum eſt,grauiſſime.Scripſi Mariano Procuratori:quẽ in eius locum,ſi
obierit,ſufficiendũ putem.Si neceſſe fuerit:nó deſit pietas tua ſolitis fa/
uoribus:vt cóſulatur indemnitati ordinis:& obſiſtatur rugiẽtibus præparatis ad
eſcam.Tot mó mutationes,tot cóuerſiones fortunæ exaudiuntur:vt nihil minus
vitio detur,q̃ rapina bonorũ alienorum.Hanc inuexit licẽtiã in eos,qui chriſtia
na profeſſione cẽſentur:auaritia idolorũ ſeruitus:& inexplebilis cumulãdi ac the
ſaurizandi cupiditas.Hac.n.de cã chriſtiano amiſſo noíe merito efficimur idola
træ:qm̃ qui ſunt Chriſti,carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitiis & cócupiſcẽtiis.Hinc
nimirũ crebræ principatuũ ac regno℞ tranſlationes:hinc beneficio℞ eccleſiaſti/
corum inuaſiones:hinc malo℞ omnium origo & fons:vt beati imprimis hoc tẽ
pore ſint cẽſendi:qbus cótigit nihil hẽre,quod ſibi eripi poſſit.Vale.Ex Fóte bo/
no.Die.v.Auguſti.MDI. Archipræſbytero Sãctæ Reparatæ Caſtricarri.XCIII.

r Etulit mihi Mattheus Prior:qũo in militiam profectus frater tuus occu
buerit:relicto tibi,ſicut amantiſſimũ germanũ decet,vehemẽti ſui deſy
derio.Verum qñ ita accidit:vt ímatu℞a morte deceſſerit,& tanq̃ vis fla
mæ aquarũ multitudine fuerit oppreſſus:ferẽda eſt hæc ſors æquo animo.Nó.n.
ſicut mors æquat oẽs:ita idem eſt omnibus genus mortis. Hoc te pro tua pru/
dentia longe ante animaduertiſſe arbitror:ac tecũ frequenter animo reputaſſe.Et

minus ferire ſolent iacula: quæ præuidentur. Non fui certe & ego a dolore imu/nis, tui præſertim gratia: qui es fratri ſuperſtes: & dulci eius priuatus cōtubernio. Pro defuncto admonemur orare magis q̄ lugere: cum reuocari in lucē nullo humano poſſit ingenio. Hec enim eſt ſancta & ſalubris cogitatio: vt a peccatis ſoluatur. Hoc nos quoq; pietatis munere vti, ne pigeat. Cæterum cōmēdamus tibi eundē Mattheū Priorem: qui plurimum in te cōfidit. Vbi in rebus ad ordinē pertinentibus fauore ipſum proſequi potueris: hortamur ne deſis: & vtrunq; ſimul cumulatius tibi deiunxeris. Vale. Ex Fonte bono. Die. vi. Auguſti. MDI.

Ludouico Abbati Sanctæ Iucundæ. XCIIII.

q Vod conualeſcere incipias: quæ res fuit mihi ſemper optatiſſima indices ſunt lr̄æ tuæ manu propria cōſcriptæ. Vt roboreris indies magis: & precamur pro te Dn̄m: & hortamur te per Dn̄m: vt omnē adhibeas curam. Impera, vt facis, tibi ipſi, & curanti medico pare: vt adhuc mecum ſis, & mecū labores. Si appropinquaſti ad portas mortis: non meis vt tu putas orationibus, non es eas ingreſſus: ſed Dei miſeratione ab eiſdem reuocatus es. Adiiciat tibi ad vitam, vltra annos Ezechiæ Regis: idq; ad ſalutē vtriuſq; hominis. Longior morbus & grauior, recuperare citius priſtinas vires non ſinit. Multum tamen prodeſt infirmo cuiq; qui ſuperare valitudinē cupit: vt ab oībus cōtrariis ſe abſtineat: ſed lōge magis, vt a Deo quærat medelā. Probo, q̄ Romualdū monachum, benigne in capellanū admiſeris. Si ſe bene geſſerit: erit tibi cōmēdatus. Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Auguſti. MDI.

Antonio de Monte Auditori. XCV.

q Vem mihi cōmendaſti: non fuit (ſicut ſcribis) tuarum lr̄arum lator: viſuſq; eſt minus cōfidere in tua interceſſione, q̄ debuit. Miſſus eſt alius: q pro eo ſupplicaret: qui exploraret, q̄tum deferrem cōmendationi tuæ: & vtrū in iudicio, an in furore, arguere apoſtatā decreuiſſem. Quaſi vero, aut tu aliquid peteres, quod merito penitus reiiciendū foret: aut ego nunq̄ legerim: Calamū quaſſatum non cōterendū: & limū fumigans non extinguendū. Apoſtatauit hic certe ab ordine Camaldulenſi: & abiecto candore, nigredinē induit: ſcādalizatis haud parum fratribus ſuis. Atq; vtinā nō tam corporis, q̄ animi habitum imutauerit: nec induerit maledictionē ſicut veſtimentum. Vtinam profectus a patre in regionem lōginquā, a ſeipſo quoq; nō receſſerit: coactuſq; ſit paſcere porcos, eos vtiq; quos in ſordibus viuentes, in mare huius mūdi præcipitat diabolus. Verū qn̄ rediiſſe affirmas præuaricatorē ad cor: ſubiiſſeq; eū pœnitentiā errati ſui: ac ppea ei parcēdū exiſtimas: veniat ad me: & experietur re ipſa: me tui præſertim gr̄a, qui ipſum ſingulari cōmendaſti pietate, longe mitius cū eo acturum, q̄ pro meritis. Horrorem carceris (quā excipiendam pœnam cupit) parū vereri pōt: habēs interceſſorem apud haud oīno in clæmentē patrem: æquiſſimū orbis iudicē: & noſtræ religionis patronū ſtudioſiſſimū. Deniq; te deprecante, merito vel incluſis aperiendus foret carcer: qui tam ſedulo, vt accæpi, dediſti operam: vt obſeſſum a rugientibus præparatis ad eſcam ad monaſterium Carcerum iter, liberū atq; aptum nobis pateret. Pro qua ſane re, immenſas tuæ dignationi gratias agimus. Et vt poſt hac eundem te nobis præſtes: nō es (vti mihi certe perſuadeo) pluribus obſecrandus. Vt autem ad commendatum mihi abs te monachum redeam: huc

me adeat:

me adeat:& cognoſcet,me nō modo non ſcæui iudicis,ſed ne ſeueri quidem pa/
tris perſonam gerere.Vale.Ex Fonte bono.Die.xviii.Auguſti.MDI.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori.XCVI.

q Vem mihi cōmendauit menſe decembri Bernardū ſacerdotē dignatio
tua:nudius tertius me tandē conuenit.Perlectis litteris,cōtinuo petenti
annui:tum cōmendantis autoritate ac veneratione,qui iubere cum potuerit,in/
terceſſorem ſe præbuit:tum ipſius cōmendati humilitate ac pœnitētia:q proſtra
tus,ſuæ incōſtantiæ ac leuitatis veniā petiit.Rediiſſe ad cor viſus eſt:doluiſſeq̧,ꝙ
relicta eremo ad ſæculū ſit reuerſus.Credo hanc animi īmutationem,ex diuina il
li admonitione contigiſſe.Memento,inquit,vnde excideris:& age pœnitētiam:
& prima opera fac.Cōfirmet Dn̄s:quod operari in illo dignatus eſt: vt expertus
ſemel tranquillitatē ac ſecuritatem vitæ ſolitariæ,perſeueret in ea:nec amplius ſe
vrbanæ conuerſationis tumultibus ac periculis exponat.Quantū ad me attinet:
tutius duxi,reddēdā eſſe miſericordiæ nimiæ,q̄ ſeueritatis rōnem:gauiſuſq̧ ſum
in Dn̄o:ꝙ inuenerim ouem meā,quæ perierat:ꝙ redierit filius:q profectus fue/
rat in regionem longinquam.Vale.Ex Fonte bono.Die.xx.Auguſti.MDI.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XCVII.

l Aetificaſti me mirum in modū optatiſſimo nuntio,expectatiſſimis lit/
teris.Ignorabam qppe vtrum vel leuius ægrotares:& penitus te ēe ex
mala confirmatū valitudine,tuæ me prolixiores lr̄æ certiorem fecerunt. Benedi
ctus Deus,pater miſericordiarum,& Deus totius cōſolationis,qui percutit & ſa/
nat:qui nō reiicit preces,pro tua liberatione ſupplicantiū,qui cōſuluit gregi,tuæ
curæ demādato:ne amiſſo vero paſtore,cōmendādus forte eſſet lupo rapaci:qui
diſpergeret,quæ tu cōgregaſti.Paratū te quidem fuiſſe ad demigrandū,ad intro/
eundum in potētias Dn̄i:nihil dubito.Sed ſalua ſunt tibi tua præmia,in cœlo re/
poſita.Nec feſtinare ad illa magis debuiſti:q̄ cum coep̄o tuo dicere.Dn̄e ſi adhuc
populo tuo ſum neceſſarius,non recuſo ſubire pro eo labores:fiat voluntas tua.
Nam eſto tantūdem tibi ſuperſit itineris,q̄tum pegiſti:nōne id breue ſpatiū dila
tionis exiſtimādū eſt:ac tanq̄ dies heſterna,quæ præteriit?Proſint itaq̧ tibi & in/
ſtauratæ & auctæ vires:vt diutius te perfruātur,qui tuo indigent patrocinio tua
cura. Deniq̧ vt pro me loquar,dimidium tui in cœno relinquēs,vt tu celerius
reponereris in cœlo:nō æqua lance partes ponderaſti:nec pro toto æque ſolici/
tus extitiſti.Orationes ego quidē pro retētione tua:ne citius tollereris a nobis:fe
ci ſine intermiſſione.Nō tn̄ ego,illarū meritis primas partes,vt tu putas,tribuo.
In celebri ciuitate,in medio populi tui ſtudioſiſſimi,de quo eras q̄ optime meri/
tus,iacentē antiſtitem:eiuſdē erexiſſe lachrymas ac preces,certiſſimum exiſtimō.
Si quid tn̄ & ego cum ſubiecto tibi populo & clero coopatus ſum:vt reuocareris
ab ingreſſu paradiſi:veniā dabis.Quāuis mihi pro tali culpa,ægre ſubire vlla po
teſt pœnitētia.In itinere poſitus,& viſitationibus amicorū interpellatus:nō poſ/
ſum tibi prolyxius ſcribere.Opuſcula Leonis Baptiſtæ ad te erat laturus ciuis q/
dam Florentinus cū lr̄is noſtris,quē ēt tibi ab eo requiſitus,cōmendauerā.Spero
ſi nōdum ea accæperis:paulopoſt futurū te cōpotem voti tui. Sūmam pecuniæ
pro opuſculis perſolutā:qm̄ partem ego partem quæſtor noſter Camalduli Flo/

rentini expoſuit:re vera ignoro. Ex quo non vis mihi quicq̃ debere:niſi vt inui/cem diligamus:ex medico cui hãc demãdaſti curam,certior fieri poteris. Anteq̃ mouerẽ ex Fõte bono,lr̃as ab Auditore ſacri palatii accæpi. Ei cõtinuo rñſum dedi,admiſſa petitione,quã poſtulauerat a me. Hac occaſione cõmẽdaui ei arctius cauſam Carcerũ:quod & alias ſæpius fecerã:& reuerſus domũ,tum litteris,tum forte coram,idem facturus ſum. Vale Fauentiæ. Die.xxvi. Auguſti. MDI.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XCVIII.

q Vod reſtitutum te iteratis lr̃is affirmas in meliorẽ corporis habitudi/nem,q̃ prius habueris:lætor admodũ: Quod ex frequẽti epiſtolarum tuarum miſſione,ita eſſe,ex me ipſo coniicio. Neq;.n.dictare infirmus lõgiores, & crebras lr̃as põt. Quod vero peius hẽre videaris, q̃ quo tẽpore grauiſſima i/firmabaris valitudine:idq; propter occupationũ magnitudinem:credo tibi per ſuaſum eſſe, vacare te curis nõ poſſe:donec ſanus ep̃atum geſſeris. Ferendum eſt tibi iugũ Dñi:quod ſemel ſubiiſti. Neq; propterea optãda erit tibi celerior demigratio, vt ſis cum Deo:cũ idem tibi in eo patiẽter deferẽdo queat contingere. Vt iumẽtum,inquit,factus ſum apud te:& ego ſemp tecũ. Faciente igitur Dño apud te mãſionem:diſſolui licet cupias,& eſſe cum Chriſto:vbi ꝑpetua animi perfrua/ris trãquillitate:ne mireris,ꝙ exauditæ fuerint pro reuocatione tua orantiũ pre/ces. Non enim vt ſine Chriſto Dño eſſes,reſtituta eſt tibi corporis ſanitas:ſed vt nõ derelictus ab eo,qui pollicitus eſt,ſe futurũ nobiſcũ oĩbus diebus vſq; ad conſumationem ſæculi:tu quoq; cõmiſſum tibi nõ desereres gregem. Expectãdi tibi ſunt termini:qui præteriri nõ poterũt:nec de ſtatione exeundũ iniuſſu principis. Perſonare tibi in auribus illa Saluatoris verba:ſæpius arbitror. Modicũ,& vide/bis me. Nam nihil eſſe in hac mortali vita,diuturnũ põt. Laboras ſuſtinens. Sed memẽto,qm̃ reddet Dñs mercedẽ laborum Sãctorum ſuoꝝ. Hac ſpe recreatus, grauiorẽ quam ſentis animi ægritudinẽ,leuiorẽ efficies. Et cum bonũ certamen certaueris:curſum cõſumaueris:fidẽ ſeruaueris:tunc repoſitã tibi coronam acci/pies. Volumen Leonis Baptiſtæ nudius tertius Florẽtino illi ad te perferẽdũ de/di. Erat enim poſtridie hinc profecturus,cũ binis ẽt ad te lr̃is noſtris. Nõ ero ie/circo impræſentiarum longior. Pecuniã,quam tanto ſtudio mihi reſtituendã cu/ras:numerari iubebis Petro Corbolo ciui Florentino, Venetiis degenti, ac mihi optime cognito:& ipſe per trapezitã mihi Florentiæ eã reddi mandabit. Ex medici tui litteris ſummam intelliges. Bernardũ, Orbiſio reſtitutum,tibi cõmendo. Variam expertus fortunã,forte mutabitur in virum alterum. Quod plurimum opto. Si ſecus audieris:argues eũ durius,iure tuo. Nõ enim facile collidetur:vbi tũ ſuppoſueris manũ tuam. Vale. Florentiæ. Die.xvi. Septembris. MDI.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani. XCIX.

i N itinere dudum poſitus,atq; in viſitãdis monaſteriis diutius fui occu patus. Tardius iccirco tibi reſpõdeo:cũ tu mihi ſæpius ſcripſeris. Nouitii ad profeſſionẽ admiſſi:ſicut ſp̃uali militiæ aſſcripti ſunt:ita vota ſua Dño red dant:neq; declinent ad dexterã ſiue ad ſiniſtram. Ferrarienſis de quo ſcripſiſti,to/tiens antea,& modo nouiſſime in iſtud cœnobiũ ex noſtra ſolitudine recæptus: ſibiipſi imprimis nocuerit:ſi de primo ordinis oblocutus fuerit loco. Non eſt in

eremo

eremo nr̃a, ficta vitæ regularis atq; eremiticæ obſeruatio. Aſſuetus hic bonus vir, vti eſt natura verboſus multũ loqui: & ſuo arbitrio nõ alieno imperio viuere, fuit ſolitudinis ac ſeuerioris huius ĩſtituti ĩpatiens. Voto ſe obſtrinxerat: acturũ in eadem Eremo reliquũ ætatis. Qua cõſciẽtia ſe inde proripuerit: viderit ipſe. Maioris duritiã accuſauit non ſemel: qm̃ nõ fuerit paſſus (quod dandũ eſt laudi) ipm̃ remiſſius vitã ducere: ac ſibi nimium indulgere. Siqs.n.ĩfirmatur in Eremo: huc deſcendẽs in Fontẽ bonũ curatur diligentiſſime. Quod & ipſe bene expertus eſt. Alioqn non facile ibidẽ cũ aliquo diſpenſatur: ne districtus ille eremiticus rigor, qui per qngẽtos & eo amplius annos pſeueranter viguit: vlla ex parte diſſipetur atq; ſoluatur. Hũc morẽ eremi improbãs ſeipſum arguit impatiẽtiæ: q nimis arduum arripuerit inſtitutũ. Mutinẽſem nihil minus cogitare arbitror: q̃ vt ad vos demigret. Amatur ab iis, cũ quibus nunc degit: obſeruatur: colitur: lõge magis: q̃ vt idem ſperare apud vos queat. Defuncto Venetiarum Duce vigeſima præteriti menſis die: cupio vt ei deferatur principatus: qui curã imprimis habiturus ſit, & ſeruãdæ iuſtitiæ & tuendæ atq; augẽdæ libertatis. Cuius potiſſimum euenerit culpa: vt prioratus Veronẽſis tot vexetur impugnationibus: tot Priorũ mutationes patiatur: nõ mihi plane ſuccurrit: Niſi q ab initio male ordinatã rem, haud temere tot inordinata ſubſequũtur. Decreuit ſenior renũtiare bñficio. Sed cũ elegiſſet pro ſuo captu nõ ſaniore amicorũ conſilio, qui foret ſubſtituẽdus: paulopoſt fraude circũuentus eſt ab ingrato, ac decæptus omnino: tradito prioratu ſacerdoti ſæculari. Et iactus ſemel in puteum lapis, non facile inde educitur. Vale. Ex Fõte bono. Die. iiii. Octobris. MDI.

Cæſari Epiſcopo Amerino. C.

P Oſteaq̃ factus ſum certior: iuſſiſſe dignationẽ tuam, viſitari monaſteriũ noſtrũ Sãctæ Chriſtinæ Bononiæ per ſacerdotes ſæculares: datãq; illis fuiſſe ptãtẽ corrigẽdi moniales nr̃as, cõiiciẽdiq; in vĩcula, ſcæuiẽdiq; ĩ illas, tanq̃ ĩ ouiculas ſine paſtore: & miratus ſum valde, & moleſtiſſime tuli. Miſſa ẽ ſiqdem falx ĩ meſſem alienã: violatis exẽptionibus, & priuilegiis nr̃is apoſtolicis: nullaq; hĩta libertatis Camalduleſis ordĩs rõe. Spamus hãc iniuriã: quã maximi facimus haud quaq̃ inultã eẽ paſſurꝝ, Protectorẽ nr̃m colẽdiſſimũ apud ſũmũ Põtificẽ: cũ ab oĩ dioceſana, & quorũcũq; ordinarioꝝ iudicũ, ẽt epoꝝ atq; archiepoꝝ iuriſditione, ſacer hic ordo nr̃ penitus ſit exẽptus. Quas vero imprӕcationes Põtificũ, violatoribus libertatis nr̃æ, eadẽ priuilegia effulminẽt: qbus illos cenſuris inuoluãt: cõtremiſco cũ lego. Quãobrẽ ſignificãdũ duxi dignatiõi tuæ: ne forte p ignorationẽ ĩmunitatũ nr̃arũ, hoc factũ ſit, aut maloꝝ ſuggeſtiõe: vt cura illius cœnobii, mihi licet ĩmerẽti atq; indigno, tradita libera relinquat᷑. Nemo certe, me melius agnoſcit oues meas. Mihi icũbit onus reddẽdæ pro eis rõnis, in die iudicii: ſi nõ fuero paſtor bonus. Nõ poſſum ppea nõ cõpati victis illis, & qdẽ ĩnocẽtibus. Memẽtote, inqt Paulus, vinctoꝝ, tanq̃ ſimul victi. Si mihi facultates ac ſubſtãtiæ terrenæ auferrẽt᷑, forte ab eodẽ apoſtolo admonitus, rapinã bonoꝝ meoꝝ cũ gaudio ſuſciperẽ. Opprimi ãt ordĩs libertatẽ: & dillacerari ab extraneis gregẽ meũ: ẽt ſi voluero, pati ñ poſſũ. Cõfido de tua pietate: q de iuribus nr̃is edocta, & rõnibus euicta: iubebit relaxari victas nr̃as: & poſt hac ñ mõ ñ aduerſabit᷑, veꝝ ẽt fauebit rebus nr̃is. Q d: vt faciat ẽt atq; ẽt rogo. Vale. Ex Fõ. bo. die. viii. Octo. MDI.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER SEPTIMVS.

Petrus Delphinus Generalis Camalduléſis.Sereniſſimo Duci Venetiarum Leonardo Lauretano.Epiſtola prima.

m Agnum,vt audio,præclarumq; ſolatiũ,fatigatæ continuis bellis patriæ noſtræ attulit,nouus iſte tuus atq; optatiſſimus principatus. Neq; ĩmerito quidem. Cũ enim mitis ſemper fueris & humilis corde:haud temere exiſtimandũ eſt,nõ ſolum te autoritate & cõſilio,verum ẽt moderatione clæmentia vitæq; integritate plurimum rei publicæ commodis profuturũ.Venit mihi in mẽtem,cum mite ac tractabile ingenium tuum recolo:illius magni Ducis:De quo legimus.Quod fuerit vir mitiſſimus ſup oẽs hoĩes:qui morabantur in terra.Hic nõ ſolum ſapiẽtia & virtute,ſed mãſuetudine imprimis ac fide præſtans:inito cũ hoſtibus prœlio cũ leuaret manus vincebat iſrael.Sin aũt paululũ remiſiſſet:ſuperabat Amalech.Hũc tu optime Princeps ſtudioſiſſime æmulatus haud inani opinione arbitrari merito potes,ad te quoq; Dñm dicere.Sicut fui cũ Moyſe:ita ero tecũ:non dimittam,nec derelinquã te:confortare & eſto robuſtus. Hoc ita eſſe nihil dubito:cũ alibi per prophetã polliceatur Dñs.Sup quẽ requieſcet ſpũs meus,niſi ſuper humilẽ & mãſuetum ac trementẽ ſermones meos?Cõgratulor itaq; tibi magnope:non mõ,qa ſummo patrũ ſtudio ingẽtiq; conſenſu delatũ tibi fuerit hoc ampliſſimũ munus: verum ẽt ꝙ cũ in oĩbus vitæ tuæ actionibus & officiis iuſtitiæ ac probitatis ſpecimen ꝑbueris:principatu digniſſimus iãpridẽ exiſtimatus ſis.Quãtũ.n.ad te attinet : qui maximos quoſq; magiſtratus eodem ſemper tenore geſſiſti:ac demũ procuratoriũ munus ſupremæ iſti dignitati proximũ adeptus es:motum te parũ,aut nihil fuiſſe arbitror ſummi huius faſtigii gloria:quã modo es conſecutus.Ea nãq; eſt in te religio:is Dei timor:ac ſæcularium rerũ contemptus:vt perito diuinæ legis excidiſſe tibi propheticũ illud nequaꝗ putem.Oĩs caro fœnũ:& oĩs gloria eius ſicut flos fœni.Et ſicut idipſum cõfirmat Apoſtolus:præterit figura huius mundi.Ego vero de tua celſitudine ita nimirũ cenſeo:ꝙ vbi primum declaratus fuiſti Princeps:nihil magis tibi ſuccurrerit,ꝗ illud Sapientis cõſilium.Rectorẽ te poſuerũt:noli extolli:eſto in illis tanꝗ vnus ex ipſis.Quod te re ipſa præſtiturũ nequaꝗ vereor:cũ in te nihil vnꝗ ſplendidius enituerit:ꝗ vnica benignitas & manſuetudo vereq; chriſtiana humilitas. Congratulor aũt cõi patriæ lõge magis:ꝙ eum de tot clariſſimis patribus in caput ſortita ſit:cuius meritis ſubnixa firma ſit futura atq; ĩmobilis.Iampridem ad rẽpublicã atq; ad magnas res accõmodatus fuiſti,ac diu in his gerendis longoq; vſu exercitatus.Sperare iccirco nobis licet,te pro iſtius magiſtratus amplitudine ac maieſtate ea editurum opera:quibus pariter carus oĩbus ac venerandus futurus ſis:ac res Veneta,profligatis diſſipatiſq; gentibus,quæ bella volunt : melior indies atq; auctior fiat.Quod ſicut ꝗ maxime optamus:ita tuæ dignationi,cœleſti miſeratione contingat:vt præteritos Duces:non ſolum æquitate verum etiã fœlicitate ſuperes,omneſq; ditioni Venetæ ſubiecti,ſub tutella tuæ manſuetudinis diutiſſime requieſcant.Vale.Ex Fonte bono.Die.xx.Octobris.MDI.

Petro

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.II

b Inas nudius tertius dignationis tuæ litteras accæpi: vtraſq; i fundo Li/
uiano conſcriptas. Cum iis erant ēt litteræ tuæ ad Imolēſem medicum
amicū tuum: quas in craſtinum Florētiam mittā. Solicitus es magis pro redden
da pecunia: q̄ ſi eam ipſam pro te fores exacturus. At ego vbi illam accæpero, fa/
ciam te certiorē: vt leueris hac cura. Ago tibi grās q adoleſcentē a me tibi cōmē
datum bono eſſe animo iuſſeris: pollicitus ei, daturū te operā: vt mos illi gerat:
cum redieris in vrbem. Spero q non īmerenti fueris obſecutus. Vbiq;, vt video,
calamitoſe viuitur: & pauci abundāt panibus: ita exigentibus peccatis noſtris. Di
gnetur Dñs reconciliari nobis: vt comedamus vetuſtiſſima veterū: & vetera no
uis ſuperueniētibus proiiciamus. Implicamēta iudiciorū experimur quotidie: &
volētibus atq; annitētibus conſulere rebus ordinis, multa ſe nobis obiiciūt. Pro/
xima viſitatione cū alicubi reliquiſſem cōſcripta ſtatuta quædam, quæ obſeruari
mādauerā: atq; inter cætera capellanū a cura monialiū amouiſſem: nō ſolum qa
contra cōſtitutiones ordinis ſacerdos erat ſæcularis: verū etiā multo magis qm̄
ita merebātur improbi eius mores: tātum aduerſatus eſt mihi ſacerdos iſte, fauo/
re aperto dominātis in ea ciuitate poteſtatis ſæcularis: vt mittere me oportuerit
Romam, ad implorādū ſublimioris poteſtatis auxiliū. Confidimus in Dño q cō
teret cito Sathan ſub pedibus noſtris. Corā ſi Deo placuerit, hæc cōferētur tecum
apertius. Deſyderiū tuum vitæ futuræ improbare pōt nemo. Impleat illud Dñs:
cum decreuerit repetere diſpoſitū ſuum: qui mēſurabiles poſuit dies noſtros. In/
terea patiētes ſimus vſq; ad aduētū Dñi. Si viſitaueris Bernardinū Orbiſii Prio/
rem: gauiſurum illū arbitror valde: ac relaturū ex tua viſitatione non modicum
fructum. Indignus. n. cū fuerit aliqn̄, ſub cuius tectū intrares: eam ſperare licet fu/
turam in eo propter tuū acceſſum, mutationem vitæ: vt optaturus ſit, habere te
frequēter hoſpitē, īmo teſtem ac iudicē vitæ ſuæ. Si quid, quod abſit ſecus offen/
deris: corripies eum iure tuo. Vale. Domine colendiſſime: pro quo viciſſim, ſicut
te pro me ſcribis facere, quotidie oro. Ex Fonte bono. Die. xx. Octobris. MDI.

Epiſcopo Sarſinatenſi.III.

v Tinam mihi liceret conſeruare iura ordinis mei: non occupare aliena.
Menſura bona & cōferta mihi ſatiſfactū arbitrarer. Abſit enim a me: vt
ſim alieni appetens. Quæ ad dignationē tuam pertinent: ea ſemper illæſa cuſto/
diam: tum quia ita debeo: tum qm̄ te obſeruo & colo. Vnum aūt contēdo abs te:
vt ſup controuerſia plebis de qua ſcripſiſti velis noſſe: vtrū temere a Vicario nr̄o
collata ſit: an prætextu alicuius iuriſditionis noſtræ. Nouimus moderationē ani/
mi tui atq; æquitatem. Qui ſicut occupari ab aliis iura tui ep̄atus pati nō debes:
ita & violari priuilegia Camalduleſis ordinis diſſimulare ipſe nō poſſum. Benefi
ciū Sācti Ioānis inter Partas: ad qd ſpectare collatio plebis iſtius dr̄: vnitū eſt Sa
cræ noſtræ Eremo: & ſicut audio ſæpius a nr̄is collata eſt: q ſuperſunt adhuc. Vbi
mihi conſtiterit, potiora eſſe iura pietatis tuæ q̄ nr̄a: nequaq̄ te vexari pmittā. Sci
ens optime non licere cuiq̄ falcem mittere in meſſem alienam. Vale. Ex Fōte bo/
no. Die. xxvii. Octobris. MDI.

Ioanni Maiori Eremi.IIII.

o Biit nudius tertius hora. xxiiii. & cum ſolis occaſu occidit cariſſimus nr̄

Romualdus, Vicarii noſtri germanus. Obiit autẽ, ſicut accæpi, magno omnium & maiori etiã q̃ credi poſſit ſui deſyderio relicto: non ſolũ oppidanis Balnei, iuuenis optimi inopinatã atq; ĩmaturam mortem collachrymantibus: verũ etiam vniuerſis qui ſuburbana & vallẽ illã totam incolũt. Nec mirũ ſane: cum tãtæ ſemper moderationis fuerit ac benignitatis erga oẽs: vt merito ab oĩbus amaretur. Non enim (vt laici pleriq; oẽs ſolent) vitiis ac facinoribus obnoxius fuit: nõ alicui vnq̃ malum pro malo reddidit: neminẽ iudicans, neminẽ damnans: vt non temere de illo ſcriptũ putem. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit: anima eius in refrigerio erit. Noti erãt tibi quoq; iuuenis mores probatiſſimi: nota integritas: modeſtia religio: cũ ſæpiſſime in eremum atq; huc in Fõtẽ bonũ ſeſe contulerit: Vbi ne vnum quidẽ reperias: qui aliqñ in eo depræhẽderit, quod corripi merito potuerit. Quãobrem licet omniũ conſenſu ĩnocentiſſime vixerit: quia tñ ſepties in die cadit iuſtus, offerendas curabis pro defuncti anima preces & hoſtias ſalutares in odorẽ ſuauitatis Dño: vt ſi quæ illi maculæ de terrenis cõtagiis adhæſerunt, tua & coeremitarũ interceſſione facilius deleãtur. Vale. Ex Fonte bono. Die ii. Nouembris. MDI.

Ludouico Abbati Sanctæ Iucundæ. V.

h Eri binas ſimul lr̃as tuas accæpi. Reditum tuũ ad Sanctũ Saluatorem: tum iis de cauſis quas nouiſſime ad te ſcripſi gratũ habeo: tum vero q facile pro me ſatiſfacturus es in die illius ſolenni, poſt biduum proxime futuro. Quod vbi pio perſolueris officio: maiore fiducia apoſtolicum vſurpabis ſermonem. Saluatorẽ expectamus Dñm Ieſum Chriſtum: qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Et illud quoq; vaticiniũ Iacob. Salutare tuũ expectabo Dñe. Negocium aũt, quod inter te, & quæſtorem noſtrũ agitur: non indiget interprete ac mediatore, vt abſoluatur. Amatis enim inuicẽ. Ille te filiali proſequitur pietate: tu ipſum paterna dilectione: vt merito opinari liceat: ambos facile intercedẽte caritate cõcordes fore. Cõciliaſti tu ſæpius multos diſſidentes ingenii dexteritate & doctrina lõgoq; rerũ vſu: ac lõge grauiora atq; implicatiora non ſemel cõpoſuiſti. Hoc quoq; ad quod appoſita eſt manus: te autore te duce (vt confido) terminabitur: neq; opus adeo maturo cœptũ conſilio, maligno ſpũ inuidente diſſoluetur. Electionẽ cui pro me præfuiſti noui Prioris Sancti Benedicti: quã canonice & nemine fere diſſentiente celebratã cõfirmaſti: nos itidem approbamus. Proſit ei ad ſalutẽ tum ſuam tum eorũ quibus eſt præfuturus: vt in die reddẽdæ rõnis villicationis ſuæ, demãdato ſibi muneri ſatis reperiatur feciſſe. Præſentiã tuam multũ contuliſſe non dubitamus: vt magno monachorũ cõſenſu & omniũ fere ſuffragiis declaratus fuerit Prior: nec facta ſit contentio inter eos: quis eorũ videretur eſſe maior. Hac ſane ſpe tibi potiſſimum id oneris impoſuimus: vt iuniorũ illorum mobiles animos tua grauitate firmares. Sacræ nos lr̃æ docent. Verba ſapientiũ ſicut ſtimuli: & ſicut claui, in altum defixi. Benedictus Deus. Cæterũ qm̃ accerſitus ſum multa Prioꝝ Anglarienſiũ humanitate per nũtium & lr̃as: vt eo me cõferam initurus cũ eis conſilium de nouo conſtruẽdo abbatiæ noſtræ tẽplo, aut de vetere ampliãdo: idẽq; a nobis Abbas ipſe contẽdit: ſtatui vbi ſerenũ tẽpus arriſerit poſt tantã aquarum vim petẽtibus ſatiſfacere. Si tu quoq; mecũ venire volueris & comes & adiutor ad hoc pium opus

reſcribe: &

reſcribe:& mittam ad te iumentum:vt inde te ad Muſoleam recipias. Reuerſus Anglario:poteris pro arbitrio redire Florentiam. Hac vero exceptione te inuitamus:niſi veritus fueris itineris incómoda ob recentē valitudinem. Vale. Ex Fōte bono. Die. vii. Nouē. MDI. Monachis & cōuētui Sāctæ Mariæ Putei Stratæ. VI.

s Icut ægre tulimus obitū Venerabilis fratris nr̄i Vrbani Prioris & gubernatoris veſtri:quē magnopere dileximus:ita plurimū lætati ſumus ob veſtrum de integritate vitæ illius teſtimoniū. Reddat ei Dn̄s mercedē laborum ſuorum:& ſecūdū opera manuū eius retribuat illi. Nos itaq; qui & monaſterio ab Vrbano inchoato:& vobis paterna afficimur beniuolētia, ſuffecimus in locum defuncti. D. Petrum Pedemontanum eremitam noſtrū: quē vnanimes per litteras expetiſtis. Speramus ipſum ea moderatione fide religione præfuturū vobis, vt nequaq̄ ſitis deſyderaturi præſentiā mortui. Veſtrū erit ita ei obtēperare in oībus ac deferre:vt perpetuo apud vos perſeueret mutua parentis filiorūq; cōcordia. Scimus qm̄ pauperē quidem vitam geritis:& eſtis mendicitati obnoxii. Sed non propterea mœrētes ſitis:cū beatos appellet pauperes Dominus:& ipſe non habuerit vbi reclinaret caput ſuum. Si timueritis Deum, habebitis multa bona:& a fructu frumenti vini & olei multiplicabimini. Quod ſi aliena miſericordia vobis adhuc viuendum erit:gratias agetis Deo:ꝙ nimia rerum abundantia nō eneruauerit rigorem mentis veſtræ: nec animorum feruorem diſſoluerit. Dei cultus cui dicati eſtis:non terrenarum diuitiarum copiam ſed deuotionem ſed fidem deſyderat. Hanc ei exhibete, & paupertatem non formidabitis. Valete. Ex Fonte bono. Die. xviii. Nouēbris. MDI. Illuſtriſſimo Duci Sabaudiæ. VII.

a Vdiui iampridem: q̄ pio ſit animo in religionem noſtram amplitudo tua:q̄toq; ſtudio proſequatur inchoatum apud Taurinum, cœnobium Sanctæ Mariæ putei Stratæ noſtri Camaldulenſis ordinis. Quamobrem magnopere debeo tam religioſo affectui:maximāq; propterea adducor in ſpem āpliandi in eodē loco diuini cultus atq; augēdæ īdies regularis vitæ:te autore te duce atq; patrono:qui ſacra & cerimonias ſanctiſſime colere diceris: atq; in promerenda gratia diuina oēs actus tuos collocare. Cōmendo itaq; tuæ celſitudini. D. Petrum ſubſtitutum a nobis in locum defuncti Vrbani olim tui ſtudioſiſſimi, Priorem eiuſdem monaſterii. Præfecimus ipſum illi conuentui:nō ſolum qm̄ expetitus eſt cōmuni monachorum conſenſu:verum ēt ꝙ talem eū per multos annos, quibus ſacrā noſtrā Eremum incoluit experti ſumus:vtplurimum de eius moribus atq; doctrina fideq; erga ordinē cōfidamus. Erit mihi gratiſſimū, ſi cognita hominis probitate atq; īnocentia:non tam loci illius indigētiæ, q̄ tuis piiſſimis votis me ſatiſfeciſſe exiſtimaueris. Apponat manū ſuam diuina clementia imperfecto illi ædificio:vt creſcat in templum Sāctum in Domino:in habitaculum Dei:in ſpiritu Sancto. Vale. Ex Fonte bono. Die. xx. Nouembris. MDI.

Ludouico Abbati Sāctæ Iucundæ. VIII.

d Euitanda ſunt prouectis ætate incommoda, & minuendi labores:præſertim itineris:quod hyeme conficiendum ſit. Eſt enim ſenibus:vtpote effœtis & ſanguine exhauſtis inimicum atq; aduerſarium frigus. Itaq; ſi mutata tibi placuit noſtra ſententia:vt communi arbitratu differendum ſit in aliud com

modius atq; tutius tẽpus,quod dudũ decreueramus iter noſtrũ:videor mihi nõ male vtriuſq; imbecillitati conſuluiſſe.Qui me requiſierũt,excuſationem admittent:habita ætatis noſtræ ratione:& tẽporis inclementiæ.Cõmoratio iſthic tua ſicut tibi iucunda:ita & nobis eſt gratiſſima:vt ſenex cum iunioribus laudes nomen Domini.Eſt præterea vna cum doctrina in te coniuncta autoritas:vt tenerioribus atq; adoleſcentioribus,partim conſilio partim exemplo,prodeſſe plurimum queas.Si quid occurrerit quod tibi demandãdum ſit:vtar opera tua ſolita fiducia:cum ſis inexequendis rebus diligẽtiſſimus.Nos adhuc hic ſumus:nec ex Fonte bono ad cõſuetum receſſum noſtrum de more tranſiuimus.Vtrum ante natalem Dñi diem id facturus ſim:nondum ſtatui apud me. Capiam conſilium pro tempore:& ſicut permiſerit traditi mihi gregis cura.Dictum & enim fuit Petro.Si diligis me:paſce oues meas.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxv.Noueb. MDI.

Cæſari Epiſcopo Amerino.IX.

r Etulit mihi quẽ miſi ad te nuper cum litteris meis,q̃ moderate q̃ manſuete ſibi reſpõderis coram,ſuper his quæ acta fuerant in moniales noſtras Sanctæ Chriſtinæ:in quas tam acerbe acriterq; ſæuitũ fuiſſe audieram.Satiſfecit mihi haud parum optimus erga nos animus tuæ pietatis:cũ ſi quid egiſſe videatur ĩ præiudicium ordinis noſtri,alieno magis q̃ ſuo imperio id fecerit. Non iſthic ſolum mos hic inualuit:vt cedere oporteat ſpiritũ carni : vt ĩmutato & peruerſo viuẽdi ordine,regale ſacerdotiũ poteſtatibus inferioribus ſubditũ ſit. Sic fere vbiq; viuitur:& in talibus vita ſpũs noſtri,vt aut iuxta ſapiẽtis conſiliũ, quærere nemo debeat fieri iudex:niſi valeat virtute irrũpere iniquitates:aut clamandum ſit vnicuiq; Apoſtolorũ ſucceſſori ad Deum.Miſerere noſtri Dñe miſerere noſtri:qa multũ repleti ſumus deſpectione.Sed veniet,vt ſpo,haud ita multo poſt tempus:cum proiectis poſt tergum Dñi omnibus peccatis noſtris,vexata nũc ſupra modum atq; oppreſſa eccleſia ſecura ei ſeruitura ſit libertate.Impulſus frequentibus monialium illarũ querimoniis:vt quieti & paci monaſterii conſulam:mittendum ad eas cẽſui Vicariũ noſtrum.Quod vt facerẽ:colendiſſimus Protector noſter admonuit.Cõfidit enim magnopere in eius prudẽtia & fide. Si qua in re tuo fauore indiguerit:vt præſto ſis ei oro & obſecro.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvi.Nouembris.MDI.

Petro Barrotio Epõ Paduano.X.

s Atiſfeciſti mihi ad minimum quadrantẽ,pro arbitrio tuo:an pro voto meo,nõ dico.Siquidem quæ mihi tecum eſſe cõia exiſtimabam:voluiſti tu illa eſſe tm̃ mea.Accæpi enim nup tãtũdem pecuniæ tuo nomine:q̃tum in exẽplo chirographi Petri corboli continetur.Voluiſſe te arbitror habere rationẽ temporum:quibus vbiq; fere egeſtas præmit.Cuius rei grã:tibi gratias ago. Accæptis nudius tertius poſt menſem vtiq; (id quod frequẽter nobis accidit) litteris tuis:miſi heri cõtinuo,quas tuis incluſas repperi Florẽtiam:ad Feſulanũ Abbatem.Si qd expetiſti volumẽ monacho noſtro dederit:faciã vt monuiſti p̄q̄libẽter.Improbari nõ potes:q; ſis in pquirendis libris diligentiſſimus. Quo.n.honeſtiore deſyderio duci potes:quã tibi vtiliorem ſuppellectilem cõparare:q̃ librorum multitudinẽ?Nam non ſolum ii ſenectutem oblectant:cum oĩ re vera ætati conueniãt:verum etiam in aduerſis ſolatium atq; adiumentum præſtant. Vt per

patientiam

patientiam (ſicut ait Apoſtolus) & conſolationem ſcripturarũ ſpem habeamus. Auguſtini vero libros,eos maxime quos nunq̃ videris:quales ſunt hi quos mo/do requiris:quis nõ cupiat videre,haud ſecus,q̃ deſyderet ceruus ad fontes aquarum,vt ĩde ſibi potum ſalutarem exhauriat:niſi qui ignorat penitus Auguſtinũ? Florentinus adoleſcens longe magis fortunatus fuiſſet:ſi inter domeſticos tuos, quod ſcribis te habuiſſe in animo,q̃ ſi in Pratenſe collegiũ fuiſſet admiſſus. Non damno tamẽ conſilium tuum:quare id factum non ſit. Neq; enim onerãda plus nauis eſt,q̃ ferre ipſa queat:ne ſubmergatur.Quo quidem onere vſq; adeo vel ĩ/uitus præmor:vt verendum mihi ſit ne aliqñ opprimar.Et enim non eſt pauco/rum cõmoratio iſta:ſed multoꝶ:nec expediri in his nemoribus atq; alpibus monaſteriorum noſtroꝶ negocia niſi per multos poſſunt.Spero aũt inueniſſe Florẽtinum patronũ eiuſmodi defenſorẽ cuſtodẽ:vt a te nihil ſibi defuturũ ſit:quod ei per te præſtari licuerit.Pro amouendo Capellano ſacerdote bis iã Romã miſi:& adhuc fortior me eſt:obſiſtẽte mihi ſæculari ptãte:& eccleſiaſtica mihi ibidẽ præbere auxilium formidãte.Miſi nouiſſime litteras Protectoris ad vtrũq; magiſtratum cõſcriptas.Si neq; hoc remedio quicq̃ profecerimus:alia aggrediemur via. Multiplicatas exiſtimo infirmitates tuas,non ideo vt tu ſcribis vt acceleres : ſed vt libenter glorians in infirmitatibus tuis:inhabitare in te ſentias virtutem chriſti.Purgato ſi in vlcus eruperit fœmore:accingeris gladio tuo ſuper illud potentiſſime:eructabitq; cor tuum copioſius verbum bonũ.Vale.Ex Fonte bono.Die xiiii.Decembris.MDII.

Ludouico Abbati Sãctæ Iucundæ.XI.

a Llatas ſcribis fuiſſe Florẽtiã lr̃as apoſtolicas:ſup futura abbatiæ tuæ ceſſione.Cupio,vt id futurũ ſit tibi fœlix fauſtumq;:proſitq; tibi ad prorogationem vitæ quæ nunc eſt:& futuræ adeptionem.Et enim ingraueſcẽte ætate non parũ conducet ad firmãdas & cõſeruãdas vires:cum leuatus fueris adminiſtrationis onere : & curis ac ſolicitudinibus ſolutus animus vacabit ſibi : vacabit Deo.Quid enim aliud innuunt abdicatio beneficii:depoſitio annuli:veſtimẽtorũ regulariũ ſuſcæptio:niſi confidentius poſſe dicere:vtpote veritatis cultorẽ & fraudis inimicũ.Ecce nos r̃liqmus oĩa & ſecuti ſumus te:Quid ergo erit nobis? Viam tibi certe muniſti tutiſſimã:per quã ingrediaris:per quã aſcẽdas in montẽ Dñi:& ſtes in loco ſancto eius.Obſeruare te his ſacratioribus aduẽtus Dñi diebus abſtinentiam in cibis:cũ reliquis iunioribus:maxime gaudeo.Nã licet præter ætatis rationem,quæ te ſuo iure ab hoc labore & obligatione vẽdicat facias: eo tamẽ gratum magis offers Deo ſacrificiũ:quo eſt gratuitũ,& voluntariũ non coactum.At ĩmemorẽ ipſum huius tuæ oblationis ne putes fore in referẽda gratia.Renouari iubebit vt aquilæ iuuentutem tuam:& pro hac tua victus continentia atq; moderatione produci dies tuos.Qui enim ſobrius eſt addit ad vitam:cũ multi perierint propter crapulam & ciborum ſatietatem. Eneruant nimirũ corpora ſimul & animos gulæ irritamenta:ac variarum epularum immodicæ voluptates:nec obedire atq; obtemperare permittunt rationi ſenſus:carnem ſpiritui. Vnde & Apoſtolus dicebat.Caſtigo corpus meum & in ſeruitutẽ redigo:ne forte cum aliis prædicauerim:ipſe reprobus efficiar.Eouſq; nihilominus continẽtiã tuã probo:ſi quẽadmodum in ſumendis cibis exceſſum caues:ita quoq; defectui

conſulas:& ne quid nimis. Regula enim mediocritatis vtraqꝫ extrema parte lõge præſtat:quam te arbitror ſtudioſius ſeruaturũ. Et præueniãt, inquit benigniſſimus pater in regula, de ſenibus loquẽs, horas canonicas. Habiturum ſucceſſorẽ tuũ te pro patre:futurumqꝫ erga te eiuſmodi, in quo nihil minus q̃ fidẽ & obſeruantiã deſyderaturus ſis:q̃tũ ego ex hoĩs moribus cõiicio:vereri nihil debes. Faciam tñ, quod hortaris, moneboqꝫ ipſum ex officio, vt officioſe vt grate vt pie ſe tecũ gerat:oĩaqꝫ ſtudia in te potiſſimũ tum ornandũ tum adiuuãdũ cõferat: quo autore tantum fuerit & dignitatis & cõmodi conſecutus. Orabo pro te vt petiſti, hac tamen lege, vt idem tu quoqꝫ viciſſim pro me facias. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxii. Decembris. MDI.

Hieronymo Priori. XII.

n On eſt timenda paucorũ factio, detecta præſertim:cum ſint plures nobiſcum q̃ cum illis. Malos male perdet Dñs:qui totiens admoniti redire ad cor præuaricatores contemnũt. Vexari ab huiuſmodi ꝑditis ac facinoroſis, boni ꝑmittũtur:ſed nõ ſuperari. Si cõſiliũ inierant cõtra maiores ſuos, cõtra libertatem atqꝫ ĩmunitatẽ ordinis, merito diſſolutũ eſt, depræhẽſis eorũ machinationibus. Audiãt infœlices Eſaiam proclamãtẽ. Væh filii deſertores:dicit Dñs:vt faceretis conſiliũ, & non ex me:& ordiremini telam & nõ per ſpũm meum : vt adderetis peccatũ ſuper peccatũ. Improbi, maledici, fraudulẽti, ſperare diuturnã impunitatẽ non pñt:neqꝫ longiorẽ cõtra timẽtes Deũ oppugnationẽ, vexationem ꝑſecutionẽ. Expimur quotidie clæmẽtiam Dñi:qui nõ deſerit ſperãtes in ſe:& de ſua virtute ac malignitate præſumẽtes humiliat. Quãtũ ſe erexerat ſtrumoſus ille, ac monſtrũ horrẽdũ? Coquinæ miniſterio, tanq̃ viliſſimũ mancipiũ, pãnoſus ac ſordidus, vti ſolitus:in tantã animi elationẽ atqꝫ arrogantiã excreuerat:vt oẽs deſpiceret:neminẽ præter ſe hominẽ exiſtimaret. Dñari iã familiæ atqꝫ ẽt prælatis ipſis cœperat cœnũ illud ac labes:Cuius cũ mores turpiſſimos audieris:q̃ fœdi, q̃ tetri, q̃ flagitioſi, q̃ obſceni fuerint:tĩnient aures tuæ. Hoc & alia huiuſmodi propinquiora exẽpla faciũt:vt tollerabiliora quæ procul fiũt mihi videãtur:atqꝫ me nõ vſqꝫ adeo ſcãdalizent. De probitate Vicarii nr̃i, eiuſqꝫ ingenii dexteritate, nihil mihi nouũ ſignificaſti. Feci enim de eo in talibus rebus, periculũ frequẽtiſſime. Eadẽ animi cõſtãtia res magnas & arduas ac laboꝝ plenas:qua ẽt puſillas ꝙ faciles gerit. Frontẽ eandẽ vultumqꝫ in magnorũ congreſſu præſefert:quem humilioribus ac tenuioribus exhibet. Nec facile ad alicuius pauet occurſum:aut tumultuãtem ſinit ſe gradu deiici. Paucorũ eſt hoc donum Dei:nec multos eiuſcemodi ſum expertus. Agat ei gr̃as pro talẽto ſibi tradito:vt addat͛ gr̃a capiti ſuo, & torques collo ſuo. Cæterum nihil mihi poſſet optatius cõtingere, q̃ qđ in calce ſcripſiſti epiſtolæ:iacta fuiſſe fundamẽta futuræ in loco iſto ædificationis nouæ. Impleat Dñs votũ noſtrũ, vt in tẽplo eius omnes dicant gloriã. Vale. Ex Muſolea. Die.xv. Ianuarii. MDII.

Conuentui Angelorum. XIII.

p Rofecturus a nobis cum eſſet Vicarius noſter:vt ſe cõferret Florentiam ad explorandum ſtatum cœnobii veſtri:& ſedãdas, quas audierat exortas fuiſſe inter vos contentiones:hoc præcipue illi mãdauimus : vt vacuo omni ꝑturbatione animo aggrederetur negociũ. Ita.n. fore:vt dirigerẽtur a Dño greſſus eius:ne in vacuũ cucurriſſet. Sciebã me illum ſupfluo admonere:quem noue

ram non

ram non eſſe accæpturum perſonam hominum. Admonui tamē:& ex abundan/
tia cordis os meū locutum eſt. Quare non miror:ꝙ fructus vberes,quales ipſi ſi
gnificaſtis,ex ſua viſitatione percæpit. Inſederat animis veſtris in aduētu eius ſu
ſpitio:ne nō recte foret monaſterio cōſulturus. Feciſtis poſtea periculū:q̄ modera
te q̄ religioſe q̄ iuſte rem veſtrā ptractauerit:vtpote qui nihil a vobis cōtenderet:
niſi vt idem diceretis oēs:& non eſſent in vobis ſchiſmata. Cōgratulor itaq; vo/
bis:ꝙ opera ipſius Vicarii ſublata fuerint diſſidia,qbus inu cē cōtēdere ac diſce/
ptare videbamini:reſtitutaq; per eū fuerit conuentui veſtro, Dño cooperante ac
ſermonē eius cōfirmante,pax vera & charitas fraternitatis. Iacta video fundamē
ta:qbus ſperare liceat,ſupædificādos vos in domos ſpūales:vt creſcatis in tem/
plum ſanctū in Dño:inhabitaculū Dei:in ſpū ſancto. Veniā igitur ad vos:& cito
veniā:non ſolū quia magnopere videmini expetere aduētum meū:verum ēt vt
vobiſcū gaudeā de profectu veſtro:ꝙ ſanā doctrinam ſuſtinueritis:nec a veritate
auditū auerteritis. Optimā ſane partem elegiſtis,quæ non auferetur a vobis. Be/
ne enim faciētes,ſi non defeceritis tēpore ſuo metetis. Futurus apud vos:niſi im
ber & nix deſcendens obſtiterint:poſt biduū,non ero prolyxior. Hoc tantū dixe
rim futurum me vobis ſi per vos nō ſteterit,ſemp indulgentiſſimū patrē:nec mi
nore fide ſatiſfacturū eſſe poſt hac Vicariū nrm,rebus vřis,monaſterii cōmodis,
ac religionis dignitati:q̄ mō experti ſitis. Valete. Ex abbatia poplenæ. Die. xxvii.
Ianuarii. MDII. Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XIIII.

Edit heri Baſilius noſter Bononia:cōſumato & abſoluto fœliciter ope/
r re:pro quo miſſus fuerat. Non ſolum enim confirmauit Comitiſſam il/
lam in fide & lenitate erga ordinem:verum etiam ab ea diſſentiēte pri/
mum ac repugnante impetrauit: vt ſibi liceret abrogata parum nobis fideli ab/
batiſſa,aliā ſubſtituere. Quod magna abbatis prudentia & ſagaci conſilio ac mo
nialium omnium pace factum eſt:quēadmodum eadem illuſtris Domina ſigni/
ficauit mihi:efferens Baſilium multis laudibus:ac mihi gratias agens, ꝙ ipſum
miſiſſem. Niſi tamen præceſſiſſent dignationis tuæ litteræ,non mihi perſuadeo,
illam adeo facile molliri potuiſſe:vt a me vltro requireret: quod diutius impu/
gnauerat. Benedictus Deus:qui aliis plantantibus,rigantibus aliis,tam pio ope/
ri incrementum dedit. Cæterum reuerſus ad nos Baſilius Abbas ex confecto,cū
ſingulari ſui cōmendatione atq; ingenti honore ordinis itinere:longe indignio/
re q̄ promeritis nuntio,in ipſo ſtatim monaſterii ingreſſu excæptus eſt. Et quaſi
lapidatus pro bono opere audiuit ab occurrentibus impetraſſe Cardinalem me/
dicem abbatiam ſuam. Hanc mœroris materiam facile (vt eſt fortis & acris ani
mi) diſiecit in nullo ſibi cōſcius,ꝙ male abbatiam adminiſtraſſet. Confidit præ/
terea mirum immodum in te Domino ac patrono ſuo pientiſſimo:ꝙ nō ſis paſ
ſurus,eripi ſibi beneficium: quod magna effuſa pecunia ex alio eiuſdem ordinis
Domino vendicatum ab ipſo fuerit in libertatem. Deſudantem mecum in agro
Dominico tale reuera præmium dedecet. Cumulari beneficiis amplioribus me
retur:nō permitti,vt ipſius incōmodo alterius cōmodū augeatur pellaturq; cœ/
nobio ſuo,q aliena nititur cōſeruare. Vt indemnis cōſeruet̃ pro tua curabis pieta
te. Maiores vero mihi gr̃as,q̄ pro rei ipſius merito,agere dignata ē āplitudo tua.

Exiguũ quid ad te miſſum eſt:cuius totũ eſt id,quod videmur poſſidere.Nec qm̃ aduerſantur (vt ſcribis) protectoribus tẽpora:ideo hactenus deſtitiſti:qn promptè ac libere impleueris munus tuũ,aſcẽdẽs ex aduerſo pro Camaldulẽſi ordine. Ago ego viciſſim gratias tantæ tuæ benignitati. Sarſinatem ep̃m debita proſequor pietate.Eſt.n.mihi ſatis cognita hoĩs ĩtegritas.Si qua in re modo videmur diſſentire inuicẽ:iccirco accidit:ꝙ tueri ambo iura,ille ep̃atus, ego generalatus, ex cõſciẽtiæ obligatione cõtendimus.Nos ad Sãctũ Ioãnẽ iter parras:quæ eccleſia eremo nr̃æ vnica eſt:ius cõferẽdi eccleſiã Sãctæ Mariæ de Vignola pertinere aſſerimus.Ille ecõtrario ſibi cõpetere collationẽ eiuſmodi arbitrat̃.Subiecti parrochiani plebi illi,precãtur:ne collationẽ,cum freqũẽter alias,tum nouiſſime per Vicarium noſtrũ factam,irritari ac reuocari permittam.Vbi tamẽ mihi conſtiterit:potiora eſſe epiſcopi q̃ noſtri ordinis iura:tum hortatu dignationis tuæ,tum ratione ipſa conuictus:ſtatim cedam.Vale.Ex monaſterio Angelorum.Die.xix. Februarii.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XV.

S Olicitus eſſe iam cœperã pro dilatione reditus eius:quẽ ad te cũ libro & litteris miſeram.Et ecce nudius tertius cõuenit me Florentiæ:redditq́ꝫ mihi litteras tuas,quibus certior fiebã,accæpiſſe te librum læto animo:peruenniſſeq́ꝫ illæſum in manus tuas.Triduo ante alteræ tuæ quadrageſimo die ante conſcriptæ,perlatæ ſunt ad me.Vtreq́ꝫ gratiſſimæ,licet tardiores. Reſpondebo paucis:qm̃ re vera in hoc Angelorum monaſterio habitanti, parũ mihi supereſt ocii:cũ & in medio vrbis ſit,& negocia plura nõ deſint.Tẽpora in quæ ĩcidimus, ſunt re vera eiuſmodi:qualia ſignificaſti:grauia vtiq́ꝫ,& periculorũ ac ſuſpitionũ plena.Nam vt alia obmittam:profectio Põtificis adeo inopinata ex vrbe,multorum animis admirationem iniecit:quem affirmãt cum Cardinalibus compluribus Plombinum applicuiſſe.Quo conſilio qua mente propriam ſedem reliquerit,vt peregre proficiſceretur:a multis multa dicuntur:quos tamen rei veritas latet.Non leui aut inani de cauſa ſuſcæpiſſe Pontificem hoc tempore peregrinationem iſtam:omnes pariter conſentiunt.Præſtolabimur auentũ rei:qui vtinã fœlicior q̃ pro expectatione futurus ſit.Habeo gratiam dignationi tuæ : ꝙ Florentinum adoleſcentem in collegio Pratẽſi cõſtitueris : ꝙq́ꝫ ipſum paterna monueris caritate:vt incumbens ſtudiis,ẽt honeſte viuat.Adieceris vt ſpero,ſtimulos bene animato,vt vtrũq́ꝫ adiuuãte diuina clæmẽtia exequatur.Beatus enim homo,quẽ tu erudieris Domine.Et de altero quoq́ꝫ ſcriptum eſt.Et ſcio:quia nõ poſſum eſſe continens:niſi tu dederis.Bononienſe negociũ,vt a prolyxiore narratione mihi parcam,fœliciſſime per hos dies conſumatum eſt:abrogata abbatiſſa, quæ cornua erexerat in nos:& ſacerdote nõ ſolum amoto,verũ etiam in vincula cõiecto, ac paulopoſt vrbe ipſa deturbato:iuſto ſane Dei iudicio,qui reddit vnicuiq́ꝫ iuxta opera ſua.Lætor plurimum ꝙ abũdantius q̃ petieras factus fueris compos voti. Vnum requiſieras:& tria ſimul volumina accæpiſti,menſura bona & conferta.Et impletum eſt illud de Euangelio.Omni habenti dabitur & abũdabit.Compleuit Dñs deſyderium tuum:qm̃ erat honeſtiſſimum ac religioſiſſimum.Acceſſiſſe tibi ad ea,quæ prioribus lr̃is conſcripſiſti,ĩcõmoda,cum pruritu oculorũ,ẽt lachrymarum defluuiũ:moleſtiſſime didici.Nam vt reliquas cauſas prætermittã:quas

facile per

facile per te ipſum potes coniicere:hoc cogito in præſentia:minus gratā tibi fu/ turam Auguſtini ſermonū quos miſi lectionē:cui incubueris infirmioribus ocu lis.Sed qn̄ plus deformitatis q̄ nocumenti hæc infirmitas affert, tolleranda eſt æquiore animo.Et audire ēt legentē alium,tibi licuerit:ne oculorum acies leda/ tur.Clauſis quoq; luminibus,quod aure pcipitur,tenacius memoriæ inſidere con ſueuit.Det tibi nihilominus Dn̄s:vt lumen oculorū tuorum & ipſum ſit tecum: ſicut ſunt oculi mentis tuæ ſemper ad Dominum.Ac profluentem humorē com peſcat,qui linitos humore ſputi oculos cæci nati apuit:vt id quod maxime opto oī penitus vaces moleſtia.Vale.Ex monaſterio Angelo℞.Die.xxi.Februa.MDII.

Ioanni Cardinali de Medicis.XVI.

d Iu eſt ꝙ nulla mihi oblata eſt occaſio ſcribendi ad dignationē tuā.Non tm̄ propterea accidiſſe putes:vt vllo vnq̄ tēpore oblitus ſim tui : cuius memoriā cū ſingulari pietate ac veneratione,hactenus ſeruaui & colui. Neq; enī poſſum nō meminiſſe benignitatis Dn̄i mei,& oīs māſuetudinis eius:quā p ali/ quot mēſes itineris illius comes,cū primū ſe in vrbē contulit,expertus ſum. Fre tus itaq; mō humanitate tua,& exiſtimās viciſſim nullo tēporis interuallo licet magnū interceſſerit:nulla locorū diſtātia:me tibi penitus excidere potuiſſe:atq; aīo elabi:paucis mō tuæ amplitudini ſcribendum duxi.Scire te optime arbitror Dn̄e colēdiſſime,q̄ mihi & rebus meis fidelis extiterit Baſilius Abbas & Vicari/ us meus.Quātū vero ipſe præ cæteris pro ordine ſuo deſudauerit,nullū neq; la borē neq; periculū veritus:ſum ego re vera optimus teſtis.Miratus ſum iccirco plurimū:vexari mō abbatiā ſuā Sācti Fœlicis:quā dicūt fuiſſe a tua Dignatione impetratā.Quo ipſius merito:qua culpa hoc Baſilius patiatur:me penitus latet. Exturbari de beneficiis ſuis vtplurimū prælati cōſueuerunt vel malæ tractatio/ nis cā:vel delicti alicuius ac facinoris ppetratione. Et quidē ſi de adminiſtratiōe eius agitur,nunq̄ fuiſſe accuratius gubernatū cœnobiū,parrochiani illius oēs te ſtes ſunt.Viget in eo diuinus cultus,pluresq; ibidē monachi īmorātur,q̄ pro exi/ guitate prouētuum.Si de vita,& fama eiuſdem eſt controuerſia:ne meum ſit pro eo ſuſpectum teſtimoniū:quæ eſt vrbs,aut oppidum in Thuſcia (vt de remotio ribus ſileam) quod ignoret Baſilii nomen prudentiam probitatem virtutem,fi/ dem?Quæ cum ita ſint:precor te per pietatem:ne alicuius ſuggeſtione ac frau/ de perſuaſus,in Baſilium extendas manum tuam:Baſilium inquam ſeruulū tuū, ac tuæ amplitudinis cultorem certe ſtudioſiſſimum.Nouit ipſe ſua omnia ſeq; in tua eſſe poteſtate.Cum ſuo tamē dedecore,aut alicuius malignitate:priuari ſe be neficio:ſua præſertim opera redempto:atq; ordini Camaldulenſi magnis ſum/ ptibus reſtituto:neq; ipſe,qui negligit minime famam ſuam:neq; ego,qui tueri ex officio immunitatem ordinis teneor:facile pati poſſumus.Erit itaq; clæmen/ tiæ liberalitatis manſuetudinis tuæ:non modo non permittere vexari nos : qui tui ſemper fuimus ac futuri ſumus:qui te ſemper patrono vſi ſumus:verum po/ tius fauoribus proſequi ſeruulos tuos,atq; omnem pariter congregationem Ca maldulenſem.Et cum omni tempore diligat:qui amicus eſt:non facile debes a tuo pio ingenuoq; inſtituto deficere:qui nunq̄ fuiſti de me de religione mea nō optime meritus.Vale.Ex monaſterio Angelorum.Die.xxiii.Februarii.MDII.

Venturæ Vicario Congregationis.XVII.

a Nteq̄ mittendum decreuiſſem Antonium Venetias:ſignificatum mihi fuerat:Euſebium nr̄m grauiter ægrotare.Quotidie fere,quéadmodum nouit Dn̄s,oraui pro eo in celebrationibus meis:deprecatus faciem Dn̄i in toto corde meo:vt ad honoré & cõmodum ordinis,diuturnioré illi vitam elargiri dignaretur:& diebus eius non ſolū quindecim,ſicut Ezechiæ,verū etiā longe plures annos adiiceret.Vbi vero nudius quartus ex itinere longiore ad me rediit:ac in primo ſtatim cubiculi ingreſſu demigraſſe ipſum nūtiauit:cõtriſtatus ſum valde:non ignorans quātam feciſſet iacturam Camalduléſis religio:q̄tunq; in ea lumen fuiſſet extinctū.Licet enim vobis potiſſimū tanta viri virtus eluxerit : ſuos tamé radios etiā circa alpes,odore bonæ opinionis vitæ eius,atq; imprimis ſingularis eminétiſq; doctrinæ exiſtimatione,iāpridem diffuderat.Quæ qm̄ vobis omnibus iſthic degétibus erat notiſſima:fruſtra a me impræſentia explicaretur. Ego,vt ſummatim dicā,neſcio:an vllum illo doctiorem agnouerim.Quo fit:vt nequāq̄ admirer:ſi ī eius obitu lachrymati ſunt multi:tum diuerſorum vt ſcribis ordinum religioſi:tū patritii ac nobiles viri:qui eius cõſiliū pro numine admittebant.Mitis præterea naturæ cum fuerit:& humilis corde:non ímerito ſibi amicos multos parauerat.Qui tanto acerbius illius mœrerét deſyderio:q̄to ſuauius eiuſdem cõſuetudine oblectari conſueuerant.Sed qn̄ conſtitutus aduenerit terminus:qui præteriri non potuit:agamus Deo gratias:q; ſicut pie ac religioſe vixit: ita & mortuus eſt.Erit memoria eius in benedictione:qué ſperare licet tranſlatū fuiſſe in gloriam ſanctorū.Multis profuit cõſilio & doctrina.Metere nūc illum in exultatione,quod ſeminauit,redditāq; ei fuiſſe mercedé laborum ſuorū:haud temere pro comperto haberi poteſt.Orabo nihilominus pro defuncti requie:ſicut pro ægrotantis incolumitate deprecatus ſum.Vos quoq; vt idé faciatis nõ eſtis admonendi:quibus ille ſemp fuit q̄ cariſſimus:ac de monaſterio iſto optime meritus.Verum de hoc alias pluribus tecū vtar.Vale.Ex monaſterio Angelorū.Die xxiii.Februarii.MDII.

Frācíſco Picolhomineo Cardinali Senéſi Prote.XVIII.

s I linguis hominum loquar & angelorū:& ſi habuero prophetiā:& cætera omnia,quæ enumerat Apoſtolus:caritaté autem non habuero,nihil ſum.Hac nimirū impellente ſcribo nunc ad Dn̄m meum pientiſſimū: & eo quidé prõptius ac fidétius ſcribo:quo faciliore mihi impetrationé pollicetur tum ínata ipſius māſuetudo tum ardétiſſima caritas:præſertim cū mihi nunq̄ inexorabilis fueris.Adiit me hodie capellanus Sācti Petri maioris Venerabilis abbatiſſæ eiuſdé monaſterii ac totius cõuentus noīe:multiſq; a me precibus contendit:vt ſupplex peteré a tua amplitudine,ne vltra tam diuturno tam moleſto interdicto obnoxiæ grauarentur.Magna inquit ac ſingulari ſpe totus ille monialium cœtus te interceſſoré apud clæmétiſſimum patré & Dn̄m expetunt:qn̄ hn̄t pro cõperto:valere te apud ipſum gr̄a.Orant vt ſui miſerearis:qm̄ per qndecim & eo amplius méſes (iuſte quidem,q̄tum ad cām interdicti ſpectat:dure vero,ſi monialiū conſideretur īnocentia,quæ culpa vacant) nec celebrationi miſſarum intereſſe potuerūt:neq; cõfiteri pro more,aut ſacroſanctā cõionem accipere.Contabuerunt mœrore vltraq̄ credi poſſit:non ſolū animis,verū etiam corporibus,

tanq̄ vaſcula

tanq̄ vaſcula infirmiora languẽtes. Si hoc opus effeceris: futuræ ſunt tibi, atq; im
primis Dño ipſi indulgentiſſimo mirũ ĩmodum obligatæ. Expoſitis in hãc ſen/
tentiam matris ac filiarũ mãdatis: nõ potui auertere faciem meã ab eis. Abſit aũt
a me: vt cõtra Dñm meũ ab eo quippiã poſtulẽ: pro quo exponere quicquid va/
leo, q̄tuluncũq; ſit illud ſicut debeo ſemper paratus fui. Quia tñ nihil in te ſplen/
didius vnq̄ enituit clæmẽtia & caritate: & miſerationes tuæ ſuper oĩa opera tua:
magnã mihi præſeferre diffidentiã viderer de tua benignitate: ſi rogatus a ſan/
ctimonialibus recuſaſſem obſtinatius piis illarũ ac ſalutaribus votis obtẽperare.
Pro aliis hic interdictis eccleſiis nihil peto: qñ tu re vera iniuſte poteris non ille,
quæ permittẽtibus ita canonicis ſanctionibus, ob neglectã iuſtitiã, tali haud iniu
ria mucrone feriũtur. Pro his vero ſacris virginibus, nõ ſum veritus interpellare
dignationẽ tuã: non ſolũ, q̄ hoc efflagitãt q̄ enixiſſime: verũ ẽt qm̃ ſũme illis cõ
patior. Et nimirũ ſic opinor: prorſus ſic futurũ ſpero: longe magis profuturũ ſa/
crũ illud collegiũ ſuis orationibus cauſæ tuæ: vbi eas præueneris in benedictio/
nibus dulcedinis: q̄ cõtinuato ĩterdicto. Quãobrem precor per Dñm Ieſum: quo
permittẽte nõ tu ſolus ſed tota vexatur chriſtiana res publica: vt iuxta manſuetu
dinem tuã reſpõdeas ancillis tuis, reſpõdeas ſeruo tuo, verba bona, verba cõſola/
toria, tuoq; iuſſu aut ſuſpẽdatur ad tẽpus interdictũ monialibus, vt cõfiteãtur no/
mini ſancto Dei: & gloriẽtur in laude eius: aut (quod magis optãt) cumulato be
neficio penitus tollatur: vt gaudium illarum ſit plenum. Vale. Ex monaſterio An
gelorum. Die. ii. Aprilis. MDII. Venturæ Abbati Sãcti Michaelis Murani. XIX.

Væ de obitu Euſebii Hiſpani ſcripſiſti ad me: legerũt multi: admirati/
q q; ſunt mecũ magnopere ac lætati: petieruntq; a me lr̃arum tuarũ exẽ/
plar. Fœlicem ſane eius migrationẽ exiſtimauimus: ac prætioſam in cõ
ſpectu Dñi mortẽ ſerui eius. Imbecilliori quidem fuit corpuſculo, ac debiliori ſto
macho: vt nõ quierit propterea oẽm vitæ regularis diſtrictionem ſeruare. In reli
quis vero, q̄tum mihi animaduertere licuit, neſcio an vnq̄ depræhẽderim offen
diſſe ipſum quempiam aut facto aut verbo. Viſus eſt mihi ſemper adeo mitis: vt
oẽs diligeret: odio haberet neminẽ. Quo factũ eſt: vt inſignis pietate, ĩſigni mor
tis genere reddiderit animã Deo: cũ vt ſcribis cõteſtatus ſit prius clara voce cru/
cifixum, quẽ manibus tenebat, ſe per merita paſſionis eius factũ fuiſſe de familia
ipſius Dñi Ieſu: & ereptũ de ptãte inimici. Illud vero imprimis mirabile extitit:
q̄ per dies ſexdecim, anteq̄ efflaſſet ſpũm, nihil aliud in cibũ ſumpſerit: præterq̄
ſemel tãtum dimidiũ ciatum liquoris. Excedere tam diuturna abſtinentia huma
num modũ videtur: cuius rei exẽplum ex aliorum obitu ſanctorũ non mihi faci/
le ſuccurrit. Flãma præterea ignis viſa ſuper cœnobiũ Sancti Michaelis illis die/
bus: & petita a præſentibus humiliter venia: & cõſtitutus procurator, vt eandẽ ab
abſentibus peteret ipſius noĩe: inſuper & lachrymarũ effuſio: & obſecratio ad Ab
batem, vt attritis ac vilioribus pãnis indutus in cõuerſorũ recõderetur ſepulchro:
adhæc crebra viſio demonũ ſe tentãtium: & poſtremo ne ſingula recẽſeam, quæ
tu enumeraſti ineffabilis illa interior lætitia, quã per eos dies ſe ſenſiſſe affirma/
uit: magna nimirũ ſunt ſigna & minime cõtemnenda ſingularis erga illũ diuinæ
gratiæ: ac cœleſtis erga Euſebiũ & nomine & opere pium largitatis & muneris.

Hinc ego haud temere coniicio:ipſum ex hac mortali vita ad ímortalitatē fuiſ/ſe tranſlatum:vbi ſempiterno æuo beatitudine perfruatur:reddita ei mercede laborum ſuorum.Quod vero ſeorſum in ſepulchro nouo reponendū cadauer eius laicus quidam ſuis ſumptibus curauerit,cómendanda eſt hominis pietas fideſq;. Impleto ſemel per Abbatem defuncti deſyderio:impleta ſua ad illum ſpóſione: ſi quid per alios poſtmodū decretum fuerit,non ſine Dei nutu atq; inſpiratione id fuiſſe factum credi poteſt. Verum de hoc latius coram,cum placuerit Dño,in/uicem conferemus. Vale.Ex monaſterio Angelorum.Die.viii.Aprilis.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XX.

h Aud moderate ſe tecum geſſit:qui ad te volumen ſermonū Sancti Au/guſtini pertulit.Pecuniá ei ſufficientē ét ad reditum dederam:vt ne quadrante quidē potuerit indigere:ne dum duobus nūmis aureis.Sed qñ ſic placitū eſt tibi:corripere quidē illum poſſum,ꝙ eos accæperit:te aūt pro hoc liberalita/tis exceſſu nec debeo nec poſſum.Quas miſiſti per eundē nuntiū binas lr̄as tuas: iis reddendas curaui:quibus erant cóſcriptæ.Vtrū reſpóſum dederint, neſcio. Si oculorū defluuio ac lippitudine minus vexaris:bene eſt.Vt cures penitus libera/ri,& hortor,& obſecro.Deeſſe tibi remedia,ac medicorū cóſilia nequaq̄ mihi p/ſuadeo:qm̄ non in mótibus atq; in ſolitudine habitas.Supereſt:vt iis tátiſper vti velis,donec conualeſcas:atq; ab illis abſtineas,præſertim a nimia lectione : quæ obeſſe eiuſmodi infirmitati ſolent.Et forte occupationes aliæ,quibus ſatagere cogeris circa frequens miniſteriū,ſicut mentem præmunt:ita illud morbi genus leuant:non ſinentes te intentā vnum in locū oculorū aciem diutius figere.Reſpondiſſe autem te primo quoq; tépore litteris meis:ſemper agnoui:cum haud ſecus hunc mecū morem celerius reſcribēdi hucuſq; ſeruaueris:ac ſi te iuramento ob/ſtrinxiſſes ita ſeruaturū.Non ſic ego,non ſic:qui tā & ſi multū negligens non fuerim:a te tn̄ facile ſuperatus ſum.In quo nihilominus cógreſſu cedo tibi qlibentiſſime.Conabor autē tuis inhærere veſtigiis:& ſi non pari,haud multū tn̄ diſtanti paſſu currere:ne mea negligētia merito te efficiat tardiorē.Labores mihi procul dubio vel in ſolitudine,minime deſunt:ſed lóge grauiores in ciuitatibus tollero: probans quotidie,ac experiméto diſcens:artē eſſe artiū regimen animarū. Sen/tit onera alius alio grauius:pro méſura virium.Ego adeo huiuſmodi præmor: vt re vera oppido laſſus ſim.Præſto ſit mihi Dn̄s:ne ſuccumbam.Pótificis,inopinata traiectio Plumbinum vſq;,nobis quoq; admirationi fuit:cum prius eo ap/plicuiſſe nuntiatū ſit:q̄ ſciretur,ipſum eſſe venturū:nec adhuc affirmatur,quā ob cauſam aduenerit.Suſpicabātur per eos dies multi:illum eſſe vlterius progreſſu/rum.Sed inde vt noſti haud ita multo poſt Romā rediit.De tractatione vero nouorum Cardinaliū nihil hic quod ſciam allatū eſt. Qui ſi vt ſignificas te audiſſe duodecim futuri eſſent,multiplicati forēt ſuper numeꝝ.Defuturos tn̄ nequaq̄ puto:qui ambiant,& qui ad currendū ad brauiū ſe accingant:idq; non equorum vectionibus ſed nūmorum oblationibus.Plūbinum ob aduentū Pontificis,ſatis appoſite plumbo illi de quo Zacharias meminit comparaſti.De quo nihil repero: cm̄ nuſq̄ me legiſſe recolo. Vbi plūbum aliud q̄ malum aliquid ſignificet in diuinis ſcripturis.Super plūbum inquit quid grauabitur?Quid ſequatur non ignoras.Alia

ras. Alia quoq; huiuſmodi ſunt tibi notiſſima. Plūbea mihi iccirco videntur hæc tēpora: quibus nihil grauius, nihil moleſtius: iāpridem fuit. Mirari ſatis nequeo Bernardinū de quo ſic bene meritus es, parū videri accæpti abs te beneficii memorem eſſe. Quod pro ſingulari munere futurum illi fuiſſe putaueram: vt te ſæpius conueniret erudiēdus atq; inſtituendus monitis tuis: hoc ipſum vt contemnat minus æquo animo fero. Si euenerit hoc anno: qđ nondū ſtatui, vt Patauium me cōferam, monebo hominem, vt ſibi prudētius conſulat. Vale. Florentiæ. Die ix. Aprilis. MDII.

Benedicto Abbati Balnei. XXI.

a Vdio te appoſuiſſe manus ſacello maiori eccleſiæ conſtruendo. Quæ res mihi admodū placuit. Erit enim opus accæptū Deo: & gratum hominibus. Licet nanq; in tēplis non manufactis libentius inhabitet (templū enim Dei ſanctum eſt quod eſtis vos) oblectari tñ ipſum non abſurde credimus decore domus ſuæ, & loco habitationis gloriæ ſuæ. Hortamur itaq; te ad perficiendū opus. Vbi enim abſolutum fuerit tua diligentia & cura: frequētius & numeroſius eo ſeſe cōferent laici: & tu cum monachis domeſticis reddes in eo iucūdius altiſſimo vota tua. Nec dubites defuturū tibi cœleſte auxilium pariter & humanum. Vbi nanq; cœperis conari pro viribus: excitabit Dñs oppidanorū atq; aduenarū corda ad ferendū opem: & quod minus ipſe potueris eo autore ſubminiſtrabitur tibi. Viſurus es vt ſpero alium pecuniā, alium cementa, hunc ligna, illum lapides ad conſtruēdam ædē, dilectūq; tabernaculum Dñi virtutum, prōpto animo allaturum: vt confecto poſtmodū opere, īuocetur in eo nomen Dñi: accēdat thimiamia & incenſum: offeraturq; hoſtia ſalutaris in odorē ſuauitatis Dño. Superfluo vt arbitror hæc ſuggeruntur tibi: vtpote aīato per te ipſum ſatis, ac non ſegniter excitato. Sed ex abūdātia cordis os loquitur. Quāobrem viriliter age: & cōfortetur cor tuū: vt quod voto cōcæpiſti, opere cōpleas. Quod erit mihi quoq; mirifice gratū. Vale. Florētiæ. Die. xiii. Apri. MDII.

Ioāni Cardinali de Medicis. XXII.

n On ſum falſus mea de te opinione Dñe colēdiſſime: neq; fraudatus atq; confuſus ab expectatione mea. Experimēto didici ex humaniſſimis lr̄is tuis: eſſe te minime implacabilē: quin potius īnatæ cuiuſdā facilitatis ac manſuetudinis. Memorē te eſſe indicas apoſtolici præcæpti. Nulli malum pro malo reddētes: neq; maledictū pro maledicto. Illū imitaris, de quo ſcriptum eſt: ꝙ cū malediceretur non maledicebat: cū pateretur, nō cōminabatur. Non ſurdis videris audiſſe auribus Dñica hortamēta. Diſcite a me: quia mitis ſum: & humilis corde. Atq; vtinā etiā quod ſtatim ſequitur in tua dignatione impleatur. Et īuenietis requiē animabus veſtris. Quod facile credi pōt, & pro cōperto haberi. Super quē, inquit, requieſcet ſpūs meus: niſi ſuper humilē & manſuetū & trementem ſermones meos? In ea cōſtitutus dignitate: quæ eſt ſupremæ proxima: nullā prætefers elationem, faſtum nullū, neminem deſpicis, neminē contemnis: qm̄ in humilitate tua memor fuit tui Dñs: & ī eadē ſolium tuū ſubleuatū eſt. Propterea futurū ipſum ſemper tecū arbitror: cuius eſt cū humilibus conuerſatio: cui humilium ac māſuetorū ſemper placuit deprecatio. Mirū itaq; mihi non eſt: ꝙ motus vt ſcribis lr̄is meis: cœpiſti loqui de Baſilii noſtri negocio verba bona verba cōſolatoria: & quod prius fixū animo inſederat, in cōſultationē reuocaſti. Ad pficiē

dum itaq; tam pium opus:non deerit etiã nũc meum pro Baſilio patrocinium: immo veniæ imploratio apud amplitudinẽ tuã. Non.n.ipſum oĩno mihi defendendum ſuſcæpi:cõtra quem iura clamant:ne excuſari funditus queat. Eſt tñ aliquid:quod ad nõnulla obiecta illi crimina reſpõdere,me caritas cõpellit: vbi præſertim non deſit auditus,cui effundã ſermonẽ. Noſti Dñe colẽdiſſime, neminem eſſe ſine delicto:cũ humana imbecillitas Dñio peccati ſubdita ſit. Multum tñ diſtare arbitror inter eos,qui ſciẽter ac prudẽter errant:& eos qui ignorãter incauteq; labũtur. Illi vix promerẽtur veniã,cum iſtis vtplurimũ miſericordia debeatur. Non enim oẽs bonorũ & malorum diſcrimen agnoſcũt:non oẽs periti iuris Pontificii ſunt. Pauci de multis legerunt. Arma noſtra,orõnes ſunt & lachrymæ. Paucis notũ eſt decretum illud. Quicũq; ex clero videntur eſſe:arma militaria nõ ſumant:nec armati incedãt:ſed profeſſionis vocabulũ religioſis moribus & religioſo habitu præbeant. Quod ſi cõtempſerint:tanq̃ ſacrorũ canonũ contemptores & eccleſiaſticæ autoritatis prophanatores,proprii gradus amiſſione mulctẽtur:quia nõ poſſunt ſimul Deo & ſæculo militare. Non oẽs,inq̃,iſta nouerunt. Sicut enim haud facile auricalcũ ab auro procul diſcernitur,& nũmi adulterini veris ſimiles ſunt:ita vitiũ a virtute quadã ĩterdũ ſimilitudine,ab omnibus nequaq̃ diſiungitur. Cautum ſiquidẽ,dicimus formidoloſum:quietũ,inertem:liberalem,prodigũ:fortẽ,temerariũ:cõſtantem,obſtinatũ & durum. Quod ego in Baſilii facto apertiſſime cõperi. Quãdo enim in agro Caſentinate,illa edebat opa:totus illi populus acclamabat:oẽs eum laudibus ferebãt in cœlum. Aderã ego tunc Florentiæ:vbi vix inueniebatur:qui obloqueretur de eo:qui illi obiiceret canonicas ſanctiones:qui recordaretur prophetæ,dicẽtis. Væh,qui dicitis bonũ malum,& malũ bonum. Vbi vidit Baſilius,ab exercitu occupari Caſentinatẽ agrũ,& frequẽti populatione tum Camalduli tum vicinoꝝ bona vaſtari : cohiberi non potuit, quin ſeſe defenſioni accingeret:arbitratus iccirco obſequiũ ſe præſtare Deo:ſi infeſtas acies pro viribus,ppulſaret. Hac imagine ſpecieq; virtutis decæptus: a vera iuſtitia deflexit. Sed eſto non oĩno ignorauerit:nõ licuiſſe religioſo homini arma ſumere. Tecũ,obſecro,Dñe colendiſſime hoc reputa,qũo integrum Baſilio fuerit:imperãti excelſo Dñio obſtinatius reluctari:cuius autoritate atq; amplitudine ſuperatus,ẽt anathema fieri pro imperante non recuſauerit? Non inficior præferendũ fuiſſe humano diuinũ imperiũ:& obediendũ Deo magis q̃ hoĩbus. Sed extenuat meo iudicio factũ,facientis intẽtio:qñ non aduerſus quos,ſed pro quibus arma capiat:potiſſimũ cogitat. Deniq; venia indignus non vſq;quaq; videtur:ſi exiguus mus,maieſtati leonis imperantis ceſſit. Non.n.ſe vltro ingeſſit: nec temerario auſu ſpõte optulit operam ſuã. Sed cũ eius probitas atq; induſtria in ſæcularibus negociis,ac nõ parua etiã de illo apud Caſentinates exiſtimatio & gratia diuulgaretur:reqſitus ac iuſſus ſuam Dñio exhibuit ſeruitutẽ : non vt vos ĩpugnaret ac lederet,ſed vt iſtis obtẽperaret:cũ eſſet ſubditus illis. Siue igit' ignarus iuris,errore decæptus eſt:ſeu,qd magis credo:vi coactus,obiuſſionẽ terrenæ poteſtatis:præfuiſſe illi bello viſus eſt:excuſari factũ omnino nõ põt:animus certe cõtra vos vel ex parte põt. Abſit autem a Dño meo:vt delatoribus aures præbeat:gloriatũ fuiſſe Baſiliũ:ꝙ te tuoſq; oẽs vt ſcripſiſti,tanq̃ particulares ſibi inimicos popoſcerit.

micos popoſcerit.Nõ agnoſco illũ tam ingratũ tã ẽt vecordẽ ac demẽtẽ: vt ad/
uerſus eos:q de ſe optime fuiſſent meriti:nulla eoꝝ laceſſitus iniuria,in verba in
temperãtiæ ac temeritatis procaciter erũperet.Sed cũ nõ deſint:qui exiſtimatio/
ni & famæ ipſius inuideãt:falſo apud dignationẽ tuam criminatũ fuiſſe nõ dubi/
to.De te deqꝫ domo tua nunq̃ non reuerẽter non honorifice (quod ego audierĩ)
locutus eſt:ĩmo haud ſecus ac qlibet veſtri amãtiſſimus atqꝫ ſtudioſiſſimus.Quã
obrẽ cũ te inuitus offenderit Baſilius:ſit oro apud te facilis ignoſcẽdi locus. Pul/
ſus regno Dauid ab impio filio:pepercit ei tandẽ,& in gratiã illum recæpit.Ira/
tus cum fuerit Dñs:miſericordiæ recordatur:qm̃ miſerationes eius ſup oĩa ope/
ra eius.Decet te ſimiliter facere,vt ad lenitatẽ & mãſuetudinẽ natus naturæ tuæ
cõſuetudiniqꝫ inſeruias.Vbi abũdauit delictũ ſuperabũdet & gratia.Sufficiat Do
mino:vindicari ſe de ſeruulo potuiſſe.Sicut iraſci:quod aliqñ ẽt cõſtantem virũ
decet:potuiſti,ita exorari & placari te ſinas Dñe pientiſſime.Diligat manſuetudi
nem tuã:qui expertus eſt iram tuã.Arctius eum tibi deuinxeris:ſi in ip̃m vſus fue
ris clæmentia.Pro qua re tuã amplitudinẽ ẽt atqꝫ ẽt rogo.De me vero quæ tam
pio affectu ſcripſiſti non repeto:tum qa modũ exceſſi epiſtolæ:tum quia verbis
cõſequi vix poſſem:ſi tibi voluero pro meritis gr̃as agere.Imparẽ me nimirũ fa/
cit ad gratiarũ actionẽ iucundiſſimũ illud ac mihi gratiſſimũ ſuper aurum & la/
pidem prætioſum multũ,Dñi ac patroni mei teſtimoniũ:memoriam mei ſemp
animo ſuo fuiſſe impræſſam ex eo tẽpore quo pariter in vrbem profecti ſumus:
ac durante vita,nulla vnq̃ eſſe obliuione delendam.Taceo reliqua:quæ modum
certe meæ paruitatis excedunt.Quod igitur re:quod verbis non valeo,enitar ta
cita ſaltẽ cogitatione,tãtæ obligationi meæ ſatiſfacere:vt nullo mihi vnq̃ tpe ex
cidat tuoꝝ erga me meritoꝝ cũ ſingulari pietate recordatio.Vale.Florentiæ.Die
xv.Aprilis.MDII.

Venturæ Abbati Sãcti Michaelis Murani.XXIII.

i Nuitatus hoc anno cum eſſem redditurus Florẽtia in Fontẽ bonum ac/
ceſſi ad cœnobiũ Vallis vmbroſæ:biduumqꝫ apud generalẽ patrẽ ordi
nis peregi.Animaduerti inter cætera:nõ ſolum celebrari apud illos memoriam
Sancti Ioãnis Gualberti:verũ ẽt nõnulloꝝ Sanctorũ eiuſdem ordinis . Conſtitui
tunc apud me piam fore æmulationẽ ſi nos quoqꝫ eos qui de ordine Camaldulẽ
ſi relati ſunt inter Sãctos,a neglectu & obliuione vendicaremus.Quare cum im
primãtur pro religione miſſalia:optimum factu duco:vt annotarẽtur in iis miſ/
ſæ triũ illorũ martyrum:de quibus fit mẽtio in vita beatiſſimi Romualdi:videli
cet Bonifacii ep̃i:Benedicti:& Ioannis:ponãturqꝫ illorum nomina in Kalenda/
rio:vbi melius & commodius vobis viſum fuerit.Et qm̃ Bonifacii vita ab aliis
duobus diſiuncta eſt:& ipſe præterea antiſtes fuit:ſatis congrue non eodem cum
aliis duobus die,ipſius agetur memoria.Mihi videtur,qm̃ martyrii eoꝝ ignorã/
tur dies:vt Bonifacii ſolennitas, pridie nonas Septembris celebretur.Benedicti
& Ioannis pariter.xvi.Kalendas Decẽbris.Si egerimus Sãctorũ memoriã:illos
quoqꝫ nr̃i nõ capiet obliuio:ſed futuri ſunt pro nobis pii apud Deũ ĩterceſſores.
Miſſas eis aſſignabitis pro arbitrio:reddetiſqꝫ illis epiſtolas & euãgelia perſonis
cõueniẽtia:vt in oĩbus honorificet Deus:q eſt mirabilis ĩ Sãctis ſuis:quoꝝ ſplẽ
dore ſancta illuſtratur & fulget eccleſia.Vale.Florentiæ.Die.xv.Aprilis.MDII.

Venturæ Abbati Sancti Michaelis Murani.XXIIII.

S Cimus non oportere:cõmendari vobis hoſpites præſertim ordinis.Cõ mendo tñ ex abundantia cordis Venerabilẽ fratrem noſtrũ Priorẽ San cti Benedicti.Eſt enim nobis fidelis in Dño,& domui ſuæ bene præpoſitus.Fuit cupidiſſimus per multos annos vidẽdi vrbem noſtrã,& coram intueri mores ci uitatis.Non deſit ei ſocius:cuius comitatu & ductu perambulet celebriora loca: vt quod mente cõcæpit,viſurum ſe videlicet magna & mirabilia:per vos nõ ſte terit,quin factus fuerit cõpos voti:& inde ad nos contentus redeat.Vale.Floren/ tiæ.Die.xxv.Apri.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXV.

S Peraueram ante cõplures dies fore vt abſolutis negociis ordinis:quorꝫ gratia hic in vrbe inuitus detineor,redire mihi liceret in noſtrã ſolitudĩ nem:ad reuiſendã familiam:quæ mutui cõſpectus mecum deſyderio certat. Ab/ fui ſiquidem prope mẽſes quatuor:& adhuc incertus ſum,qñ ſim eo reuerſurus. Quãobrem ſi fraudatus es ſpe aduẽtus mei in patriã:quam attuliſſe viſæ ſunt lit teræ noſtræ:ne admireris. Satis mihi facere nõ licet domeſticis qui in proximo ſunt:longe minus poſſum remotioribus morẽ gerere.Dedicaſſe te templũ Beati Georgii martyris in die feſto eius:& ſequenti die ſupra trecentos triginta confir maſſe:grate accæpi.Nam prꝫterq̃:ꝙ vtrunqꝫ munus ep̃o dignũ ĩpleueris:& ad promerendã multorũ ſalutẽ accõmodatum:fidẽ ẽt nobis feciſti,ex duplicato la/ borioſo opere,cõualuiſſe te ex oculorum defluuio:qui tm̃ legere biduo potueris. Idipſum & tu apertius indicaſti indies illud magis minui:non tñ medicorꝫ conſi lio & opera:ſed eius ſolius medici benignitate,qui & infirmos curare,& ſuſcitare mortuos ſolus põt:accedẽte præſertim noxiorũ abſtinentia,& veris aduentu. Fa cile aũt credo verꝫ eſſe quod ſcribis:perferre te laborẽ moleſtiſſimũ , in audiẽdis litigantiũ cõtẽtionibus,legẽdiſqꝫ ſcripturis ad eãdem cãs ꝑtinẽtibus.Non tñ fa/ cile procuratorũ te nugis atqꝫ mendatiis,ſeu collitigãtium dolis decipi ac circũ/ ueniri poſſe exiſtimo.Callere debes ex diuturna cõſuetudine tuorꝫ mores:quibus tot annos præfuiſti:& fruſtra ẽt iacitur rete ante oculos pẽnatorũ. Plane oneroſa res honor:& eo ſane oneroſior & grauior:quo debilioribus atqꝫ ĩfirmioribus ho noratorum humeris ſuſtentatur.Subit modo ſcribenti recordatio honorati illius atqꝫ in ſublimitate cõſtituti:qui dicebat.Quãtas oñdiſti mihi tribulationes mul/ tas & malas.Quod libenter legas lr̃as meas:ſatis expertus ſum:& gr̃as ago. Sic enĩ accurate poſthabitis oĩbus ſemper mihi reſcribis:vt vel hoc argumento pro cõperto habeam ita eſſe:vt ſcripſiſti.Meo incõmodo ſcribere ego ad te non poſ/ ſum:qñ ad euitãda incõmoda nullo potiore vti remedio mihi cõtingat:q̃ cũ tuis rñdeo epiſtolis:mihi nimirũ dulcioribus ſup mel & fauũ.Vtinã q̃ ad id prõptus: ita quoqꝫ ſim tã idoneus.De nouis creãdis Cardinalibus nõ prius hic aliquid au/ dieram,q̃ proxime præterito Dñico die:quo me adiẽs canonicus quidẽ olim cu rialis,accæpiſſe ſe ex vrbe lr̃as aꝑuit:quæ ea de re facerẽt mentionẽ. Orandũ eſt, vt tales promoueãtur ad eam dignitatẽ:qui honorificent miniſteriũ ſuum . Qui cõſilio non præce:merito non auro aſſumpti:poſt aurum nõ eant:nec ſperent in pecuniæ theſauris:ſed reformãdæ eccleſiæ inuigilẽt:vt nõ iniuria cardines terræ ſup quos Dñs poſuerit orbẽ,ab oĩbus cẽſeãtur.Vale.Florẽtiæ.Die.xi.Maii.MDII.

Cardinali

m Iratum te fuiſſe arbitror Dñe pientiſſime, q̃ tardius rñderim lr̃is tuis, ſumma præſertim benignitate grauitate & gratia refertis. Et ſane haud parum ægre ferrem: ſi quã non meruiſſem ingratitudinis aut cõtemptus notam ſubirem apud te: a quo arguẽdus tarditatis in reſcribẽdo merito forẽ: qui in ob/tẽperãdo petitioni meæ, præueniſſet me in benedictionibus dulcedinis. Sed ab/ſit a me hoc peccatũ: vt ingratus in Dñm meũ, aut parum ſaltẽ officioſus in agẽ dis gratiis pro oĩbus quæ retribuit mihi exiſtimer: qui erga minimos quoſq; p meo inſtituto ac more hac penitus culpa vacare conſueui. Non enim ſemel legi apud Apoſtolũ. Et grati eſtote. Heri primũ veſperi: redditæ ſunt mihi amplitu/dinis tuæ lr̃æ: & quidem ab ipſo Baſilio Abbate: in cuius potiſſimum cõmodum & honorẽ fuerant conſcriptæ. Is enim ex agro Caſentinate huc me adiẽs, primo ſtatim colloquio & congreſſu lr̃as mihi exhibuit: quas faſciculo epiſtolarũ inſer/tas atq; alligatas prior ipſe apud fontẽ bonũ accæperat Legi eas ipſo audiente: & q̃tum tibi ob tam ſingularem liberalitatẽ atq; clæmẽtiam ambo deberemus: mutuo ſtatim ſermone & ore ſane pleno cõtulimus. Quid.n. ad eam munificen/tiam ac mãſuetudinẽ addi poſſet? Remiſſæ ſunt iniuriæ qualeſcũq; fuiſſent a Baſi lio illatæ: redditum ei ablatũ beneficium: ſopitæ penitus oẽs lites. Magnũ re ve/ra & præclarũ munus: & quod niſi a magno & excelſo animo proficiſci nequaq̃ potuit. Egit ille mihi cõtinuo gr̃as flexis genibus: quẽadmodũ p eaſdẽ lr̃as mo/nebatur: vt mihi id oẽ accæptũ ferret qui interceſſiſſem. Lõge tñ maiora dedit ar gumẽta haud igrati erga pietatẽ tuã animi: aſſerens ſe tibi quæcũq; poſſet abſq; vlla debere excæptione: & extante hoc tãto tuo erga ſe merito confeſſus eſt eſſe ſe tibi obſtrictũ memoria beneficii ſempiterna. Quodvero mei tm̃ gr̃a placatus: ac delinitus interceſſionibus ac lr̃is meis: quibus detuliſti ſupra merita Dñe colẽ diſſime: benignum te ac miſericordẽ Baſilio exhibueris feciſti me tibi nõ minus illo obnoxium: in quem adeo liberaliter beneficiũ cõtuliſti. Fidei erga te meæ ha buiſſe potuiſti rõnem: ſi exorandus a me fueras. Religionis vero atq; doctrinæ, quod vtrunq; mihi ĩmerẽti ſumme tribuis, nõ ſic. Noui ego.n. imperfectũ meũ: & q̃ negligenter reddiderim altiſſimo vota mea. Quæ vero eſſe in me poſſit fa/cundia, viderit pietas tua. Non enim dicendi ſtudio, ſed officii potius Baſiliũ tibi cõmendandũ ſuſcæpi. Nam nõ in perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis, ac ſer monis lenocinio varietate vbertate copia, quibus cõparandis parum me dediſſe operã agnoſco: ſed fide ac dilectione amicorũ negocia tueri cõſueui. Itaq; (ſaluo ſemper grauiſſimo ac prudentiſſimo tuæ dignationis iudicio) rectius ego retri/buendum cẽſuerim hoc tãtum ſpecimen pietatis, ĩnatæ clementiæ tuæ ac bonita ti naturæ mitioris indulgentioriſq; q̃ facultati dicendi interceſſoris. Facile exora ris: quoniam facilitate comitate miſericordia cedis nemini: & miſerationes tuæ ſuper omnia opera tua. Summas nihilominus tibi gratias ago: qui meas pro Ba ſilio depræcationes tãta lenitate admiſiſti. Vt pro tua orem incolumitate: rogan/dus non fueram. Atq; vtinam tam fructuoſe q̃ ſtudioſe præces effuderim: vt vbi repugnant intercedẽtis merita: cõtentio & improbitas illa euãgelica cõſequatur. Repetitas pollicitationes tuas: oblatũq; denuo patrociniũ pro meis ac religio/

nis meæ cómodis atq; honoribus tam grate accipio:q̃ benigne illa mihi omnia a clæmẽtiſſimo & amantiſſimo Domino paruitati meæ exhibentur. Referat Dominus pro tam pio affectu cumulatiſſimam gratiam tuæ amplitudini:quã opto ſemper bene valere. Florentiæ. Die. xvii. Maii. MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XXVII.

V Bi intellexeris:quid mihi acciderit per hos dies:magnificabis Dominum mecũ:& exaltabis nomen eius in idipſum:qm̃ de magnis periculis eripuit me:& incolumẽ reduxit in domum meã:vnde exieram. Cũ eſſem dudum Florentiæ:cóuenit me Capellanus noſtrarũ monialium Sãcti Benedicti de Arretio abbatiſſæ & cóuentus noíe:obſecrauitq; vt conferrẽ me Arretiũ ante ſacrum diem Pẽtecoſtes:ad cóſecrandas virgines quinq;:quæ me ſummo propterea deſyderio expectarent. Accæpto a me reſponſo:q; ignorarem qñ forem inde profecturus:intulit. Si præſto eſſe nó poſſem per occupationes ad ſtatutam diẽ: ſaltem vbi rediiſſem Camaldulum ſignificarem abbatiſſæ ante dies aliquot: vt neceſſaria præpararẽtur futuræ conſecrationi. Quod & factum eſt. Deniq; præfixa velationis virginum prima huius mẽſis Dñica die:quarto nonas eiuſdem Arretium petii. Occurrerãt nobis complures monachi, ad quartum lapidẽ. Si quidem quatuor ſunt in ea ciuitate nr̃i ordinis cœnobia, præter illud monialium. Et cum per totã diẽ ſereno cœlo æſtuq; ingẽti, equitaſſemus:nec diſtaremus ab vrbe vltra quingẽtos paſſus:ſubito coorta tẽpeſtas, non ſine fragore ac tonitribus, denſo atq; obſcuro nos operuit nimbo. Fuſo mox hymbre tãta facta eſt aquarum inundatio:vt cũ ingreſſi Arretium eſſemus haud ſecus viæ oẽs, vtpote ſitu decliuiores, ac torrẽtes defluerent. Sequẽti die haud minor pluuiæ vis erupit: emiſſo fulmine cum frequenti corruſcatione:vt apertas diceres cataractas cœli. Portendiſſe iſta credita ſunt, non tam publicum Florentinoꝝ q̃ noſtrũ, qui eo aduenera/mus, proxime íminens periculũ:facta poſtero die defectione Arretinæ ciuitatis a Florẽtino Dñio:præter oẽm expectationẽ vendicatæ in libertatem. Detento ſiquidem legato Florentinorũ cum prætore ac præfecto in Priorũ pallatio:& epiſcopo ciuitatis, qui tumultu exorto in arcem ſe proripuerat, magnope ſibi timente:nos quoq; ſine metu eſſe nó poteramus. Nam in ictu oculi factus eſt totius populi cócurſus in forum, acclamãtis libertatẽ:iuſſiq; præconis voce, vt nemo per vrbem inermis incederet. Stimulante ad arma libertatis cupidine confeſtim oẽs puſilli & magni dicto paruerũt:accincti gladiis, & diuerſis armorũ generibus:p vrbem incedẽtes. Perſeuerãtes aũt in fide, qui in arcem cófugerant, cum iis, q arci præerant, frequenti tormentoꝝ iactu vrbem impetebant:ita vt nec exire in vicos & plateas, nec domi cóſiſtere cuiq̃ tuto liceret. Hac rei nouitate perterriti cótendimus eo die inde mouere:vt rediremus q̃uis nó ſine periculo, in Fontem bonum:nec pmiſſum nobis fuit. Sequenti itaq; die, quæ Dñica illuxerat, non deſtitimus cóſecrare virgines illas:cuius rei gr̃a Arretiũ veneramus. Pranſi deinde volebamus proficiſci:nec potuimus: negato nobis modeſte tñ a Dñio cómeatu:q; dicerent intercipiẽdos nos in itinere a militibus. Animaduertentes autẽ maiora indies pericula ſuccreſcere, tertio reqri fecimus eos, qui rebus præerãt de diſceſſu noſtro:& dari nobis verba aperte cognouimus. Siquidẽ vulgari per vrbẽ cœpit,

duplici de

duplici de cauſa detineri nos Arretii inuitos,ne videlicet Baſilius Vicarius nr̄,quē Arretini maxime formidabāt,contra ſe arma ſumeret:Nam adueniſſe iam illum in Florentinorum caſtra,plurimi affirmabant:& vt a me pecuniam exigerēt,aut verius extorquerent.Hortabātur tamē amici,bono vt eſſem animo.Nullā enim mihi inferendā eſſe vim:qm̄ nec Florētinus eſſem:nec vllum vnq̄ Arretinorum offendiſſem:a qbus e diuerſo magnopere diligerer atq; obſeruarer. Haud penitus me verba iſta cōſolatoria tutum reddebant:leuabant tn̄ aliquātulū curis animum.Nocte in ſequenti,quā Dn̄ica præceſſerat dies,circa tertiā fere horā ingreſſi quidā armati cœnobium,abduxerunt ſecum mulas quatuor,equū vnum,qbus veneram:iuſſis cuſtodibus,ne clamorem excitarent:& adiectis ēt minis.Ingreſſi continuo in cubiculū monachi:parum læto nuntio quieſcentem me excitarunt. Vbi illuxit:miſi ad Dominiū,qui meo nomine peterent iumenta nobis reſtitui. Siquidem noti erāt domeſticis noſtris:qui ea ſtabulo abegerāt.Quod ſubito factum eſt:affirmātibus illis ſuo iniuſſu ſeq; omnino ignorantibus,eam mihi illatam fuiſſe iniuriam.Non poteramus ſine ſolicitudine eſſe:negato nobis reditu ī Fontem bonum:& obſidente iam vrbē Florentinorum exercitu. Sic affectis nobis,& multa animo verſantibus:ſeptima mēſis die ingreſſus eſt Vitellotius Arretium cum aliquot armatorum milibus:qui mihi erat optime cognitus. Multum ſpei cōcæpimus omnes in aduētu eius:ꝙ miſiſſe nobis Dn̄s viſus eſſet ſaluatorē & propugnatorem:qui liberaret nos:quēadmodum re ipſa experti ſumus. Duo tamē,vt ſcias,eodem die ab improbis hominibus ac pecuniā ſitientibus,incommoda paſſi ſumus.Mane ſiquidem ante Vitellotii aduentū cum percelebrata miſſa de templo egrederer:occurrit mihi armatus quidā cum ſociis nōnullis:vrgēs me ſermonibus:vt ſi euadere periculum vellem,transferrem me in domum ſuā: quoniā eſſet vexilliferi propinquus:nihilq; dubitarē,quoniā tuto ibi ſeruādus forem.Parui dicto,& cum tribus abbatibus eo me cum armatis contuli. Vix horæ dimidio conſederamus,cum ſuperuenientes quidam ægre tuliſſe viſi ſunt:ꝙ temerario auſu eductus fuiſſem e monaſterio,irrequiſito ſummo magiſtratu:meq; relictis abbatibus duobus cum ſocio vno reduxerunt ad cœnobium. Paulopoſt redierunt quoq; Abbates illi duo : quorum alter ꝙ eſſet ditior, pro vnius horæ manſione ſub mutui ſpecie coactus eſt numerare Domino domus aureos nummos decem anteq̄ inde egrederetur.Egi gratias Deo:ꝙ a me nihil tale poſtulaſſent.Pauculis interiectis horis,intrauit Arretium Vitellotius pauloante meridiē. Et ecce poſt horas circiter tres:apertius contra me initur prœliū:ad expugnandum illato terrore marſupium:quem arte fallere ac circunuenire nequaq̄ potuerant.Irruerunt in cœnobium ex Arretinis armati multi:ita vt clauſtrum opplerent:ad quadraginta illos fuiſſe relatum eſt mihi : eos vtiq; numero æquantes: qui ſe deuouerant non manducaturos neq; bibituros : donec interficerent Paulum. His cubiculum ingreſſis : ſubito vnus directa in me lancea iubet : vt ſine mora,obligem me ad pecuniam perſoluendam. Repetito bis ſermone improbus ille,ne verbum quidem expreſſit a me. Sed cum forte eodem momento introiſſet ad me vexilliferi filius:euaginato gladio oēs qui cubiculū irruperant,eiecit.Differēdum tunc minime cenſui:quin Vitellotii auxilium implorarem. Itaq;

ipſemet in prætorium, vbi exceptus fuerat, repēte me cōtuli. Vbi me vidit occur rit hilari vultu: & data dextera, ſeorſum me in atrio priorū cū quibus loquebatur duxit. Deniq; ne te multis morer, cū ei retuliſſem: quæ aduerſum me geſta fuerāt: cōqueſtus eſt me præſente apud vexilliferū, de illata nobis vi. Qui, vtpote vir in genio mitiſſimus, multū ſe excuſauit: ꝙ ſe irrequiſito ea oīa facta fuerant. Petito igitur auxilio & fauore a Vicellotio, dedit nobis ad cuſtodiam monaſterii milites non exiguæ apud ipſum autoritatis & gratiæ: qui tam diu apud nos eēnt, donec Arretio diſcederemus. Deinde benigne nobis pollicitus eſt (hec enī duo ab eius petieramus magnitudine) curaturū ſe: vt illeſi rediremus in Fontē bonū. Quod & fecit. Nā cū ſequēti die veniſſet Arretiū frater eius eps Tiphernas cū multitu/ dine militū, qui magno labore p iuga montium bellica inſtrā perduxerāt: quem etiā vtpote mihi nō incognitū viſitaui: biduo poſt moneri me periternūtium fe/ cit: vt in comitatu fratris, q rediturus erat domū, cū nr̄is equitarē. Mouimus Ar/ retio hora vigeſima prima: & veſperi Citernā Vitellotii oppidum, ſecūda noctis hora puenimus. Eramus aūt præter pedites, eqtes circiter ſexaginta armati. Ex/ cæpti ab epo ſingulari hūanitate, mane quoq; ab eo deducti ſumus ad mille paſ/ ſus extra oppidū: nobis vtiq; renitētibus, ne ſupfluū ſubiret laborē. Diſcedētibus nobis ab eo, actis gratiis, illoq; reuertēte in oppidū: iuſſu ipſius venerūt complu res nobiſcū ad fines vſq; Florentinoꝝ. Inter Anglarium & Burgū Florentinorū oppida equitātibus: cū vtrobiq; ſint abbatiæ nr̄i ordinis: placuit diuertere Angla rium: tum qa propior eſſet nobis locus, tum qm̄ Abbas ipſe mecū erat & comes itineris. Tandē ſequenti die, non ſine multorum comitatu, per aliā q̄ ieramus viā reuerſi ſumus in regionē noſtrā: fatigati quidē ſed læti, ꝙ illeſi & incolumes ad fa miliam rediiſſemus: Quæ in occurſum nr̄m effuſa, tanta nos letitiæ & gaudii ſi/ gnificatione excæpit: vt plures præ gaudio lachrymarentur: laudantes Deum & benedicentes Dominum: ꝙ non dediſſet nos in captionem dentibus eoꝝ: a qui/ bus mihi timuiſſent plurimū: ꝙ conuertiſſet captiuitatem noſtrā, ſicut torrens in auſtro: ꝙ de manu filiorum alienorum, quorū os locutum eſt vanitatem, & dexte ra eorum dextera iniquitatis eruiſſet nos. Verū de his hactenus. Oblatæ ſunt mi/ hi continuo vbi intraui Camaldulum litteræ tuæ, & oportune quidem: vt feſſum corpore & ſpiritu reficerēt. Quod eo magis operatæ ſunt: qm̄ per eas mihi ſigni ficaſti, valitudinē tuam indies meliorem fieri: diſcedente lippitudine: ac reſtituto dexteræ auris quem tinnitus abſtulerat auditu. Qua ſane re nihil mihi gratius nuntiare potuiſti. Mores curiæ, nos quoq; haud penitus latent. Sint vtinam futu/ ri tales aliquando: quos imitari ſaluberrimum ſit: ex quibus religioſe pieq; viuē/ di, merito exempla petamus. Vale: & ora pro me: proq; noſtra hac bellis vexata regione: vt ſaltem albæ iam ad meſſem ſegetes colligantur. Ex Fonte bono. Die xv. Iunii. MDII.

Hieronymo Priori. XXVIII.

e X quo hinc profectus es: quotidie præter primā noctē leuius ægrotaui imminuto per ſingulos dies dolore pedis: ac tumore pariter ac rubore decreſcente. Vſus ſum aliquot ex iis remediis: quæ miſit medicus: non autē om/ nibus: quoniā natura ipſa vexationi allenamentū præſtare videbatur. Ab eſu car/ nium ad quem me vrgenti oratione hortatus es iccirco abſtineo: ꝙ p Dei gratiā

non ſum adeo affecto & inualido corpore, vt tali cibo indigeam. Non enim tam vehementi doloris acerbitate vexatus diſtentuſq; ſum: vt ſint mihi propterea ex/tenuatæ atq; exhauſtæ admodum vires. Longe vero maiorem repoſui ſpem in hoc medicamenti genere ad percurandum morbum: vt carnis terat ſuperbiã, potus cibiq; parcitas. Velit Dominus: vt proſit provoto. Ages nihilominus gratias ingentes fidei ac ſedulitati medici noſtri: in quo nimirũ tm̃ confido: vt non poſ/ſim magis. Suſpenſus ſum expectatione euentus negocii Angelorum: qui ſi pro/ſpere ſucceſſerit vt videris ſperare: multũ contulerit ſaluti & conſeruationi illius monaſterii. Nos quoq; neq; operam neq; impẽſam penitus amiſerimus. Scripſi curiali monacho a quo his diebus litteras accæpi haud multũ modeſtiæ præſeſe tẽtes. Iube dari noſtras qbus ei rñdi Iuliano pariſio ciui Florẽtino: & ipſe eas Romam mittendas curabit. Vale. Ex Fonte bono. Die vltima Iulii. MDII.

Dominico Mauroceno Procuratori. XXIX.

h Ortaris me longa & graui epiſtola, quæ mihi tandem heri reddita eſt: ne deſim fratri & familiæ eius: cõmẽdaſq; ipſum mihi: vt velim pro viribus illius indigentiæ conſulere atq; opem ferre. Pia ſane adhortatio hæc tua: & omnino ex Fonte caritatis manans cõmẽdatio: grata mihi admodum fuit: q̃uis pro eo, qui caro & frater noſter eſt, haud multum neceſſaria. Enumeratis deinde pro tua prudẽtia cauſis cõpluribus: quæ me fortaſſe vel inuitũ impellere ad colligendam manum, & ab erogandi officio poſſent auertere: victũ te eſſe fateris nõ tam ratione q̃ lachrymis meorũ, qui interceſſionem tuã implorauerũt apud me. Quo factum eſt, vt eos mihi haud quaq̃ manu ſuſpẽſa, ſed magna orationis ex/aggeratione & ſentẽtiarum grauitate arctius cõmendaueris. Non enim excidit tibi Apoſtolicus ſermo. Si lĩguis hominũ loquar & Angeloꝝ: & ſi habuero ꝓphe/tiam & alia quæ multa cõmemorat: caritatẽ autẽ non habeã nihil mihi prodeſt. Hanc tu & verbo & facto ſemper exhibuiſti: hãc ego pro meis præſtitam liben/ter excipio. Iccirco rñſum differendum non duxi: quod diutius tabellarii tardita/te dilatum eſt. Ego quidem vt ſcias vir clariſſime, optime noui fratris inopiam, quem anguſtia rei familiaris præmit. Scio nãq;, ad cumulum miſeriarũ eius accedere, ꝙ filia iam natu grandis, & innupta maritũ efflagitet: niſi patris calamitas obſiſteret. Hæc omnia ſæpius mecum mœrẽs cogito: hæc eadẽ ille mihi frequẽtiſſime ſignificauit. Non ſum ego certe lapideus: nec adeo ĩmani feroq; ingenio: vt his lamentationibus & quærimoniis poſſim non moueri. Natura me, niſi fal/lor, mitem & miſericordẽ eſſe voluit in omnes. Quãto magis in eũ, quem arctiſſimo fraternitatis vinculo ſcio mihi eſſe conſtrictum? Scit Deus me verũ dicere: neq; tu me arrogantius loqui arbitreris. Ita ſum ab impietate ĩmunis: ita naturæ meæ conſuetudiniq; deſeruio: vt non modo flectar miſericordia in meorum ca/lamitatibus: verum etiam quadã animi lenitate atq; etiã mollitia frangar. Hinc accidit: vt nihil me magis auertat a frequentiore acceſſu in patriam: cuius maxi/mo vt par eſt deſyderio teneor: quaſi indictũ mihi fuerit exilium: q̃ ne mihi ob/uerſentur ante oculos propinqui mei, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus ſubueni re ipſe pro eorum dignitate non poſſem. Non deſtiti tamẽ abſens pro virili portione omni officio opera cõſolatione illorum ſubleuare inopiam: vrgente præ/

ſertim acrius Apoſtolo. Si quis inquit ſuorum maxime domeſticorum curã non habet: hic fidem negauit, & eſt infideli deterior. Parum nihilominus erga eos vi/ deor contuliſſe: ſi eorum indigentiam conſyderes. Si vero diſcutias vires meas: haud ſane parum. Nam qui me locupletiorem atq; opulẽtiorem forte exiſtimat, ac theſaurizare mihi ſuper terram: proculdubio fallitur. Quam enim ſemel voui paupertatem: in ea ad hanc vſq; diem verſatus ſum: nec vnq̃ in priuatum lucrũ, trahere communia familiæ & pauperum bona contendi. Pro qua nimirum re ſæ pius gratias egi Domino: ꝙ occaſionem tulerit a me: ne ſpem ponerem in incer to diuitiarum: quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hoc ita eſſe perſuadere meis nunq̃ potui: qui me affluere opibus putant: neq; impotentiæ aſ/ ſcribunt ſed impietati, ꝙ non q̃tum cupiant eis impartiam. Non recordantur cõ ſilium Thobiæ. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Sin autem exiguum: ẽt exiguum impartiri ſtude. Quod me præſtitiſſe menſura etiam bona & conferta, haud dubie exiſtimo. Verum vt apertius intelligas, non eſſe iſta cõmenta, quæ di co: ſummatim tibi perſtringam ſtatum Eremi noſtræ. Primum quidem lõge te/ nuiores ſunt eius redditus: q̃ vulgo exiſtimẽtur: cum ſint e diuerſo multo maio/ res eiuſdẽ ſumptus tum ordinarii tũ extraordinarii, q̃ a neſcientibus credi poſſit. Vltra centenariam fere ſemper familiã alimus. Hoſpitalitas ita ſine ĩtermiſſione exhibetur: quam ſine graui ſcandalo prohibere nõ poſſemus: vt ſupra modum ic circo onerẽtur domus noſtræ: & hoſpitia potius q̃ cœnobia dicenda ſint. Nego/ cia ordinis quæ nunq̃ deſunt: & quæ tum alibi tum Romæ tractari neceſſe eſt: nõ ſine magnis meis expẽſis conficiũtur. Quantũ auri erogauerim ad redimẽda or/ dinis membra, teſtis eſt Romana curia. Ad hæc q̃tum pecuniarũ effuderim, par/ tim in extruendis nouis ædibus, partim in veteribus reſarciẽdis: norunt qui hãc incolunt regionem. Iacent adhuc præ oculis noſtris murorum ruinæ Fõtis boni, ac bona pars dormitorii & officinarũ eius, quæ nouiſſimo bello Caſentinate aut euerſæ ſunt aut incendio conflagrarunt. Hæc omnia vt reficiantur, & multo indi gent tempore, & magna pecuniaꝶ mole. Templum præterea noſtrum, fulcris ſu ſtentatur. Turris campanarum: quæ illi adhæret, & cõiuncta eſt: dehiſcit penitus: & ruinam minatur. Inito generalatu, repperi debitum ad duo milia aureoꝶ num mum. Conflãdum mihi poſtmodum aliud neceſſario fuit, fœnerata hincinde pe/ cunia: vt eam Florentinis exactoribus perſolueremus. Vſuris, tanq̃ continuis cor pora febribus ſine intermiſſione conſumimur. Tributis deniq; tot annorũ: quan/ do non decima pars a nobis prouentuũ petebatur, ſed vix decima relinquebatur nobis: exinaniti atq; exhauſti: ac proximo bello Caſentinate plurimũ abſumpti, direptis bonis omnibus villis euerſis ac dirutis, & regione omni depopulata: re/ ſumere adhuc vires minime potuimus. Taceo quotidianas impenſas, & alia mi/ nutiora: quæ pro tua ſolertia facile coniicere per temetipſum potes. Ego re vera ita ſentio: ꝙ niſi tantam tempeſtatem noua aliqua & inopinata penitus ac cœ/ leſtis omnino ſerenitas diſcuſſerit: his ſemper agitandi fluctibus ſimus: his te/ nebris & caligine circunfundendi. Et profecto niſi quia Dominus adiuuit me: cui nimirum ſoli hoc omne accæptũ fero: vt coacta non ſit noſtra ſacra eremus per aliquot annos, tributa perſoluere: actum penitus de ea fuiſſet. Si hæc diligentius

perpenderent

perpenderent noſtri: haud repugnanter excuſationẽ meã admitterẽt. Neq; enim cum alimẽta, & quibus tegatur, neceſſario familiæ debeã: ea cõtempta atq; negle cta in propinquorum vſus vtraq; cõuertere nobis licet. Nõ hoc foret fidelis ac pru dentis ſerui: quẽ cõſtituit Dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Nõ alligabis, inquit ſcriptura, os boui triturãti. Et quomodo hoc im pleretur præceptũ: ſi die noctuq; diuino cultui inſeruiẽtes, ſuis fraudarẽtur neceſ ſitatibus? Nõ hoc flagitat & expoſcit adminiſtratiõis ratio: vt eſuriat ſitiat algeat familia: quæ iure ſuo primas ſibi reddituũ partes vendicat: vt nuditate ſiti fame conficiatur: & eorum bona ad laicos trãſmittãtur. Audi Bernardi ſniam. Si de cu mulo, inquit, potes, adiuua me: ſin autem parce tibi. Et ego dico tuæ magnitudi ni: & qui latebras mentis inſpicit ſpeculator ac teſtis omniũ ſcit, q̃ non mentior. Redditus eremi (non dico de duobus annexis: quorũ vt redditus ꝓprii, ita quo q; ſui ſumptus non deſunt) haud multũ excedere aureos nũmos mille. Et vt par ciſſime etiã viuamus: nõ ſuppetere illos vſibus noſtris: ac plerũq; nobis demi ne ceſſaria. Et hoc addo: nullius me arbitrio vt tu ſuſpicaris viuere: cũ per Dei gra tiam mei iuris ſim: nec verear obſeruatores actionũ mearũ: niſi vbi illæ ab hone ſto forẽt alienæ. Quod diuino fulti auxilio cauemus pro viribus. Si darem de cu mulo, iuxta Sãcti viri monita, propinqs indigentibus: de familia vt ſpero crimi naretur nemo. Sed ſi ab ea panẽ ſuũ quotidianũ auferrẽ: hoc re vera tuto non fa cerem: nec tu vt facerem cõſuleres. Huic altari deſeruiens, de altari viuo. Præter hoc ſtipendium, nihil mihi lucri accedit. Nam fodere non valeo, mendicare eru beſco. Iugem hanc atq; indeficientẽ eremi & Fontis boni hoſpitalitatem: quæ ni mirum ſanguiſuga bonam prouẽtuum partem exhaurit: & meorũ deſyderio plu rimum obſtat: nec ego primus inuexi: nec eam ego amouendam cenſeo. Nã præ terq̃ q̃ præclarum & excellens bonum ſit miſericordia: & præcipua ſit virtus ho ſpitalitatis: inhumanũ continuo ac nefarium exiſtimaretur: ſi prõptuaria noſtra non omnibus paterẽt: ſi fores clauderẽtur aduẽtantibus: ſi aures petentibus. Abie ciſſe me oẽm pietatem, nemo non diceret: ſi dominante cupiditate humanitatis & miſerationis officia iminuerem. Hoc eſt: quod vt tu exiſtimaſti pro meo arbi trio ſi vellem ne dum auferre penitus: ſed ne moderari quidem non valeo. Angu ſtam potius paupertatem patiar: q̃ hoc cõmune intercipiam bonũ. Hanc vt me cum hilari animo amplectatur frater cupio: vt promiſſam a Dño paupibus bea titudinem promereatur: In quo, ſi oẽm ſuam vti debet collocauerit ſpem: miſſu rus eſt ei Saluatorẽ: qui liberet eum de omni anguſtia. Inquirẽtes enim Dñm nõ minuentur omni bono. Præcor itaq; te: vt ipſum vt vxorẽ vt filios horteris, tum meo nomine, tum imprimis tuo iure: quem ſemp pro parente habuimus: ne me putẽt exuiſſe erga ſe miſericordiæ viſcera humanitatem pietatẽ: neq; mihi hanc inurant calumniam innoxio atq; immerenti: q̃ me permittente, immo etiã vo lente, in anguſtiis ac neceſſitatibus viuant. Non eſt ſane voluntas in culpa: quæ non poſſet eſſe in eos propenſior: ſed facultas communibus votis repugnat. Cõ tendam nihilominus, tum mea ſponte, tum tua interceſſione aliquod eorũ indi gentiæ exhibere ſupplementũ: te præſertim idẽ faciẽte: ac me nõ minus re q̃ ora tione ad idipſum faciendũ ꝓuocãte. Erit illorũ moderationis atq; modeſtiæ: tñ

de me ſibi polliceri:tantum ſperare,q̃tum propinquo ſane amantiſſimo,minus tñ locupleti,ſuaſura ſit rõ:ac vires pmiſſuræ.Te vero velim in excuſationẽ mei:ſi nõ tãtũ præſtare potuero q̃ petiſti:meminiſſe pro tua eruditione atq; ſapiẽtia di uini eloquii:Quod vbi ſunt multæ opes:multi ſint,q comedunt eas:Cogitareq; ꝙ ſemp fere celſioribus atq; eminẽtioribus locis adiaceãt abrupta. Vale.Ex Fõte bono.Die.ii.Auguſti.MDII. Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXX.

E magnis periculis a Deo liberatus,& quidẽ magnifice:vtpote nõ per feneſtrã demiſſus in ſporta:ſed per portã emiſſus:atq; honorifice dedu ctus:egi nõ ſemel,vti admones,illi grãs. Quoniã ipſe liberauit me de laqueo venantiũ:& a verbo aſpero:ipſe cuſtodiuit introitũ meũ & exitũ meum: ipſe in volũtate ſua deduxit me:& cũ gloria ſuſcæpit me.Seditiones vero & bel la,vt videmus,vbiq; exaudiũtur:vt pauci ab iis iueniãtur imunes. Proximi ſunt Fõti bono Arretini,ad octo paſſuũ milia:In agro Caſentinate non defuerũt Flo/ rentinorum milites:haud multi tñ.Siquidem per vallẽ arni:tranſmiſſi ſunt Ar/ retium Galli:nec adhuc aliquid affertur noui:ꝙ aggreſſi fuerint oppugnare vr/ bem.Componẽdum,quidã affirmant,per Regẽ Francorũ negocium. De liberta te Arretinoꝝ nihil aliud dico:niſi ꝙ tunc vere liberi erunt:cum veritas liberaue/ rit eos.Poterunt ea aliquãdiu vti:ſed diu nõ creditur.Non ſine incommodis vos quoq; iſthic eſſe:ſãtis agnoſco.Gerũtur ſiquidem a Laicis potẽtatibus bella,non tam ſæculari q̃ clericali marſupio.Ob vicinũ hoc bellum,quãtam me iacturam facturum putas?Bona pars reddituũ noſtrorũ,in Arretino Anglariẽſi Caſtellio/ nenſi Foianenſiq; agro colligi quotannis cõſueuit.Hoc vero anno,alios introiſ/ ſe in labores noſtros,ac meſſuiſſe: quod nõ ſeminauerũt,facile exiſtimari poteſt. Non tamen deficio ſpe in Deum:qui paſcit me a iuuentute mea.Inſtãt nimirum tempora calamitoſa:& qualia vt ſcribis qui futuri ſunt poſt nos,vix ſint creditu/ ri.Sed recordemur ſcriptum.Tu ne cede malis,ſed contra audẽtior ito.Inter hu/ ius mundi varietates,ibi fixa noſtra ſint corda:vbi vera ſunt gaudia. Si nõ poteſt tranſire hic calix:niſi biberimus illum,fiat volũtas Dei.Cæterum ꝙ admirari vi/ ſus ſis,cõſecratas a me fuiſſe virgines:cũ id muneris ad epm̃ pertineat:ſcias me ab ingreſſu prope religionis nõ ignoraſſe,quod ſcribis. Sed cũ primũ generala/ tum iniiſſem:requiſitus ſum ab abbatiſſis noſtri ordinis:vt advelãdas ſacras vir gines me conferrem:aut ſicut alias factũ fuiſſet,aliquẽ ex abbatibus noſtris mit/ terem.Reſpondi eis cõtinuo:non eſſe hoc meũ,neq; alicuius alterius prælati in/ ferioris epõ.Acceſſirent icci̇rco,quẽ mallent Antiſtitem:qm̃ ita oporteret. Iterũ reſcripſerunt:ſe hoc deuitaſſe,tum aliis rationibus,tum vero vt ſumptibus parce rent:ſiquidẽ ipſæ procul ab vrbibus habitarẽt.Et ne te multis protrahã : collato cum Protectore negocio,placuit ei impetrare a Põtifice:vt mihi tantũ in nr̃o or dine liceret id muneris exequi.Quod hactenus a me obſeruatũ ẽ,qua potui mo/ deſtia & cura.Vtor aũt in huiuſmodi officio Põtificalibus,nuper ſub Innocentio deinde ſub Alexãdro põtificibus impreſſis:in quibus adhortationẽ quidẽ in pri/ cipio conſecrationis faciendã:& anathema in fine publicandũ,præcipitur:vtri/ uſq; tamen ordo ac ſeries non exprimitur.Itaq; futurũ eſt mihi ambarum rerum exemplar,quod te miſſurum recæpiſti,valde gratũ.Significandũ curabo iis:qui

volumen

volumen Sermonum Sancti Auguſtini cõmodauerunt tibi:magna diligentia id ex ſcribi atq; emendari. Spero tamen eos pro hac re nequaq̃ eſſe ſolicitos:ꝙ cui dederint illud non ignorent. Cauſam monachorũ illorum intantum tibi cõmendatam eſſe cupio:q̃tum permiſſura eſt iuſtitia. Si obſtiterit aduerſarius:ne delegetur tibi:leuatus tu quidẽ fueris onere:illius aũt grauabitur conſcientia. Si tamen hoc tẽpore vlla a talibus cõſcientiæ habetur ratio. Pro ea quæ futura erat celebritate,reliquiarũ cœnobii Sanctæ Iuſtinæ,de locis ſuis extrahendarũ:non impleui quod monuiſti:qm̃ poſt factã lr̃as tuas accæpi. Cupio nihilominus ſcire:ꝙ aduotum ſucceſſerint omnia. Melius procedere indies valitudinem tuam libenter accæpi. Opto:vt penitus valeas. Ex Fonte bono. Die. iiii. Auguſti. MDII.

Iacobo de Barbantia Monacho. XXXI.

P Etis a me fieri tibi poteſtatem,manendi tãtiſper extra ordinem:donec tm̃ adeptus fueris pecuniæ:qua enauigare poſſis in Hieruſalem,ad viſenda loca ſancta. Non improbamus propoſitũ tuum:ꝙ maris te periculo committere diſponas:ac peregre proficiſci in regionẽ longinquam:ob deuotionem atq; amorem piorũ locorũ:in quibus olim diuerſatus eſt Dñs. Ego vero primũ cogito:repugnare hanc tuam mentẽ ſtatutis ordinis:nec ſine multorũ ſcandalo, poſſe tibi permitti:vt extra ordinis gremiũ viuas. Deinde cõflanda eſt tibi haud exigua pecunia,ad cõficiendum tãtum iter:vt lõgo tẽpore vix eam valeas acquirere. Nõne longe tutius operã tuam impẽdas:ſi perſeueres in vocatione,qua vocatus es:vt pateat tibi in extremo Hieruſalẽ illa cœleſtis,quæ ſurſum eſt,quæ eſt mater noſtra:a Deo ornata,tanq̃ ſponſa viro ſuo:cuius muri ſtructura ex lapide hiaſpide:cuius turres gẽmis ædificatæ:cuius plateæ auro mũdo ſtratæ:quæ demum eſt tabernaculũ Dei:in qua cãtatur canticum letitiæ? Ad hanc promerendã omnes actus tui collocẽtur:oĩaq; bonorũ operum inſtrumẽta exerceãtur,ſecũdũ regulæ tuæ monita,ĩ officina monaſterii,& ſtabilitate cõgregatiõis. Hoc faciẽs, & mihi ſcrupulũ & tibi periculũ ademeris. Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Auguſti. MDII.

Frãciſco Picolhomineo Cardinali Senẽſi Protecto. XXXII.

S Cripſiſſem frequentius dignationi tuæ:qñ propior nobis factus es:niſi me ab officio ſcribendi auertiſſent tumultus iſti bellici:cum præſertim fama vulgaſſet,obſeſſum eſſe a gallorum exercitu etiam iter:quod Senas deduceret. Huius rei certiorem mihi facere videbãtur fidem,allatæ ad me decimo octauo,poſtq̃ conſcriptæ fuerant,die lr̃æ tuæ. Compoſitis mõ aliqua ex parte rebus, differendum nequaq̃ cenſui:quin implerem votum meum: cui tamen libentius & gratius ſatiſfacerem præſentia q̃ epiſtola. Sed vexatus per dies aliquot dolore digiti pedis dextri:permittere me equitationi haud ſatis tutum duxi:ne forte intumeſceret pes:& dolor augeretur. Spero tamen haud ita multo poſt adeo per Dei gratiam validum fore me atq; a vexatione immunem: vt nequaquam intercipienda mihi ſit conueniendi tui facultas. Nam & domum perambulo & in templum me recipio,ſine vllo fere incommodo ac dolore. Velit Dominus: vt poſſim quod cupio. Ingemuiſſe te ob periculum noſtrum:& gaudio affectum,ꝙ de eo eripuerit me Dominus:nihil dubito. Magnum re vera incideramus:& qd veluti ex procella ac tempeſtate aliqua in portum delatis vſu euenit: longe ma-

gis domum reuerſi perpendimus atq; exhorruimus:q̄ cū in illo verſaremur. Benedictus Deus, qui tenuit manū dexteram meā: & in volūtate ſua deduxit me: & cum gloria ſuſcœpit me. Tibi vero ob tam ſingularē in me pietatē, ingētes grās ago. Quin ego ēt viciſſim magnopē doleo ob inualitudinē amplitudinis tuæ. Nam ingraueſcens ætas, variis morbis affecta: duplicatū eſt incōmodum. Spero nihilominus: q̄ tum cœli præſertim clæmētioris & patrii, mutatione: tū diligenti medicoꝝ cura: priſtinæ valitudini celerius reſtituendus ſis. Quod ſupramodū opto: deprecans eū q pcutit & ſanat, vt leuet te oī moleſtia & angore. Quod vero temporū calamitatem deploret pietas tua: haud inanis eſt ploratus iſte. Quo enim celſiore conſtitutus es gradu: eo latius cōtempláris peruerſos hominū mores: quæ eſt potiſſima calamitatum materia. Addictos & ſeruientes voluptatibus paſſim videmus, qui oīa ſolius corporis ſenſu metiūtur: qui bona animi cōtēnentes, in tenebris ac morte verſantur: qui rapiūt: fraudāt: inſidiātur: atq; oībus facinoribus inuoluūtur: Sine religione, abſq; fœdere: ſine miſericordia: & demū īmanitate beluis ſimiles. Et quis, oro, hæc oīa hoc tempore, non propriis intuet᷑ oculis: non re ipſa experitur? Mirū itaq; nō eſt: ſi meritis chriſtianorū ita exigētibus: malorū pondere Italia prematur: cum diu Dñs laborauerit ſuſtinens: & tandem tanq̄ dormiens fuerit excitatus: & tanq̄ potens crapulatus a vino. Haud itaq; temere, vt hortaris, & orandū & plorandu eſt, nobis præſertim ſacerdotibus, miniſtris Dñi: ac dicendū. Parce Dñe, parce populo tuo: & ne des hæreditatē tuam in opprobrium: vt Dñentur eis nationes. De rebus ordinis ſatis ſupq; ſcribendū occurrit: & imprimis de ꝑtinacia cōuentus Angeloꝝ. Sed qm̄ ea de re plenius ſignificauit Vicarius noſter dignationi tuæ: nō ero in eadē repetēda ꝓlyxior. Tātū peto: vt ſit tibi cœnobium illud cōmēdatum: ne fruſtra, tot annis, tanta impenſa, tot ſe obiiciētibus difficultatibus, pro eo reformando, ambo laborauerimus. Morem iſtum curiæ, nō ſatis intelligo: vt cuiq; impetratu facile ſit: vt delegatæ Cardinalibus integerrimis, ac omni excæptiōe maioribus, cauſæ: ad Abbates quoſq; ac clericos deuoluātur: & de puro atq; illimi fonte potātes, ad cœnoſos riuulos: ac ciſternas diſſipatas reuocentur. Verū de his corā paulopoſt: ſi permiſerit Dñs. Exhauſtus hic noſter fluuiolus, ob frequentē piſcationē, maioribus piſcibus: non permiſit modo, vt ad te niſi piſciculos mitteremus. Data eſt nihilominus a Vicario & fratribus, haud ſegnis opera: vt & grandiores & plures caperentur. Admittet excuſationem noſtram Dñs pientiſſimus: & paruitatem xenioli, animi noſtri magnitudine metietur. Vale. Ex Fonte bono. Die. xi. Auguſti. MDII.

Antonio Bertio Abbati Roſæ. XXXIII.

b Iennium fere interceſſit: ex quo nō vidimus colendiſſimum Dñm Protectorem. Quare decreuimus, niſi aliud obſtiterit: haud multo poſt conferre nos Senas: vt ēt per viſitationē patroni detur nobis occaſio vidēdi fratres noſtros: & te potiſſimū: quē ſperamus eſſe noſtri non īmemorem. Gratulor autē tibi: q̄ inter tot fremitus bellorū, tot agroꝝ depopulationes, patriū tuū ſolū, hactenus īmune cōſeruatum ab excurſionibus & vaſtatiōibus fuerit. Habetis, vt arbitror, firmiſſimū propugnaculū matrem Saluatoris, quā in peculiarē Dominā, atq; cuſtodē rerū veſtrarū, iampridē vobis delegiſtis. Huius patrocinio ac tutella defenſi,

la defenſi,inter tot mundanas varietates,procul a vobis arcetis bella:qm̄ cum ſit clæmēs & pia,in ſe ſperantes nunq̄ deſerit:ſuiq; ſtudioſos cōtinua proſeqtur mi/ ſeratione.Ei vos oportet debita pietate ac deuotione ſeruire:atq; in eius prome/ renda beniuolētia,omnē veſtrā operā collocare:vt ſemper illi cura ſit de vobis. Nos certe eius ope atq; auxilio plurimū indigemus:vt dignata oſtēdere filio pe ctus & vbera,præcipua pietatis inſignia:faciat eū nobis placabilē:auertatq; indi gnationem ac furorē ipſius a nobis.Tu quoq; pro affectu caritatis,in hac proxi/ ma vrbis veſtræ ſolennitate,virgini dedicata,ipſius pro nobis implorabis auxi/ lium:vt ponat fines quoq; noſtros pacem:& adipe frumenti ſatiet nos. Vale. Ex Fonte bono.Die.xi.Auguſti.MDII.

Ludouico Doctori.XXXIIII.

m Aximum re vera & præclarū Dei munus:valere corpore & ſpū. Opta/ mus vt eo diu pfruaris donec ad ſublimiora atq; meliora fueris euoca/ tus.Nō enim habemus hic ciuitatē manentē:ſed futurā inquirimus. Tui ita me/ mores ſumus:vt ſæpius de te ſermonē faciamus.Neq; enim te erga nos ita geſ/ ſiſti:vt facile de te nos captura ſit obliuio.Timeri iſthic gallorum aduentum ſcri/ bis:quorū multa milia in agrū Arretinū veniſſe,certū eſt.Immo ēt gallorū ope/ ra,oīa fere oppida pauloante amiſſa,in ptātem Florētinorū redierunt. Magnam tn̄ ſcias factam fuiſſe iacturam:vtroq; exercitu agros deuaſtāte:qui non comeatu præparato:ſed rapto vndiq; frumēto ad alēdum militē,regionem depopulatus eſt.Contineri prӕterea a diſcurſu miles predæ auidus nequaq̄ potuit: quin præ/ ceps in auaritiā animus contra ius faſq;,ēt ad ea quæ ad neceſſariū victum mini/ me pertinebāt,vehemētius īclinaret.Redierunt heri ex Anglario de noſtris duo, qui retulerūt,ne octauam quidē prouentuū ſuorum partē Anglarienſes repoſuiſ ſe.Huius vero cladis vtꝝ nos quoq; futuri ſimus participes:tu cogita. Nō tamē propterea de Dn̄i miſericordia deſperamus.Qui enim dedit ſemen ſemināti: & panē ad manducandū præſtabit.Angelorū cœnobiū adhuc negocia nobis præ/ bet:deſtinato a Pōtifice illi œconomo:& a cōuētu reiecto.Miſimus hodie Senas Abbatē Campriani ad colendiſſimū Protectorē,conqueſtū de ptinatia nōnulloꝝ ex illis.Quid ſit facturus:poſt eius reditum cognoſcemus.Vale.Ex Fonte bono. Die.xii.Auguſti.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XXXV.

c Vm rediiſſem heri veſperi ex noſtra Eremo in Fontē bonū:occurrit mī hi Bernardinus Prior cum lr̄is tuis:quibus incluſa erat cōmonitio cum anathemate:ſicut vtrūq; miſſurum te,ſi voluiſſem,fueras pollicitus.Fuerūt mihi lr̄æ iucundiſſimæ:præſertim cū celerius,q̄ pro expectatione mea,illas accæpim. De liberatione mea nihil aliud repeto:niſi ꝙ qui me ſemel eripuit de hoc ſæculo neq̄,ipſe me in futurū liberare dignetur precibus tuis,de ptāte tenebrarū:a ſagit/ ta volante in die,a negocio perambulāte in tenebris:ab incurſu & demonio me/ ridiano.Cæterū quod alteris tuis ſcripſeras lr̄is,de iis:a quibus dudum impēde/ re mihi periculū viſum eſt:idipſum modo eis accidit.Siquidē incidit populus il le in foueā,quā fecit.Nam per cōplures dies pſſus eſt īmitem Gallorū militum conuerſationē:& hodie,aut cras (iam enim Florentia diſceſſerūt) admiſſis lega tis Florētinis,vna cum primario quodā Gallo,a rege deſtinato:in priſtinā ac du riorem redigēdus eſt poteſtatē.Iactura quā fecimus hoc anno:tum militum va/

ſtatione,tum agrorum ſterilitate,nos admonet:ne cõfidamus in incerto diuitia/
rum:ſed in eo tm̃:qui & dat ſemen ſerenti:& panẽ ad manducandũ præſtat.Si ti
bi ſatiſfeci ſuper facultate mihi data cõſecrandarũ virginũ bene eſt.Haud minus
re vera ſatis tu mihi feciſti:miſſa ad me adhortatione vna cũ anathemate: quod
vtrunq; ad cõſecrationẽ pertinet.Vt autẽ fiat anathema dioceſanorum autorita/
te & conſenſu probo cõſilium tuum.Si fieri,inquit,poteſt:quod ex vobis eſt,cum
oibus hoibus pacem hñtes.Miſſurus in craſtinũ vnum de noſtris Florentiã:cura
bo,vt per ipſum ſignificetur canonicis illis regularibus:qui tibi librũ tranſcribẽ/
dum cõmodauerunt:abſolutã iam eſſe tertiã eius partẽ.Monachoꝝ olim Romæ
tortorũ cauſam,alius forte ad dies paucos proſequetur : cui nõ poterunt reſiſtere
& cõtradicere oẽs aduerſarii eorũ.Niſi forte ẽt iuri ordinario abrogandũ cenſue
rint.Quod ne eueniat eris tu quoq; illi,ſi opus fuerit,adiutor & propugnator,ꝓ
tua integritate ac fide.Opertũ fuiſſe cœlũ nube:dum trãſferẽtur Paduæ ſanctorũ
reliquiæ per pratũ vallis:ad mitigandũ æſtum ac feruorẽ ſolis:vt pro miraculo
habẽdum non ſit:opus certe diuinũ fuit:qui operit cœlum nubibus.Nec mirum
ſi virtus altiſſimi obũbrauit populũ,ſupplicationibus martyres deducentẽ:vt ad
memoriã reuocaretur:ꝙ oratio humiliãtis ſe,nubes penetret.Deniq; vt pro meo
captu nubem illã interpreter:nõ incõgrue in deducẽdis martyribus,apparuit nu
bes:vt ad æmulationẽ ipſorũ exhortante Apoſtolo,prouocaremini.Ideo,inquit,
& nos tantã hñtes nubem teſtiũ (nam:vt optime noſti,teſtes martyres ſunt) de/
ponentes omne pondus,& circũſtans nos peccatum:per patientiã curramus ad
propoſitũ nobis certamẽ.Mirabilis re vera Deus in Sãctis ſuis:ipſe in honoran/
dis illis dedit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuæ.Quoniam ſicut ibidẽ legimus:ma
gnificentia eius,& virtus eius in nubibus.Vale.Ex Monaſterio Fontis boni . Die
xxvi.Auguſti.MDII.

Abbati Sancti Michaelis .XXXVI.

I Ocutus eſt heri mecũ apud Fontẽ bonum,ciuis quidã Florentinus:qui
retulit,ſe tunc Venetiis fuiſſe:cum ægrotabat Euſebius monachus & ſæ
pius illũ cum Hiſpanis quibuſdam mercatoribus,anteꝗ decederet,viſi
taſſe.Perhibuit aũt teſtimoniũ ſane locupletiſſimũ,tum religioſiſſimæ vitæ illius
atq; exiſtimationis omniũ,de hominis integritate,probitate, ſanctimonia:tũ ve
ro de eiuſdẽ fœliciſſimo ac prorſus miraculoſo deceſſu. Nã obſtupuiſſe viſus eſt,
recordatione & cõmemoratione , inuſitatæ ac humanũ modũ excedentis ipſius
inediæ:vt per dies,vt aiebat,quatuordecim,anteꝗ efflaret animam,nihil penitus
cibi aut potionis ſumpſerit:fueritq; per id ſpatiũ dierũ non modo ſui cõpos:ve/
rum ẽt multa dixerit,ad ædificationẽ ſe adeuntiũ:cum plurimi quotidie aduiſen
dum illũ cõuenirent:quæ in admirationem cũctos traherent:vt non ĩmerito ab
alimentis corporalibus abhorreret:qui adhuc in terris poſitus,cœleſtibus epulis
nutriretur.Teſtabatur aũt:ſe non dubitare:illius animã ad ĩmortalẽ gloriã,fuiſſe
tranſlatã:cuius corpus inuiſibili paſtum alimonia:tam diu ſuperuixiſſet.Benedi/
ximus Dño hæc audientes:qui facit mirabilia magna ſolus:quiq; antiqua illa di
uina ſua opera noſtris etiã temporibus renouare dignatus eſt.Non habẽtes,quid
modo ad te aliud ſcriberemus:hæc tibi qui oĩbus interfuiſti,duximus recẽſenda:
partim vt eſſet vtriq; noſtrũ per ꝗ iucũda de optimo ac vere pio Euſebio mona/

cho,ad memoriam reuocatio:partim ne ſine meis litteris veniret ad te Vicarius noſter:quem conſueta monaſterii hoſpitalitate excipies. Vale. Ex Muſolea. Die xxx.Auguſti.MDII. Archipreſbytero Sāctæ Reparatæ Caſtricarri.XXXVII.

q Vi ex oppido iſto tuo ad nos veniunt,partim requirūtur a me, partim ſponte ſua referunt:quæ circa te gerātur.Nam interroganti mihi quē/admodum de amicis ſoleo,rn̄derunt:te quidem bene valere,eſſeq̃ ro/buſto ac vegeto corpore:verum tn̄ non videri te eſſe animo curis vacuo. Hunc aūt tuum q̄uis reconditū atq; abſtruſum penitus animi dolorem:certis ſe aiebāt coniecturis depræhēdere:atq; inter cæteras:ꝙ ſolitariam atq; extra oppidū du/ceres vitam:habitareſq; cū paucis in ſeceſſu tuo.Lætatus ſum equidem de tua in columitate & bona valitudine:quod re vera donum Dei nequaq̄ contemnendū puto:cum gentilis quidā oraſſe dicatur,dari ſibi mētem ſanā in corpore ſano:& nos quoq; idipſum quotidianis præcibus imploremus.Quātū aūt ad animorū tranquillitatē attinet:nihil miror (q̄uis optanda ea ſit oībus) ſi hoc turbulentiſſimo tempore:quod diu bonis præſertim oībus funeſtum ac luctuoſum fuiſſe animaduertimus:tu quoq; illa oīno frui non poſſis.In his totius Italiæ tenebris ac procellis,quotus quiſq; reperietur:qui ſecūdo vento nauigauerit:qui non ſit turbinibus ac tempeſtatibus agitatus atq; impulſus:cū plurimi a gubernaculis deiecti,atq; e nauibus deturbati,mediis fluctibus fuerit abſorti?Quis eſt enim in Italia locus:vbi non audiātur aut agrorū vaſtationes,aut direptiones vrbium : aut ciuium & bonorū ipſorum proſcriptiones,exilia,rapinæ,cædes?Cū vero iubea/mur gaudere cum gaudētibus,flere cum flentibus, nō magis dolere vicē noſtrā debemus q̄ alienā:vt videamur velle implere Dominicum præceptum.Diliges proximū tuum tanq̄ teipſum.Quod cum fecerimus,æquiore aīo feremus pro/pria incōmoda,aliorum qui grauiora paſſi ſunt cōparatione.Agendas præterea Deo gratias reor:qui ſingulari munere ac beneficio,ab actionibus malis ſua ca/ſtigatione nos reuocat.Quis enim filius,ſicut Paulus meminit,quē non corripit pater?Omnis enim diſciplina in pn̄ti quidē videtur non eſſe gaudii,ſed mœro/ris:poſtea vero fructū pacatiſſimū exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Supereſt, vt in aduerſis tollerandis,ac perferēdo labore vtamur cōſtantia & magnitudine animi:nec ſinamus rōnem appetitui cedere.Ne (quod abſit) de nobis quoq; di/xiſſe ad Dn̄m propheta videatur.Percuſſiſti eos,& non doluerūt:attriuiſti eos,& renuerūt accipere diſciplinam.Spero te pro tua prudētia religione fide,ſiquid te præmit,id omne patienter laturum:& eo promptius conuertendum ad Domi/num:quo ſeuerius tecum agere videtur.Conuertendum autem dico, non in bo/num:cum de tua probitate ac virtute nihil dubitē:ſed in melius,vt ad perfectio/nis faſtigium Dei miſeratione proueharis:atq; in eo colēdo promerendoq; oīs tua cura & opa deuotiſſime ac ſtudioſiſſime collocetur. Vale.Ex Fonte bono.Die xxi.Septē.MDII. Petro Soderino Vexillifero Florētino perpetuo.XXXVIII.

p Oſteaq̄ mihi nuntiatū eſt:te ſummo conſenſu ciuium tuoꝝ,ad ampliſ/ſimum magiſtratū,nō quidem duorum mēſium ſpatio ſicut hactenus moris fuit gerendum:ſed per totā vitā nouo Senatus decreto cōtinuandum:fuiſſe euectum gauiſus ſum magnopere pro mea in te beniuolentia & fide.

Nam cũ aditus ad huiuſmodi principatũ non magis nobilitati & generi q̃ pro-bitati & virtuti patere ſoleat: cur non mihi vehemẽter lætãdum fuit ob delatum tibi munus digniſſimum: qui & ſummo loco natus ſis: & ſingulari præſtantia ac bonitate ornatus? Et quidem eo cumulatiore affectus ſum gaudio, ꝙ ingentem audio fuiſſe totius ciuitatis inclinationem, ad honeſtandam magnitudinem tuã: vt merito credi poſſit: cœleſti potius ſuffragio q̃ humano ad hanc te dignitatem fuiſſe promotũ. Nõ eſt enim poteſtas niſi a Deo: nec quiſq̃ ſumit ſibi honorẽ: ſed qui vocatur a Deo tanq̃ Aaron. Gratulor itaq; imprimis tuæ amplitudini, ꝙ ꝓpter magna tua in rempublicã merita a populo minime ingrato cõdignis præmiis affectus ſis: ꝙq; cum fueris magiſtratũ adeptus: per quẽ facile declarari animi tui magnitudo grauitas cõſtantia ſapiẽtia poterit. Cum enim perſonã ciuitatis geſturus ſis: oporteatq; te illius dignitatem ac decus ſuſtinere: cũq; præcipue tuum fore cognoſcas, curare diligẽtius: vt leges ſeruẽtur: vt oẽs æquitate ac iuſtitia eadem cõtineãtur: vacare nimirũ excolẽdo officio, quod priuatus minime neglexiſti: nunc ſummo cõſtitutus loco, longe minus vllam vitæ tuæ partem paſſurus es. Quin potius ſicut hactenus per id tẽporis, quo ad capeſſendam rempublicam: atq; ad magnas res gerẽdas te accõmodaſti, & forenſibus ac domeſticis negociis fuiſti exercitatus: ita modo multo impenſius, oĩs tua cura cogitatio, opera ad cõſeruandã atq; amplificãdam rempublicã tibi cõferenda eſt. Sic non defutura eſt tibi promerẽdi materia: nõ tam ad claritatẽ & gloriã comparãdã, quæ vt Apoſtolus meminit, euacuatur aliqñ: q̃ vt populi tui voto & opinioni ſatiſfacias: qui haud exiguã ſpem melioris atq; auctioris ſtatus, in tuã potiſſimum fidẽ conuerterũt. Cæteꝝ non minus gratulor Florẽtiſſimæ iſti reipublicæ: quæ te defenſorẽ patronum propugnatorẽ cõſeruatorẽ autorẽq; ſibi delegit. Eas nãq; res in hoc tuo clariſſimo magiſtratu geſturus exiſtimaris, quæ ad cõem omnium ciuiũ tuorum ſalutem pertineãt. Nã cum ingenio doctrina rerũ vſu, præterea religione integritate humanitate mãſuetudine fide cõſilio præſtes: haud dubie ſperare licet: te duo illa Platonis præcepta: de his qui reipublicæ præfuturi ſunt, ſtudioſiſſime obſeruaturum. Vnũ, vt aiebat, vt vtilitatem ciuiũ ſic tueantur: vt quæcũq; agant, ad eã referant, obliti cõmodorũ ſuorũ. Alterum vt totũ corpus reipublicæ curẽt, ne dũ partem aliquã tuentur, reliquas deſerant. Præcor itaq; Dñm: vt fœlix fauſtaq; futura ſit hæc dignitas tua. Et cũ ſis Petrus dignetur per te cõfirmare ac ſtabilire ciuitatem iſtã, tuæ fidei creditam: vt ĩmota atq; incõcuſſa, tanq̃ ſuper ſolidam & firmam petram ædificata, cõſiſtat. Firmamẽtum eſt enim Dñs timentibus eum. In ipſo ſi, vt facis, oẽs actus tuos omnem tuã ſpem deuotiſſime repoſueris: ſi in ſimplicitate cordis quæſieris illũ: per quem, iuxta Sapiẽtis teſtimoniũ, principes imperant, & potẽtes decernunt iuſtitiam: ea facile editurus es opera: qbus tanq̃ gradibus aſcẽſurus ſis in cœlũ: relicturuſq; poſteris ac futuris ſucceſſoribus tuis, moderatiſſimæ atq; Sanctiſſimæ adminiſtrationis exẽplũ. Vale. Ex Fonte bono. Die xxv. Septẽbris. MDII.

Antonio de Monte Gubernatori Flaminiæ. XXXIX.

h Aud multi dies ſunt: quibus factus ſum certior fuiſſe te deſignatũ Flaminiæ gubernatorẽ. Affectus ſum gaudio ob demandatum tibi munus. Siquidem latiſſimus tibi campus patebit ad exercendã atq; declarandam

prudentiam

prudentiam & ſapientiã tuam:nec defutura eſt tibi materia erogãdi taléti tibi tra
diti.Non es médicaturus alioꝝ conſilia in hac noua tibi delata adminiſtratione:
qui diu Rotæ præfuiſti ad iudicandũ orbem:eritq;,vt cõfido par eruditioni tuæ
atq; doctrinæ integritas atq; magnitudo animi.Sit itaq; tecum Dñs:qui bonita
tem & diſciplinã & ſciam docuit te.Beatus eſt enim homo:quẽ ipſe erudierit:&
de lege ſua docuerit eum.Et qm̃ ſunt nónulla noſtri ordinis monaſteria in cóplu
ribus ciuitatibus:ſuper quibus credita eſt tibi gubernatio: oro vt ſint tibi cómen
data:tuearisq; illa pro tua in noſtrum ordiné caritate ac fide:nec pmittas a quoq̃
iniuſte vexari.Benedictus monachus qui has ad te deferet lr̃as:referet tibi qd cu
piat.Si potueris ei moré gerere:erit mihi pergratũ vt cópos fiat voti ſui:aut ſalté
edoceatur abs te:qd ſibi agendũ ſit:vt ſuũ deſyderiũ impleatur.Vale.Ex Fóte bo
no.Die.x.Octobris.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XL.

i Vlianus adoleſcens qui futurus eſt harum lr̃aꝝ baiulus cupit dare ope/
ram phiſicæ.Ductus itaq; fama & autoritate tum præceptorũ pitiſſimo
rum,tum vrbis iſtius:cóferre ſe Paduã decreuit:vt ibi cómodius (vt cõfidit) eiuſ
dem diſciplinæ inſtitutis atq; præceptis imbuatur.Et qm̃ vt arbitror Paduã ha/
ctenus nequaq̃ vidit:reqri me fecit a Vicario noſtro:vt ſe tibi cómendaré.Quid
ſibi agendum ſit:vt conſequatur quod optat:tuo in omnibus conſilio vſurus eſt.
Ei ne deſis fauore etiam ſi opus fuerit oro.Monere præterea ipſum tuo iure pote
ris:a qbus ſibi abſtinendũ ſit:vt futurus corporũ medicus nouerit ſibi nó deeſſe
Paduæ medícũ animorũ:vt cũ tm̃ poſuerit operæ ac tpis in ſtudiis phiſicæ : q̃tũ
ſatiſfuerit nó minus tuo inſtituto ac moribus ibidẽ profecerit ad ſaluté animæ q̃
ad exhibendã aliis corporis medicinã.Vale.Ex Fonte bono.Die.xv.Octo.MDII.

Petro Soderino Vexillifero Florentino perpetuo.XLI.

n Ihil eſſe ab omni parte beatum:neq; honorem ſine onere:neq; imperiũ
ſine ſeruitute:tuo documento proxime experti ſumus.Optaſti tu quidé
per eos dies:qbus Arretio eras profecturus:redire Florentiam per agrũ Caſenti
natem:vt ea itineris occaſione,ſacra quæ in eadẽ regione ſita ſunt viſitares loca:
& pro delato tibi ſummo magiſtratu ac dignitate meritã Deo ímortali gratiam
religioſo officio ac memori mẽte pſolueres.Nec implere tam pium potuiſti de/
ſyderium.Emergẽtibus vt creditur inopinatis & grauioribus negociis:coactus
es præter votũ tuũ præter expectationẽ noſtrã per aliam viam reuerti in ciuitatẽ
tuam.Hoc facit publica quã geris perſona:vt tãtæ molis gubernaculum ſuſtine
re aliter nó poſſis,niſi fueris Saluatoré noſtrũ imitatus:qui de ſemetipſo teſtatur
dicẽs.Non veni facere voluntatẽ meã:ſed voluntatẽ eius qui miſit me.Tu quoq;
adeptus ſalutaré vniuerſæ iſti reipublicæ atq; optabilẽ principatũ:in quo niti ha
bet totius ciuitatis iſtius ſalus:nó tibi ſoli debes ſed magis aliis viuere.Secũdum
ꝗ & Paulus monet.Nemo quod ſuũ eſt quærat:ſed quod alterius.Nã quo celſio/
re ac illuſtriore cóſtitutus es loco:eo ſolicitius te oportet populi tui cómodis de/
ſeruire:ac præſto eſſe omnibus:& quaſi e ſpecula ſolerti & vigili animo futura ꝓ/
ſpicere:atq; ea quæ ad cóſeruationẽ & augmentũ patriæ ptinẽt:& quæ in vtráq;
partẽ pñt accidere:perſpicaci ingenio multo ante præuidere. Quãobrem vt eo
redeã vnde digreſſus ſum:ſi non licuit tuæ amplitudini re ipſa pficere,quod pia

mente concæperas: vt Sacram noſtram eremum & alia venerabilia Caſentinatis monaſteria in tuo in vrbem reditu viſitares: ſicut hoc ipſum te admonet ſuſcæpti ponderis: ita ne admodũ moleſte feras, mutatã fuiſſe in melius ſnĩam. Supplica/mus Deo longe fructuoſius opere q̃ voce. Et cũ proximorũ vacamus vtilitati: & caritatis munera exequimur: tũc maxime offerimus gratũ ſacrificiũ Dño in odorem ſuauitatis. Potes nihilominus ẽt ſi ædes ſacras minime adieris facile orare ĩ tẽplo. Templũ enim Dei, ait Apoſtolus, ſanctũ eſt, quod eſtis vos. Idipſum aper/tius nos ĩſtruit Dñs: cum oraturos nos ſecedere e turba hortat̃ dicẽs. Tu autẽ cũ oraueris: intra in cubiculũ tuũ: & clauſo oſtio ora patrẽ tuũ. Nos certe præſtola/bamur aduentũ tuũ ſingulari gaudio ſummaq; alacritate. Fraudati tñ noſtro deſyderio ægre quidẽ tulimus intercæptũ fuiſſe acceſſum ad nos tuũ. Verum id ſola/tii admiſimus: ꝙ paruo negocio minoreq; incõmodo cõuenire te Florentiæ poſ/ſumus: q̃ tu nos in eremo aut in Fõte bono. Quod cum modo per occupationes mihi nõ liceat: mittendũ duxi ad dignationẽ tuam Baſilium Abbatem Vicarium meum: qui te meo viſitet noĩe, ac me corã atq; ordinẽ noſtrũ tibi enixius cõmen/det. Erit is præcurſor meus: quẽ haud ita multo poſt ſi permiſerit Dñs tui potiſſimum alloquẽdi gr̃a ſubſequar. Acturus eſt aũt tibi inter cætera ingentes gratias pro tam benigno tuo reſpõſo priorũ litterarum mearum: cui ego reſcribendum non cenſui: ne modum excedam epiſtolæ apud te: quẽ eſſe in præſentia occupa/tiſſimum arbitror. Vale. Ex Fonte bono. Die. xviii. Octobris. MDII.

Franciſco Epiſcopo Volaterano. XLII.

g Ratulatus ſum nuper clariſſimo fratri tuo per epiſtolam ob delatum ei magno Senatus ac populi cõſenſu, ſummũ in ciuitate veſtra ac ꝑpetuũ magiſtratum. Neq; enim nõ lætari magnopere debui, ꝙ is fuiſſet ad ſupræmum dignitatis gradũ aſſumptus: qui & probitate ac doctrina foret præditus: & lõgo rerũ vſu diu in negociis publicis exercitatus. Diſtuli aũt tecum idẽ facere, nõ obliuione aut negligẽtia: verũ potius ꝙ audierã a referẽtibus: abeſſe te Florentia. Demum nudius tertius didici: eſſe iſthic dignationẽ tuam. Malui vero ego, repræhẽdi abs te, ſeram gratulationẽ meam: q̃ obmiſſum penitus ſcribendi officium. Fratres eſtis ambo: vera & germana caritate cõiuncti: duo corpora in vno ſpiritu: vt merito vterq; de altero fateri queat. Caro enim, & frater noſter eſt. Nihil cõtingere alteri ex vobis poſſe arbitror: quin vterq; ſit particeps. Gauiſum olim non du/bito fuiſſe tui gratia, magnificũ fratrem tuũ, ob collatũ tibi ſacerdotium. Tu con/tra lætari debuiſti ſummopere, ob demãdatum ei Florẽtinæ reipublicæ principatum. Propterea decere exiſtimo amborum ſtudioſos, pro amborũ exaltatione cõmuniter lætari: cõgaudereq; vobiſcũ. Neq; tñ me putes velim, ecirco potiſſimũ lætitia fuiſſe affectum: ꝙ ornatior facta ſit Soderina domus atq; illuſtrior: ꝙq; videatur adepta memoriã noĩs ſempiternã, ob locum ampliſſimũ: quem frater eſt conſecutus. Non iſta cogito: ꝙ in capite libri ſcriptũ ſit de eo: ꝙ primarius & clarus ciuis: primus & clarior factus ſit. Sed quid? Mecũ imprimis tacita cogitatio/ne cõſydero, totius Italiæ ſtatũ: q̃tis videlicet inuoluatur tenebris: q̃tis tempeſta/tibus exagitetur. Beatam ideo eam ciuitatẽ, eã patriã duco: ad cuius gubernaculũ eiuſmodi præfectus ſit vir: qui ſua ſapiẽtia virtute integritate iuſtitia rectum cur/

ſum tenere

um tenere ſciat adminiſtrationis ſuæ:ne in breuia & ſyrtes illidatur nauis . Talẽ
cum nouerim clariſſimum germanum tuum: cunq; omnium vna ſit de eo ſpes:
vt futurus ſit certiſſimum columen:firmiſſimumq; præſidium iſtius reipublicæ:
hac imprimis de cauſa adducor:vt exultem gaudio.Præſtare ipſum ingenii ma
gnitudine,ſingulari eruditione,chriſtiana religione ac fide:omnes prædicant.Et
ego cõfido in Dño:per quem reges regnant:& cõditores legũ iuſta decernunt:ꝙ
ipſius ope atq; præſidio adiutus,oĩum ſit de ſe exiſtimationẽ ſuperaturus . One/
roſam nimirũ rem,ac laboris & difficultatis plenã fore:nõ inficior:Sed quæ illi/
us amplitudini perpetuã in cœlo præparet mãſionem, vbi ſempiterno æuo frua
tur.Merito itaq; ac iure tibi gratulor:Speroq; futurũ te fratri,fortiſſimo quidem,
ſed onerato tñ,haud exiguo ſolatio ad perferendam molẽ.Sicut ſcriptũ eſt. Fra/
ter qui adiuuatur a fratre,quaſi ciuitas firma. Vale.Ex Fõte bono.Die.xviii.Octo/
bris.MDII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.XLIII.

m Iſſurus ad Abbatẽ Carcerum lr̃as per monachũ:qui futurus eſt harum
lator:nolui cõmittere,quin ad te aliquid ſcriberẽ:& ſi non habeam,qui/
bus tuis reſpondeã.Et cũ aliud modo minime occurrat:ſcribam paucis quid me
tibi ſignificãdũ putauerim. Vndecimus hic eſt dies:ꝙ iuitatus ad cõſecrãdas mo
niales tres nr̃i ordinis:in monaſterio apud Pratũ vetus oppidũ Caſentini ſito:ac
ceſſi eo cũ decenti comitatu:vt petẽti abbatiſſæ:& monialiũ votis,morẽ gererẽ.
Cũq; didiciſſem,& prætores Caſentinates,& multos præterea ciues Florẽtinos,
cõſecrandarũ virginũ propinquos,ad eã cõſecrationẽ fuiſſe inuitatos:ſubiit ani/
mum recordatio exhortationis atq; anathematis,abs te mihi pauloante trãſmiſ
ſi. Videbã enim:publicaturũ me anathema illud haud infructuoſe:quod multi eſ
ſent audituri.Remiſi itaq; in Fontẽ bonũ,qui ad me vtrũq; deferret.Cum autem
turba multa cõueniſſet:& non tam ex agro Caſentinate:q̃ ex Florẽtia,multitudo
copioſa repleſſet tẽplum:pronũtiaui ſuo loco vtrũq; clara voce,diſtincte & aper
te ad intelligẽdũ.Peracto cõſecrationis officio:agnoui cõtinuo,excæptũ fuiſſe a
multis terrore ingẽti anathema illud:ac viris grauibus adeo cordi fuiſſe vt a nõ/
nullis petitũ fuerit exẽplar,quod ſecũ Florentiã deferrent.Sperabãt enim fore:vt
oſtẽſum ep̃is,qui cõplures ibidẽ imorantur , eſſet ſummopere eiſdẽ placiturum:
imitaturoſq; ipſos me:qui primus citra alpes eo vti cœpiſſem. Non diſſimulaui
cũ iis,vnde vtrũq; habuiſſem:vt abs te miſſa maiore fulcirentur autoritate.Hac
de re iccirco te certiorẽ faciendũ duxi:vt qui iacti in agrum Dñicum ſeminis au/
tor extitiſſes :idem quoq; ipſe mecum ex fructuum percæptione gauderes. Vale.
Ex Fõte bono.Die.iii.Nouẽbris.MDII.

Petro Barrotio Ep̃o Paduano.XLIIII.

s Vſcæpti abs te pro munere ep̃atus labores & peregrinationes p̃fici ha/
ud ſemper pñt ſine magno incõmodo.Sed parũ conſtaret caritatis affe
ctus,ſi cõtempta proximorũ ſalute quieti noſtræ nimiũ indulgeremus.
Operatur enim magna ſi eſt.Si autẽ non operatur:caritas non eſt . Propterea de
ſeipſo dicebat Apoſtolus.In itineribus ſæpe.Tu quoq; ad eiuſdẽ imitationẽ viſi/
tas filios tuos ſi recte agãt:arguis:obſecras:increpas:in omni patiẽtia & doctri/
na.Pro quibus oĩbus qm̃ repoſita eſt tibi merces multa in cœlo:nõ miror,ſi ali/
quãdo aliquid ſubeas incõmodi in hoc ſæculo neq̃:Humanitatis & pietatis offi
cia,nõ vtilitate præſenti,ſed futura remuneratione metiris. Foues q̃tum in te eſt

cecos debiles claudos ac deſtitutos,qui te reinuitare non habeant:vt fiat tibi re/
tributio ſciens mercẽnariã nõ eſſe veram caritatẽ:& liberalitatem vt accepta ſit
Deo gratuitã eſſe oportere.Quãobrem licet te ſaluum atq; incolumẽ ſemper eẽ
cupiam:minus moleſte feras,ſi qñ tibi aduerſi aliquid acciderit inexhibendo cari
tatis officio.Nam qui manet in caritate & Deus in eo,cũ eodem quoq; erit in tri
bulatione:& eripiet eũ:ſicut te modo vt ſcripſiſti eripuit:nec pmiſit fatigatũ diu/
turniore tuſſi languere penitus atq; infirmari.Si parum legiſti: per dies viginti:ſi
minus ſcripſiſti tantũ antea legeras tm̃ ſcripſeras:vt paruo hoc ocio,ac paucorũ
dierũ intermiſſione prior illa legendi ſcribẽdiq; aſſiduitas fuerit cõpenſanda. Be
nedictus Deus ꝙ nõ iacueris.Neq; enim qui alios conaris erigere ſine detrimen/
to multorũ iacere diutius poteras.De Florentinorũ vltione in Arretinos,ne lon
gior protrahatur inter nos ſermo,q̃ ptineat ad nos:nõ eſt,quod aliud repetam,q̃
quod meis lr̃is nouiſſimis ſignificaui tibi.Diligo vtrunq; populũ:& doleo acci/
diſſe ĩmiſſionem per angelos malos:vt Arretini magno Florentinorũ ſcandalo
maiore ſuo detrimẽto noxiam ſibi futurã vendicare ſe attẽtauerint in libertatem.
Quod bene tu quoq; vtriſq; cupias:ac pacẽ rebus dari:facile credo.In dirripien/
dis ſi quidẽ vrbibus vindictæ præſertim ſtudio male põt caueri:ne quid impie:
ne quid crudeliter fiat:qñ non modo autores duces ac principes defectionis pu/
niãtur:verũ ẽt in ipſam aliqñ ſæuiatur multitudinẽ:quæ pro ſua debuit ĩnocen
tia cõſeruari.Cõſtituti ſunt per hos dies decreto Senatus ciues quinq; Florentini
ſuper Arretinorũ negociis:ante quos ventilãdæ ac diſcutiendæ erunt priuatæ ſin
gulorum cauſæ Forte huius magiſtratus cura & fide:multi ĩnoxii reſtituentur in
patriã:bonaq; & fortunas ſuas recuperabũt.Sũt enim viri lectiſſimi:de quorum
maxime integritate confido.Vexationes cõis patroni tum animi tũ corporis tu/
liſſe te moleſtiſſime non dubito.Cũ enim nõ te lateat:q̃tus ſit ille vir:q̃ rari inter
prælatos ſui ordinis exẽpli,vt debilitatũ atq; cõfractum pene curialis ſtatus:& ec
cleſiaſticæ dignitatis nomẽ huius potiſſimũ autoritate nitatur:nõ potes eum nõ
diligere:nõ venerari:non colere:nõ potes cum gaudẽte non gaudere:cũ flẽte nõ
flere.Scripſiſti iccirco ad me copioſe & grauiter:quæ adduci ĩ mediũ poſſent:ra/
tiones atq; exẽpla,ad leuandũ mœrorẽ eiuſmodi.Et profutura illi talia remedia,
ſiquis ea homini ſuggereret nõ dubitarẽ.Aliqñ tũ tam grauis eſt morbus:vt inſa
nabilis videatur:pluſq; valeat arte malũ.Quãobrem quod nouiſſime ĩtuliſti ma
gis probo orationũ videlicet frequentationem pro eius incolumitate & quiete.
Oĩa enim facilia ſunt ne dum poſſibilia apud Deũ.Et ſicut non eſt in medico ter
reſtri vtiq; ſemper releuetur vt eger:ſic ille cœleſtis ſolo nutu quoſcũq; voluerit,
erigit & ſanat.Quod ſi mihi liceret aptius ſcribere:quã ſecreto mecũ cõtulit mœ
roris materiam:haud temere iudicares:facilius orationibus q̃ rõnibus atq; argu
mẽtationibus illius poſſe magnitudinẽ ſupari.Mortẽ vero optari ab eo non tam
propterea exiſtimo:ꝙ pñtis eũ vitæ calamitoſæ nimirũ & erumnoſæ faſtidium
cæperit:q̃ vt ad meliora quod eſt cuiq; optabile proficiſcatur.Liberari de corpo
re mortis huius cupit:tanq̃ tunc vere victurus:cũ ex hac mortali exceſſiſſet vita.
Prudẽtiſſimus quiſq; in domo potius præſertim illa non manufacta quæ ſurſum
eſt mauult habitare q̃ in hoſpitio atq; diuerſorio:diſſolui inq̃ mauult & eſſe cum
Chriſto:q̃ corporis vinculis diutius alligari:tenebriſq; & carcere cæco incluſum
teneri.

teneri. Et quem oro in hac rerum procella in hac tempeſtate ac turbine pacis &
ocii non capiat viuendi ſacietas? Daturum Deum his quoq; finem nemo eſt qui
non credat:dilationem moleſte ferũt.Quæ tñ quoniam in manu Dei eſt aut ora
tionibus & lachrymis implorãdum eſt,vt appropinquet redẽptio noſtra:aut ſi/
ne deſperatione cõfidendũ:ꝙ qui vẽturus eſt veniet:& nõ tardabit:exhilarabitq;
corda noſtra.Cæterũ quod deferẽdum ei ſummũ pontificatum oẽs cupiãt, tecũ
ſentio:ſed ſi addideris boni.Alioqn non deeſſe arbitror:qui cõtrariũ præſtolen/
tur:qui in põtifice plus indulgentiæ q̃ iuſtitiæ:plus remiſſionis q̃ ſeueritatis req/
rant.Ego quidẽ vereor:ne peccata chriſtianoꝝ diſcordiæ iræ ſimultates ſuffraga
turæ ſint alteri.Quod Deus ĩmortalis omen auertat.Principatũ non teneo inter
oratores vt tu affirmas qui pro eo ad Dñm interpellant:præſertim tui habita ra
tione:cui ſemper facile cedo.Sum tñ pro meo ĩpſecto non oĩno negligẽs atq;
ĩmemor Dñi mei pientiſſimi in orationibus meis:cuius humeris ſuſtentatus tot
tãtoſq; in adminiſtratione religionis noſtræ labores atq; onera ꝑuiginti & duos
annos pertuli.Nõ prius mihi ſubitura eſt tãti viri tam optime de mea paruitate
meriti q̃ mei ipſius obliuio.Vale.Ex Fonte bono.Die.xix.Nouembris.MDII.

Leonardo Lauredano Duci Venetiarum.XLV.

b Ernardus Oricellarius ciuis Florentinus vir grauis & eruditus atq; vt
ſpero tuæ celſitudini optime cognitus:vtpote qui ãn paucos annos le/
gatione functus eſt apud vos:cupit iuſſu tuo ptãtem fieri Scipioni Fortiguerræ
qui futurus eſt harũ lrãrum lator:perquirendi quoſdã libros in bibliotheca olim
Cardinalis Niceni:quæ iſthic eſt in ducali Palatio:atq; ex his ſi reperti fuerint ne
ſcio quid excerpẽdi tantũ aut legẽdi:non aũt ex loco ſuo illos educẽdi. Et qm̃ in
mea apud pietatẽ tuam plurimũ interceſſione confidit:petiit a me vt hoc abs te
lrĩs cõtenderẽ.Non enim ignorat:q̃ officioſus ſis:& q̃to amore ac ſtudio lrãtos
proſequaris.Erit mihi pergratũ vt honeſta petẽti viro claro & ꝓbo ac mei amã
tiſſimo benigniſſime morem geras:vt aliquid ex recondito illo theſauro cõmo/
di atq; vtilitatis te autore conſequatur:atq; ex largiſſimo illo fõte exhauriat. Nã
ſicut per Sapiẽtẽ quedã dictum eſt:Sapiẽtia abſcõſa & theſaurus inuiſus quæ vti
litas in vtriſq;? Vt fiat cõpos voti ſui:te ẽt atq; etiã rogo.Vale.Princeps optime.
Ex Fõte bono.Die.xxiii.Nouembris.MDII.

Ioanni Maiori Eremi.XLVI.

l Ocutus eſt mecum Martinus conuerſus de ſua voluntate reuertendi in
Eremum:ac redeũdi in domum ſuam:vnde exiuerat.Viſus eſt mihi bo
no ſpiritu duci:& recordatum quietioris ac tutioris ante actæ vitæ ſuæ:
manere cupere in ſolitudine:vt cõmodius vacet Deo.Laudaui propoſitum eius:
& conuerſionem ad melius beatiuſq; viuendum:cõmonuiq;:vt ſi quid de priſti/
no rigore viuẽdo remiſſius extra eremũ relaxaſſet : cõtenderet omni conatu per
veram humilitatem & obediẽtiam eaſdem,ſi amiſiſſet,vires reſumere:ac præte/
ritæ ſeſe vitæ diſtrictiori accõmodare.Probabis ſpũm:an ex Deo ſit:& inter cæ/
tera quæ illi mãdãda cenſueris:miniſteriũ ſuum impleat erga recluſum ſenẽ:cui
ſi accurate ac benigne inſeruierit:documẽtũ de ſe præbiturus eſt ſatis certum:re/
diiſſe ſe in Eremũ bona volũtate atq; diuino excitatũ ſpiritu.Eris tu viciſſim hu
iuſce ouiculæ paſtor bonus:& reuertentẽ peregre profectũ filium vlnis paternæ

pietatis excipies. Quam ſecum attulit pecuniam: ea in comparāda, ſibi indumē/ta neceſſaria erogetur: ne quid apud ſe proprii remāſerit: ſed pro more loci & ex voti cui ſe obſtrinxit debito: in medium viuat. Horrorem iſtum niuium & hye/mis inclæmētiam: quæ apud vos inhorruiſſe aſperius debet: feres æquo animo: ac feruore ſpiritus rigentia membra diſſolues. Vale. Ex Muſolea. Die. x. Decem/bris. MDII.

Ioanni Cardinali Medici. XLVII.

iN articulo profectionis meæ: quo iturus ſum ex hoc nr̄o ſeceſſu in Fontem bonum ad concelebrandam cum familia ſacroſanctam natiuitatis Dominicæ ſolēnitatem, conuenit me Petrus monachus noſter cū litteris digna/tionis tuæ. Scribo itaqꝫ abbreuiatum verbum: cum ad agendas tibi meritas gra/tias pro labore, quem perpeſſus es pro religionis noſtræ cōmodis lōgam opor/tuerit ad te epiſtolā ſcribere. Gratiſſimū mihi fuit ſtudium & conatus tuæ ampli/tudinis ad redimendam ordini pro vt melius potuit abbatiam deperditam. Re/ſuſcitatum per te mortuum arbitramur: atqꝫ ab inferis reuocatum fatemur: quod præcipitatum in altitudinem profundam ceciderat. Scripſiſſe me & dixiſſe non ſemel ad te memini: dediſſe tibi naturam immo ipſum Dominum naturæ hunc pietatis affectum, vt homines calamitoſos benigne tuearis, foueaſqꝫ: nec poſſe te odiſſe hominē vel nocentē. Sic inſpiratus fuiſti a Deo ſic animatus: vt nihil vnq̄ antiquius duxeris: q̄ humanæ ſocietatis cōmunionem retinere: q̄ intelligere ſup egenum & pauperē: q̄ erigere ac ſubleuare oppreſſos. Sed ecce vrgeor labēte hora ad conſcendendum iumētum. Hoc tātū dico pōſt gratiarū actionem: quicqd boni confeceris: in vtilitatē ordinis noſtri multum vexati: id omne tibi vni accæptum feremus. Ratū præterea ſemꝑ habituri ſumus: quodcūqꝫ te autore te inter/prete inter partes cōuenerit. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiiii. Decēbris. MDII.

Franciſco Picolhomineo Cardinali Senenſi Protectori. XLVIII.

aRridente nobis ac blandiente deſuper ſereno ac tranquillo cœlo: cū ſtatuiſſem præcedente Dominicam natiuitatem die venire Camaldulum ad celebrandum religioſiore cultu feſtum diem: ſuperuenit eadem fere hora Pe/trus monachus cum litteris dignationis tuæ. Moleſtiſſime tuli nō ſuperfuiſſe mi/hi tunc tantum temporis: quo potuerim vel paucis reſcribere. Nam vix mihi tantum relictum eſt ocii: quo curſim ſtrictimqꝫ colēdiſſimo Cardinali de Medicis re/ſponderim: cui neceſſario reſpondendum fuit: vtpote eius rei, de qua mihi ſigni/ficatum fuerat compoſitori. Inſtabant qui venturi erant mecum complures: ne differrem iumentum conſcendere: ne iam inclinante in veſperam die: inhorreſceret magis cœlum: & ſolum perpetuis niuibus obſitum, quod meridianus aliquā/tulum liquefecerat ſol maior vis frigoris gelu aſtringeret. Poſthabita iccirco ad tuam amplitudinem reſponſione parendum duxi anguſtiæ temporis. In eo ſane fui: ne inde mouerem: tanta mihi proponebatur itineris difficultas: tot enumerabantur pericula. Sed per Dei gratiam incolumis redii in Fontem bonum: ductus per diuerticula & anfractus viarum. Rogo itaqꝫ te Domine mi habe me excuſa/tum: ꝙ per eundem nihil reſcripſerim. Cæterum conſenſum quem petebant: ad quē me hortabātur tū tuæ tū Reuerēdiſſimi Cardinalis de Medicis lr̄æ: haud iui/tus exhibui calamitoſo monacho: ac ſqualore ſordibuſqꝫ ꝯfecto. Metit nūc miſer

inobedientiæ

inobedientiæ ſuæ fructum : & vbi cũ honore & cómodo viuere poterat:eo cum ignominia atq; egeſtate reuertetur. Qui cum in honore eſſet non intellexit:com paratur nunc iumentis inſipientibus. Quantum vero ad iacturã ordinis attinet: quam re vera pluris facio:admonentur prælati:ímo verius coguntur non præ/mere:ſed laxas dare habenas ſubditis:ne occaſione correctionis bona & fortunæ ſuæ religionis diripiãtur:& in manus filiorum alienorum deueniãt. Nam ſi tene/mur non negligere diſciplinam contra delinquentes:tenemur etiam ſubſtantias beneficiorum tueri contra occupantes. Verum quod longe deterius & pernitio/ſius eſt:nec correctionibus emendantur facinoroſi & improbi:& euidentibus pe riculis beneficia exponuntur:creſcente indies illorum exhauriendorum ſiti. Si ta men vt ad monachum redeam titulo tantum abbatiæ gauiſurus eſt:non parum adeptus videbitur:cum illo etiã ſit indignus. Moueri in ipſum miſericordia non facile poſſum:tanti mali ac ſcandali autorem. Quis enim miſerebitur incantato/ri:a ſerpente percuſſo? Sed parcat ei Deus. Et tu quoq; lamẽtationibus meis par/ces. Non enim ſine ingenti animi dolore poſſum audire:dari in prædam reliqui as ordinis. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxix. Decembris. MDII.

Hieronymo Priori Camaldulini Veronenſis. XLIX.

q Vem iumẽto ſimilem tibi fuiſſe viſum ſcripſiſti & hominem ſimplicis ingenii nec admodum prudentem:ab eo pauloãte lr̃as accæperam : & cum ipſis hymnum in laudem Sanctiſſimi patris noſtri Romualdi : quibus co/gor, haud facile tecũ ſentire. Nam & grauitatẽ & ornatum, vt nó eminentẽ dixe/rim, maiorẽ certe præſeferunt:q̃ vt vtriuſq; rei autor meruerit abs te aſinus exi/ſtimari. Vbi legeris & tu:alio dignũ elogio hominẽ iudicabis:& metamorpho/ſim ex animali ſtulto & rudi in virum peritum ac bonarum lr̃arum ſtudioſum cõ tinuo apud te factam perſenties. Niſi forte delitiis aſſueto ẽt dulcia amara iudicã da ſint. Quamobrem ſi non venio in ſententiam tuã:ímo ſi eandem ſnĩam tuam improbo:ne ægre feras. Non eſt facile iudicare de homine:quem ſemel tm̃ vide ris:cum quo pauculis fueris verbis congreſſus. Latet aliqñ theſaurus in vaſe ficti li. Et homo videt in facie:Deus autẽ intuetur cor. Tu quoq; noli iudicare ſecun/dum faciem:ſed iuſtum iudicium iudica. Quod inclyto Vexillifero gratæ fuerint litteræ noſtræ:lætor. Sed lætor lõge magis:q; apud illũ fuerint fructuoſæ. Nam quas impetraſti ab excelſo Dñio litteras ad legatum Florentinum : cõferent illæ plurimum negocio Sãcti Clæmentis. Annuat Dñs votis noſtris:vt ordini liberũ relinquatur:licet exiguũ beneficiũ:nec pateat luporũ morſibus:aut alicuius eorũ præda fiat:in quibus infinita rapiẽdi & auferẽdi per iniuriam cupiditas domina tur. Quãtum eiſdem lr̃is profecerimus:haud ita multo poſt audituri ſumus. Fi/des Prioris Sancti Benedicti erga nos atq; ordinẽ nõ indigebat tuo teſtimonio: vtpote pluribus argumentis mihi pſpecta & cognita. Gauiſi tñ ſumus in Dño:q; ſi ex vno iſthic cõuentu præmimur:ex altero ſubleuamur. Inde nõ deſunt Angeli Sathanæ:qui nos collaphizent. Hinc filii Bñdicti patris noſtri & benigni & co/mes blandiunt̃ nobis:adiutores in oportunitatibus:ĩ tribulationibus ſocii. Ages nihilominus Priori gr̃as meo nomine. Voluiſſem:vt quãti emẽdus fuerit liber: de quo ad te ſcripſeram:ſignificaſſes mihi. Vẽturus eſt paulopoſt quæſtor noſter

Fontis boni:qui quod quæſtor alter noluit,aut forte nō potuit:fideliter perficiet. Suſpēſum fuiſſe īterdictū:factāq; vobis fuiſſe indulto apoſtolico ptātē diuina officia celebrādi:gaudeo tū aliis de cauſis tum ēt ppea:q̄ cōmodius vacare tibi licuerit ſacroꝶ cultui,& cōicationi fractionis panis.Neq; cauſeris monachoꝶ paucitatē.Nā ſi tres tantū eſtis,vt ſcribis:memēto teſtimonii Saluatoris. Vbi fuerint duo vel tres cōgregati in noīe meo:ibi ego ſum in medio eoꝶ.Vale.Ex Fōte bono.Die.xxx.Decēbris.MDIII. Hieronymo Priori Camaldulini de Verona.L.

a Dmonitus a me ad recantationē:bene feciſti:q̄ non durior viſus fueris ad mutandam in cōtrariū ſentētiam.Imitari voluiſti Steſichorū poetā: de quo memoriæ proditum eſt:q̄ cū carnem aduerſus Helenam cōtumeliæ plenū ſcripſiſſet:repente oculis captum fuiſſe.Poſt hæc cū in ſomno monitus palinodiā ſcripſiſſet laudes eius decantans:viſum recæpiſſe. Et Apoſtolus præcepit nobis dicēs.Benedicite,& nolite maledicere.Scio te in fratrē nihil ꝓtuliſſe malo animo.Neq;.n.haberi abs te odio potuit:quē antea minime noueras:ne dū ab eo aliqua in re læſus fueras.Lapſus es verbo:qm̄ ſepties in die cadit iuſtus.Et ſiquis in hoc nō labitur:phenici illū cōpara:quā iueniri dicūt ſolā. Quod ex eo didiceris:eſſe Hiſpanos duos:ſacerdotiis ornatos:& doctrina præditos:q cupiāt ſe trāſferre in Eremū experimento probaturi per aliquot dies,vtrū ſibi aggrediendum ſit illud ſeuerius atq; auſterius inſtitutū:laudo amborum deſyderiū. Quo tñ ſpiritu ducātur:agnoſci nō facile pōt diebus paucis.Et ego in huiuſmodi petitionibus nunq̄ currere cōcitatius cōſueui:ſed mature ac moderate gradiendum ſemp arbitratus ſum.Horret profecto animus recordari : q̄ male habita ſit nr̄a religio ab iis,qui de aliis ordinibus ad eā trāſierūt.Vt ſi fieri poſſet nemo admittēdus foret impoſterū:niſi per multos probatus annos.Raro euenit vt ſuam aliquis egredi religionē cupiat ſtudio tantum vitæ arctioris:verum frequentius aut domeſticorū inſectationibus:aut impatientia ſubiectionis.Reſpondere tamē fratri poteris:vēturum eſſe me haud ita multo poſt Florētiam:& ei coram quid ſentiam reſpōſurum.Quæ ad abbatē ſcripſeris de negocio Cortonienſe & Arretino ſimul:neſcio.Credo te recte cōſuluiſſe:quid illi agendum ſit:vt vtrūq; beneficium ordini cōſeruetur.Ipſe prior me appoſuit manus:ipſe expediet.Prope eſſe tēpus conuincēdorum Angelorū opinari te ſcribis:& ego idipſum exopto ſummopere.Quid tamē futurū ſit:pro comperto non habeo:nec in ſpe victoriæ,ſed in ipſa tm̄ victoria conquieſcā.Quod diuino cultui ſis intētus:facis quod te potiſſimum decet..Nā hoc imprimis holocauſto delectatur Deus.Sacrificiū inquit laudis honorificabit me:& illic iter quo oñdam illi ſalutare Dei.Vtrū non admodum neceſſariā facultatē īpetraturus ſis ꝓ familia celebrādi in priuato:tu videris. Nimiꝶ niſi legiſſem:Miſſarū ſolēnia non vbiq;,ſed ī locis ab epo cōſecratis:vel vbi ipſe permiſerit:celebrāda eſſe,nō requirerem dioceſanoꝶ cōſenſum.Vale.Ex Muſolea.Die.xv.Ianuarii.MDIII. Petro de Accoltis Auditori.LI.

c X iis qui tuentur cauſam Carceꝶ intellexi vrgeri dignationē tuam,non ad ferendam ſed præcipitandam ſentētiam:inſtante parte aduerſa:nec ſinente:vt noui Procuratores noſtri plenius inſtruātur de cauſæ proceſſu:ad quē vel curſim plegendū (tot ſunt per cōplures annos agitata:tot vltro citroq; producta teſtimonia)

ducta teſtimonia) multorũ dierũ ſpatio,opus nimiꝶ eẽt.Sed agimus Deo gr͞as: ꝙ tibi potiſſimũ demãdata ſit tanti res momẽti,in quo nõ minus cõſtantiæ,q̃ fi/dei nouimus.Præes Rotæ:vt eã pro tuo,nõ pro alieno moueas ac modereris ar bitrio:vt ponas iuſtitiã ĩpugnantes,vt rotã:& ſicut ſtipulã ante faciẽ venti.Decet eos,q orbẽ iudicaturi magiſtratũ iſtũ tantæ autoritatis gerũt:ad nullius pauere occurſum:nec formidare vultũ potentiũ.Non ſoli prophetæ:ſed vobis quoq͂,q bus id muneris demandatũ eſt,dixiſſe Dñm arbitror:& tibi imprimis q virtute animi præſtas.Ecce dedi faciẽ tuã valentiorẽ faciebus eoꝝ:& frontẽ tuã duriorẽ frontibus eoꝝ:vt adamãtẽ vt ſilicem dedi faciẽ tuam.Erit mihi ꝑgratũ:& vt ita facias oro:ne facile mouearis a tuo ſenſu aliorũ inſtigationibus.Aſſignẽtur pro/curatoribus cõueniẽtes termini:vt edocti de meritis cauſæ p̄ſto ſint corã te:tibi/q͂ reꝝ exponãt atq͂ explicẽt certius veritatẽ.Spo te haud ſecus eẽ factuꝝ,q̃ peti/mus.Quod cũ feceris:opus certe hoĩe & ſapiente & ſeuero & ſancto dignũ fece ris.Vale.Ex Muſolea.Die.xvii.Ianuarii.MDIII. Mariano Procuratori.LII.

m Iraris inter tot teſtes cauſæ monaſterii . Carceꝶ multiplici mendatio ſe obiiciẽtes:duos ĩprimis vel tres nr̃i ordinis monachos in lõga illa exa minatiõe repiſſe:qui religionẽ nr̃am obſtinatius cæteris atq͂ crudelius oppugnẽt.Sed ſi tibi in mẽtẽ venerit,quid prædixerit Dñs ĩ euãgelio:Trademi/ni aũt a parẽtibus & fratribus & cognatis & amicis:Et alibi,inimici hoĩs dome/ſtici eius:mirari ꝓfecto deſines.Et q̄s oro,ꝑdidit Saluatorẽ?Nõne vnus ex duo/decim:q ſimul cũ illo dulces capiebat cibos?Atq͂ vt de monachis loquar:lege ſi vacat Benedicti & Romualdi viroꝝ ſanctiſſimoꝝ vitas:& inuenies non defuiſſe: q eos p inſidias necãdos curauerit.Nõ ſunt iſta inuſitata:nõ noua. A cõſtitutione mũdi inchoatũ eſt hoc malũ:vt frater fraterna ſeſe cõtaminauerit cæde.Nõ ĩme rito tñ indignaris cõtra huiuſmodi improbos ac facinoroſos:qui nullã h̄n̄t cõſer uandæ ſuæ religionis rõnem:ĩmo qui illius videre interitũ ſitiunt. Non eris pro pterea tu ſegnior ad tuendã iuſtã cãm:ſi minus prudẽter per alios fuerit agitata. Quin potius maiore ſtudio ad patefaciendã iudicibus veritatẽ ĩcũbes negocio: & acrior in hoſtes cõſurges.Credo enim ego:vbi primũ illi agnouerunt:datum te fuiſſe nouũ huic gerẽdo bello ducem:attenuatã eis fuiſſe continuo atq͂ ĩminu tam expectatione cõgreſſus tui victoriæ ſpem:quam ſublatam iri penitus tuo ad pugnã aduentu haud temere reformident.Cœpiſti iam in prima dimicatione ĩ/petus eorũ atq͂ audaciã reprimere clamore vt ſcribis tuo:& cõmemoratione tor mentorũ:quæ illis autoribus ſcæuiſſime illata ſunt nr̃is.Terruiſti eos voce tua al tiore.Quid facturos putas:cũ in illos validiora potentiſſimoꝝ argumẽtoꝝ iece ris atq͂ intorſeris tela?Perge itaq͂ vt facis:& cõfortetur cor tuũ in Dño:quẽ futu rum tibi præſidio ſpo & cõfido.Angeloꝝ litem nimiũ differri:tua culpa minime arbitror.Si lata fuerit ꝓ nobis ſicut opinaris ſnĩa paulopoſt:facile iſta dilatio ob liuione delebitur.Cõmẽdo inſuper tibi Sãcti Clæmẽtis Arretini negocium.Vale Ex Muſolea.Die.xviii.Ianuarii.MDIII. Thaddæo Fauentino.LIII.

m Emoriam tui non indigne vt exiſtimas ſed meritiſſime ſeruo.Es enim tu eiuſmodi:vt non prius tui quam mei profecto ipſius vlla vnquã me capere poſſit obliuio.Salutaui itaq͂ dudum te per Benedictũ monachũ officioſe

in te animo:atq; ĩprimis prouocatus haud vulgaribus meritis tuis. Nã cũ ſis & probitate & doctrina prǽditus:& paruitatis meǽ admodũ ſtudioſus: ſi mihi tu vllovnq̃ tẽpore excideres, atq; aĩo labereris: iure eſſem ingratitudinis arguẽdus. Idẽ quoq; te viciſſim facere nõ ambigo: vt mei q̃ te ſũme diligo ſine diutina intermiſſioue recorderis. Hoc.n. vere ius amicitiǽ poſtulat: hoc te obſeruare fideliter ipſemet cõfiteris. Et grãs ago pietati tuǽ. Vigilia vrbis tibi credita ſi te penitus qeſcere nõ ſinit: infructuoſa tñ prorſus eſſe non põt. Quo.n. vigilãtior fueris: eo ampliore illuſtratione cœleſti eris replẽdus. Nõ.n. dormiẽtibus atq; oſcitãtibus, ſed vigilãtibus & quǽ ſurſum ſunt ſapiẽtibus diuina munera cõferũtur. Legimus Apoſtolũ dicẽtem. Surge qui dormis & exurge a mortuis:& illuminabit te Chriſtus. Tu ergo haud inuitus vigila: in oĩbus labora: miniſteriũ tuũ imple. Admiſi per q̃ iucũde conſolationem tuã ſup reformãdo paulopoſt apud vos nr̃i ordinis mẽbro: hactenus ſupra modũ vexato ac dillacerato. Siue.n. in eã me adducis ſpem quoniã ita mecum imprimis fieri cupias: ſiue ita ſcribis quia aliquid certius me noueris opto magnopere, vt impleatur vaticinium tuum. Adſit piis vtriuſq; votis Dominus:& vineam ſuam talibus locet agricolis: qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiiii. Ianuarii. MDIII.

Papiniano Doctori Fauentino. LIIII.

n On ĩmetito credita eſt tibi xenodochii adminiſtratio & fortunarũ eius cura. Nihil.n. vnq̃ duxiſti antiquius caritate. Hãc frequẽter verbis ac ſermone prǽtefers: hãc opibus ĩples ac pficis. Nõ potes fieri velut ǽs ſonãs aut cymbalum tinniens: ea repletus: in quã oẽm tuũ laborẽ ſtudiũ ſolicitudinẽ operã cõtuliſti Hortaris me prǽterea ĩmo & rogas: vt coopari tecũ velim:& accedã huic hoſpitalitati fautor atq; adiutor: pmittãq;: vt Benedictus monachus noſter ſpũalem loci illius adminiſtrationẽ ſuſcipiat. Sane moleſtiſſime fero repugnare votis tuis inſtitutũ nr̃m, neq; licere nobis p leges q̃bus parere tenemur extra ordinem vitã ducere. Sed nõ es tu de hmõi admonẽdus: cũ ſis iuris pitiſſimus. Quo circa ſicut probo affectũ tuum pietatem fidem ad bene recteq; diſponendum demandatum tibi munus: ita velim excuſationem meam admittas: ſi non fecero quod mihi non licet. Non poteſt Benedictus ſine periculo animǽ ac ſalutis ſuǽ duobus Dominis ſeruire: neq; excutere collũ a iugo regulǽ. Vouete inquit ſacra ſcriptura & reddite Dño Deo vr̃o. Profeſſus militaturũ ſe in noſtro ordine dum vixerit: nõne ſi alio ſe contulerit atq; in aliena caſtra tranſierit: tranſſuga exiſtimabitur? Quod ne ſcandalũ incurramus: neceſſario nobis cauendum eſt. Tu vero qui & mitiſſimus es:& iuſtitiǽ cultor: benigne in hac re mecum ſenties. Vale. Ex Muſolea. Die. xxv. Ianuarii. MDIII.

Nicolao Pitto Ordinis Prǽdicatorum. LV.

s Ignificaſti mihi per litteras deſyderium tuum. Nec me conſulis quid ſuper eo ſentiam: ſed tantum vrges inſtas impellis prǽ deſyderii magnitudine: vt petitionem tuam admittam: neq; proſtratum lachrymantem vociferantem contemnam ac reiiciam. Deniq; multis prǽcibus multa orationis exaggeratione contendis a me: vt ad ǽmulationem Samaritani illius de Euangelio ſaucium te ac vulneribus affectum ſtabulario Maiori videlicet Sacrǽ noſtrǽ Eremi cõmendem. Affirmas prǽterea eſſe te robuſto ac vegeto corpore: atq;

pore:atq; ad perferenda Eremiticæ ſeueritatis onera idoneo:præſertim cũ p an/
nos vndecim in regularis vitæ obſeruatione perſeueraueris. Primũ quidẽ vt ali/
quid ſicut poſtulaſti tibi rñdeam:improbare ego nõ audeo votum tuũ. Quis.n.
ſtudioſum ſalutis ſuæ,non magnopere ẽt laudet?Cõſilium tñ do:vt probetur ſpi
ritus an ex Deo ſit. Fuiſſe te multa per vndecim annoꝝ ſpatium in religione exp
tum fateris. Ego vero per quadraginta haud pauciora q̃ tu vidiſſe me arbitror.
Et crede mihi frater cariſſime qa nõ mentior:non fuiſſe vnq̃ mihi facilẽ ſpirituũ
diſcretionẽ. Tranſfert ſe aliqñ in Angelum lucis de cœlo deiectus:& bonorũ ſpe
cie fallere nos pergit. Cauẽdum eſt itaq;,ſicut nos Apoſtolus admonet, ne circũ/
ueniamur a Sathana:cuius ignoramus cogitationes. Trãquillitatis & qetis nutri
cem atq; alumnã eſſe Eremũ non inficior. Falleris tñ:ſi vacare illã impugnationi
bus ac tẽtationibus arbitraris. Nã ſi te icciirco cœpit ſolitudinis cupiditas ingẽs:
vt cõſpectum & colloquia mulierũ deuites: cum hoc non abhorreat ab inſtituto
profeſſionis tuæ:modo id moderate ac patrũ iuſſu ad animarũ ſalutẽ fiat:labefa
ctari nõ poteris illarũ cõgreſſionibus:ſi te totũ honeſtati & pudicitiæ ſemel addi
xiſti. At eo maius periculũ ĩminet:quo propius ĩfirmiori ſexui adhæſeris. Sed ca
ritas his te periculis facile eximet: qua cogeris diligere proximũ,ſicut te ipſum.
Si omnes ab hominum cætu ſecedere voluerimus:atq; in abditas ac remotas ſo
litudines nos ipſos recondere:habitare in mõtibus,& in ſpeluncis,& in cauernis
terræ,male profecto conſuletur populorũ indigentiæ & curæ. Tibi dicitur. Præ/
dica verbũ:inſta oportune:importune:argue:obſecra:increpa:in oĩ patientia &
doctrina. Et tu poſthabito & cõtempto,iniũcto tibi Apoſtolico munere proripe/
re te ĩ Eremũ paras?Patet tibi ager latiſſimus:ex quo fructũ,quem abs te efflagi/
tat Dñs,vberrimum proferas. Et tu relicto ſolo feraciſſimo ad ſterilitatẽ deſerti
contendis. Hortor te ac moneo:pro mea erga te beniuolẽtia & fide:vt maturius
negocium cogites:ne peregrinari in feruore videaris. Talenta accæpiſti:non vt
ea terræ infodias:aut in ſudario reponas:ſed vt alia ſuperlucreris. Alioquin audi
turus non eſſes iucũdiſſimam illam vocem. Intra in gaudium Dñi tui. Deniq; ne
te longius protraham:veniat tibi in mẽtem grauiſſimũ Apoſtoli conſilium. Am
bulate inqt vocatione qua vocati eſtis. Vale. Ex Muſolea. Die.xxvi.Ianua.MDIII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LVI.

n Vdius quartus redditæ ſunt mihi lr̃æ tuæ:tardius illæ quidẽ: ſicut fre/
quẽter accidit,vtpote quadrageſimo poſt die q̃ fuerãt conſcriptæ. Non
eſſe cõdignas paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã:quæ reuelabitur in nobis:
& ppea nihil æſtimari debere inſtantiã tuam quotidianã:& ſolicitudinẽ omnium
eccleſiarũ tuæ curæ cõmiſſaꝝ:neq; defuturo præmio bene ppea ſperare nos op/
portere:ſicut Pauli ſentẽtiã penitus approbo:ita e diuerſo durior atq; diſtrictior
mihi viſa ẽ tua. Sacrificate inqt ſacrificiũ iuſtitiæ & ſpate in Dño. Et qũo ſpare in
Dño potero:niſi ſacrificauero ſacrificiũ iuſtitiæ:niſi fuero iuſtitiæ cultor? Nõ eſſe
cõdignã huiuſcemodi iuſtitiã ad futurã gloriã:plane cõfiteor:dicẽte Eſaia. Quaſi
pãnus menſtruatæ oẽs iuſtitiæ nr̃æ. Quod vero nõ ſuggerat mihi materiã bene
ſperãdi ſeruata vtcũq; iuſtitia:durus eſt hic ſermo. Beati q cuſtodiũt iudiciũ & fa
ciunt iuſtitiã in omni tẽpore. Et alibi. Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatio/

nes tuas in æternum:propter retributionem.Itemq́ȝ in alio pſalmo.Euntes ibãt & flebant mittentes ſemina ſua.Venientes autem venient in exultatione,portantes manipulos ſuos.Alius ẽt.Benefac inquit iuſto:& inuenies retributionem magnam:& ſi nõ ab ipſo:certe a Dño.Similiter Apoſtolus ait.Si ſuſtinemus:& conregnabimus.Et mille alia huiuſmodi colligi pñt.Et tu nõ pateris vt ſuadeã tibi: defuturo bonorũ operũ præmio bene ſperare?Cum præſertim teſtetur ipſe Dñs in Euãgelio.Ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo . Dat nobis virtutẽ Dñs ad bene operandũ:cum ſufficientia noſtra ex eo ſit:vt ſi non defecerimus benefaciẽtes:tẽpore ſuo metamus.Verũ hac de re ſuperfluo tecũ ꝓtrahitur ſermo.Hoc tm̃ dixerim.Quod vbi venerit ad iudiciũ Dñs:qñ oẽs reddituri ſunt de factis ꝓpriis rõnem:qui bona egerint ibunt in vitam eternã:qui vero mala in ignẽ æternum.Florentinorũ animi natura ſua mites,mitiores fieri indies in Arretinos videntur.Nam multi ad hãc,vſq́ȝ diem reſtituti ſunt in patriam.Paucorum qui fuerunt principes ac duces defectionis proſcripta ſunt bona.Faciunt vt opinor delicta fugitiui illius:quem dicis veniſſe patauium:vt deliteſcere non queat. Tam diu hac illacq́ȝ diſcurret:donec in foueam cadat.Si inciderit in manus tuas:ſpero fore quod ſignificaſti:vt non facile iterum ſit elapſurus.Colendiſſimus Protector noſter,de quo aliquid mihi repetẽdum duxiſti:podagra per hos dies acriter vexatus eſt.Vehementia doloris cogitare neceſſario nos facit de tranſlatione ad requiẽ.Siue aũt fugetur quis a ſæculi calamitatibus ſiue ſponte ducatur qetis deſyderio,modo illã cõſequatur ſatis eſt.Sed qñ cõſtitutus a Deo terminus præteriri nõ poterit:expectare illũ quo tranquilliore fieri põt animo vnũquẽq́ȝ oportet: ne videamur e ſtatione & caſtris imꝑatoris iniuſſu velle diſcedere. Quẽ tibi obnixe cõmendaui:non dubito abs te adiutũ iri.Neq́ȝ verearis ſubiturũ te negociũ odii plenũ.Beati enim qui perſequutionẽ patiuntur propter iuſtitiã:qm̃ ipſorum eſt regnũ cœloꝝ.Iulianum Caſentinatẽ,ex quo a me cũ lr̃is noſtris ſemel profectus eſt nunq̃ vidi nec de eo aliqd intellexi:vtrũ ſuſcæptæ peregrinationis pœnitens redierit domum:an alio ſe cõtulerit.Ago gr̃as ꝙ per te non ſteterit:vt fieret voti cõpos.Cõmonitionem virginũ & anathema ſacrilegorũ:de quibus per litteras plenius ſignificaui tibi:quẽadmodũ optare videris plurimum : ego quoq́ȝ vtrũq́ȝ magnopere profuturũ cõfido.Cæterũ audi aliquid noui:vt conſulas quid agendũ:ne in cõtinua trepidatione & pauore verſentur:qui domeſtica vexatione impugnati nõ ſinũtur quieſcere. Habet noſtra Sacra Eremus ædes quaſdam in medio Socii:quod oppidum a Muſoleæ huius noſtræ ſeceſſu,quingẽtos circiter paſſus diſtat.In iis habitat familia bene morata,ac boni teſtimonii:vir ſcilicet cũ vxore filiis ac nepotibus.Quintus hic agitur mẽſis:ꝙ in ea domo audiri ac videri cœpta ſunt neſcio quæ portẽta:ſtrepitus vocũ:motus atq́ȝ ĩpulſus capſarũ,dũ ſuper iis domeſtici inſiderent ictus parietum : iactus lapidum ac fragmentorum ad magnitudinem dimidii fere lateris:quæ ex contignatione in pauimentũ deiecta ſonitum ruinæ ſimilem excitant.Nouiſſime diebus iſtis etiam gemitus quaſi lamentantium exauditi ſunt:& lapides haud exigui in familiam coniecti:adeo tñ leui emiſſione atq́ȝ ictu:vt percuſſi vix ſentiãt.Viſa quoq́ȝ fuiſſe ibidem ſimulachra neſcio quæ & noctium phantaſmata,affirmant:q̃uis interdiu ẽt memorata

omnia

oĩa euomant:vt territi qui inhabitãt domũ ac ingenti formidine ac ſtupore per/culſi præſertim paruuli ac mulieres:vix permittãtur præ metu ſomnũ capere:ac officinas ædium cubiculaq; trepidi ac tremẽtes ingrediãtur. Quid ſibi velle iſta putes:ac ſi quod tibi ſuccurrit remediũ,non grauaberis reſcribere.Oratũ eſt a ſa/cerdotibus multis:miſſarũ concelebrata ſolẽnia:ipſius patris familias noĩe:atq; ab eodẽ elemoſinæ huius rei gratia erogatæ:nec ſibi videtur aliqd profeciſſe. Ex pectabimus rñſum tuũ:ſi forte p te liberãda ſit domus illa:a timore nocturno ab incurſu & demonio meridiano. Vale. Ex Muſolea. Die.xxvi.Ianuarii.MDIII.

Leonardo Lauredano Duci Venetiarum.LVII.

l Aurentius Petri Franciſci de Medicis ciuis Florẽtinus vir clariſſimus & apud ſuos honoratus magnæq; exiſtimationis:latenti neſcio quo : & q a medicis Florentinis difficile percipitur morbo laborat.Is hodie multũ me ob/ſecrauit per lr̃as:atq; interpellari ẽt alterius cuiuſdã conciuis ſui lr̃is fecit : vt im/petrare cõtenderem a tua Celſitudine:alterũ de duobus medicis qui ſunt Paduæ tua pmiſſione & cõſenſu ad ſe viſitandũ tranſmitti. Hieronymũ videlicet Vero/nenſem,aut Ioãnem Aquileiẽſem:quos audiuit cæteris in medicinæ arte præſta/re.Petenti rem honeſtã ac ſaluti corporis cuius natura impellẽte omnes per q̃ cu pidi ſumus longe neceſſariã:vt obtẽperes mitiſſime Prĩceps oro & obſecro.Im/pleueris facile hac in Laurentiũ pietate atq; indulgentia Dñicum præceptum.In firmus fui & viſitaſtis me.Qui enim vt dicitur p aliũ facit per ſeipſum facere vi/detur.Mihi quoq; rem gratiſſimam feceris ſi nõ fuerit ĩfirmus ſuo fraudatus deſy derio:qui tantopere in mea:apud tuã amplitudinẽ interceſſione cõfidit. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxv.Aprilis.MDIII.

Antonio Iuſtiniano Oratori.LVIII.

s Vperfluum arbitror,eũ vrgere calcaribus:qui ſpõte currat. Quia tñ ex abundãtia cordis,os loquitur:nõ poſſum non eũdem tecũ ſermonẽ re/petere.Inſta,inquit Apoſtolus,oportune importune.Cõmendo iterum tuæ pietati,religioſum,piũ,ſanctũq; cõgregationis noſtræ ac meũ pariter ipſius votum,ſuper vniẽdo ipſi cõgregationi Carcerũ monaſterio.Non indiget abba/tiæ titulo patriarcha,& rubeo pileo inſignitus.Habeãt locũ indulta Pontificum: quibus cõceſſum olim nobis fuit:vt abbatia Carcerũ in ius congregationis cede ret.Vniatur corpori membrũ:quod præciſum,breui putrefaciẽdum,atq; ad pri/ſtinam deformationẽ facile reuocandũ foret.Si tu tanti auertendi ac dimouendi a nobis ſcãdali autor fueris:curaueriſq; pro tua prudẽtia:vt ſeruata Cardinali pẽ ſione,Carceres cõgregationi huic noſtræ annectãtur:non nos tantum ac religio nem noſtrã Camaldulẽſem:verum ẽt imprimis hoc Illuſtriſſimũ Dñium ſingu/lari affeceris munere.Noui enim quãto ſtudio huiuſmodi cupiat vnionem:haud minore nimirũ ac ſi ad ſtatum reipublicæ negocium pertineret.Deniq; ne te plu/ribus obtundam:ſic te obſecro pro honeſta petẽtibus geras:vt tibi Camaldulen ſem ordinem,pietatis induſtriæ ac fidei merito deuintias.Aale.Venetiis. Die.vi. Iunii.MDIII.

Petro Soderino Vexillifero.LIX.

m Agnæ mihi iucunditati fuit,fratris tui germani clariſſimi nimirũ ac reli gioſiſſimi Antiſtitis recẽs nouaq; ad cardinalatũ ꝓmotio.Non ſolum, qm̃ ea res magno honori ei fuit:& tuæ amplitudini gloriæ ſingulari:verum po/

tius,ꝓ virtutis ac ꝓbitatis ipſius merita palam:vniuerſo orbi fecerit teſtimoniũ dignitatis.Honeſtata eſt tãti viri ſplendore non modo Soderina domus ac patria tota Florentina:verũ ẽt cuncta eccleſia illuſtrata.Quãobrem cũ non ſit poteſtas,niſi a Deo:ipſum præcor obnixius:vt quẽ ſua pietate in ſacrum aſſciuit collegium Apoſtolicũ:longiorẽ ei prorogет vitam:vt cõſtantia grauitate cõſilio autoritate præditus:lõge ſeſe omniũ iudicio principẽ inter reliquos ſui ordinis facile exhibeat:futuruſq; colũna labantis eccleſiæ atq; firmamentũ,gradum ſibi fecerit ad maiora.Habet a natura ſermonis leporem:ingenii acumen:dicendi copiã:ac diuerſarũ artium diſciplinam.Quis dubitet,acceſſuram his diuinitus vberiorem gratiã:vt quæ ei talenta contulit Dñs:non ea in terrã defoſſurus ſit:ſed ad vtilitatem & cõmodũ totius populi chriſtiani pie atq; afflučter erogaturus?Vt non minus illũ gloria & honore,q̃ fœlicitate creuiſſe appareat.Emulaturũ te fratrẽ ſpero per oẽm vitam:vt quẽadmodũ tu ob tuam ſapientiã atq; integritatem ad gubernacula tuæ reipublicæ poſitum leges ac iure labefactari nõ ſinis:& iuſtitiæ cultura firmas ſolium tuum:ſic ipſe talem ſe præſtet:vt aliis ſit futurus ſanctimoniæ ac virtutis exẽplũ:& neq; inflecti grã:neq; vllius perfringi potentia queat.Libuit mihi paucis ex officii rõne,immo longe magis mea in te obſeruãtia,pietate,fide gratulari tecum dignitati fratris tui.Quæ profecto ſicut mihi nunq̃ in opinione fuit dubia:ita ſuo illi tẽpore tradita vtinã tibi vtinã ipſi vtinam nobis atq; omnibus,fœlix & fauſta Dei miſeratione futura ſit.Vale.Ex Sãcto Mathia Murani.Die xviii.Iunii.MDIII.

Ambroſio Bernardo Ptothonotario.LX.

a Uctam fuiſſe erga Philippum Priorẽ,ſi augeri potuit,quæ ſumma erat & maxima,tue dignationis beniuolẽtiã & gratiã:meo de illius probitate teſtimõio atq; iudicio:lætor plurimũ.Nã cũ ipſum diutiſſime exptus ſim eiuſmodi:qui ĩ referẽda amicis grã,ſi officiis nequit,animi tamẽ gratitudine ſuperari ſeſe minime patiatur:facile ſpero fore,eũ inter vos perſeueraturũ cõſenſum & ſocietatẽ cõſiliorũ ac voluntatũ:vt non minus noueris te illi,q̃ illũ tibi eſſe dilectum.Te enim parẽtẽ alterũ putat:pro quo,ſi opus foret,paratus ſemper ſit & in carcerẽ & in mortem ire:ita fatetur pleno ore,nullũ ſibi a tua pietate ſtudii,nullũ vnq̃ amoris officiũ defuiſſe:neminẽq; aliqñ viſum fuiſſe cariorẽ alicui,q̃ te ſibi. Velit Dñs,qui habitare facit vnanimes in domo:qui facit vtraq; vnũ:vt hæc mutua,& parentis mitiſſimi in filium pietas,& filii obſequẽtiſſimi in parentem obſeruantia & fides,nullo vnq̃ tempore minuatur.Vale.Ex Sancto Mathia,Murani. Die.xx.Iunii.MDIII.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani.LXI.

s I quando tibi contigerit alloqui Samuelem,Carcerũ Vicarium:ages illi gratias meo noĩe:ꝗ ipſo autore habitauerim per hos dies in Claſſenſi cœnobio cõmodiſſime.Adeo enim venuſtum anno præterito,cum huic præeſſet abbatiæ erædificauit xenodochiũ:vt ſingulari nimirũ laude dignus ſit.Aliqd de ſtructura hac a referẽtibus audierã:qui illã magnopere cõprobabant.Ve℞,vt ſcias,nõ modo (vt cõſueuit) non minuerunt præſentia famã:ſed cumulatiſſime ſuperauerũt.Benedictus ſit ille a Dño:quo inſpirante habita eſt tandẽ ſuperueniẽtium hoſpitum ratio in loco iſto.Non recedet memoria eius:& nomẽ eius requiretur a generatione in generationem:vt quicũq; huc diuerterint,futurus ſemper

ſit & Samuel

ſit & Samuel inter eos. Vale. Ex Monaſterio claſſenſi. Die. xxiiii. Iulii. MDIII.

Petro Priori Caſtricarri. LXII.

m Vltum es pro mea valitudine ſolicitus: qa diligis multũ. Vt interroga/
tus: Petre, amas me: poſſis merito ac fiducialiter reſpondere. Tu ſcis, qa
amo te. Nõ ſuffecit tibi: pluribus ad abbatẽ noſtrum lr̃is prætuliſſe ſingularis er/
ga me teſtimonia pietatis: niſi ẽt præcioſa, atq; infirmitati accommodata ad me
munera trãſmiſiſſes. Agimus tibi q̃tas poſſumus gratias, & pro deſtinato mune/
re, & lõge magis pro affectu haud vulgari & cura pro ĩfirmo. Aegrotaſſe mihi vi
ſus es cũ ægrotante: & cum iacẽte diuexari: ac mœrore cõſumi. Nõ defuiſſe præ/
terea arbitror, & tuas & per te multoꝝ pro me orationes ad Dñm: vt adhuc pro
rogarentur dies vitæ meæ. Si tamẽ hæc exiſtimanda eſt vita: quam plenam eſſe
mortis periculis: quotidianis fere indiciis atq; experimentis cõprobamus. Notũ
faciat mihi Dñs pro ſua clæmentia finem meum: vt ſciam quid deſit mihi, cũ ho
ra ineuitabilis ſuperuenerit: ne imparatus inueniar. Reſumo per Dei gratiam vi/
res indies magis: qñ complures dies ſunt: quibus me dereliquit febris. Vt peni/
tus confirmer: orabis. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Auguſti. MDIII.

Iacobo Monacho Sancti Michaelis Murani. LXIII.

m Aximum reuera euaſiſſe vos periculũ nihil dubito: cũ ex ea tẽpeſtate &
procella quæ noctu irruit ſuper cœnobiũ veſtrũ oppreſſus fuerit nemo.
Eripuit nimirũ vos Dei miſeratio: ne erutæ radicitus vaſtæ illæ pinus vẽtorum
vi atq; in dormitoriũ ruentes, illud penitus oppreſſerint, diſiecerint, atq; proſtra/
uerint. Iacturã tñ tegularũ ac tectoꝝ facile tuliſſe vos arbitror. Repertas etiã ma
ne alias arbores, euulſas, diſiectas, ac penitus fructibus & foliis ſpoliatas ob ven/
torum impetũ grandinẽq; cœlo deiectã: non multum miror: qñ in reditu noſtro
partem Vallis Galeatanæ adeo depopulatã grandine atq; vredine & ventorum
procellis offenderimus: vt exuſtam penitus regionẽ diceres: atq; mediam nobis
hyemem referẽtem. Sunt iſtæ viſitationes Dñi: quibus nos tẽtat ſi diligimus eũ.
Cæterũ nos quoq; ab huiuſmodi viſitationibus ĩmo eo grauioribus quo magis
ſanitas corpoꝝ & vita præſtat temporalibus bonis, nõ fuiſſe ĩmunes paucis acci
pe. Mãſimus Rauẽne in monaſterio Claſſenſi dies aliquot: præſtolati iumẽta nr̃a
ex Fõte bono. Quibus per cubiculariũ noſtrum Abbatẽ Sancti Viriani & familia
res alios duos adductis: Fauẽtiã venimus. Inde ſeptimo poſt die, pacta viſitatio/
ne cœnobiorũ noſtroꝝ: & cõſecratis monialibus quatuor: cũ profecturi eſſemus
Bononiã: falſo quodã rumore ad me delato mutandã neceſſario velificationẽ du
xi: & Camaldulũ recta redire cõſtitui. Quarto añ ꝓfectionẽ nr̃am ex fauentia die
Maior Eremi & biduo poſt Bernardus monachus (licet mecũ id diſſimulauerit)
ægrotare cœperunt. Vbi ad inſulanã abbatiã peruenimus: pridie nonas Auguſti:
tum vero ingenti febris calore correptus Maior lecto decubuit. Sequenti die ap/
plicuimus in Fontẽ bonũ: Maiore vltra Eremũ progredi recuſante. Inuitatus po
ſtea: vt traduci ſe Camaldulũ ſineret curandæ cõmodius valitudinis gratia: ma/
luit ad Eremitarũ vineam equitare: Vbi decima huius menſis die obdormiuit in
Dño. Bernardus vero mõachus grauiter ĩfirmatus hucuſq; penitus febre libera/
tus nõ eſt: lõge tñ melius ſe habet. Frater quoq; Ioãnes Antonius: & alii familia/

tres duo:qui cum iumentis Rauennam ad nos venerant:eiſdem diebus qbus p/
ueneramus in Fonté bonũ pariter infirmati ſunt:vexati febribus aliq̃diu,cæteris
tñ leuius:vt iam fere cõualuerint. Et vt nouiſſime de me ſcribam:ne forte me pu
tes validioré fuiſſe aut fortunatioré cæteris:qui per tot méſes robuſto fuerã in tã
longa peregrinatione ac vegeto corpore:paulopoſt Fonté bonum ingreſſus,in
portu & ego feci naufragiũ. Si quidé Sabbato huc applicui fatigatus admodum
tum ob feruoré ſolis atq; itineris difficultaté tum ex parte ob cótinuatũ biduanũ
ieiuniũ. Sequẽti die bene me habere viſus ſum. Poſtera nocte qua celebrari opor
tebat ſolénem huius monaſterii feſtũ diem:cũ nocturnæ ſynaxi intereſſem cum
fratribus,pluuiali indutus:ſenſi corpus totũ maiore q̃ pro tépore rigore cõſtrin/
gi:non tñ adeo ingẽti vt non pſtiterim ad finẽ vſq;. Poſt matutinũ requieui vſq;
ad primã:nemini patefacta infirmitate aut verius infirmitatis ſuſpitione:ne tur/
barem diem feſtũ & eos qui cõuenerãt. Expergefactus aũt,nullo febris relicto (vt
mihi videbatur) veſtigio,& miſſarũ ſolénia & veſperas tãta corpuſculi firmitate
peregi,præſertim cũ eſſem ſacerdotalibus ídutus inſignibus:ac ſi mihi nihil ma/
le valitudinis incũberet. Pranſus ſum in refectorio cum cæteris poſita nihilomi/
nus cuſtodia ori meo. Et ne te multis morer:laboraui p dies.xiiii.duplici tertia/
na,altera alia lóge grauiore:adeo vt nõ ſine periculo lecto iacuerim. Placuit Dño
producere adhuc aliq̃tulum ſpatia vitæ meæ:cõſtitutis cuiq; terminis, qui præ/
teriri non poterũt. Velit ipſe pro ſua clæmentia:vt qñcunq; repetendũ cenſuerit
depoſitũ minime imparatus inueniat ad reddẽdũ. Siue enim hodie ſiue cras mi/
grandum nobis fuerit:parũ intereſt. Puluis enim & vmbra ſumus. Cõfirmor in/
dies magis ac vires recipio:vndecimuſq; hic eſt dies quo me febris deſeruit. Vt
tãtũ mihi in futurũ téporis prorogetur,q̃tũ ſaluti aíæ ac ordini noſtro expediat,
præces fundes ad Dominum. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxix. Auguſti. MDIII.

Vgolino Verrino Florentino. LXIIII.

f Viſti tu quidé ad ſcribendũ facilis:ego aũt ad reſcribendum non ſic. Et
quidé reſpõſurus lr̃is tuis quas ante quatuor méſes accæpi in eo fui: vt
a ſcribẽdo præ pudore reuocarer. Sed euicit me benignitas & patiẽtia tua:de qua
tãtũ mihi polliceor:q̃tum de ea quã homini litterato & bono in eẽ oporteat. Ne
gocia ſane quæ in excuſationẽ negligentiæ meæ adducis non defuerũt mihi:ita
exigéte magiſtratus mei cura. Sed hæc peccatũ minuunt,non tollunt oíno:qñ &
reſcribẽdi officiũ,inter præcipua negocia annumerãdum ſit. Ver; ne hac in re ſu/
perfluo prõducã ſermonẽ:fateor me nõ feciſſe quod debui:& tu errato veniã da/
bis. Eſſe te occupatũ in cõponẽdis cõmentariis tuis ſuper eloquia Dñi:optareq;
te vt tecũ ſim & tecum laborem cum meis tum filiorũ meorũ orationibus:læto
animo accæpi. Video enim te perſeuerãtiſſime exequi opus Dei:& in humilitate
magis q̃ in ſufficiẽtia tua cõfidere. Sic fieri tecũ non dubito:vt frequẽter audias.
Verrine qui lætaris ſuper eloquia mea ſicut qui inuenit ſpolia multa:aperi os tuũ
& ego implebo illud. Ezechielis obſcuritas multorũ eruditiſſimorum defatiga/
uit ingenia. Si tibi quoq; negocia præbuit:vt expedire te ab eo non facile potue
ris:nihil miror. Q uãtis enim tenebris atq; obſcuritatibus principiũ prophetiæ
eius & finis inuoluũtur? Q uã reconditi in illis ſenſus? Q uam humano captui &
ingenio

ingenio ĩpenetrabiles? Sed nihil impuium eis quibus aperit Dñs ſenſum: vt in telligant ſcripturas. Reuela inquit oculos meos & cõſyderabo mirabilia de lege tua. Quod vero conſyderata prouectiori ætate verearis: ne aliquo præuentus ca ſu poema tuũ imperfectum relinquas: vt aliud cogites ſuadeo: cũ nr̃m nõ ſit noſ ſe tẽpora vel momenta: quæ pater poſuit in ſua ptãte. Sufficit tibi non ignorare: ꝙ ſine imperatoris iuſſu de præſidio & ſtatione vitæ non ſis diſceſſurus. Cũ vero iuſſerit ille bono eẽ animo debes: ſi pie ac religioſe vixeris: qñ tũc demum victu rus ſis cũ e vita exceſſeris. Expetis haud temere: vt permittã Hieronymũ Prio rẽ in abbatia Sancti Fœlicis ĩmorari. Oblectaris doctus ipſe tui ſimilibus: & de illius ingenio atqꝫ doctrina nõ falleris opinione: cũ nequaꝗ̃ multos ei pares inue nias. Per me non ſtabit: quin ſit futurus diutius apud te & alios cõciues tuos. Nõ enim debet accenſa lucerna poni ſub modio ſed ſuper cãdelabrũ: vt luceat oĩbus qui in domo ſunt. Laboraui per hos dies duplici tertiana: & paratum demigrare quo me vocaſſet Dñs: detinuerũt adhuc filiorũ atqꝫ amicoꝝ præces: de quoꝝ nu mero te quoqꝫ fuiſſe nõ dubito. Vtinã prorogatio hæc vitæ in præiudiciũ futuræ ĩmortalitatis ceſſura nõ ſit: & illud breue vitæ reliquũ quod ſupereſt melioribus actionibus & caſtigatiore obſeruatione profeſſionis meæ cõſumem. Vale. Ex Mu ſolea. Die. ii. Septembris. MDIII.

Petro Priori Caſtricarri. LXV.

e X ingenti prunorũ turba præferri cæteris Damaſcenũ ſolet. Ego vero Simianum, cuius generis ad me hodie calathus plenus tuo noĩe dela tus eſt, ẽt Damaſceno (ita mihi guſtatu ſuauiſſimus videt̃) facile antepono. Vbi vero tãtam ipſorũ copiam, & adeo in eo genere tum magnitudine tum maturi tate præſtãtia inueneris, neſcio: niſi ꝙ vt ſcribis, ex ipſo terreſtri paradiſo delata exiſtimari pñt. Quæcũqꝫ agis, accuratiſſime ſemper agis, & exactiſſima diligen tia: impellente præſertim te feruore caritatis in eos: in quos tua officia & ſtudia confers: vt nihil antiquius ducas, ꝗ̃ exercere opera pietatis: & amicorũ cõmodis inſeruire. In hac nouiſſima mea mala valitudine ꝗ̃tam amoris vim prætetuliſti? Miſiſti lr̃arum & xenniorum ſolatia, ad leuandam ægritudinẽ: & quibus potuiſti remediis ſaluti meæ ſubueniſti: vt maior fuerit tua erga me benignitas ꝗ̃ facul tas. Parce tibi oro poſt hac: & præter epiſtolas nihil mittas. Satis enim tu ſuper ꝗ̃ miſiſti: & ego Dei miſeratione penitus cõualui. De expectatione magnaꝝ rerũ aliquid ſignificaſti. Vbi euẽtus tibi cõſtiterit: me certiorem facies. Vale. Ex Muſo lea. Die. v. Septẽbris. MDIII.

Petro Soderino Vexillifero Florentino. LXVI.

f Viſti tu autor: vt cõis lætitiæ de promoto ad ſummum Sacerdotiũ Se nenſe noſtro olim colẽdiſſimo nunc beatiſſimo ꝗ̃ celerrime pcurſorem particeps fierẽ. Pro qua ſane re maximas tuæ celſitudini agimus gr̃as. Exultauit re vera cor meũ in Dño: qm̃ diuinitus hanc electionẽ factã nequaꝗ̃ du bito: dato chriſtianæ reipublicæ principe atqꝫ paſtore, ĩnocẽte manibus & mun do corde: in quo nihil minus deſyderes ꝗ̃ ſapiam conſilium prudentiã integrita tem atqꝫ clæmẽtiam. Spero, prorſus ita confido: eiuſmodi futurũ in hoc dignita tis faſtigio nouũ põtificẽ: vt facile oẽs, tuqꝫ imprimis religionis cultor, ac pacis & caritatis amator, dicturi ſint. Benedictus Dñs Deus iſrael: quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Septembris. MDIII.

PIO TERTIO PONTIFICI MAXIMO.LXVII.

b Eatiſſime pater:poſt pedum oſcula beatorum.Quãto repletus fuerim gaudio,ob promotionẽ optatiſſimã ad ſummũ ſacerdotium Sãctitatis tuæ:q̃topere exultauerit cor meũ in Dño:nec lr̃is exprimere certe poſſem,nec ſi poſſem,neceſſe foret,vt id facerem.Imaginari pleniſſime ac ſibi perſuadere non dubito Beatitudinẽ tuã:quæ per tres & viginti annos experta eſt meã erga ſe ob ſeruãtiam pietatẽ fidem:an vllus mihi gratior atq; optatior nũtius afferri potuerit:q̃ vt audierim:quod gloria & honore coronauerit te Dñs:& conſtituerit te ſuper opera manuũ ſuarũ:ſubiecerítq; oĩa ſub pedibus tuis.Noua nimirũ lux oriri nobis oĩbus heſterna die viſa eſt:exhilarata ſunt noſtrorũ oĩum corda,manantibus præ gaudio lachrymis:q; tãdẽ aliqñ Dñs de cœlo in terrã proſpexerit: dato chriſtianæ plebi Põtifice ſancto ĩnocente impolluto & ſegregato a peccatoribus. Lætus dies ex admodũ triſti factus eſt:cũ pauloante alius ad nos perlatus fuiſſet rumor.Circũfuſi domeſtici gratulabãtur mecũ:q; huius ſolis ortus lucẽ caligãti reddiderit mũdo:tãtamq; tẽpeſtatẽ ac tenebras in quibus diu verſati ſumus,ſubita ſerenitate diſcuſſerit:oĩſq; ætatis ac memoriæ clariſſimũ nobis antiſtitem dederit Deus:per quẽ repẽtina effulſerit ſpes recõciliãdæ ac firmãdæ inter diſſidentes pacis atq; cõcordiæ:cum ſit tibi & ingeniũ & cõſilium & animus par tãtæ poteſtati.Quo circa pater beatiſſime ſolẽnem hodie pro tua incolumitate hoſtiam obtulimus in odorẽ ſuauitatis Dño:præcati ſuppliciter:vt hoc populi chriſtiani columen hoc ſplẽdidũ ſydus diuturnũ futurũ ſit.In maxima eſt vt audio expectatione omniũ Sanctitas tua:quibus nota eſt virtus integritas religio continentia probitas ipſius:vt maiora indies,eadẽq; præclara editurus ſis opera:neq; vlla in re degeneraturus a fœlicis recordationis Pio ſecũdo auũculo tuo.Velit Dñs: vt omniũ ẽt ſuperes vota:vt chriſtiana religio plurimum deformata in priſtinã ac veram tuæ pietatis opera curaq; formã reſtituatur:& gentes,quæ bella volũt,tua autoritate & gladio ſpiritus diſſipẽtur:vt ſub tutella tuæ mãſuetudinis ac moderationis ꝑpetuo conquieſcamus.Cæterum in his adeptæ dignitatis tuæ primordiis non ero lõgior:ne abuti nimium cito videar benignitate Sanctitatis tuæ: & ipſius fatigare indulgentiã.Meũ erit:cum placuerit altiſſimo procũbentẽ venerari coram,& ſacra tua deoſculari veſtigia:notaſq; audire & reddere voces.Vale pater beatiſſime:cui me exiguum ſeruulum ſuum,& Camaldulenſem ordinem tuo patrocinio hactenus conſeruatum,enixe atq; humiliter cõmendo. Ex Fonte borno.Die.xxiiii.Septembris.MDIII.

Bernardino Cappatio.LXVIII.

q Vod omni diutiſſime expetiueramus voto:id tandẽ miſericordia Dei adepti ſumus.Illuxit nobis dies redẽptionis nouæ.Diſiectæ ſunt procul ſeruitutis noſtræ tenebræ:in quibus diu palpitãtes præſtolabamur (ſicut in lymbo olim animæ) videre lucẽ magnã.Bñdictus a Dño Senatus ille ſacer:q accenſam lucernã non eſt paſſus amplius latere ſub modio.Sãcti re vera ſuffragatores religioſi & pii:qui habuerũt præ oculis Deum in eligẽdo Petri ſucceſſore. Optime & oportune ipſius periclitãti cõſuluerunt nauiculæ:& ad eius clauum merito poſuerunt illũ:qui per quadraginta & eo amplius annos laborauit in remigando.Habita eſt demũ bene operãtium ſanctẽq; viuentiũ ratio:vt virtutis atq; in

tegritatis tanti Pontificis merita,palam faceret mundo vniuerſo teſtimoniũ di/
gnitatis.Scripſi epiſtolam eius Sanctitati de induſtria compẽdioſam:qua gratu/
latus ſum promotioni eius.Si licuerit p occupationes:vt ei reddatur captato tẽ/
pore,magnope cupio.Aſſuetus,vt noſti,crebro ad ipſum ĩ Cardinalatu ſcribere:
nõ potui me ab eodẽ meo inſtituto in eiuſdẽ põtificatu cohibere.Temerario for/
te auſu:aliqs putauerit factũ.Sed ego noui:ad qualẽ ſcribo:mitẽ vtiq;,atq; humĩ
lem corde.Ei me,cũ potueris cõmode,atq; ordinẽ totũ cõmẽdabis.Vale.Ex Fõ/
te bono.Die.xxiiii.Septẽbris.MDIII.

Mariano Procuratori.LXIX.

q Vo affectu,qua ſignificatione lætitiæ excæperim nũtium promotionis Sãctiſſimi Dñi noſtri pauloante ad Pontificatũ diuinitus aſſumpti:cre/
do te facile ſuſpicari. Non enim ignoras:quanta eũ ſemper pietate ac veneratio/
ne fuerim proſecutus:& q̃ intima viciſſim ipſe caritate me cõplexus ſit. Qui aũt
ſint eius mores ac vita optime edoctus es:cũ fueris diu familiari cum eo vſus cõ
ſuetudine.Beatã ſane exiſtimo chriſtianã religionẽ de tanto Paſtore.Eſt enim illi
ingeniũ mite atq; tractabile:& quo nihil pacatius & quietius inuenias:vt merito
ſuper illũ reqeuerint ſeptẽplicis ſpũs dona,ſuper humilẽ,inq̃ & manſuetũ ac tre
mentem ſermones eius.Dedi ad eius beatitudinẽ lr̃as. Vt illi reddãtur curabis:ſi
opus fuerit.De aduẽtu meo in vrbẽ ſcire cupio quid ſentias.Neq; enim de eſſe vl
la in re vellem officio meo.Etiã ſi centies ſcripſero ſatiſfacturũ me nequaq̃ puto
obligationi meæ.Quando igitur me venire oporteat vtrum paulopoſt ne accu/
ſer neglig&ẽtiæ:an elapſis aliquot mẽſibus,ne ĩportunitati aſſcribatur mihi:ſigni/
ficabis aptius ſn̄iam tuã.Negocia nobis Romæ defutura non arbitror.Et veniſſe
tempus ſpero:quibus illa facilius cõficiãtur.Si euenerit:vt alia de cauſa adieris il
lum:cõmendabis eius beatitudini Camaldulenſem ordinem.Vale.Ex Fonte bo/
no.Die.xxv.Septẽbris.MDIII.

Petro Soderino Vexillifero Florẽtiæ.LXX.

c Itati ſunt tres de familia noſtra fontis boni a Vicario puppii : Qui non hñs rõnem ĩmunitatum ac priuilegiorũ noſtroꝝ poteſtatẽ exercere co/
natur in eos:qui ad ſe nõ pertinent:& mittere falcẽ in meſſem alienam.
Et qm̃ audio hoc ab Octouiris mandatum fuiſſe Vicario:cũ & ipſi in Camaldu/
lenſes ius non habeãt:precor amplitudinẽ tuam , vt tam illi q̃ iſte per te admo/
neantur:ne tranſgrediãtur terminos:quos illis poſuerunt patres eorum.Hoc.n.
non eſſet ſeruare iuſtitiam:ſed tollere.Tuũ eſt:non ſinere:in ea ciuitate:quæ legi/
bus gubernatur diſcedi a legibus.Sunt enim magiſtratus legum miniſtri atq; in
terpretes:quarum qui vere ſerui ſunt hos haud dubie liberos puto.Nec alia po/
tiſſimum de cauſa ſeruitur legibus niſi vt in libertate viuatur.Hoc vt facias etiã
atq; etiam rogo.Vale.Ex Muſolea.Die.iii.Octobris.MDIII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.LXXI.

d Ecurſo complurium mẽſium ſpatio,tardius ad te ſcribo:præſertim cũ non habuerim,quibus tuis reſpõdeã lr̃is.Suffecto vero poſt Alexandri
ſexti deceſſum Senẽſe noſtro ac declarato pontifice maximo:cuius promotionis
nuntio,ob cõe chriſtianæ reipublicæ cõmodum,gauiſus ſum nimirũ gaudio ma
gno valde:differendũ vlterius nõ duxi,quin ſcriberẽ ad te. Scio enim te coluiſſe
hominẽ ſemper veneratione ſingulari:nec dubito,ꝙ tu quoq; lætatus fueris plu

rimum in Dño:vbi certior factus es,elegiſſe ſibi Dñm,ſacerdotē fidelem:qui iuxta cor ſuū,& animam ſuā faciet:Sacerdotem inq̄ magnū:qui in diebus ſuis placuit Deo:& inuētus eſt iuſtus. Quoniam vero per tres & viginti annos ſub eius patrocinio ac protectiōe generalatus munere functus ſum:decreui haud ita multo poſt in vrbē me cōferre:ad deoſculāda ſacra eius veſtigia:præſertim amicis q̄ ſunt & Florētiæ & Romæ ad hoc me ſtudioſe adhortātibus. Cōfirmanda curabo priuilegia ordinis:per Pium ſecundū nouiſſime cōfirmata. Spero,eo viuente,nō facile itura Camaldulenſia beneficia ímanus filiorū alienorū. Dñs cōſeruet eum,& viuificet eum,& beatū faciat eum in terra.Scripſi biduo poſt ipſius electionem (nam poſtridie factus fueram certior) ad eius Sāctitatem. Verum ingentia eius erga me poſtulant merita:vt ad gratulandum coram me recipiam. Orabis pro incolumitate cōis patroni,& nunc Sanctiſſimi Domini noſtri:& pro meo quoq; itinere. Vale.Ex Muſolea.Die.x.Octobris.MDIII.

Marco Antonio Mauroceno Procuratori.LXXIII.

I ætatus ſum magnopere ob tuam ad procuratoriū Sancti Marci magiſtratum promotionē.Nam cū ſit is ſupremo in ciuitate noſtra ꝓximus:nec ad ipſum niſi ornatiſſimo cuiq; atq; eminētiſſimo ciui patere aditus cōſueuerit:palā fecerit virtutes tuas,ac ſumma in rempublicā merita,adeptæ nuper teſtimonium dignitatis.Opto:vt ea fœlix & fauſta tibi futura ſit:vt quēadmodū hactenus feciſti,nō tam tibi ipſi,q̄ aliis ſis victurus.Sic enim facile declarari animi tui magnitudo ſapientia integritas ac religio poterit:ſi quæcunq; agenda ſuſceperis:ad vtilitatē retuleris multoꝝ atq; ad publicū cōmodum.Futurus eſt tecum Dñs:& qui tibi dignitatē dedit (non enim eſt poteſtas,niſi a Deo) virtutē quoq; daturus eſt:vt ea editurus ſis opera:quibus nō tā tibi delatus magiſtratus honori fuiſſe videatur q̄ tu illi:Et non ſolū meæ,qui te ſemp magnifeci:verū ēt totius patriæ,quæ de te ſemp honorifice ſenſit:multiſq; & magnis inſignibus ornauit:expectationi reſpondeant.Vale.Ex Fonte bono.Die.xiii.Octobris.MDIII.

Mariano Cuccino Procuratori.LXXIII.

P Oſteaq̄ ſcripſi ad te per vnū de familiaribus noſtris:binas tuas accæpi lr̄as.Inuitas me atq; hortaris:vt nō tardē aduentū meum in vrbem ad deoſculāda ſacra Dñi noſtri veſtigia.Accigo me ad iter:vt hinc poſt ſex aut octo dies proficiſcar:ſatiſſacturus ex parte obligationi meæ:quæ q̄ta ſit erga Sanctiſſimum Dñm noſtrū,ēt ſemota dignitatis rōne:tu es optimus teſtis.Egerrime autem fero:ꝙ nō ſit penitus valido corpore.Saluū faciat Dñs Chriſtū ſuum:& adiiciat vitæ eius annos multos.Quod vero credas retinendū me a ſua beatitudine in palatio Apoſtolico ſi ego voluero ita enim ſcribis:quā quidem rem aſſeris & mihi & ordini tum honori tum vtilitati fore:ſcis eſſe in ꝑtāte Dñi imperare ſeruis ſuis.Siue aūt in palatio,ſiue alibi hoſpitaturus ſim:de illius erga me beniuolētia nunq̄ dubitabo.Fuit enim mihi ſemper nō modo clemētiſſimus Dñs:verum ēt pro ſua īnata mauſuetudine indulgētiſſimus pater.De tuo ſalario non erimus īmemores:& ſi fieri poterit,partē debiti mecum ferā.Reuerēdis patribus ac Dominis:Datario &Secretario Sāctiſſimi Dñi noſtri:vbi tibi cōmodum fuerit,gr̄as ages meo nomine,pro optimo amborū erga nos animo:eiſq; me cōmendabis.

Orabis

Orabis eos inſuper:vt cum illis per occupationes licuerit Sanctiſſimo Dño no
ſtro nos cõmendẽt:atq; ab eo humiliter benedictionem nobis efflagitent. Vale.
Ex Fõte bono. Die.xiiii.Octobris.MDIII. Petro Priori Caſtricarri.LXXIIII.

t Vliſſe me grauiter & moleſte acerbiſſimũ Põtificis Maximi caſum : ne
dubita. Amiſi eñ mitiſſimũ Dñm:patronũ ſtudioſiſſimũ:ac indulgẽtiſ
ſimũ patrẽ. Amiſi eũ ex quo poſt deũ,pendebã totus:q me p tres & vi/
ginti annos,quẽadmodũ gallina pullos ſuos,ſub ꝓtectione fouit alarũ ſuarũ: q
cooperatus eſt mecũ in Generalatu tanta cura & fide:vt ſemp eũ cõſortẽ habue
rim vexationũ mearũ:adiutorẽq; in oportunitatibus in tribulatione. Eius deſy/
derio nõ poſſum nõ vehementer affici: cuius humanitatis erga me affabilitatis
comitatis beniuolentiæ recordatio:die noctuq; intimis inheret præcordiis: cu
ius imago ſemp mihi obuerſatur ante oculos:q vix mẽſem vnũ,nomine:re aũt
ipſa p totũ magiſtratũ meũ,ſemp mihi Pius extitit:ſemp clemẽs: ſemper melle
dulcior:nectare ſuauior. Iniit Pontificatũ maxima oĩm expectatione ac ſpe refor
mandæ in melius eccleſiæ:pacificandi orbis,ac exẽplo vitæ ſuæ,veluti ex orto
nouo ſydere illuſtrandi. Et præciſa,tanq̃ a texẽte, vita eius:fraudauit nos optata
& futura paulopoſt fœlicitate. O vere inanes & fallaces cogitationes nr̃æ. Erecti
erant in certiſſimã ſpẽ animi:ne amplius iaceret in tenebris ordo nr̃:p Piũ mox
reſtituẽdus in decorẽ regularis obſeruationis:& ĩ antiquæ ſanctitatis imaginẽ.
Verũ mors impia,Pii votis ac zelo inuidit : quæ tam repentino & inopinato ca
ſu illũ ſuſtulit ac rapuit nobis. Ora Dñm:ne memoria tãtæ accæptæ cladis:diu/
tius cõtabeſcã. Nã reuera profuſis lachrymis hanc ad te cõſcripſi epiſtolã. Vale.
Ex Fõte bono. Die.xxx.Octobris.MDIII. Hieronymo Priori Camal.LXXV.

n Oua ac recẽti ob Põtificis Pii obitũ,calamitate oppreſſus:adeo amaro
ſum aĩo:atq; in tãtis verſari tenebris cogor:vt ſilẽtio magis ac ſolitu/
dine,q̃ ſermone aut ſcriptione oblecter. Tumet pectus:defluũt lachry/
mæ:gemitus erumpunt:cũ ſe mihi Pii pietas ĩgerit:cũ memoria tã indulgẽtiſſi
mi patris:quæ mihi nũq̃ excidit occupat mẽtẽ. Quãobrẽ in eo fui ne qd modo
ſcriberẽ ad te. Sed qm̃ in eiuſdẽ pontificis laudẽ,multa breui epiſtola,ornatiſſi/
me cõplexus es:nolui te vel breui rñſo fraudarẽ:vt ſcias gratũ mihi fuiſſe hoc tuũ
erga Piũ venerationis atq; obſeruãtiæ officiũ. Extuliſti eũ laudibus:q haud ſatis
ꝓ meritis laudari poteſt:cuius virtutũ inſignibus impar ſemp foret cuiuſcunq;
vel ſummi oratoris laudatio. Quo diuino cõſilio ablatus tam repẽte nobis fue
rit:coniectari nõ licet:niſi ꝙ fatigatũ per tot annos pro cõi eccleſiæ vtilitate ac
cõmodis,remunerandum cenſuit Dñs ſempiterna potius requie,q̃ caduca & in
ſtabili huius mundi gloria. Vtinam ſicut viuens fecit:ita & modo glorioſus in
conſpectu domini faciat:vt mei ſeruuli ſui,quem vti filium ſupra merita mea
ſemper dilexit,futurus ſit haud immemor. Iuuare me ac ſuſtentare orationibus
poteſt:qui me hucuſq; ſuo indeficienti fouit patrocinio. Cæterũ mœrore impe/
dior:ne prolyxius ſcribam. Attrectatum vulnus hoc meum recens,& vtinã ali/
quando ſanabilem plagam,recrudeſcere ſentio. Finem mœrori & lachrymis in
dicat deus,Pii Sanctiſſimi atq; erga me clementiſſimi precibus. Vale. Ex Fonte
bono. Die.xxx.Octobris.MDIII. Mariano Cuccino.LXXVI.

p Oſt eas tribulationes:quas oſtendit mihi in generalatu Dominus mul
tas & malas:videbatur idem ipſe conuerſus viuificaſſe me,multiplicaſ
ſeq; magnificentiam ſuam.Conſolatum enim me fuiſſe mirũ ĩmodũ
ſentiebã optatiſſima patroni nr̃i in ſummũ Põtificẽ electione.Et ecce rariſſimo
exemplo,paucis interiectis diebus:neſcio quo fato triſtiſſimum excipio mortis
eius nunciũ.Fruſtratus ſum vno momento atq; ictu oculi oĩ ſpe mea,quã de re
formanda atq; augenda religione cõcæperã:& eo repente ſublato,quẽ cõſtitutũ
ſup gentes & regna exiſtimaueram,vt pararet Dño plebẽ perfectã,timor & tre/
mor venerunt ſup me:& cõtexerũt me tenebræ.Quid enim miſerius:quid acer
bius quid luctuoſius accidere nobis potuit:q̃ vt tam grato orbaremur parente,
& nomine & opere Pio:tã vigili paſtore:tam Sãcto & innocente Pontifice?Mi/
ſerum me atq; infœlicẽ:qui nõ merui exoſculari pedes eius:non oculos in eum
erigeere:non vel ſancta eius benedictione muniri.Quo fit:vt maiore ab eo do/
lore diuellar:& in ſqualore ac luctu diutiſſime ſim futurus. Qunado enim tam
beneficum tam ſalutarẽ,tam manſuetum habiturus ſum antiſtitem?In quo alio
magis cõfidam?Cum quo fidutialius cõmunicabo conſilia & curas meas?Quis
hilariori fronte,ſuauiori ſermone,& gratiore congreſſu,admiſſurus eſt me? O
certe acerbiſſimã tam inopinatæ calamitatis ſemp mihi futurã memoriã.Quã/
do enim ſine gemitu,ſine lachrymis,ſubitura eſt mihi recordatio adeo piiſſimi
patroni indulgentiſſimi patris ac mitiſſimi Dñi? Cæterũ cum tot in me redun/
dent ex illo fonte dolores:vna hæc me tñ cõſolatio ſuſtentat:q; ſpero illum,quẽ
modo non dubito eius frui cõſpectu,cuius interris vices geſſit,fore interceſſo/
rem pro me,& cõmendaturum imbecillitatem meam Dño: vt ſit mihi ſemper
ad extris,ne cõmouear.Ipſum oro ſupplex:vt eiuſmodi nobis ſucceſſorem tri//
buat:qui merito in Petri ſolio ſeſſurus ſit:ac defuncti Pii Sanctiſſimi innocentiã
& religionẽ emulaturus.Venirem in vrbem,vt hortaris:niſi & appropinquans
hiems,& perpetuum hic aquarũ multarum dilluuium auerterent ab itinere ani/
mum.Cogitabo nihilominus quid me oporteat facere. Vale. Ex Fonte bono.
Die.iiii.Nouembris.MDIII. Hieronymo Priori Camaldulenſi.LXXVII.

t Antam de Pii Sanctiſſimi obitu fecit iacturã totus ordo nr̃ Camladu/
lenſis:vt merito tibi quoq;,eidem ordini obligato,ſingultus & lachry
mæ fuerint renouatæ.Immo longe magis tu quã pleriq; alii indoluiſſe
debuiſti acerbiſſimum Pontificis huius caſum:quo tibi in curia olim verſanti,
clarius conſtitit:q̃ta conſtantia & fide bona Camaldulenſia defenderit:q̃ta ſoli/
citudine & cura onus mihi impoſitum ſuſtentare conatus ſit. Tantorum bene/
fitiorum memoria cui obſecro,niſi penitus ingrato excidat? Cui ſine gemitu
ſuſpiriiſq; ſuccurrat? Quo me nunc vertam:aut quem eiuſmodi patronum me
habiturum ſperem:haud facile occurrit.Amiſi enim Protectorem: qui non ſo/
lum prudentia eloquentia ſapientia & doctrina ſingulari:verũ etiam ſanctimo//
nia & vitæ integritate præſtabat.In quo ſumma humanitas,ſumma caritas ſum
ma religio ſplendidiſſime elucebat.Nam cum ſubit recordatio: q̃ faciles mihi
ſemper fuerint ad eum acceſſus:q̃ benigna ipſius reſponſa:q̃ iucũda comertia:
fateor ingenue,crucior & cõſumor totus:& tanq̃ cõtinuis aculeis pungitur cor.

Arbitrati ſunt oẽs in ꝓmotione tãti Principis miſſum fuiſſe diuinitus ſaluatorẽ, & ꝓpugnatorẽ:q miſeræ addictos ſeruituti nos liberaret. Et ecce dũ audimus:reſpicite, & leuate capita vr̃a:qm̃ appropinquat redẽptio vr̃a:qđ gaudiũ quo mœrore cõmutatũ ẽ? Quã cito igẽs illa exultatio acvoluptas, ad luctũ & lachrymas reciderunt? Quã noua & inopinata lamentatione, obruere coacti ſumus recentẽ gratulationẽ? Pauloante Pontificem deſignatũ, repente nullũ retinere adeptæ dignitatis veſtigiũ, mors impia impulit. Et nos eleuati in ſpẽ maximã ampliãdi ꝑ illũ ordinis, ac reformãdæ in melius regularis vitæ, deturbamur cõfeſtim in præceps atq; allidimur. Sed erigere dignetur nos Dñs:q mortificat, & viuificat: deducit ad inferos & reducit: qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. Et quemadmodũ tranſlatum Pium ad immortalem atq; æternam non ambigimus gloriã: ſic nos ipſius mœrentes deſyderio, ac dolore cõtabeſcentes, lætos aliqñ ac iucũdos reddat: qui imperare poteſt ventis & mari: vt fiat tranquillitas magna. Vale. Ex muſolea. Die. xi. Nouembris. MDIII.

Ludouico Decretorum Doctori. LXXVIII.

d Ato nobis Pontifice, ſecundũ cor nr̃m, exultauimus & delectati ſumus ſperãtes ita fore oĩbus diebus noſtris. Sed o ſpem inanẽ. Verſa eſt cito in luctũ cythara nr̃a: & organũ nr̃m ĩ vocẽ flentiũ. Putabamus aduenĩſſe tp̃s q; ſua fœlicitate cõpẽſaret annos, q̃bus vidimus mala: & vna nobis eripuit hora tm̃ bonũ. Non ſolũ enĩ oblatã fuiſſe nobis occaſionẽ cõfirmandi priuilegia ordinis, facile confidebamus: verũ ẽt nouis additionibus eadẽ ampliãdi. Multa quoq; alia bona & cõmoda ab eius ſanctitate ꝓmittebat ſibi totus ordo nr̃: quæ ꝑte ip̃m, q prudens es, & q ſtatũ ordinis nõ ignoras: imaginari potes. Ve℞ aliter viſum eſt ei: in cuius manu eſt & poteſtas & imperiũ: q nec fallere cõſueuit nec falli põt: cuius iuditia abyſus multa. Collocatũ ab eo fuiſſe nõ dubito ĩſignẽ pietate, clemẽtia, iuſtitia, Piũ, lõge digniori ac celſiori ſolio: & coronatũ corona aurea, expreſſa ſigno Sanctitatis. Trãſlatus eſt de preſenti ſæculo neq̃ in illam beatã requiẽ: & relictis nobis in cœno, ipſe cõciuis cœleſtiũ ſpirituũ effectus eſt. Deſignatus pontifex Maximus, vt præeſſet in ſolicitudine: & paſceret Dñicũ gregẽ: modo requieſcit, & paſcitur in delitiis: raptuſq; eſt, ne malitia mutaret intellectum eius: & conſumatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo aĩa illius: ꝑp hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ. Verum hæc tecum ſuperfluo cõmunicantur: qui tanti præſulis merita longe ante, q̃ ego agnouiſti. Ora impenſius: vt talem nobis Dñs ſubſtituat ꝓtectorem: qui defuncti beniuolentiæ, humanitatis, ſtudii, fideiq;, facile futurus ſit heres. Vale. Ex Muſolea. Die. xii. Nouembris. MDIII.

Mariano Cuccino Procuratori. LXXVIIII.

o Biiſſe in nocte Sancti Lucæ Pium tertium pontificem maximum, ſicut & tu mihi ſcripſiſti, ego quidẽ iccirco arbitror: vt agnoſceret vniuerſus orbis, extinctũ fuiſſe eiuſmodi lumẽ: qđ ſuæ lucis ſplẽdore, noctis nr̃æ tenebras facile fuerat diſcuſſurus. Raptus eſt Pius in cœlũ: vbi repoſita erat ei corona iuſtitiæ: & morte ꝓhibitus eſt diutius ꝑmanere, qm̃ ſempiternũ nõ habebat ſacerdotiũ. Reliquit multos mœrore oppletos: q fuerũt ſuæ Sãctitatis ĩnocẽtiæq; cultores. Sũt iſtæ mũdanæ viciſſitudines: q̃bus admõemur, nihil ẽe ſtabile

ſub ſole. Aſſumptum vero fuiſſe chalendis nouẽbris, ad ſummũ apoſtolatus api cem Reuerẽdiſſimũ Cardinalẽ Sãcti Petri aduincula: atq; ex Iuliano Iulium ſecũ dum appellatũ: ſperare licet talẽ fore pontificẽ: q religione prudẽtia magnitudi ne aĩ nr̃os ſoluturus ſit nexus: ac vincula, q̃bus aſtringimur cõfracturus: & iugũ potentiũ a nobis ꝓiecturus. Impleat Dñs votũ nr̃m. De aduẽtu meo in vrbẽ: ad quẽ me hortaris: ſcripſi tibi aliquid ꝑ hos dies. Inhorreſcẽte deterreor hieme: cũ nõ ſim: vt noſti, multaꝝ viriũ. Vere ꝓximo, ſi ꝑmiſerit deus ꝑficere iter cõmodi/ us potero: & libẽter ſatiſfaciã obligationi meæ. Vale. Ex Muſolea. Die. xv. nouẽ/ bris. MDIII.

Franciſco, Soderino, Cardinali Volaterano Protectori. LXXX.

h Odie primũ factus ſum certior, Sãctitatẽ dñi nr̃i cõſtituiſſe te motu ꝓ/ prio protectorẽ nr̃i Camaldulenſis ordinis. Gauiſus ſum mirũ in mo/ dum: ꝙ Vota nr̃a tam pio affectu cõpleuerit: & quẽ maxime expectiui mus patronũ dederit nobis. Scit enim Dñs qui ſcrutatur renes & corda, me in/ ter cæteros plurimũ optaſſe: vt tu potiſſimum nr̃i curam fores habiturus: ac ſuc ceſſurus in indemortui Pii Sanctiſſimi locũ. Nã cũ nõ ſolũ religioni huic nr̃æ, veꝝ ẽt exiguitati meæ ſupra merita mea ſemp affici viſus ſis: nõ potuit alius mi hi carior gratiorq; pro Pio cõcedi ꝓtector: q̃tu Dñe colendiſſime. Huc accedit, ꝙ ea es virtute ac ſapiẽtia præditus: adeo lõgo reꝝ vſu exercitatus: tã deniq; ſin gulari humanitate, comitate, affabilitate inſignis: vt ꝑ oĩa parẽ te prædeceſſori tuo futuꝝ exiſtimẽ: atq; ĩ oĩbus ꝑtractãdis negociis ordinis, cura, ſolicitudine ac fide Piũ mihi relaturũ. Accingere itaq; gladio tuo ſup fœmur tuũ potentiſſime: apprehẽde arma & ſcutũ: & exurge ĩ adiutoriũ mihi, q ꝑ tot annos portaui hoc onus, impar viribus meis. Et quẽadmodũ litteris humaniſſimis ſeſe nobis offer re dignata eſt amplitudo tua quæ ad honorẽ & cõmodum noſtri ordinis ſpecta re cognoueris: prompto aĩo exequaris. Quod erit mihi & Camaldulo vniuerſo ſupramodũ gratũ. Egi gratias Sãctiſſimo dño nr̃o ꝑ litteras: ꝙ preuenerit nos ĩ benedictionibus dulcedinis: dato nobis optimo atq; ornatiſſimo ꝓtectore. Vt oportuno tẽpore reddantur eius beatitudini ſupplex deprecor: atq; vt me ſeruu lum ſuũ cõmendare illi digneris: ſimulq; ordinẽ totũ: oro & obſecro. Vale Dñe Colendiſſime: cui me totũ trado dicoq;. Ex Muſolea. Die. xx. nouembris. MDIII.

Petro Priori caſtricarri. LXXXI.

h Ortaris me frequentibus litteris: ad ferendum æquo animo Pii San/ ctiſſimi deceſſum. Agnoſco ſane oportere me ita facere: cũ ſcriptũ ſit. fili ſup mortuũ ꝓduc lachrymas: & quaſi dira paſſus ĩcipe lamẽtari: & fac luctũ vno die vel duobus. Veꝝ fractus tam ingẽti calamitate atq; afflictus animus: & improuiſo ac inopinato cõfoſſus telo: ſi terminũ a ſacro præfixum eloquio non vſquequaq; ſeruauit: ſi limites moderationis exceſſit, miretur nemo. Neq; enim ſtipes aut lapis: natus ſum: vt cum moueri carorum amiſſione omnibus liceat: ego q̃cariſſimi debuerim nõ etiã vehementer moueri. Diſſimulari affectus iſte nõ poteſt, ac penitus cõprimi. Nõ fuit vulgaris mutua noſtra beniuolentia: nõ fu cata non ad tempus conciliata: ſed ad mortem vſq; continuata & aucta & plu/ rimis maximiſq; argumentis, ac locupletiſſimis teſtimoniis propalam decla/ rata. Erit mihi eius memoria ſemper quidẽ in benedictione: ſed mœrore admi/

xta

xta:nec niſi lógo temporis interuallo ſine gemitu & ſuſpiriis ſuccurrere mihi poterit tantæ in me tantillum pietatis caritatis & manſuetudinis recordatio. Non tamen propterea repugno voluntati dei:nec contradico ſermonibus Sancti:qui optime nouit:quo conſilio Pium nobis abſtulerit. Tranſtulit eũ ad melioré vitã: qui diu ſibi diu eccleſiæ cómodis vixerat. Coniunxit eum angelicis choris:qui vitam angelicam duxerat & gloria & honore ſicut paulo ante in terris ita modo in cœlis fœlicius coronauit. Ex eo loco vbi nunc cibo regio & ambroſia veſcit:vbi nó iam per ſpeculum in enygmate,ſed facie ad faciẽ diuinam illam cótemplatur maieſtatem:ſi reuocare mihi ipſum liceat:nequaꝗ facerem. Nam aut inuidere tãti antiſtitis gloriæ ac beatitudini crederer: aut nimium affectibus ac meis cómodis indulgere. Non mœrere tamẽ nó triſtari qui poſſum:cum is mihi infirmo atq; imbecilli ſublatus ſit: cui tanquã vitis quæ natura caduca,niſi palo fulciatur fertur ad terram per tot annos adheſi:cuius patrocinio ſuſtentatus pondus diei & æſtus vtcunq; portaui. Benedicam tamen Dñm in omni tempore:qui Pio reddidit mercedem laborum ſuorum:& me adhuc in laboribus & fatigationibus huius ſæculi dereliquit. Ipſe Pii præcibus me cuſtodiat:ꝓtegat:tueatur: ne ſuccũbã oneri:ne ſub faſce ruam. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiiii. Nouembris. MDIII.

Iulio ſecundo Pontifici Maximo. LXXXII.

b Eatiſſime pater, poſt pedum oſcula beatorum. Datum a tua ſanctitate tum mihi tum vniuerſo noſtro Camaldulenſi ordini Colendiſſimũ Cardinalem Vulterranũ in nouum Protectorem & indomũ refugii:duplici de cauſa magnopere lætus admiſi. Nam & illum pro Pio ſanctiſſimo ſuffeciſti nobis: quẽ imprimis expetiueramus:vt pote prudentia doctrina vitæq; integritate inſignẽ. Et tu pr̃ ſancte luculẽtiſſimo teſtimonio clæmentiæ erga nos tuæ indicaſti:ꝗtum tibi curæ eſſet puſillus hic tuus grex Camaldulẽſis: qui vix inito ſummo pótificatu:quẽadmodũ per breue apoſtolicũ ſignificatũ eſt nobis: motu proprio tutorẽ atq; cuſtodẽ vigilantiſſimũ ouiculis tuis prouidiſti. Agimus ꝓpea ꝗtas poſſumus gratias tuæ ſanctitati Speramus enĩ fore id qd ſcribis vt nó minora abhoc Cardinali cómoda cóſecuturi ſimus:ꝗ olĩ a Pio Sãctæ memoriæ fuerimus cóſecuti: cũ ꝓtectorẽ gereret. Nã huiuſmodi hunc eſſe nouũ patronũ agnoſcimus:cui nihil tã difficile videat:qd nó & cóſilio regere & itegritate tueri:& virtute cóficere poſſit. Accedẽte præſertim gratia & benignitate ſanctitatis tuæ:qua tanꝗ præſidio ſalutari ſeptus atq; munitus non timebit quid faciat ſibi homo. Quãto autẽ affectus ſim gaudio ob delatũ tuæ Beatitudini ſummũ ſacerdotiũ: coram ſi ꝑmiſerit Dñs, clarius aperiã. Precabimur iterea ſupplices deũ optimũ maximũ,ꝓ icolumitate ſcitatis tuæ,ac ꝓ fœliciſſimo eiuſdẽ ſtatu. Vale pr̃ Beatiſſime:cui me ſeruoꝶ tuoꝶ minimũ,& ordinẽ nr̃m vniuerſum pronus ac ꝓſtratus ꝗ enixiſſime cómẽdo. Ex Muſolea. Die. xxi. nouẽbris. MDIII. Petro ſoderi. Vexillifero. Florẽ. LXXXIII.

b Eata nimirum exiſtimari poteſt cógregatio Camaldulẽſis:ꝗ cum hactenus te habuerit: ſitq; habitura dũ vixeris ꝓ̃onũ ac tutorẽ rerũ ſuarũ in Hetruria:modo ẽt habeat Colendiſſimũ fratrẽ tuũ Cardinalẽ vniuerſalem totius eiuſdẽ ordinis deſtinatũ a ſummo pontifice protectorẽ. Conſuluit prudentiſſime ſanctiſſimus Dñs noſter indigentiæ noſtræ; vt eum nobis præficeret:

qui eſſet ſummis ornamentis non ſolum honoris uetum etiam uirtutis multo magis atq; ingenii præditus. Gaudio certe ſingulari iccirco affectus ſum: quoniã non deſeruit Dominus plebẽ ſuam: ſed Pio ſubſtituit pietate inſignem: Qui ſicut olim nomine/cum is protectionis munere fungeretur: ita cura & ſtudio pro con/ſeruatione re℞ noſtrarum illi poſt hac futurus ſit par. Taceo humanitatem ſapientiam/integritatẽ: quibus inter cæteros ſui ordinis tantũ excellit: ut nemini profe/cto in omni uirtutũ genere ſecundus exiſtimetur. Præſto ſit illi auxiliũ de cœlo: detq; illi Dñs gratiam in conſpectu Pontificis: ut ſuſcæptam noſtri ordinis curã illo annuente atq; obtemperante nõ minus fœliciter q̃ ſtudioſe executurus ſit. Tu quoq; pro ea qua me amplecteris beniuolentia aliqñ conuerſus/confirmabis fra/trem tuũ: ſpondebiſq; dignationi eius: me haud minore obſeruantia ueneratiõe ac fide illi delaturum: q̃ Sanctiſſimo detulerim Pio. Vale. Ex Muſolea die.xxi. Nouembris.MDIII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. LXXXIIII.

I Etatus ſum ualde: ꝙ ſicut ex litteris tuis heri ad me delatis pcæpi: poſt longã ſatis & periculoſam pegrinationem redieris incolumis in domũ tuã. Voluit Dominus: ut eo tpe viſitandã dyoceſis tuæ partem ſuſciperes: quod qdem tp̃s parum mite & clemens fuerit: ut duplicẽ tibi repoſitã mercedem ſpe/rares/& tollerati multiplicis incõmodi/& tritici repoſiti in horreũ ſuũ. Cõfirmaſti una uiſitatione ultra tredecim hoĩum milia ſacro chryſmate: ut confortarẽtur ma nus diſſolutæ: & genua debilia roborarentur. Conſecraſti templa quinq;: & alta/ria vigintiduo: ut qui aderant meminiſſent: eſſe ſe vnũ quenq; templum ſanctũ & altare: ſup quo quotidianũ oporteret ſacrifitiũ offerri deo ſpiritus contribulati & contriti atq; humiliati cordis. Probo quæ feciſti omnia: & ago immortali deo gratias: ꝙ munus tuũ exequeris diligentiſſime nec indormis deſidiæ: ut pleriq; faciunt. Siquidem dormiunt multi: neglecta gregum ſuo℞ cuſtodia. Non recor dantur: qd ep̃o ſuadeat apoſtolus. Tu ergo uigila in oĩbus labora opus fac euan/geliſtæ: miniſterium tuũ imple. Hanc nimirum negligentiam facile pauloante excitandam putaui: promoto ad ſummum ſacerdotium uiro bonæ uoluntatis: & paſtore ſecundũ cor Domini chriſtianæ plebi deſignato. Verum ut ſcripſiſti qm̃ indigni illo fuimus: oſtenderunt tantũ terris hunc fata ſi hoc uti uocabulo liceat. Nam quo animo inierit pontificatum: qua ſignificatione reformãdæ eccleſiæ: ut alia defuerint teſtimonia: quæ plurima & firmiſſima & ſanctiſſima pduci queũt: nonne uel directæ illæ ſanctitatis eius ad te litteræ ſub annulo piſcatoris obſi/gnatæ/zelum ipſius ac mentem ſanctã apertius præſeferunt? Cogitabat rex paci/ficus cogitationes pacis: & iam oẽs quietem temporũ & annum placabilem Pii ductu & auſpitio futurũ ſibi pollicebãtur. Iam nullus erat futurus ſimoniæ locus: ea labe ultra glacialẽ oceanum ablegata. Iam luxus omnes frugalitate & conti/nentia ſuoq; id potiſſimũ exemplo/quemadmodũ ex eius coronatione conjecta ri licuit: cœperat moderari. Multaq; alia pia opera/ut audio/paucis diebus/ſua autoritate & ſapientia confecit. Sed heu/dum adhuc ordiretur/ſucciſus eſt. Tranſ/latus ad gloriã ſempiternam: ſatis tamen me inter cæteros ſolicitum & anxium dereliquit: qui eo autore noſtri ordinis reformationẽ facile futurã confidebamus. Forſitan quod implere opere non potuit/adhuc gerens pontificem/ingreſſus in

atria Domini ſua interceſſione pficiet. Quod vero quærendus mihi ſit patronus alius: opteſq́: vt non talem inueniam: cum quo aut litigauerim, aut litigare com pellar: neſcio an hoc enygma bene intelligam. Aliquid tamē mecũ cogito: quod ſe forte tuo ſenſui accõmodet. Verũ vt ſcias, datus eſt mihi atq́ ordini noſtro an teq̃ peteretur Protector: qui ſicut nomine Senenſem olim noſtrum: ita humanita te ſtudio ac fide eundem relaturus ſperatur. Põtifex ſiquidem Iulius Secũdus, vbi primnm ſummus ſacerdos deſignatus eſt: motu proprio cõſtituit Protectorē no ſtrum Reuerēdiſſimũ Cardinalem Vulterranũ: Quod per litteras annulo piſca toris impreſſas: & quarto poſt aſſumptionē ſuam die datas: ſignificare dignatus eſt nobis. Binas quoq́ a Vulterrano ipſo lr̃as accæpi humaniſſimas admodũ: & quas a Senēſe tranſmiſſas diceres. Multum ſe offert & mihi & ordini. Eſt autem mihi iam pridem optime cognitus: & ab eo cum ep̃m gereret haud ſemel litte ras accæperã: & viciſſim a me ipſe frequentius. Sæpius ēt cum eodem cõgreſſus ſum, tum Florentiæ, tum Romæ. Ante annum vnum, & mēſes ſex: cũ legatus Vr bino rediret: viſitauit Sacram noſtram Eremum: atq́ apud illam prãſus, cenauit veſperi in Fonte bono. Vix horæ dimidium reſederat in hoſpitio: & cõuenire me voluit in cubiculum meũ, cumulatiore humanitatis officio: vbi diu confabulati ſumus. At qua benignitate, qua grauitate, qua prudentia & doctrina ſit præditus: nihil refero. Spero enim te nõ latere virtutes hominis atq́ ornamēta. Et vt hoc etiã nequaq̃ ſileam: prouidit clæmentia Pontificis cõmoditati meæ: vt qui quot annis fere Senis cõueniebam protectorem: poſthac cõpendioſiore itinere Florē tiæ cõuenturus ſim. Hic itaq́ eſt patronus cõgregationis Camaldulēſis: inuētus a non quærētibus: & vltro a Põtifice nobis deſignatus. Vt talem ſe pro rebus or dinis exhibeat: qualē optamus: & qualem ſe fore ſponte pollicitus eſt: orabis tu quoq́ nobiſcũ Dñm. Nam & Põtifex in ſuis litteris cõfidere ſe teſtatur: ꝙ non mĩ nora ab hoc nouo protectore cõmoda ſimus conſecuturi: q̃ ſub ꝓtectione Pii ter tii fuerimus cõſecuti: cũ in Cardinalatu nos protegeret atq́ tueretur. Audio præ terea: hunc apud Iuliũ plurimũ valere autoritate & gratia. Vale. Ex Muſolea. Die xv. Decembris. MDIII.

Benincaſæ Priori. LXXXV.

PErſoluiſti tu quidem debitũ Pio Pontifici & viuenti & mortuo, pro vi rili parte, q̃ ampliſſime. Nam & in eius aſſumptione ad apoſtolatus api cem: & in eiuſdē obitu carmina ediditi, quibus abundãtius & promotioni gratu latus es: & viciſſim dormitioni cõdoluiſti. Fuit mihi grata hæc tua erga Piũ San ctiſſimũ pietas religio fides. Nã cũ ipſum ſemp obſeruauerim coluerimq́: bñ de illo meritos nõ poſſum nõ peculiari beniuolētia cõplecti. Spo autē: ꝙ & ipſe nũc cõciuis ſcõꝝ factus, & domeſticus Dei, non obliuiſcetur eoꝝ: qui ſui fuerĩt ſtudio ſi. Neq́ enim dubito: fuiſſe ipſum ad illã ĩmortalē vitam trãſlatum: vbi & clario rem ſplendorem, & maiora ornamēta, & ampliorem dignitatem ſit conſecutus. Reddidit ei Deus mercedē laborum ſuoꝝ: & quem ſuper plebē ſuam principem conſtituerat: nunc inter cœleſtes beatorũ ſpirituũ turmas, ſtolam gloriæ indutũ, æternis indeficiētis theſauri præmiis donauit. Redēptus modo eſt, quod magnĩ viri deuitare vix poſſunt, a calumniis homiũu. Remotus omnino eſt ab inuidia rũ procellis: liberatus eſt ex hoc mũdo neq̃: vbi omnia erroribus laqueis inſidiis

plena ſunt:ſubtractuſq; his terrenis labibus ac tenebris,in ſplendoribus ſanctorū beatiſſima illa viſione ſempiterno æuo fruetur.Quamobrem ſicut ob inopinatā Pii Pōtificis mortē cōtriſtati ſumus:ita pariter ob adeptā eius fœlicitatē gaudeamus:ne videamur ppetuæ eius gloriæ inuidere:q terrenæ eiuſdē dignitati pauloante gratulati ſumus.Vale.Ex Muſolea.Die.xxviii.Decembris.MDIII.

Benincaſæ Priori.LXXXVI.

q Vam miſeri ſimus:quot ſubiecti periculis,dum ſumus ī corpore:& peregrinamur a Dño:q̄ ſuſpecta ſemper,& incerta ſit vita noſtra:magno eſt nobis documento inexpectatus penitus,ac certe miſerandus Iuliani monachi noſtri caſus:qui per hos dies accidit ī Fōte bono.Is enim vigeſimū(vt arbitror) natus annū:ac robuſto & vegeto corpore:cū ſanus & incolumis ſeſe in cellulam veſperi ad quieſcēdum cōtuliſſet:nec ſolū de more ad matutinū officiū non ſurrexiſſet:verū nec ſacriſtæ pulſanti reſpōdiſſet:peracto officio:& apto a monachis cellulæ ipſius hoſtio:repertus eſt ſuper lectulū mortuus,ac dormiēti ſimilis.Terruit familiā oēm factum inopinatum:ſepultuſq; eſt collachrymātibus omnibus:atq; adoleſcētis interitū miſerantibus.Cauſam mortis fuiſſe affirmāt,q; ob rigeſcente hyeme,& cœnobio niuibus ad tectū vſq; clauſtri oppleto,detulerat in cellam ignitos carbones:quorū calore fumoq; & vapore noxio dormiēs fuerit ſuffocatus atq; oppreſſus.Venire mihi in mētem fecit poeticum illud.Quis ſcit:an adiiciāt hodiernæ craſtina vitæ tēpora dii ſuperi?Vt ſimus parati:nos admonet repentinus iunioris exitus.Neſcimus enim qn̄ Dominus domus veniat:ſero an media nocte,an gallicantu an mane:ne cum venerit repente:inueniat nos dormientes.Orabis pro animæ ipſius requie.Vale.Ex Muſolea.Die.xxviii. Decembris.MDIII.

Antonio de Monte Auditori.LXXXVII.

d E magnis periculis a Deo liberatus magnifice in agro flamineo(vide quantum de tua humanitate præſumā:q̄tum ēt mihi de tua liberalitate pollicear) nullā referre illi maiorē meo iudicio gratiam potes:q̄ vt pauperū eius miſerearis:& proximi tui,quē diligere teneris ſicut teipſum,cōmodis inſeruias. Non eſt re vera tuū Auditor mi percolēde:nō eſt inq̄ tuum,qui iudicas orbē:imitari multitudinē ac turbam prælatorū noſtri tēporis:aliena paſſim occupare nitētium:& quorūcūq; vel minima ſacerdotia rapere cōtendētiū.Exēpla ipſi potius moderationis atq; modeſtiæ abs te petēda cognouerint:qui inter paucos & benignitate & integritate & iuſtitia præſtas.Ne quæſo cōmittas:vt totiens tibi a me cōmendatus egenus & pauper cācellarius noſter:quē Sācto Clæmenti Arretino præfecerā:abs te non cōtentus & ſuo fraudatus deſyderio ꝓficiſcatur.Times forte priuari hoſpitio in Arretina ciuitate?Eodē ipſo,pro tuo ſemp vti poteris. Nō eſt enim eiuſmodi is,pro quo apud te intercedimus:cui tuæ dignationis ad locū ipſum acceſſus nō ſit futurus ſemper optatiſſimus:q nō ſit exiſtimaturus:te quotienſcunq; volueris ſub cōe tectū ingreſſurū.Maiora cum tibi debeātur pro tua fide erga ſedē apoſtolicā beneficia:& præmia longe ampliora:decet te non pluris facere exiguum iſtud ac per tenue cœnobium:q̄ & animi tui magnitudo & ſingularis virtus poſtulet.Deniq; præcor per ipſum Clæmentem:cuius nomini dicatum eſt ſacellum,pro quo cōtenditur:ne quid indignū tua clæmētia cū meo can

cellario,

cellario,tui ſane obſeruãtiſſimo decernas. Ve℞ ſtatuta æqua & tollerabili penſio/ne,dimittas in pace hominem,& natura pacificũ,& in nr̃a apud te cõmẽdatione plurimum confidentem. Vale. Ex Muſolea. Die.xxix. Decembris. MDIII.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Michaelis Murani. LXXXVIII.

P Rouocatus ſum a te frequentibus lr̃is: vt aliquid ad te ſcriberẽ. Quæri de me potes: ꝙ ſero id facio: ꝙ diu productũ fuerit deſyderium tuum. Sed puto nõ ignorare te: quot implicẽtur occupationibus,qui præſunt in ſolici/tudine. Et tu præterea nõ indiges monitore ad ambulandum in viis Dñi. Educatus es atq; inſtitutus in obſeruatione regularis vitæ: diſciplinis ẽt liberalibus imbui cõtendiſti: vt eſſet enutriendæ in timore Dei adoleſcẽtiæ tuæ magiſtra diui/narum lectio ſcripturarũ. Sicut ſcriptũ eſt. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ: & lumen ſemitis meis. His lr̃arum ſtudiis ſi te oblectaueris: beatus eris tu,& bene ti/bi erit. Beatus enim vir,qui in lege Dñi meditatur die ac nocte. Itaq; hoc vno tã/tum opus habes: vt appoſita ſemel ad aratrũ manu,nullo vnq̃ tẽpore retro reſpicias. Si enim cũ Apoſtolo caſtigaueris corpus tuũ,& in ſeruitutem redegeris: id/q; feceris ad vltimũ vſq; vitæ diem: poteris & tu cũ eodẽ ipſe gloriari & dicere. Bonũ certamen certaui: curſum cõſumaui: fidẽ ſeruaui: In reliquo repoſita eſt mi/hi corona iuſtitiæ. Quid enim turpius viro probe ac bene inſtituto,cõtendentiq; ad gloriã ĩmortalem ad beato℞ delitias ad requiẽ ſempiternã: q̃ inconſtãtia q̃ intermiſſio atq; faſtidiũ actionũ ſanctarũ? Ad laborem nati: & in militiã ſalutarem aſcripti: cõtinuũ aduerſus deſidiam & ocium geramus bellũ. Si enim ſuſtinemus & cõregnabimus. Optimã igitur ingreſſus viuẽdi viam: ſequere ad brauium ſu/pernæ vocationis: neq; fatigeris in tribulationibus. Sed ætatem moribus præuenias: & animi fortitudinem fœlici perſeuerãtia præteferas. Vale. Ex Muſolea. Die xi. Ianuarii. MDIIII.

Petro Soderino Vexillifero Florẽtino. LXXXIX.

A Diit me tandẽ hodie Abbas facti pœnitentiã præſeferens: & multa ver borum ſummiſſione ſeſe mihi ſubiiciẽs. Fuit mihi grata illius viſitatio: tum quia rediiſſe ad cor viſus eſt: nequaq̃ paſſus reluctari obſtinatius volũtati patris: quo ſemp clemẽte vſus eſt ac pio: tum vero ꝙ te autore (vt ex noſtro Cardutio didici) teq; impulſore,debito ſuo ſatiſfecit. Et ego tum meo ĩgenio tum tuæ amplitudinis gr̃a benigne filiũ admiſi,paternoq; ipſum affectu admonui: ne amplius peccaret in cœlũ & corã me: vt eſſet dignus vocari filius meus. Humilita/tem ante oĩa ĩdueret: qua potiſſimũ oblectaretur Dñs. Siqdẽ humilia reſpicit: & alta a longe cognoſcit. Pollicitus eſt,haud ſecus ſe eſſe facturũ: neq; cõmiſſu℞,vt ipſius erga me aliqñ deſyderarẽ fidẽ. Debeo aũt plurimũ tuæ pietati: ꝙ humanæ præpoſueris gratiæ timorẽ Dei: & multo℞ fatigatus præcibus ſolitã animi con/ſtantiã ſeruaueris: ne a iuſtitiæ rectitudine declinares. Fouentẽ iuſtã cãm,ac honeſtatis & religionis plenã parentẽ,aduerſus repugnãtem filiũ: nõ aliter ac ſperaui oportuno tẽpore adiuuiſti: & prudẽti ſapientiq; cõſilio alterius dignitati alterius ꝯſuluiſti ſaluti. Hãc ob rẽ magnas tuæ celſitudini gr̃as ago. Vale. Ex Monaſterio Angelo℞. Die.xxvi. Februarii. MDIIII.

Fräciſco Cardinali Volaterano. XC.

E X quo tuæ dignationi demãdata eſt protectio religiõis noſtræ ſemper mihi perſuaſi fore,vt nequaq̃ illius reformationẽ cõtẽneres. Nam cum

perſpicaci prudentiæ tuæ cōiūctam agnoſcerē religionem atq; pietatē:non dubitaui futurū te certiſſimū columen ac validiſſimū firmamentū labātis noſtri ordinis. Quod cū aliis argumētis tum imprimis ex lr̄is abbatis Montiſmuri heri ad me allatis perſpicue aīaduertere licuit. Significauit enim mihi:quo eſſet erga nos animo amplitudo tua:& q̄to ſtudio cuperet vniri beneficia:atq; a cōmendarum piculis liberari. Præterea decreuiſſe te:vt celebraret̄ generale capitulū:quod & ego non tam mente cócæperam, q̄ celebrādum mādauerā. Non indormis deſidiæ Dn̄e pientiſſime:nec expectas vt iactata fluctibus nauicula dicatur tibi. Salua nos:perimus. Cogitas cogitationes pacis & nó afflictionis. Præuenis negligentiam noſtrā:& ſocordiam excitas:proferens per Angelū qui loquitur in te verba bona verba cōſolatoria. Perge vt cœpiſti:& præſto ſis nobis:tuam opem atq; patrocinium obnixe implorātibus. Tibi debetur hic bonos:hic te triūphus manet: vt te autore te duce Camaldulenſis cōgregatio reformetur. Sit tibi a dextris Dominus:vt quod volueris poſſis pro bona volūtate. Ab eo accipies virtutē:a quo tibi reddenda eſt repoſita merces in cœlo. Si quid opus fuerit pro futuro capitulo:vt rite atq; vtiliter celebretur ſignificabitur tibi. Vale. Florentiæ. Die.ii. Martii. MDIIII.

Petro Soderino Vexillifero Florentiæ. XCI.

q Vo tēpore vacandū imprimis eſt animi perturbatione & procul abeſſe ira debet atq; cōtentio:eo ipſo tēpore,iuxta vaticinium Eſaie ad lites & cōtentiones ieiunamus. Et cū emulari teneamur cariſmata meliora:ac reminiſci ſcriptū eſſe in actibus Apoſtolorū q̄ multitudinis credentiū erat cor vnū & anima vna:ſuccurrit nobis potius reiiciēdum illud ac minime imitādū Apoſtolorū exēplum,vbi dicitur,factā fuiſſe contētionē inter diſcipulos Ieſu. Delatū heri cōtinuo fuiſſe tuæ pietati,ſcio:quid inter eos quos accerſieram prælatos acciderit: & propterea peto ne ſcandelizeris. Hoīes ſumus:ad iraſcēdum faciles:& qui aliquādo caritatis defectu incōſtantiores ſumus ad tollerādā iniuriā. Percuſſi in maxillam vnā præbere tenemur percutiēti etiā alteram:& noſtra impatientia fit:vt acriore verboꝝ grauitate & maiore vocis contentione vlciſci pergamus iniuriā. Ego re vera non ad hoc cōuocauerā prælatos noſtros:vt inuicē morderent,inuicem prouocarēt:ſed vt ab eis cōſilium requirerē ſuper celebrando generali capitulo:quod maxime Reuerēdiſſimus Protector noſter cuperet:in quem videlicet locum,quoue tempore,coire in vnū prælati deberēt. Inuidit huic bono operi,ac piæ meæ volūtati ſeminator zizanioꝝ:q ſemp circuit querēs quē deuoret:& ad aliud vocatos ad aliud excitauit:ne qd ſtatueretur:qd ad decus & cōmodū ordinis ptineret. Pacatis tn̄ me ſupueniēte & conatus reprimēte diſſidētium animis: decretū eſt tandē,quid nobis agēdum foret. Erit prudētiæ atq; ſapiētiæ tue Princeps religioſiſſime nó ſtomachari ppea:ſi quid de noſtris audiſti:quod aures tuæ pietatis offenderit. Quo enim ſacratiores ſunt dies:eo non nunq̄ factione malignorū ſpūum,maioribus vexationibus īpugnamur:atq; a dulcibus diuelli cogimur Rachelis āplexibus. Cogita itaq; (repetā enim) qm̄ hoīes ſumus. Vale. Florētiæ. Die v. Martii. MDIIII.

Alexādro Monacho Angeloꝝ. XCII.

q Væ mihi eueniunt aduerſa:cupio vt proſint ad promerendā per patientiam cœleſtē cōmorationē & animæ requiē. Quāuis non ſint cōdignæ

paſſiones

paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Tu ergo idem facias: neq; æge feras: ſi nequaquam ſinor diuturniore ocio perfrui ac quiete. Per tot annos quibus præfui in ſolicitudine obduxiſſe in huiuſmodi callum videor: & multa expertus præuiſo iaculo minus ac leuius ferior. Nihil ait quidam ſub ſole nouum. Et ideo mirari debet nemo: ſi veteres amicitiæ aliquando reſcinduntur: ſi diſſentiunt a parentibus filii: ſi quæ noſtra ſunt quærimus potius/ q̄ quæ Ieſu chriſti. Hi ſunt/ huius præſertim temporis fructus: quo potiſſimum ambitio & cupiditas regnant. Cæterum q; ingenue confitearis: futurum te ſemper mecum ſiue in uitã ſiue in mortem: laudo hanc tuam in patrem ordinis/ patrem tuum/ pietatem. Sperare merito potes: q; futurus ſis longæuus/ iuxta promiſſum dominicũ ſuper terram: quoniam parenti defers. Ego quoq; gratulor tibi: q; tedere te cœperit curialis conſuetudinis atq; vrbanæ cõmorationis. Quid enim facit in vrbe monachus: qui elongare debet fugiens & manere in ſolitudine? Bonum eſt uiro/ cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius/ & tacebit: quia leuabit ſe ſuper ſe. Vade ergo/ & tu fac ſimiliter. Pigeat te tam diuturni exilii: uincat te amor matris tuæ/ iſtius inquã domus: quæ te regenerauit: quæ te educauit/ formauit, inſtituit. Redi ad eam/ ſeneſcentẽ in dies, & quæ nunc tuam opem implorat. Non eris a culpa immunis ſi nimium diſtuleris hoc pietatis officium. Vale. Florentiæ die. xvii. Martii. MDIIII.

Paulo Priori Angelorum. XCIII.

PEtis commeatum egrediendi monaſteriũ: cum nudius quartus te ac reliquos monachos admonuerim obſecrauerim: ut accuratius continere/ tis vos domi. Tibi autẽ imprimis ex officio paternoq; affectu præfixeram prodeundi tempus: vt haberent te ipſum ſibi documento filii tui: ne frequentius q̄ expediret exirent in publicum. Certe fouere illos debes: tanq̄ gallina pullos ſuos ſubalas. Non te oportet litibus diſtrahi: & procuratoris gerere miniſterium: qui parentis ac paſtoris officium ſuſcæpiſti. Alteri ea demandanda eſt cura. Tu vero emulatus/ dominici populi ducem/ eſto in iis tantum: quæ ad deum pertinent: ac peruigila/ quaſi rationem pro animabus filiorum redditurus: ut cum gaudio ſeruiant domino & non gementes. Si hoc feceris: ſane præterq̄ q; boni paſtoris munus impleueris: multum etiam conſulueris grauitati perſonæ tuæ ac prioratus tui dignitati. Quod ut facere contendas iterũ atq; iterum te adhortamur. Si qd tamen ſeniorum quos tu noſti quia uere ſenes ſunt conſilio feceris: excuſatus clauſtra per fregeris monſterii. Fragmenta Dioniſii per Ambroſium noſtrũ tranſlata de quibus ſcripſiſti non ſunt apud me. Si quid aliud a me cupis/ quod præſtare meũ ſit: magna ſemp fiducia id expetas. Vale. Florentiæ die. xxii. Martii. MDIIII.

Gabrieli Monacho Angelorum. XCIIII.

SI quid ficte, ſi quid fraudulenter, ſi quid mendaciter prolatum eſt ſuper iniuncta prout aſſerunt pœnitentia ob feſtinatã nouitiorum profeſſionem: non fuit meum curioſius factũ inueſtigare. Neq; enim me hac in re potuit quiſq̄ fallere: quin prius deceperit ſemetipſum. Viderint ii qui huius præuaricationis ſe fecerunt autores: utrum eos uel ſemel ſufficienter condigneq; pœnituerit. Non fuit abſurdum ut ſimplici duorum prælatorum teſtimonio crederem. Fatebor tamen ingenue: non fuiſſe duos tantum huius exceſſus reos: ſed

quotquot aſſenſum præbuerunt abrogationi legis. Mala imbuti conſuetudine: cũ ſæpius hoc audiam factitatum fuiſſe in iſto monaſterio: vt præpropere atq; intẽpeſtiue cõplures fuerint profeſſi: vt impoſterum pareatis cõſtitutionibus ordinis hortamur vos & obſecramus in dño Ieſu. Neq; enim regi pro cuiuſq; arbitrio debent ſacræ maioꝝ noſtroꝝ ſanctiones: ſed regere eas oportet: niſi voluerimus ꝓ arbitrio ac penitus exleges more ferarũ vitã ducere. Siquis aũt furia iuectus: minus ponderata cõtra me protulit verba: huic facile veniã do. Iraſcibiles naſcimur: & cõpeſcere oĩno aĩorum motus nõ oẽs poſſunt. Beatus ſane vir, qui nõ eſt lapſus verbo oris ſui. Quãtũ ad me attinet: vt iocari tecum vel hoc tẽpore mihi liceat: abſentem etiam verberet. Scripſit tamen idem ad me per hos dies & pacato animo, & filiali reuerentia. vale Florentiæ. Die. xxvii. Martii. MDIIII.

Benedicto abbati de Balneo Vicario noſtro. XCV.

n Actus modo aliquantulum ocii ſcribo nunc primũ ad te, ex quo te vicarium cõſtitui manu ꝓpria. Nunq̃ reuera minus fui ocioſus: q̃ ex eo tpe quo me nouiſſime florentiã cõtuli: vt frequẽter mihi ſubierit deſyderium noſtræ illius ſolitudinis atq; eremiticæ cõmorationis. Dudum aĩo deſtinaueram hodierna die hincproficiſci: vt te ac familiam reuiſerem. Veꝝ quotidiani effecerũt hymbres: ne cõmode hinc mouere potuerim: fuerimq; ab itinere reuocatus. Si permiſerit Dñs, vt ſerena illuceſcat dies, paulo poſt me videbitis moraturum tantiſper apud vos: donec huc iterum me redire cõpulerit futuri capituli celebratio. Implo randa eſt interea Saluatoris clæmẽtia: ne fruſtra deregionibus cõgregauerit nos ſed ad decus & firmamentũ totius religionis noſtræ. Nõ ad apparata ꝓfuſis ſumptibus ac magnifice ſplendideq; ornata conuiuia: ſed adunienda diſſidentiũ prælatorum corda: ad conſeruaudas & reformandas reliquias ordinis. Heri ſummæ trauquillitate ac pace electum a conuentu. D. Gabrielem in priorem monaſterii. Angelorum cõfirmauimus: qui cum abbate Piſano viſitaturus eſt quæ reſtant viſitanda benefitia. Acceſſit ei paruo temporis ſpatio duplex labor: vt nõ facile remotus viuere habeat ab inuidiaꝝ procellis. Et viſitator primũ & Prior deinceps præter multoꝝ expectationẽ ne dixerim ẽt preter votũ inſtitutus: deuitare nõ oĩno poterit iuditioꝝ ac murmurationũ anfractus. Romualdi cõuerſi iunioris modeſtia & bona ĩdoles ſatis placuit nobis. Ideo remittendũ illũ duximus in Fontẽ bonũ: & in numeꝝ familiæ nr̃æ aſciſcendũ. Probabimus ſpiritũ an ex deo ſit. Potui illum haud ita multopoſt mecũ ducere: ſed volui vt meũ ad vos reditũ præueniret. eſſetq; præcurſor meus. Boletoꝝ calatũ accæpi & oportune ſaris. Dono eos miſimus amicis quibuſdam: qui arctiori nobiſcum deuincti ſunt beniuolẽtia & fide. Gratiſſimo aĩo & hilari fronte munuſculum accæperunt: præſertim non alieno vt hactenus ſed meo tandẽ tranſmiſſum nomine. Vale Florẽtiæ. Die. xxiii. Aprilis. MDIIII.

Paulo orlandino monacho. Angelorũ. XCVI.

f Vturus hoc anno vt ita dicam tuus: fraudari nõ debes honeſto atq; vtili ocio: ne nõ redimere modo tẽpus videaris: cũ dies mali ſint. Ideo remittendum ad te duximus immenſum volumen tuum: quod nobis dum fores occupatior ob curam monaſterii, benigne cõmodaueras. Fuit apud me nõ vſq;quaq; ocioſus, adeo gratus hoſpes tam inſignis orator. Non tamẽ pro voto conuenirẽ

ipſum

ipſum mihi frequentius licuit:negociis vt noſti & variis, & moleſtiſſimis impli/
cato. Qui enim præſunt, quẽadmodũ tu quoq; dudũ expertus es, in ſolicitudine
in mœrore in diſtractione aĩorum verſantur. Quo aũt minus tempeſtiue ad te
redit: eo iucundius illum excipies: & poſt longiorem abſentiam, & quaſi peregri
nationem ad te reuertentem atq; in propria venientem arctius complecteris: &
ſtudioſius cum eo cõgredieris, ac verba facies. Quod erit nõ tam tibi q̃ mihi ẽt
vtilitati & vſui. Ex iis enim quæ ipſo tradente pcæpturus es: poteris mihi ẽt ali
quid cum ſe obtulerit pariter colloquendi occaſio tua illa haud vulgari memo/
ria facile adiutus impartiri. Vale Florentiæ. Die. xxvi. aprilis. MDIIII.

Ludouico Doctori. XCVII.

s Enio grauis, oblectaris ocio & tranquilla vitæ remiſſione. Nec imme
rito. Quid enim optabilius: q̃ poſt laborẽ quies: poſt longas vigilias
ſopor: poſt frequentem peregrinationem propriæ domus inhabitatio? Inuideo
tibi ſic quieſcenti: ſic diſtanti a fluctibus maris huius magni & ſpatioſi manibus.
Immo certe nõ inuideo: ſed emulari poſſe optarem hoc tuum pacatũ genus vi/
tæ. Vixiſti dum robuſtior pmiſit ætas nõ tibi ſoli ſed multis ſed ordini tuo, quẽ
doctrina cõſilio adminiſtratione viſitatione ac prolatione verbi dei: pro viribus
adiuuiſti. Nunc ſi tibi reliquũ temporis quod ſupereſt vixeris: nõ eris culpãdus:
non ſegnitiæ arguendus. Portaſti iugum ab adoleſcẽtia tua. Haud iniuria ſedes
modo ſolitarius: & taces: vt cum canendum recæptui tibi fuerit: expectaſſe vi/
dearis eum qui te ſaluum faciat. Si tñ traſferre te ad generale capitulum, quod
Florentiæ paulopoſt celebraturi ſumus, cõmode potueris: hortamur te in Dño:
vt venias. Nihil enim conferre vtilitati ac decori congregationis noſtræ magis
potreit: q̃ matura, q̃ multa experta, q̃ litteris apprime inbuta ſenectus. Et iterea
vt præuenias faciem domini, ac præoccupes eam in orationibus: ex offitii no
ſtri debito admonemus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxviiii. Aprilis. MDIIII.

Franceſcho theſaurario Pontificis. XCVIII.

r Etulit mihi abbas Sanctæ Iucundæ, quem pro redimẽdis iumentis no
ſtris in vrbem miſeram, q̃ benigne, q̃ munifice, quæ ad ſacram noſtrã
eremum pertinent, oĩa reſtitui mandaueris. Oſtẽdiſti nimirum pietatem & fidẽ:
& cum facile potueris tranſgredi, nõ es tranſgreſſus. Ditari aliena paupertate no
luiſti: & excuſſis manibus ab omni munere, male tibi vẽdita armenta noſtra, red
di iuſſiſti. Alieni minime cupidus, theſaurizare tibi noluiſti, vbi erugo & tinea
demolitur: & habiturus theſauros in cœlo, theſauros huius ſæculi contemſiſti.
Merito ſane a ſummo pontifice, theſaurorũ ſuorũ tibi credita eſt adminiſtratio.
Nouit enim qua ſis integritate atq; prudentia: vt ipſe ꝓculdubio ꝑ te, in vtrãq;
aurẽ dormire ac quieſcere totus queat. Agimus iccirco, quãtas poſſumus tibi gra
tias, pro tam offitioſa liberalitate in nos, pro adminiſtrata nobis iuſtitia. Oro
itaq; & obſecro amplitudinem tuam: vt eiſdem me poſt hac fauoribus proſe//
quaris: ne quid detrimenti iniuſte patiatur. Sacra noſtra Eremus, quæ tibi vna
mecũ futura eſt obnoxia. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Maii. MDIIII.

ſ Petro Soderino Vexillifero Florentino. XCIX.

Acta per hos dies ingenti captura piſcium Summi iſtius magiſtratus

nomine:& exhauſtis pene fluminibus Caſentini:differēdam duxi de īduſtria piſcationem,poſt ſolennem ciuitatis veſtræ feſtum diem:ne viderer mittere aquā in mare:quando præſertim nihil magis appetentiam minuat q̄ nimia rei alicuius copia.Occurrente modo piſcatoris ſolennitate,oportuno ſatis tempore piſciculos mittimus ad tuam amplitudinem:qui & te ſobrietatis atq; cōtinentiæ apoſtolicæ,q̄uis continentiſſimum admoneant:& longe magis ad emulationem illius te prouocent:vt fias & tu qui eodem appellaris nomine piſcator hominum.De huiuſmodi piſcatoribus per Hieremiam loquitur Dñs dicens. Mittam in vos piſcatores meos:& piſcabuntur vos.Patet tibi ad hanc capturā mare magnū & ſpatioſum.Cum enim ſerere contendis inter diſſidentes pacem:cū non permittis vt potentiores,quaſi maiores piſces,minores ac debiliores præmant ac deuorent:cum deniq; communi omnium vtilitati ſtudes:tunc nimirū mittis retia in dexteram:tunc tua ſapientia atq; prudentia homines capis.Huic piſcationi vt fœliciter ſemper intēdas:magnopere optamus. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxviii.Iunii.MDIIII.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano.C.

IAm reſpondi nouiſſimis litteris tuis.Sed occaſione tabellarii familiaris noſtri ac fidelis in dño:qui Paduam ad reuiſendam parentem & patriam venit:aliquid etiam nūc ſcribam . Et primum ſcias : nihil mihi modo contingere potuiſſe gratius:q̄ vt daretur mihi copia colloquēdi tecū:tot premor ſolicitudinibus:tot ſum cogitationibus perplexus. Defuncto enim illo ex quo pendebam totus:cum quo effundere conſueueram æſtus meos:cuius cura & patrocinio in vtranq; aurem dormiebam ſecurus:omnia mihi in Generalatus adminiſtratione reddita ſunt atq; effecta grauiora:vt quod mihi effugium pateat,non facile videam. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum : & non erat.Quid dico:non erat?Qui expugnare pro me aduerſarios debuerunt:oppugnant.Qui tueri me debuerunt:opprimere conantur . Qui prodeſſe tenebantur rebus meis:nocent.Cogitans itaq; dies antiquos:& annos præteritos in mēte habens:quibus mihi non defuerunt auxilia:videor mihi relictus ſolus in magnis anguſtiis:vt nō immerito tuam optare cogar præſentiā,tuū congreſſum, atq; conſilium.Neq; enim parum te audito,ſubleuarer animo:vt malis prementibus,ardentior in ea inſurgerem.Sed quando ita accidit:vt neceſſario inuicem congredi nequeamus modo:& cōmunicanda magis ſint coram,q̄ litteris cōmittenda,quæ nos moleſtant:ponam cuſtodiam ori meo quoaduſq; ſe obtulerit occaſio adeūdi tui.Ex alteris noſtris:quas ſpero tibi iā fuiſſe redditas : clarius intelliges quid nūc innuam. De infœlici Carcerum Crucumq; ſucceſſu,audiſſe te aliquid nō dubito.Et q̄uis iuditia dei ſint abyſus multa:non poſſum tamē nō grauiter ferre rapinam bonorū ordinis. Vtinam clamantibus ad dñm a facie tribulantis mittat nobis ſaluatorem ac propugnatorem. Tu quoq; pro nobis leuabis oculos tuos in cœlum. Vale.Fx Fonte bono.Die.iii.Iulii.MDIIII.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER OCTAVVS.

Baldaſari Cardutio Doctori.Epiſtola Prima.

Cur

Vt te conueniẽdum duxerit abbas Campriani qui futurus eſt harum litterarum lator:& quæ res in quæſtione verſetur:ipſe
c plenius referet coram. Probaui ego nimirũ conſilium eius:q te potiſſimum in cauſa ſua ancipiti & dubia delegerit: cuius iuditio atq; ſententiæ ſtandium putet. Vbi enim diſceptationes & cognitiones veritatis tractant̃: nullius ſane opinionẽ prætulerim tuæ. Præſidio laicorum fultus aduerſarius hũc de benefitii poſſeſſione deiecit. Ordinarii iudices hoc tẽpore iure ſuo vti nõ permittuntur. Iccirco q fouent iuſtas cauſas iuditio opprimuntur:& circumueniuntur innocenes. Qui vero magnorum virorum patrocinio confidunt:impunitatis ſpe,quæ eſt maxima peccandi illecebra,omnia vel iniuſta pro arbitrio aggrediuntur. Tu itaq; cuius autoritatẽ ſecuturus eſt ne deſis obſecro,tuum conſilium atque auxilium imploranti. Inuenies enim hoc faciens retributionem magnã & ſi non ab ipſo certe a Dño. Beatus ſi quidẽ qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Vale. Ex Fõte bono. Die. viii. Iulii. MDIIII. Ignatio abbati Caſſinenſis cõgregationis. II.

d Ecreuiſſe te tandem,accipere datam tibi,reformandi monaſterii Angelorum prouinciam:admodũ probo. Cui enim alteri conuenientius ac maiore ſucceſſus optatiſſimi euentus ſpe eiuſmodi demandari potuit cura q̃ tibi:& eiuſdem profeſſionis monacho integerrimo: ac diu in prælatura exercitato:& ſingulari iuſtitia fide pudore conſtantia prædito? Quo circa haud dubie mihi perſuadeo: elegiſſe te partem potiorem atq; accæptiorem Deo. Neq; enim terreri debuiſti rei difficultate:quando vt videris confidere defuturi tibi non ſint potentium fauores. Alioquin parum tibiupereſſet ſpei rei bene gerendæ. Maior es in hoc negocio omni excæptione:cum præter prudentiam ac religionem ab omni ſuſpitione immunis futurus ſis penitus: qui non alienigena ſed conterraneus ſemota omni perſonarum accæptione inter diſſidẽtes monachos conciues tuos iudicaturus ſis. Alligandæ tibi prætera haud facile erunt manus:vt cogaris aut ab iuſtitiæ deflectere rectitudine:aut malignantiũ improbitatem formidare. Itaq; malorum quam ſolam tibi proponis difficultatem futuram ne verearis impudentiam. Vbi enim aggreſſus opus tibiiniunctum fueris:trepidaturos illos timore,ne dubita:quoniam teſtimonium illis perhibente conſcientia iniquorum ſtudiorum ſuorum deficientes quemadmodum fumus, deficient. Hoc autem tibi ſpondeo ex me:ne forte ſecus opineris: reperturum te in illius conuentus viſitatione maiorem partem bonæ voluntatis:vt non ſit tibi futurum anceps dubiumq; iuditium:qui ex illis ingrediantur in veritate:qui ve coram te venturi ſint in veſtimentis ouium lupi rapaces. Qui ſint angelici ſpiritus,& benigne cõſeruandi,atq; confirmandi: Qui vt ita dicam κακοδαίμονες ac traditi omnino in reprobum ſenſum & reiiciendi:ac tanquã hedi ab ouibus ſegregẽdi. Cæterum q; meam præſentiam Florentiæ hac de cauſa exiſtimes nõ inutilem fore:& iccirco hinc litteris blande allicis vt veniam:inde ex delegato tibi munere vt pareã Colendiſſimo protectori reqris: cum tibi mandauerit: ne qd me inconſulto facias:ſcito me ex quo diſceſſi Florentia laboraſſe hactenus tumefactione ac etiã dolore vtriuſq; pedis. Indictam mihi video ſedendi

neceſſitatem, adeo, vt ægre in chorum deſcendam: nec mihi vel equitādi in ere/mum poteſtas detur. Aeſtus nimirum nō me auocarent ab itinere: quando tran/ſeūdum mihi eſſet per ignem & aquam: vt reformato Angelorum monaſterio quod tanto tempore concupiui: pro quo tantopere laboraui: deducerer in refri/gerium. Sed male ſe poteſt aliquis præparare ad ambulandum: atq; ad iter vel compendioſum accingere, pedum offitio deſtitutus. Itaq; ſi non venero inuali/tudini aſſcribes: cuius gratia excuſationem meam admittes. Siquid tamē noſſe cupis neceſſario ex me ſcribe: & ego confeſtim aut reſcribam quid ſentiam: aut mittam, qui fideliter referat. Vnum te admonitum volo: q nisi ſepaueris malos a bonis: niſi turbatores vitæ monaſticæ inſidiatores rebelles, e ſacro illo cætu ex turbaueris: & præcipue capita factionum: inanes futuri ſunt atq; irriti omnes co natus tui: & inventum exhortationum tantummodo verba effuderis. Memento quid apoſtolus moneat. Auferte, inquit, malum ex vobis. Et merito ſane. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Id cum te effeciſſe cognouero: ſeparaſſe videlicet a paleis triticum: non dubitabo affirmare: te non ſuper arenam ædificaſſe: verum potius ſuper lapidem: illum inq̄ angularem lapidem: in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templū ſanctum in dño: inhabitaculum dei: in ſpiritu ſancto. Vale, Ex Fonte bono. Die. xvii. Iulii. MDIIII.

Ignatio abbati. III.

p Edum infirmitas ſicut minus periculoſa eſt q̄ capitis aut ſtomachi: ita aliquando pp humores ad ima naturaliter defluentes tardius percura tur. Quāobrem cum per inualitudinem parui licet diſcriminis ac momēti equi tare adhuc prohibear: & inſtet terminus in craſtinum: quo demandatum tibi re formandæ angelicæ domus negocium aggrediare: vt non differas mei gratia, qui præſto eſſe nō poſſum, bonum ac pium opus: hortor te in dño. Et ſi enim le uius ſentiatur onus: quod duorum ſimul, q̄ quod vnius tantum humeris com/portetur: es tamē per dei gratiam eiuſmodi tu atq; ea virtute præditus: vt haud dubie tanto oneri par futurus ſis. Tantum eſto præſenti animo: & iuſtitiam in/trepide executurus in eo confide: qui retribuet tibi ſecundum iuſtitiam tuam, & ſecundum puritatem manuum tuarum in conſpectu oculorum eius. Laturus eſt has litteras Florentiam Iacobus Brixienſis monachus: & cubicularius noſter, ac fidelis mihi in omnibus. Siquid duxeris cōmunicandum cum illo de negocio, poteris tuto id facere. Accerſitus abs te: aderit continuo. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxi. Iulii. MDIIII.

Gabrieli Priori Angelorum. IIII.

i S, & redis, pro iubentis arbitrio: vt & tu merito poſſis dicere. Vt iumē tum factus ſum apud te: & ego ſemper tecum. Admoneris etiam per hoc: non habere te hic manentem ciuitatem: ſed futurā inquirere. Con tionem Ignatii multis effers laudibus: & nihil ſcripſiſti: quod meam de illo opi nionem vicerit, Vtinam vbi non fuerit auditus: non effuderit ſermonem: vt nō cogatur & ipſe cum euangelicis illis pueris dicere. Cecinimus vobis & non ſal/taſtis: lamentauimus & non planxiſtis. Non de omnibus hoc dico. Scis ipſe me cum quos notauerim impietate vtiq; ac rebellione inſignes. Confidis admodū in hominis integritate: & ego reuera haud minus. Eſt enim ea ipſius vita, ii mo

res

res ea indoles animi ingeniūq; ea demū vitæ regularis diſciplina cum eruditio ne cōiuncta, vt ſperare merito liceat illū iura infimis ſummiſq; æque moderatu rum:neq; vllius timore aut gratia ab honeſto receſſurꝫ. Patuerūt iā hoc viſitatio nis initio duo īter cætera fidei & cōſtātiæ ipſius teſtimonia. Nā admiſit in teſtes tm̄ illos duos canonicos:nec eſt paſſus eos viſitationibus intereſſe:& Angeloꝶ miniſteria p te diſpoſita:iis quos œconomus amouere præſumpſerat incōtātēr reſtituit. Chirographa Romualdi nō mittimus ad te:qm̄ reuera vbi illa repoſue rim nō reminiſcor. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Iulii. MDIIII.

Benedicto Abbati Balnei Vicario. V.

v T de noſtro itinere aliquid ſignificemus tibi:puenimus nudius tertius veſperi ad abbatiā Inſulanā:heri apud Scardauillā cœnanimus:& apud Ferraganū nocte requieuimus:occupato Scardauillæ monaſterio propinquorū Prioris vtriuſq; ſexus multitudine. Hodie Rauēnā meridie ingreſſi:apud hoſpi tale claſſenſe pranſi ſumus:excæpti ab abbate & monachis pbenigne. Offendi mus cōplures infirmos ac febre laborātes:vt hoſpitale nō minus re nobis refer ret q̄ nomine. Ad euitandā itaq; cœli huius intēperiē cōduximus nauiculā cōti/ nuo blandiēte præſertim nobis aeris ſerenitate:quæ hucuſq; p dei gratiā hoc tri duo comitata eſt nos. Ingrediemur hoc veſpi mare:īplorata a Dn̄o ꝓſpera na/ uigatiōe:ac ſecūdo vēto:vobis interea ꝓ nobis orātibus:vt oīs ſupbia pelagi re ſideat fiatq; trāquillitas magna. Cæterꝶ curabis me abſente demandatū tibi vica riatus offitiū nihilq; duxeris in illa multiplici nr̄a variaq; familia parui momē ti:qd negligēdū aut contēnendū putes. Diuinū cultū cæteris rebus antepones. Cōſequēter negocia reꝶ tēporaliū miniſtri ad illa deſignati te iubēte atq; cōpel lente accuratiſſime exequātur. Sic te in omnibus prudenter ages: vt in domo dei perturbetur ac ſcandalizetur nemo. Amet te familia oīs: ac tibi obedienter ac reuerenter deferat. Si id noluerit:facito vt timeat. Nos interim cœptū proſe/ quemur iter:ac mare ſulcabimus magnū ac ſpatioſum manibus. Vale. Rauēnæ. Die. ii. Augusti. MDIIII.

Benedicto Abbati Balnei & Vicario nr̄o. VI.

s Cripſi tibi ex vrbe Rauēna iter noſtrū q̄ fuiſſet proſperū. Vt vero intel ligas haud minus fuiſſe proſperā nauigationē: ingreſſi nauiculā eadē die poſt occaſum ſolis:ſequenti die hora tertia & vigeſima peruenimus Clodiā. Et niſi portum introiſſemus:vt ſumeremus cibum:potuimus veſperi applicare Venetias. Quod poſtero die factum eſt. Atq; vt nauigationē fuiſſe nobis etiam voluptati agnoſcas: ſignifico tibi modo per ocium:quid nobis portū Rauēnæ egreſſis, atq; in nauicula proſtratis contigerit. Modico flante vento remigabant nautæ. Et lucente luna cum ꝓſpexiſſent infinitam multitudinem & globum pi ſcium quos cephalos vocant pariter diſcurrētium:excitato pedibus ſtrepitu ter riti piſces ꝓſilierūt in nauiculam atq; inter nos iam expergefactos quattuor & ſexaginta ex iis haud contemnendæ magnitudinis. Exultauimus ob inopinatā piſciū capturā:verſantes animo an forte ea innueret:futuros nos Dn̄o cooperā te piſcatores hominū. Neq; eni paꝶ profecerimus aduentu noſtro:ſi fuerimus autores:vt inter cōgregationem & Boldonios conueniat. De Grimano alia fu/ tura eſt ratio. Pollicitus eſt tamē Sereniſſimus Princeps oēm fauorem & patro/

einium:vt tam nobile monaſteriũ ordini præſeruetur.Quis ſit futurus rei euentus:coniicere nõ valemus:q̃m altera pars nõdũ nos adiit. Cupiũt iſti in abbatiã carcerũ reſtitui cũ abbate a cõgregatione in annũ electo . Contra Boldonii repugnant:nõ admittentes abbatem alium præter propinquũ ſuum.Vbiq; auditur annonæ caritas vt cauendi ſint magnopere ſuperflui ſumptus.Bononia oppidum alioquin feraciſſimum eiicere dicitur aduenas omnes atq; hoſpites ob tenuiorem meſſem.Fac itaq; & tu pro tua in nos fide:ne grauẽtur ab eis domus noſtræ:q habẽt ipſi vnde ſuſtentẽtur,Oportet eni præpoſitũ ac diſpẽſatorẽ fidelem eſſe pariter & prudentẽ. Vale.Ex Monaſterio Sãcti Michaelis Murani. Die. viiii.Auguſti.MDIIII.

Gabrieli Priori Angelorum.VII.

t Olleranda quæcũq; acciderint aduerſa præſenti animo ſunt omnibus: qui teſtimonio fidei probati inueniendi ſunt.Sed hac vti conſolatione hoc ſolatio potes:q inuitus abes a grege tuo:q nolẽs ab adminiſtratione auerteris immo triſtis ac mœrens. Accæptam feret Dominus tuam bonam voluntatem:nec tibi imputabitur:ſi qua interim ex ouibus tuis perierit . Nemo enim tueri ſe poteſt ligatis manibus ac pedibus. Cœna ab Orlandino laicis exhibita in horto monaſterii:atq; ad multã noctem producta,merito ab Ignatio debuit reprehendi.Quis enim ea probaret fieri in monaſteriis:quæ in priuatis ſæcularium ædibus:vix honeſte vſurpari queant?Domũ dei & angelorũ decet ſanctitudo modeſtia cõtinentia.Et nos demẽtes & laicorũ voluntariæ addicti ſeruituti in cõmeſſationibus & calicibus epotandis verſamur . Vhæ nimirum iis : qui ſe alienant elongantq; a Dño:qui fornicantur ab eo per viuendi licentiam & laxiorem vitã,qui ſacra contaminant & fœdant monaſteria:qui labores maiorũ ſuoꝶ contẽnunt:ac pro nihilo ducũt.Tu vero quẽ nihil hoꝶ latet:imo qui abominaris hæc oĩa : caue ne ſub prætextu augendi ordinis inordinatum aliquid aggrediaris.Donec lata fuerit ab Ignatio ſententia:non potes niſi cõtra honorẽ & exiſtimationem tuã quærere extra ordinem diuerticula & ſeceſſus:Sta in fide: & viriliter age & ſuſtine Dñm:& ipſe faciet quod bonũ fuerit in oculis ſuis. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.vii.Septembris.MDIIII.

Benedicto Abbati Balnei & Vicario noſtro.VIII.

f Actum eſt tandẽ quod diu cõcupiui:& quæ hactenus viſa ſunt duriora noſtrorum corda:per dei clæmentiam emollita ſunt.Fecit Dñs vtraq; vnũ:& diſſidentes ad cõcordiam reuocauit:vt eſſet vnum ouile & vnus paſtor. Cõſenſerunt hi nouiſſime diebus iſtis:vt totius congregatiouis Sacra Eremus futura ſit caput.Et ſpero ceſſurum hoc in maximũ ornamẽtum ac decus,nec minus in amplitudinẽ & cõmodũ religionis nr̃æ.Sicut enĩ maxima quæq; diſcordia pereunt & dilabũtur:ita e diuerſo cõcordia parua augẽtur & creſcunt. Confirmet deus quod operatus eſt in nobis:& recedẽte vetuſtate noua fiant oĩa.Triduo poſt ingreſſuri ſumus mare vtinã pacatũ trãquillumq; & aura tantũ ſecũda flante.Quod ſperamus fore p orõnes tuas totiuſq; familiæ:quos equidẽ credo quotidie de nr̃a abſentia cogitare:& nr̃m imprimis reditũ cupere . Hortaberis oẽs ad bene pieq; viuẽdũ:q̃m reuera nec gratius mihi aliqd nec ſibi vtilius facere poterunt. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.xxvi.Septembris.MDIIII.

Venturæ

Venturæ abbati Sancti michaelis murani.IX.

PRoſperã fuiſſe nauigationẽ noſtrã nobiſcum lætaberis:cũ intellexeris heri nos in hoſpitali claſſenſi pranſos fuiſſe.Siquidẽ nudius tertius vẽto aduerſante trãſire Fornatiũ portũ nequimus.Heſterna vero die ſecũdo flãte vento adeo diſtẽtis ac tumẽtibus velis ſulcauimus mare:vt ante meridiẽ portum Rauẽnæ fuerimus ingreſſi.Viſum eſt oĩbus adeo cõmodã & facilẽ fuiſſe nauigationẽ:vt orationũ veſtraꝝ merito id nimiꝝ iudicauerimus aſſcribẽdũ. Incraſtinũ per Bagnacauallũ ituri ſumus Fauentiã:q̃uis nõ dũ huc venerint iumẽta noſtra.Mandabimus tñ:vt vbi huc venerint cõtinuo Fauentiam mittãtur: vt inde Bononiã:& ex ea Florentiã:atq; inde quo feſtinantius potuerimus contẽdamus in Fontem bonum.Curabimus poſtea celerius iter arripere:ſi forte ante kalen.nouembres ingredi vrbẽ nobis licuerit:atq; apoſtolorũ limina viſitare. Pro itinere quod reliquũ eſt orari quoq; iubebis:vt nõ ſolũ eamus & redeamus incolumes:veꝝ ẽt cõpotes votoꝝ noſtroꝝ:quæ optimæ noſti q̃ ſint ratiõabilia & pia.Familiã ſaluta verbis meis:& vt quæ illi ſeruanda receſſurus mãdaui:opere cõpleant:ꝓ me adhortare.Senes iunioribus bene viuẽdi lucernã præferãt & eoꝝ pr̃na ſolicitudine curã gerãt. Nõ permittãtur adoleſcẽtiores vacare ocio & inanibus fabulationibus:veꝝ q̃d ſupereſt tẽporis diuino cultui:litteris ĩpẽdant: vt iis accurate ĩbuti in lege dñi meditẽtur die ac nocte. Deniq; ſi nõ paruifaciũt maiorum ſuoꝝ beninoletiã & gratiã:vt ſint eis cariſſimi ſtudio mereãtur. Vale. Ex abbatia claſſenſi.Die.iiii.Octobris.MDIIII.

Petro Priori Caſtricarri.X.

PEruenimus Romam pridie Kalen.nouẽbris per dei gratiã incolumes. Fuit aũt iter nr̃m ꝓſpeꝝ haud minus:ac ſi id æſtate media pegiſſemus Vbi huc aduenimus:mutata eſt cœli ſerenitas:vt cogamur quotidie eq̃tare p vrbẽ comitante nos pluuia. Excæpti ſumus a Protectore colendiſſimo ſingulari humanitate:& obtulit nobis curaturũ ſe oĩa quæ ad cõmodũ & honorem ordinis ſpectẽt.Damus operã:vt minuta cõficiatur ꝓ impetranda vnione: poſtmodũ ſuggeretur pontifici:Quẽ vtinã faciat nobis deus placabilẽ exorabilemq;:vt auerſi a cõcordia animi,& aſſueti nutrire ac fouere ſeditiones in cõgregatione:vel inuiti in vnum coeant:& experiantur re ipſa:q̃ bonũ ſit ac iucundũ habitare fratres in vnũ.Quid tamẽ futurũ ſit:adhuc certi nihil habeo : q̃uis tu bona oĩa omnibus ſpondeas.Aduerſari exiſtima ſemper piis & honeſtis votis inimicum illum hominẽ de euangelio: & ſuperſeminare ꝓ viribus in agro dñico zizania.Bene tñ ſperamus nõ futuros irritos labores noſtros & bona optanti cõgregationi ſuæ affutuꝝ cœleſte auxiliũ:locaturũq; dñm vineã ſuam talibus agricolis:qui reddant ei fructũ temporibus ſuis.Hic laboratur magnopere panis egeſtate atq; inopia:adeo vt nõ ſolũ magna ſit eius caritas:veꝝ etiã vix emptoribus ſuppetat quod emi poſſit.Magnis hic ſumptibus viuimus:& lõge maioribus q̃ opinati eramus ante aduntũ noſtrũ.Tollerabimus tñ oĩa:modo vtilitati publicæ religionis noſtræ cõſulatur.Vale.Die.vii.Nouembris.MDIIII.

Blaſio Generali Vallis vmbroſæ.XI.

QVas tibi meritas agã gratias nõ facile mihi ſuccurrit.Nõ rogatus nõ requiſitus,ſed ſpõte tua obtuliſti oportuno ſatis tẽpore ædes tuas ac ſu-

pellectilē oēm:vt eſſet eo magis gratū bñficiū tuū quo gratuitū. Scias tñ agno/
ſcere me optime:atq; adeo ſine inretmiſſione reminiſci:q̄ cumulata obligatiōe
me tibi obnoxiū feceris. Diligis me ſed facto magis q̄ verbo: & de me caritate
impulſus cogitas:& tāq̄ aīæ dimidiū meæ cōicas mecū quæ tua ſunt. Dñs retri
buat ꝑ me tuæ pietati ꝓ tāto munere. Habuiſti rōnē egētiſſimi huius tēporis.
vt nō ſolū cōmodis in habitantiū domū tuā, veꝝ ēt vtilitati cōſulueris. Si quid
tui grā mihi aliqñ fuerit agēdū:ſi qd ꝓ te ꝓ tuis potuero:erūt offitii mei partes
oīa ad arbitriū tuū exponere. Tuū erit iubere:mihi ſemp fas erit iuſſa tua capeſſe
re. Nec cōmittā:vt ſi benefitiis tu meritis tu me ſuperaueris:animi tñ gratitudi/
ac vicaria reddēdæ gratiæ volūtate vllo pacto vincar. Vale. Ex vrbe. Die. viiii.
Nouēbris. MDIIII.

Ioanni Cardinali de Medicis. XII.

n Vlla re magis lædor q̄ cū inopinatū aliquid ac præter votū acciderit
mihi. Redii ī vrbē poſt annū duodecimū magna ſpe cōſulēdi rebus or
dinis:& nouis hic angoribus & ſolicitudinibus fatigor. Expoſcit a me camera
apoſtolica in gentē pecuniaꝝ ſummā pro cēſu Priuilegiorū noſtrorū, quē affir/
mat nullo vnq̄ tēpore fuiſſe ſolutū. Si mihi modo diſſoluendū fuerit æs alienū:
qđ p biſcētū & quadraginta duos annos cōflatū dicūt:neceſſe erit vt opprimar
oneris magnitudine:ac ſub tāto faſce ruā. Mirātur exactores Cameræ atq; adeo
indignantur ob dilatam ſolutionē. Miramur nos multo magis neglectā fuiſſe tā
diu exactionē. Quāobrē cū ſingularē ſemp in tuæ pietatis patrocinio colloca/
uerim ſpē:ſupplex modo præcor:vt inter huius ꝓcellæ vexationes pıclitāti ma
num mihi porrigas clemētiæ tuæ, ne funditus obruar. Expedit enī vt audio vr
ſæ occurrere raptis fœtibus:q̄ incidere in exactorū iſtorū manus:quos inexora
biles atq; implacabiles ac iuris ſui tenaciſſimos & ſilice dicūt eſſe duriores: vbi
de repetenda ſeu ēt extorquēda pecunia agitur. Sed nihil eſt tā duꝝ ac lapideū:
qđ lenocinio ac benignitate ſermonis nō emollias. Tuū erit Dñe piētiſſime ſoli
tis ꝓſequi fauoribus ſeruulū tuū: ſuggerere pōtifici indignitatē rei ne dicā īma
nitatem:cōmendare nos camerario colēdiſſimo Sācti Georgii Cardinali:ne ꝓ
ſua innata manſuetudine pmittat īmitius ac ſcæuius mecū agi. Si enim decreue
rit ſaluare nos:cōtinuo liberabimur. Si qd apud iſtos profeceris tua interceſſio/
ne:a rugientibus præparatis ad eſcā nos vtiq; eripueris. Ex vrbe. Die vltima No
uembris. MDIIII.

Priori Caſtricarri. XIII.

s Cribis & reſcribis frequētius:vt arguas nō verbo ſed ope negligentiā
meā. Quā vero per hos dies minime ocioſus fuerim referet haꝝ lator
Siue in vrbibus habitē:ſiue in alpibus ac priuatis ſeceſſibus die noctuq; interpel
lor exagitor vexor. Nec miꝝ:qui enī præeſt:in ſolicitudine. Repetis cōpluribus
epiſtolis teſtimoniū tuæ erga me fidei:quaſi vero illā exploratā nō habeā certio
ribus argumētis:& tibi e cōtrario nō poſſit obiici Tu de te ipſo teſtimoniū phi
bes:teſtimoniū tuū nō eſt veꝝ. Quod reformationē ordinis cupias:piū eſt deſy
deriū tuū. Huc nimiꝝ tēdūt oēs labores mei:hac de cā pegrinationes ſuſcipio:
iccirco marſupiolū nr̄m patior exhauriri:vt diuiſus multifariā ordo, in vnū tā/
dē cœat. Quid aūt ſupeſſe ſpei poſſit vniēdoꝝ rite mēbroꝝ reiecto capite:tu co
gita. Cōſiſtere nunq̄ poterit diutius cōpago vlla membrorū cōciſo capite: ſine

quo

quo viui nõ poteſt. Iacebit truncus & palpitans ordo iſte: donec vnitũ capiti neꝗquaꝗ fuerit. Experieris re ipſa: qđ & ſuadet ratio: & ego vaticinor fore. Si pp inopiam viuere apud bene moratos monachos optas: hortor ne differas de die in diẽ. Fœlix vtiꝗ neceſſitas: quæ cogit ad bonũ. Quid dicat vnus ex iis: quorꝗ ſtudioſius es: frequẽter memineris. Quis ſcit an adiciát hodiernæ craſtina vitæ. Tẽpora dii ſupi? Apud noſtros aũt ſcriptũ eſt. Ne tardes cõuerti ad Dñm. Si ita feceris: nõ erit cur præſtoleris aliud qđ mẽte cõcepiſti meliorꝗ ac moratiorꝗ monachorũ genus. Ex te magis alii recte viuendi exẽplũ petant ꝗ̃ ex aliis tu. Neꝗ enim Abel eſſe poteris: ſi te Cain malitia nequaꝗ̃ exercuerit. Vale. Ex Muſolea. Die. xii. Ianuarii. MDV.

Venturæ Abbati. Sancti Michaelis Murani. XIIII.

c Vt non rñderis ſingulis lr̃is meis: excuſationẽ admitto. Eius præterea ætatis es: vt ea ingraueſcente accuſari negligẽtiæ haud merito poſſis. Neꝗ moneri debui abſte ne mirer caracteres litterarꝗ tuarꝗ ſenili manu exaratos. Oĩa fert ætas ait quidã. Quare ſi nõ ſunt adeo pariles æqualeſꝗ: vt venuſtatẽ quæ oculos capiat: præſeferãt: indicãt tñ aĩo te & conſilio valere: qđ eſt imprimis ſeni optãdũ. De obitu cariſſimi filii tui imo nr̃i Pauli monachi ita ſentio ꝙ cũ ſemp in obſeruatione vitæ regularis pſeuerauerit: nõ fuiſſe illũ mortuũ: ſed obdormiſſe in Dño. Florẽti ætate deceſſit: & ea vt cõitio: quæ mẽſurã impleuerat ætatis plenitudinis xp̃i. Ab eo eductus de ergaſtulo corporis ambulaŕ modo credẽdus eſt in latitudine: & ſequi agnũ quocuꝗ ierit Bernardinũ quoꝗ cõuerſum ipſius Pauli cõterraneũ audio p hos dies Romæ deceſſiſſe. Q ñ igiť ſtatutũ eſt hoi ſemel mori: & præteriri termini nõ poſſunt: ẽt ipſe reqeuerit in pace. Cõmẽdari illius exitus ab oibus debet: q ꝓ cõgregatione Romæ agẽs obiit diẽ ſuũ. Rei eni publicæ ſtuduit: quã tueri cõſeruare & augere ꝓ virili portione conatus eſt: vt merito ſibi in cœlo ppetuã parauerit manſionẽ. Feres æquo aĩo vtriuſꝗ deſyderium. Vale. Ex Muſolea. Die. xxvi. Ianuarii. MDV.

Petro Priori Caſtricarri. XV.

m Agno ſemp affectu ſcribis: qm̃ nõ ad tẽpus amas: nõ ficte diligis. Nõ ſolũ doles incõmodis ac preſſuris meis: verꝗ ẽt ꝓpterea excitares i lachrymas. Sed abſterge obſecro omnẽ lachrymã ab oculis tuis: fletũ penitus cohibe. Quin potius lætare in dño: q flagellat oẽm filiũ quẽ recipit: cũ nõ ſit filius quẽ nõ corripiat pater. An excidit tibi: quãta paulo ante cõmemorauerit apoſtolus ſe fuiſſe ppeſſum aduerſa? Putas ne iſta in eccleſiis recitari incaſſum? & non ad noſtrã doctrinã: vt huiuſmodi ꝓuocati exẽplis agnoſcamus: nos nequaꝗ̃ natos eſſe ad ociũ ad delitias, ad voluptates: ſed multo magis ad laborẽ ad tẽperãtiam ad frugalitatẽ? Ego, inquit, oſtendã illi ꝗ̃ta oporteat eũ ꝓ nomine meo pati. Audiſti ipſe: ꝗ̃ cumulata & ſupereffluenti mẽſura impleuerit diuinũ ac durũ promiſſum. Nam vt taceã inſidias, pericula, nuditatẽ famẽ vincula carceres verbera, & alia id genus, quæ plurima cõſtantiſſime tollerauit: quo infirmãte nõ doluit? quo ſcandalizãte nõ vſtus eſt? Talia mihi metipſi exẽpla ꝓponẽs erudior ad patiẽtiã: neꝗ defitio in tribulationibus: ſi forte icci rco igne examiner: vt nõ inueniať in me iniqtas: & quo hic purgatior fuero: eo illic clarior eſſe merear. Quod ſperas per me reformatũ iri ordinẽ noſtrum: ideo ſperas, quia ſic cupis.

Cogita vero tu nō eſſe hominis ſed dei:ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ. Sanare infirmos:ſuſcitare mortuos:demonia eiicere:opus dei eſt. Ipſe dicit: & facta ſunt:cū ſit nemo qui eius valeat reſiſtere voluntati. Noſtrū eſt precari vt velit:& reformatum facile ordinē viſuri ſumus. Datū in prædā ipſe eripiet de manu fortiorꝫ eius:egenū & pauperē a diripientibus eū. Talentū tuū ſivt optas erogaueris in fratres tuos:multiplicatū illud recipies. Alioquin defoſſum in terra magno tibi præiuditio eſſet futuꝝ:atqꝫ incōmoda plurima qd abſit allatuꝝ. Vale. Ex Muſolea. Die vltima Ianuarii. MDV.

Petro Priori Caſtricarri. XVI.

q Vid de tua erga me fide ſentiant duo illi:q ægre tuliſſe viſi ſunt tuū cū abbate cōgreſſum, neſcio. Si malā in partē accæperūt, qꝫ hominē adieris:autore præſertim atqꝫ adeo impulſore ciue illo minime contēnendo ſicut eoꝝ pbo in me caritatē:ita ſcrupuloſiorē ſuſpitionē reiitio. Es ne tu præterea is:qui capi facile in ſermone queas? Es ne adeo mentis inops adeo obtuſi ingenii, vt q̄tuncūqꝫ verſutus quiſpiā & callidus fraude te decipiat:& ducat quo tu nō vis. Fruſtra nimiꝝ iacitur rete ante oculos pennatoꝝ. Abiiciant ambo hāc ex aīo ſolicitudinē:neqꝫ trepident timore vbi nō eſt timor. De abbate ſcripſi nouiſſime ad te qd exiſtimē. Nō ſunt ea repetēda in pꝛæſentia. Frequētibus vexari terræmotibus Bononiam:a multis audiui. Partē vrbis ruiſſe affirmant:ac tēpla cōplura ſolidiſſima ad ſolum delapſa. Conſternatos iccirco omniū aīos:atqꝫ vbi tecta ædifitiorū crepuere:dato alicubi ruinæ ſigno præcipitē ſe vnūquēqꝫ e domibus proripere. Nullā tñ didici fuiſſe hominū ſtragē. Auertat Dñs iram ſuā ab eis:ne tā nobile oppidū maiore cladevaſtet. Clamēt ipſi in humilitate ad cœlū: & cōcuſſa ac mota terra firmabitur. Vale. Ex Fōte bono. Die. xi. Februarii. MDV.

Nicolao Cardinali de Fliſco. XVII.

m Emini mē cum veniſſem in vrbē ante aliquot menſes, viſitaſſe dignationem tuā:fuiſſeqꝫ me excæptū humaniſſime. Quo fit: vt maiore nūc fiducia ad te ſcribā:perſuadens mihi fore: vt ea benignitate lecturus ſis epiſtolā meā:qua me tecum coram loquentē audiſti. Mirari facile potuiſti præſul ampliſſime:cur te conueniens tunc nullam de Anglarienſi abbatia fecerim mentionē: cum minime ignorarē te pro illa cū abbate certare. Verū vt vnico ac breui me reſponſo abſoluam:nō meo, ſed eoꝝ qui cauſam tuebātur cōſilio factum eſt. Neqꝫ enim timuiſſem cōmendare negociū ordinis Dño pientiſſimo ac religione fideqꝫ præſtāti. Poſtulaſſem vtiqꝫ ac ſupplex petiſſem:ne tātus antiſtes cū exiguo ſeruulo cōtēderet, neqꝫ vexare pgeret Camaldulēſia benefitia : ꝓ qbus ego ipm obſecratū veniſſem: vt ea ſuo patrocinio & fauore de manibus perſequentiū eriperet. Dediſſet mihi requirēdi auſum clæmētia tua, vitæqꝫ integritas, ac mēs a cupiditate aliena. Si quidē fores eiuſmodi qui nō abires poſt aurū : nec ſperares in pecuniæ theſauris: vt ꝓ his tibi ſumendæ ac ſuſcipiēdæ eſſent lites:quæ animum maioribus intentū diſtraherent. Hæc & alia in hāc ſentētiā oportuniore tūc tēpore ac loco tecū cōtuliſſem:niſi litis defenſoribus obtēperādū fuiſſet. Precor nihilominus amplitudinē tuā:ne pergat intrare in iuditiū cū ſeruo ſuo. Nā ſi iuſtā defenderet cauſam abbas ipſe:quēadmodū ꝓcuratoꝝ ſuoꝝ relatione cōfirmatus hactenus exiſtimauit:male poterit iuſtificari in cōſpectu tuo:qui tantæs autoritate

es autoritate & dignitate præditus. Mitius itaqꝫ cum illo te geras: velim: & cõpoſito per protectorẽ noſtrũ colendiſſimũ negocio, vtriqꝫ collitiganti ſit bene. Nõ indiges tu abbatiæ titulo, rubeo inſignitus pileo. Si viceris tãdẽ: vicerit poſt diuturnũ certamẽ Leo murẽ. Deniqꝫ ne te multis morer: vtere quæſo clemẽtia erga afflictũ Camaldulenſem ordinẽ: & dignare vt indulgẽs ac pius dñs liti cedere. Satis enĩ victor fueris: cũ potueris viciſſe. Illud præterea de apoſtolo te moneat ad cõponendũ diſſidiũ. Nõ vt vobis, inquit, ſit remiſſio: aliis vero tribulatio: ſed ex æqualitate. Hoc ſi feceris vt confido: nõ abbatẽ ipſum ſolũ: verũ etiã Camaldulẽſem, ordinẽ ac me ipſum imprimis tue dignationis ſtudioſiſſimũ cumulatiſſima obligatione tibi obnoxiũ feceris. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Februarii. MDV.

Hieronymo Veronenſi phiſico. XVIII.

QVod redieris in cœnobiũ Sancti Michaelis: cõductus denuo, vicarioꝶ opera: ad erudiendã iuuentutẽ: magnopere factũ probamus. Nihil enĩ vtilius excogitari potuit: q̃ dari iunioribus occaſionẽ excolẽdi ingenii: idqꝫ nõ ſolũ: vt ocioſitatẽ deuitent: quæ inimica eſt animæ: verũ multo magis vt incõparabilẽ theſaurũ diſciplinæ cœleſtis cõſequãtur: quo habeãt vnde proferant noua & vetera: quo deniqꝫ beati fiant. Beatus enim, inquit homo quem tu erudieris Dñe: & de lege tua docueris eum. Erit etiã id monachorũ ſtudiũ ad monaſterii iſtius ornamentũ & decus: cum eo adeuntes de more ſæculares homines nõ ſe inter imperitam multitudinẽ aut inter aliquẽ cõuentum agreſtium verſari cognouerint. Deniqꝫ docendo tu quoqꝫ nihil amiſeris: quin potius tradendo aliis præcepta doctrinæ ipſe eruditior euaſeris. Quo enim in plures talẽtũ huiuſmodi erogaueris: eo vberiores ex illo fructus percipies. Auditurus ſiquidem eris a Dño. Quia ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cõſtituã. Perge itaqꝫ vt facis: & quod tibi cũ fide ſemel impoſitũ eſt oneris inſtituendoꝶ adoleſcentiũ: conſtanti animo perfer. Non poteris eius opprimi magnitudine: ſi non tã verbo q̃ etiã exẽplo a te fuerint edocendi. Quod te facturũ nequaq̃ dubito. Cæterũ ꝙ cupias reditum meum in patriam: & perpetuã in cœnobio illo cõmorationem meam ſicut affectũ tuũ admitto: ita cõſiliũ reiitio. Nã vt ſileam obediendum eſſe deo magis q̃ hominibus: quo autore trãſlatus in hanc ſum ſolitudinem: vbi hac turbulentiſſima tempeſtate hoc iniquiſſimo tẽpore trãquillius ac tutius viui põt: q̃ in mõtibus in ſpeluncis & in cauernis terræ? Elongauit rex ille fugiẽs: & mãſit in ſolitudine: qui reuera fuerat expertus male accõmodatã eſſe contemplationi & quieti vrbanam cõmorationem. Atqꝫ vtinã implere hoc votũ meum diutius mihi liceret: vt eremiticã ad emulatiorẽ hieronymi & aliorũ multoꝶ, qui iſtiuſmodi receſſibus oblectati ſunt vitã ducerem. Quam ſicut mihi perpetuo indicit priotatus meus: ita ediuerſo velim nolim Generulatus diſſoluit ac reiicit. Et vt ſcias me vera loq his ſacris quadragſimæ diebus exire hinc cogor: atqꝫ ex Fõte bono hodie Florentiam petere: vbi multis diſtrahendus ſum curis. Vale. Ex Fõte bono. Die. xvii. Februarii. MDV.

Petro Dandulo epõ Vincentino. XIX.

NVdius tertius cũ veniſſem Florentiã redditæ ſunt mihi litteræ Dignationis tuæ: ſup negocio Sãcti Viti cœnobii religionis nr̃æ. Cõmendas apud me prudentiam Vicarii nr̃i in exequẽdo vicariatus ſui munere:

fuitq; mihi per gratum teſtimonium tuum. Non defuiſſe in illo fidem magis ego crediderim. In ea nunc incidimus tempora: quibus merito dici poteſt: ius eſt in armis. Tanta eſt benefitiorum ſitis: adeo in immenſum excreuit ambi/tio: vt mille fraudibus circunueniantur prælati: neq; dormire ſinantur in vtranq; aurem Fortaſſe non ita viuimus: vt mereamur eſſe a perſecutionibus immunes. Quod nimirum non infitior. Si enim dixerimus quoniam peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus: & veritas in nobis non eſt. Quid tamen faciat: cui falſa obiiciuntur crimina: qui vim a potentioribus patitur? Fugamne ter/ritus arripiet: & maculam ſibi iniectam non conabitur dilluere? At maledictus dicitur: qui negligit famam ſuam. Si purgare Vincentius Prior non potuerit obiecta: reus erit iuditio. Sin vero ſe declarauerit innocentem: propulſetur vis omnis præſertim laicorum: quos audio inſolentius ſe erexiſſe aduerſus Prioré ipſum: quoniam nõ eſt paſſus violari ab eis iura ſui monaſterii. Verum gratias ago pietati tuæ: q̧ fuerint ſibi curæ noſtri ordinis negocia & honor meus. In Generali capitulo: quod haud ita multo poſt apud Rauennã celebraturi ſumus: maturius deliberabitur: qua ratione loco illi cõmodius ac decentius fuerit con/ſulendum: & eius, quem mihi commendaſti, ſi ita expedire iudicatum fuerit, ero haud ímemor: idq; non tam noſtra propinquitate: q̃ tua imprimis interceſſio/ne: cui in omnibus cupio moré gerere. Vale. Florétiæ. Die. xx. Februarii. MDV.

Ambroſio Vicario Congregationis. XX.

m Agnam eſſe neceſſitatis vim, & parere illi omnia: nõ te præterit. Quo in ſtatu verſetur ordo noſter: q̃tis inuoluatur litibus: q̃ neceſſario, mul tis incunbentibus periculis expoſitus opem imploret: non indiges teſtibus. In/firmo itaq; & male habenti ne dicam trahenti animam, nihil obeſſe poteſt ma/gis, q̃ diuturnior mora: vt curetur. Et quoniã mihi imprimis incumbit hoc one ris, cui dicitur: curam illius habe: agnoſco ſine dubio: q̧ euidenti illius periculo & forte manifeſto interitu differetur Generale capitulũ poſt futurã meſſem. Vi/diſti ipſe cum eſſes mecum Romæ: quot eo conuenerant ad tuenda iura benefi/tiorum ſuoꝶ. Ibi, inquit, ſalus: vbi multa conſilia. Si conuenerimus cito in vnũ: vt prouideatur rebus ordinis, iampridem labentis: & eo animo vnuſquiſq; ad/uenerit: vt nõ quærat, quæ ſua ſunt: haud inanis fuerit feſtinatio noſtra. Citabun tur de more prælati: admoniti per mandatum noſtrum: vt omnes ſe Rauénam recipiant: & collectas deferant. Siquid vero defuerit eorum: quæ in apparatu ca pituli requiruntur: nullum arbitror adeo imprudentem fore: qui habita ratione temporis non ſit excuſationem admiſſurus. Prioratus Vincentiæ vexationem patitur: ob cõtemptam in eo iampridem regularem vitam. Quæ nimirum cau ſa toti fere ordini vt ego exiſtimo, bellum indicit. Obſerua, inquit, & audi vocé meam: & inimicus ero inimicis tuis: & affligentes te affligam. Quare ſi cœperi mus cogitare de reformatione benefitiorum: eorũ inq̃, quæ idonea & apta iudi/cantur regulari inſtituto: non facile reperientur qui nos oppugnent. Quis enim erit, qui nobis noceat: ſi boni emulatores fuerimus? De Carceribus bonã ſuper/eſſe ſpem: vt congregationi copulentur: magnopere lætor. Inſtandum eſt opor tune, importune: vt ad concordiam aduerſarii alliciantur: aut etiam compellan

tur.

tur. Credo ego longe pluris Cardinalem vos facere q̃ Boldonios:& ipſum ve/reri longe amplius congregationem:q̃ eius qui ſe pro abbate gerit cognatio/nem. Itaq; viriliter agite:& perficiendo negocio incumbite. Quærite dñm dum inueniri poteſt:inuocate eum dum prope eſt. Confido de ipſius clēmentia:q tā dem aliquando oſtendet nobis faciem ſuam:& ſalui erimus. Vale. Florētiæ. Die xi. Martii. MDV

Bernardo Florentino. XXI.

q Vantum te diligat & ꝓ te ſolicitus ſit Bernarde fili Paduanus antiſtes: multis iāpridē argumētis agnoui. Nouiſſime vero īpulit me per litte/ras quas nudius terius accæpi:vt accerſirem patrem tuum:atq; illum admone/rem:quæ circa te gererentur:q̃ ve iſthic vitam duceres. Decreuit is qui me heri conuenit mittere ad te vnum:quo referente intelligas:quid mihi de te epiſco/pus ſcripſerit. Hortor ego quoq; te:cuius cōmendatione factum eſt: vt locum Paduæ inuenires idoneum ſatis & accōmodatum ſtudiis litterarum:vt diligen ter conſyderes:eſſe te in clara & celebri ciuitate:verſariq; in hominum doctiſſi/morum & grauiſſimorum luce:vbi nullum tuum obſcurum eſſe poſſit dictum aut factum. Si quid egeris quod intemperantem adoleſcentiam præſeferat, mō ſtraberis digito continuo. En dicent, q̃ bona indole præditus:quomodo ingra/to animo bonitati naturæ aduerſatur ac repugnat. Omni virtute ornatus adole ſcens quomodo abalienatus eſt retrorſum:atq; a recto viuendi tramite declina uit? Adoleſcentiam tuam:ait Paulus Thimoteo, nemo contemnat. Ego autē ma gnopere vereor:ne ſi vera ſunt quæ didici de te: futurus ſis contemptui omni/bus qui te nouerunt:& dolori iis qui te diligunt. Redi obſecro ad cor:& poſt ha bita ſæculari vanitate, cui te indulgere ſine modo audio, temperantiam atq; cō/tinentiam pudoremq; complectere. Si ita feceris, facile profecto euaſeris in vi/rum præſtantem atq; eruditū. Verꝫ ex patre tuo apertius aliquid ſignificabitur ti bi:cui fidem ac mihi exhibebis. Vale. Florentie. Die. xii. Martii. MDV.

Antonio Lauredano decemuiro. XXII.

c Ontendentibus inter ſe cōgregationibus de loco ſuperiore:oro ne qc q̃ p te decernatur:quod monaſtico ordini, ac præcipue noſtro Camal/dulenſi præiudicet. Noſti optime, cū ſis eruditiſſimus:quid ſacro admoneamur eloquio. Si ſpiritus, inquit, poteſtatē habentis aſcenderit ſuper te:locum tuū ne dimiſeris. Nulla eſt inter nos & canonicos conteſtata lis:nulla apud ordinarios iudices diſceptatio. Miror, quomodo tam facile patres illi apud caritatem com morantes cōtra caritatis iura contra euangelicum dogma, vbiq; turbare ac ſcā/dalizare conentur fratres ſuos: ſemperq; nitantur aſcendere ſuperius:cum ſe/cundum eccleſiaſticum inſtitutum teneantur nouiſſimum inter monachos locū tenere. Iuſtitiæ cultor cum ſemper fueris:non indiges vt pluribus tecum agam. Submoueatur quæſo blandiens vtriq; parti:& neutri ſatiſfaciēs alternatio:& pri mo decreto veſtro, quod æquiſſimum eſt, penitus ſtetur:ne ordo iampridē ſer/uatus in eccleſia illorum factione confundatur. Quæ enim iuxta apoſtoli ſen/tentiam ordinata ſunt:a deo ſunt: Vale. Ex Sancto Michaele. Murani. Die. xiii. Iu nii. MDV.

Vgolino Verino ciui Florentino. XXIII.

q Vem mihi cōmendaſti per litteras hortare meo nomine ad perſeuerā

dum in eo monaſterio:inquo nunc eſt.Neq; enim facile reperiet: aquo admittã tur:quũ omnes fere exhauſti ſint ob panis inopiam:qua hoc anno preſſa atq; aſ flicta eſt(vt de remotioribus regióibus ſileã)Italia.Quã multis enim vel ordea ceus defuit panis?Nuſq̃ ſane poſt hominũ memoriam tanta ſeuit clades : tanta macie(vt de mortuis taceam)mortales confecit fames: adeo vt ægyptiacã illã nobis retulerit.Itaq; ſi bene ſtat vt dicitur non moueat.Mihi ſemper vel tuo no mine quẽ diligo inueritate erit cõmendatus.Sobrie tantũ ac pie viuat:& ꝓfeſ/ ſionis ſuæ haud immemor.Bene,inquit,facientes non deficiamus:tẽpore enim ſuo metemus nõ deficiẽtes. Quod ſtudiis eccleſiaſticis occupatus rarius ad me ſcribis:excuſationẽ admitto.Inſiſtis conficiendo operi admultorum ſolatium & cõmodum.Et æquũ cenſeo:vt priuatæ vtilitati publicam anteponas.Gaudeo ꝙ probes:quæ in generali capitulo nouiſſime apud Rauénam celebrato cõmuni patrũ conſenſu decreta fuerunt ad ad reformationem ordinis.Orandus eſt do/ minus:in quo oĩs ædificatio conſtructa creſcit in templũ ſanctum inhabitacu/ lum dei in ſpiritu ſancto:vt confirmet noſtrorũ corda:ac ſui amoris in eis ignẽ accendat.Mihi nimirum occupationes nõ deſunt:quæ abũdare cumulatiſſime tunc maxime ſolét: vbi peregre profectus poſt aliquot menſes domum redeo. Peto hac de cauſa:ne breuitatẽ inſcribendo accuſes meam.Vale.Ex Fonte bono Die.vi.Iulii.MDV.

Carolo Niccolino Doctori Florentino.XXIIII.

I Aetor plurimũ:ꝙ grate ac benigne ſuſcæperis aduocati offitium ac tu tellam noſtræ ſacræ eremi:non quia iccirco vt exiſtimas honoratus vi dearis ob loci autoritatẽ ac dignitatem cuius tibi patrocinium detuli mus:verum propterea multo magis:ꝙ oneratus a nobis haud leui ſarcina prõ pto animo humeros ſubieciſti.Pro hac in nos beniuolentia & fide multum ſane debemus tuæ magnitudini:& ſperamus fore:vt ſicut es Clariſſimi Viri paren/ tis tui ꝓfeſſione atq; offitio ſucceſſor:ita ſtudio & pietate eius erga nos atq; lo/ ca noſtra heres ſis futurus:nec vlla in re ab eo degeneraturus quin dignus tan/ to parẽte merito exiſtimaudus ſis,quẽ & vultu facile exprimis & lõge amplius virtute ac probitate.Nec mirum:cum nõ potuerit arbor bona malos fructus fa cere.Quo circa nequaq̃ admitto:ꝙ in te deligendo iudicium meum falli potue rit.Falleris tu multo facilius opinione de me:cui ea tribuis a quibus procul ab/ ſum.Deniq; vbi ſe obtulerit occaſio:magna fiducia tuum tum conſiliũ tum præ ſidium requirã.Tu vero præſto futurus eris ſi non magna mercedis temporalis ſpe:at grandi cæleſtium bonoꝝ expectatione.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxviiii. Iulii.MDV.

Blaſio Generali Vallis Vmbroſæ.XXV.

e Xcæpi lætus pueros tuos quos dedit tibi Dominus : Delectatus eorũ & modeſtia & numero.Nam egregia indole ac pudore quí ornat æta/ tem bonitatem nature ac parentis diſciplinã præſeferentes : ad viginti pariter impuberes oẽs adme in cubiculum cum magiſtris ingreſſi:te ipſum mihi tanq̃ Dñm Ieſum reſulerunt : qui talium innocentia oblectatus dicere dignatus eſt. Sinite paruulos venire ad me:& ne prohibueritis eos. Probo itaq; magnopere hanc tuam enutriẽdorum puerorum inſtitutionẽ: traditis præſertim teneriori ætati præceptoribus nõ tam morum q̃ eruditionis.Quorum exẽplo ac doctri/

na

na indies proficiant. Et quoniam tui ordinis cõmodis atq; honoribus æque ac noſtris congaudeo: precor dñm: qui ſapiẽtiam præſtat paruulis: vt hi filioli tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu mẽſæ tuæ, tua potiſſimum cura & ſtudio educati tales euadãt: qui merito ſint futuri ſeminarium Vallis Vmbroſæ: atq; cohæredes digni Gualberti Sanctiſſimi patrimonio. Tuæ vero pietati gratias agimus: q̃ eos miſeris ad nos: non tam adiutores ad concelebrandam martyrum ſolennitatem: q̃ precatores (vt ſperamus) futuros ad reformandam Fotiſboni domũ: cuius ruinam ac parietes bello dirutos propriis luminibus conſpexerunt: Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Auguſti. MDV.

Franciſco Soderino Cardinali Volaterano Protectori. XXVI.

S Cribunt mihi ex Vrbe ii: quibus datum eſt negocium: vt curent impetrari priuilegium pro reformatione ordinis: multas proponi difficultates tum a Pontifice tum ab iis qui eiuſmodi rebus præſunt. Non tamen iccirco deficere te animo: neq; deſperare quin compotes voti inde abituri ſint. Multum inquiunt operæ curæq; ponit Protector colendiſſimus: magnum ſtudiũ cõfert ad ſuperanda oĩa: quæ piæ ordinis voluntati obſiſtunt: adeo vt ſperare ſe dicant tua autoritate atq; interceſſione flectendum eſſe Pontificem: cõceſſurumq; ſi nõ oĩa quæ petierint: at ea quæ maioris momẽti magiſq; neceſſaria fuerint iudicata. Non parũ ſane gloriæ fueris conſecutus: ſi te Protectore ac Duce reformata fuerit atq; in priſtinã amplitudinẽ ſanctitatẽq; reſtituta noſtra religio. Palã oĩbus faciet dignatio tua: ſuſcæpiſſe te onus ꝓtectionis: nõ vt illud reiiceres: verum vt conſtanter ferres: nec accæpiſſe mandatũ a Pontifice vt contemneres aut negligeres: inq; tuum cõmodũ cõuerteres: ſed vt patrocinio tuo & fide cliẽtulos tuos foueres: atq; proſtratos obtritoſq; erigeres. Perge itaq; vt facis: neq; labore vllo ac fatigatione a tuo inſtituto deficias. Si enim obluctatus fueris: nulla erit tanta durities tanta moles: quã nõ facile emollias atq; diruas. In deo meo ait quidã trãſgrediar murũ. Præſtolamur incredibili deſyderio euentum rei: & orationibus aſſiduis imploramus cæleſte auxiliũ: deprecantes Dñm, vt ſit tibi a dextris ne cõmouearis. Compoſuiſti cauſam abbatiæ Carcerũ: rem vtiq; difficilem atq; prope deſperatã. Si priuilegiũ quod expetimus tua prudentia & opera indultũ nobis fuerit: nõ vni tantum cõſulueris loco: ſed vniuerſo ordini ſalutem procuraueris: nec membrum ſolũ, ſed totum corpus perpetuæ ſanitati reſtitueris. Vale. Ex Fonte bono. Die. ix. Auguſti. MDV.

Bartolomæo Priori Angelorum. XXVII.

Q Vod orta ſit inter duo iſta cœnobia pro terrenis rebus contẽtio: haud multum miror. Licet enim cõmuniter atq; in mediũ viuentibus, meũ & tuum, procul abeſſe oporteret: iuſtitiæ tamen munus nequaq̃ poſtremũ cenſetur: ne cui quis noceat: ſed cõmunibus pro cõmunibus, priuatis vt ſuis vtatur: & quod cuiq; obtigit, id quiſq; teneat. Mirari vero ac etiã vobis condolere cogerer: ſi pro huiuſmodi tranſitoriis decertantes fraternæ caritatis futuri eſſetis immemores: & vel puſillum mutua in vobis dilectio refrigeſceret. Quod ſi, hoc malum ex contentione hac vitari nõ poſſet: paterna vobis fiducia cum apoſtolo ſuaderem: vt magis iniuriam acciperetis: vt magis fraudẽ pateremini. Quã

obrem vtranq; contendentium partem hortor & moneo: vt abſq; iuditii ſtrepi tu per vos metipſos cōponatis negociū: tametſi iudicaturi aliquando angelos indigni eſtis, qui de minimis iudicetis. Siquid tamē vt fit natum fuerit quæſtio nis: referetis cōi conſenſu ad ſapientum ac legum peritorū, quibus ſcatet Florē tia cōſiliū. In reliquis vero mutuā in vobis metipſis caritatem continuam ſerua bitis: quæ operit multitudinem peccatorū. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Septē bris. MDV.

Raphaeli Cardinali Sancti Georgii. XXVIII.

t Vum erat Dn̄e clementiſſime: nō modo orare patrem pro reditu filii: qui peregre profectus abierat in regionem longinquā: verū etiā impe rare vt admitteret. Allicit me nihilominus rationibus dignatio tua: & intercesſionibus atq; obſecrationibus mecum agit: vt abūde petenti ſatiſfatiat. Admiſſus itaq; eſt tuo interuentu: & tenerioris ætatis habita ratio eſt: hac præ ſertim ſpe vt adultus modo & grādior factus euacuauerit quæ erāt paruuli. Ne q; enim ſubitura eſt me pœnitentia: ꝗ eū recæperim: ſi ipſum errati pœnituerit ſi compunctus corde ꝗ iuxta ſapientis conſilium, nō fuerint omni tempore ve ſtimenta ſua candida humiliauerit ſe patri dicens. Pater peccaui in cœlum & co ram te. Si ſe denuo obtulerit Deo hoſtiam viuentem ſanctam deo placentem: vt nō ſciens ac prudens antehac peccaſſe, ſed ignoranter atq; incaute lapſus exi ſtimari poſſit: nō ſolum me gratum aliquid tuæ amplitudini confitebor feciſſe, verum etiam magnum ab ea beneficium accæpiſſe. Orādus eſt Dn̄s: vt quod te autore fuerit conſecutus, conſtanti propoſito ac magna animi virtute perſeue rantiſſime tueatur: ne forte miſſa ad aratrū manu ſi retro iterum reſpexerit: indi gnus fiat, pro quo tam pie tam ſollicite interceſſeris. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxv. Septembris. MDV.

Epiſcopo Bellunnenſi. XXVIIII.

q Vem mihi cōmendaſti nepotem tuum Raphaelem: nō modo non re ieci: verum etiam tue dignationis gratia benigne ac humaniter excæ pi. Peccauit ille quidem grauiter. Verum ſi longe etiā grauius peccaſſet: tot eui ctus litterarum tuarum rationibus: cogerer tam pio auunculo morem gerere. Mouit me preterea adoleſcentis deprecatio: atq; pœnitentia errati quod fateba tur inops cōſilii defectu ætatis, in quā magna exparte culpam reiecit admiſiſſe. Siquidem mortalis conditio ac imprimis ætatis eiuſmodi infirmitas vix pati tur hominem ab omni macula eſſe immunē: & pauci reperiuntur: qui non ali quādo aliquid fecerint propter quod corripi poſſint. Erexit autem me in ſpem futuræ in eo mutationis dexteræ excelſi: ꝗ erubeſcere viſus eſt ac pudore ſuffun di ob perpetratum delictum: quoniā præclaris exortus parentibus, nō ſine pro bro illorum ac dedecore indulgere affectibus, ac precipitē ſe ferri paſſus eſt. Ita q; accæpta ab eo ſponſione de futura in religione perſeuerandi conſtantia: & ꝗ exuto vetere homine cum actibus ſuis induturus eſſet nouū: obſecutus ſum pe tenti: te præſertim interceſſore: cui nimirū cupio in omnibus morē gerere. No lui prætereа: vt mihi aliqn̄ tanq̄ imiti ac ſcæuo paſtori obiici propheticū illud poſſit. Ouem errantem non reuocaſti. Scio nanq; qui dixit. Non veni vocare iu ſtos ſed peccatores: & merito ſane. Sunt enim miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Reliquum eſt: vt oretur Dn̄s pro eo: ne ſinat illum amplius tentari

ſupra

ſupra id quod poteſt:ſed faciat cum tentatione prouentum: vt poſſit ſubſtinere. Creſcẽte ætate, creſcat in tẽplum ſanctum in Dño. Si enim cõtenderit adoleſcẽtiæ motũ comprimere: ſibi imperare: ſe ipſum regere: & abnegãs ſemetipſum carnem ſuã crucifixerit cũ vitiis & concupiſcentiis: facile proficiet ætate & gratia apud deum & homines. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Septembris. MDV.

Antonio de monte epiſcopo Sipontino. XXX.

q Vandocunq; ſe recæperit ad me nepos tuus: accæpturus eſt de manibus meis Camalduleſem habitũ ſicut petiſti: ac ſub diui Romualdi vexillum ſacræ militiæ aſcribendus. Atq; vtinam exuto vetere homine indutur us ſit nouum: qui ſecundũ deum creatus eſt iniuſtitia & ſanctitate veritatis: & aduerſus ſpirituales nequitias pugnaturus cæleſti præſidio muniatur: vt cãdore innocentiæ decoratus nullum per omnẽ vitam ſuã facinus admittat: pectuſq; purũ ab omni ſceleris contagione & labe conſeruet. Sic enim euadet vt confidimus, dignus ſeruus dei: dignus patrui amore: dignus te. Noſtrũ erit interea deum obſecrare: vt propoſitum religionis: quod mente concæpit diuinitus confotatus conſtantiſſime teneat: & miſſa adaratrũ manu nullius aduerſæ poteſtatis ſuggeſtione reſpiciat retro: Sed faciat in eo Dñs cum tentatione prouentũ: vt poſſit ſuſtinere: ac fœlici perſeuerantia æternã ſibi acquirere manſionẽ. Quod pp hoc futurus ſis propter eum promptior ad patrocinandum ac fauẽdum rebus ordinis: nulla de hoc inſidet menti noſtræ ſuſpitio. Fuiſti ſemper erga nos pius benignus clæmẽs: anteq̃ propinquitate noſtro ordini cõiũctus fores. Accedẽte modo arctiore coniunctioni vinculo, acceſſurũ etiã tuo erga nos ſtudio cumulum non dubitamus. Pro qua ſane re immenſas tuæ dignationi gratias agimus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xix. Octobris. MDV.

Dominico Triuiſano Procuratori Sancti Marci. XXXI.

m Vltis me hortaris ſuaſionibus: multa allicis humanitate: vt cogaẽ me imperante ſancti Michaelis conuentus etiam nunc tertio recipere Vincentiũ nepotẽ tuum: tradereq; eidẽ religionis habitũ. Quaſi vero & tu eiuſmodi nõ ſis: qui vel vnico verbo exorare me poſſis: & ego adeo immitioris ingenii vt placari niſi vehementi ſermonis exaggeratione ac veluti quibuſdã blandimẽtis nõ valeam. Tanti reuera ſemper feci facioq; magnitudinẽ tuam: vt obſequi tibi in omnibus ſemper optauerim. Cur autẽ quod modo petitur nõ exhibeam: potuiſti facile ex monachis illis noſtris agnoſcere: qui diu experti adoleſcentioris tui conuerſationẽ: haud q̃q̃ illum idoneum arbitrati ſunt: qui in monaſterio ſub iugo ſanctæ obediẽtiæ ſine grauioris alicuius ſcandali periculo foret perſeueraturus. Cõmendaueram ego ipſum paulo ante abbati: hortatus ex animo, vt eum admitteret: quoniã nõ adeo plene tunc mihi cõſtaret: quomodo ſe geſſiſſet in nouitiatu: Sicut poſtea mihi ſignificatum fuit. Non enim adeo ſtudioſe functus fuiſſem cõmẽdationis offitio pro eo: qui familiam illam mihi cariſſimam eſſet ſuo reditu turbaturus. Credat mihi pietas tua: & hoc itidẽ pro conuẽtu illo ſpõdeo: eiuſmodi nos eſſe: qui occurramus vltro ad religionem ſe conferentibus: non reiiciamus petentes: modo ii tales ſint de quorum profectu ac perſeuerantia ſperare liceat. Amplectimur caritatis vlnis eos: qui eo animo veniunt ad nos

vt deo ſeruiant:atq; obiectis ſæculi vanitatibus iuſtitiæ & pietatis rudimẽtis ad cultum veræ religionis & regularis vitæ propoſitum inſtituãtur. Hos vbi nos adierint omni humanitatis ac beniuolẽtiæ ſtudio confouemus : ac miſſa ſemel ad aratrum manu,ne quando malis ſuggeſtionibus retro reſpiciant iugi admo nitione confirmamus.Si qñ ſecus acciderit: ſuccurrat tibi euangelica illa vulga tiſſimaq; ſententia.Multi ſunt vocati pauci vero electi.Cœpiſſe ſiquidem,multo rum eſt:ad finem perueniſſe paucorum. Quod ſi hac in re experto credis:mihi crede.Admittes itaq; obſecro excuſationẽ meam: ſi nõ,vt efflagitaſti,cẽſuris cõ pello monachos noſtros admittere diu probatũ atq; ab eis optime cognitum nepotem tuũ.Iubẽtur Prælati ex inſtituto regulæ magis prodeſſe,q̃ præeſſe. Et apoſtolus admonet dicens.Nõ Dominãtes in clero:ſed forma facti gregis. De niq; ne tuam magnitudinẽ pluribus detineam : ſi quid mea opera effici poteſt quod tibi,ſaluo religionis rigore,gratũ futurum ſit:nõ modo ad preces verum ad nutũ ſolum tibi morẽ gerã. Vale.Ex Fonte bono. Die.xxv. Octobris.MDV.

Mauro Monacho Fontis boni.XXXII.

c Vm tantopere expetas vt ad te ſcribam:fraudandus nõ fuiſti deſyderio tuo.Neq; propterea temeritatis te arguam:quemadmodũ formidaſſe viſus es:quoniã hoc petiſti.Honeſta enim eſt petitio tua:& mihi haud ingrata: perquam conſtare mihi feciſti adeo te in litterarum ſtudiis profeciſſe:vt erudite ſatis pro ætate atq; accomodate prouocaueris me ad ſcribendũ. Perge itaq; vt facis:neq; deſidiæ v.lo vnq̃ tẽpore indormias.Incumbe in primis lectioni ſcri pturarum ſanctarũ:& in iis meditare noctes atq; dies:vt ſemper te aduerſarius qui circuit quærens quem deuoret occupatũ inueniat.Si enim aſſidua tibi fuerit diuinorũ verbo℞ meditatio:velut tuba quædã excitaberis ad pugnã:ne quãdo p ocium & torporẽ oſcitans illo indeſinenter oppugnante ac vigilante tu dor mias:& cõſequẽter apoſtolicũ implebis præceptũ.Euigilate,inquit,iuſti:& noli te peccare. Hoc ſi ſtudioſe feceris:& ſacro eloqo tanq̃ viatico iugiter paſtus fue ris:laborẽ itineris facilius perferes:& dura & ardua per quæ itur ad deum,ſpiri tuali cibo cõfortatus ſuperabis:donec in patriã ad quã tendis peruenias.Deniq; hoc fac:& viues. Vale.Ex Fonte bono.Die vltima octobris.MDV.

Benedicto de Mandello Monacho Sancti Michaelis Murani.

m Vltis diebus euagata eſt epiſtola tua.Quã enim ad me miſiſti præteriti menſis initio:nudius tertius delata eſt in Fontẽ bonum.Reſpondi pau lo ante alteri tuæ recentiori ordine præpoſtero:quoniã hac citius cucurriſſet:& veniſſet per viã compẽdii. Sed & huius reſpõſum paucis accipe.Munera q̃tum ſentire patitur ratio vt nõ ſint mittenti accipientiq; ſuſpecta:& rara eſſe debent & exigua.Neq; enim ſi aliquando calatum vuæ aut ficuũ & huiuſmodi fructuum vel olera herbarum quæ cito decidunt,ex hortulo tuo copioſo & abundanti ad me tranſmiſeris adeo inhumanus atq; adeo ſcrupuloſus eſſe debeo: vt obſtina tius ea reiiciã.Nam q; de huiuſmodi non intellexerit propheta:cum monuit ex cutiendas eſſe manus ab omni munere:ex hoc coniecturã capio:q; a leuioribus his etiam ſancti ac perfecti viri haud penitus abſtinuerint. Percurre vt de reli quis taceam.Hieronymi epiſtolas:& videbis tantæ ſanctitatis virũ,qui ſæpiſſi

me

me deteſtatur munera,& in illa accipientes inuehitur,munuſcula nihilominus & a viris & a mulieribus accœpiſſe:& nunc pilleolum confouendo capiti:nunc caniſtrum ceraſis refertum:nũc calices ac cereos & alia huiuſmodi vilia ſibi trāſ miſſa non repudiaſſe. Excuſari tu a me nõ debuiſti:quoniam exceſſiſti modum: qui nõ ſeruatus merito culpatur. De obitu vero Bonauenturæ ſenioris & alterius iunioris:qui eadem die apud ſanctum Michaelē deceſſerunt: dormierũtq; ſom num ſuum:ſi habeatur monaſterii & congregationis ratio:facta eſt iactura non parua. Sin autē defunctorũ,cõgratulandum eſt illis:q ex labore ad requiem trāſ lati fuerint. Nam de adoleſcente aliud non referam:quē tamē audio & pie iuſte/ q; vixiſſe:& optime paratum atq; diſpoſitũ obdormiſſe in dño. Plenus iam die rũ ſenex. Bonauētura & octogenarius fere cõceſſit naturæ:vt ſi ampliuſei viuen dũ fuiſſet:expectari ab eo aliud nõ potuerit niſi labor & dolor. Vixit in religione vltra annos ſexagint ab adoleſcentia ſua:& ita vixit:vt nullā vnq̄ cõtraxerit infa miæ maculam:nullam ſubierit aliquando facinoris notam. Partem vitæ ſuæ ci tra alpes in Angelornm Florentiæ monaſterio,partē & quidem maiorem vltra exegit. Vtrobiq; fidelis ſemper fuit ſuo ordini:& ſicut iuris Pontificii fuit peri/ tus ac ſtudioſus:ita ſemper iura ordinis legittime tueri contēdit. Regularem di ſtrictionem(q̄tum ei per ætatē & imbecillitatē corporis licuit)ad vltimum vſq; ſeruauit. Deniq; præter alios in ordine magiſtratus,quos eodē tenore geſſit,vi/ cariatus tum noſtri tum congregationis munere accuratiſſime functus eſt. Bo/ num certamen certauit:curſum conſumauit:fidem ſeruauit:vt haud dubie cre/ dendum ſit,redditam modo illi eſſe coronam iuſtitiæ,diu ante repoſitam ipſi a dño. Quo circa eius gratia nullo pacto vt prædixi dolendum cenſeo: qui im/ marceſſibilē adeptus eſt gloriam ac mercedem laborum ſuorum. Siquis vero ſupereſt dolori locus:noſtris ac religionis incõmodis compatiēdũ arbitramur. Nam & ego Venerabilē fratrē & fidelem coadiutorē amiſi:& religio noſtra pa/ rentem optimum atq; integerrimũ. Verum hæc tibi ſuperuacaneum eſt ſcribe/ re:cui vita hominis religio fides erat notiſſima. Compoſitionē abbatiæ Carcer; nõ ego ſane adeo improbaui:ſicut iſthic a vobis factũ ſignificaſti. Scis tu qui me cum eras q̄tum per hos dies laborauerimus Romæ hac de cauſa anno preteri/ to:& profecimus nihil. Cõuenerit Abbas quibuſcunq; vel iniquis cõditionibus cum aduerſario,ſemper ego cõprobaturus ſum magis:q conſeruauerit congre gationi titulum abbatiæ tanq̄ ſpiritũ corporis magna licet ex parte exhauſti:q̄ ſi extincto ſpiritu,plus ſanguinis ac neruorũ religioni obtigiſſet. Intelligis quæ dico:dedit enĩ tibi dñs intellectũ. Vale. Ex Fõte bono. Die.iiii. Nouēbris. MDV.

Petro Priori Caſtricarri. XXXIIII.

s I teneris ſtudio videndi mei: ſatiſfaciat tibi hoc ſolatium: q te etiam abſentē diligo:ſumq; haud immemor tui. Negocia ordinis tractaſſes, nõ dubito & fideliter & prudenter:ſi tibi eorum cura fuiſſe demādata. Siquid ta/ men boni per alios actum fuerit:torquendũ te liuore minime arbitramur: quā do ſiue te autore ſiue alio quocunq; fælicia incremēta ordini tuo ſemper cupias. Aequo animo ferendum:qd patres in generali capitulo,aut eorum maior pars decreuerunt. Tibi propterea hoc lucri accedit:q ſcrupulo eximeris,ne quid non

ad multorum votum feciſſe videaris. Noſti abbatem ſancti Michaelis Murani:
qua ſit erga religionem fide: q̃ ſedulo in exequendis mandatis fungat' munere:
Et tamē ea ſunt temporum noſtrorū ingenia, adeo corrupti mores : vt parum
ſatiſfeciſſe viſus ſit multis: ac in reditu ſuo ex vrbe vix aliqui temperauerint cō
tumeliis: ꝙ minus ſtrenue nauaſſe operam dicerēt: ꝙq; ad arbitrium ſuum mul
ta feciſſet. Quæ nimirum cauſa hominē alioquin patientiſſimū multa repleuit
amaritudine & bili: Ereptus itaq; tu huic tormento, age gratias deo Nauigaſti
in portu: ſecuritate & ocio gaudens. Quē diuinas fœlicem fore ſtatum ordinis:
viſuri, o, vtinam & propediem ſimus. Impleat Dñs vaticinium tuum. Opus enī
hoc dei eſt: qui ſuſcitat de terra inopem. Ipſe dignetur clementi miſeratione fri-
gida ac torpentia corda noſtra diuino ſuo calore ſuccēdere: ac ſalutaris ſpiritus
ſui feruore mentium noſtrarum algorem ignire. Hoc incēdio, hac flama perfla-
ri diuinitus indigemus: vt fiat qd ſcripſiſti qd optas fore. Alioquin puluis & vm
bra ſumus & cinis emortuus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xx. Nouembris. MDV.

Theophilo Abbati Balnei. XXXV.

v Ertēte lite inter. D. Lucā de Balneo & domnū Ioānē nepotē eius ex fra
tre: ſuper ratione dati & accæpti: ortæ ſunt inter eos, præter ius cōſan-
guinitatis haud contemnendæ ſimultates. Et quoniam reuocare diſſidentes ad
concordiam pium opus exiſtimo: & quod imprimis religioſum hominem d e
ceat: iccirco tibi mādamus: vt accerſiti ambo ac citati coram te primum quidē
cogantur ſatiſdare: ꝙ neuter alterum offendet. Nam intentatas viciſſim fuiſſe
minas accæpi. Deide cognitis vtriuſq; iuri bus: ſecundum merita cauſæ iuſte de
cernas. Super qua re cōponenda atq; abſoluenda plenam tibi cōcedimus pote-
ſtatem: adeo: vt vel inuitos poſſis compellere ad parendum dicto : ſtandumq;
ei ſententiæ quā ipſe tuleris. Quod cum feceris: fueris tu quidē auctor ꝓpulſan-
dæ iniuriæ: nec permiſeris: vt ſancta religionis ſocietas ac propinquitatis iura
violentur. Eſt enī maxime fœdū ac turpe cū oībus tū vero paupertatē profeſſis,
auaritiæ cauſa quæ eſt idolorū ſeruitus contendere: & ſolutocōſanguinitatis vin
culo nolle ſubiici legi naturæ: verū intantā ferri dementiā vt etiā ad corripiēda
inuicē arma excitentur. Hoc ne fiat: conare ꝓuiribus. Vale. Ex Fōte bono. Die.
xix. Decembris. MDV.

Antonio De Monte Nouitio. XXXVI.

v Enio libenter Florentiam: quandocunq; vtilem ſpero fore aduentum
meum. Alioquin nō facile recedo, aut procul abeo a Fōte bono. Si me
expectaſti: indicas te optaſſe, vt venirē. Optaſti autē tanq̃ pius ac bonus filius:
qui parentis afficitur deſyderio. Agis mihi gratias: ꝙ te a nobis cōmendatū ex
cæperint per q̃ iucūde monachi illi in contuberniū ſuum. Ego aūt nihil vereor:
ꝙ ſi etiam abſq; meis litteris eos conueniſſes: fuiſſe te vllo modo repulſam paſ
ſurum. Sunt enim ex inſtituto religionis hoſpitales: & augeri gregē dominicū
magnopere lætantur. Si quam tamē tibi mei gratia vberiorem exhibent huma
nitatem: ſum admodū cōtentus Habitum religionis, quem gaūdes fuiſſe a me
tibi traditum, fac omni tēpore candidum ſerues. Honeſtare tu illum magis po
teris: q̃ potuerint tradentis manus. Iccirco perge vt facis: & iuri Pontificio ope
ram da. Eccleſiaſticis nanq; imbutus legibus: facilius ſtatues quomodo tibi vi-

uendum ſit. Ego autem multitudini legum, illam ſemper euangelicam præpo/
ſuerim. Quod vultis vt faciant vobis homines : hæc eadem facite illis. Hoc ſi
feceris: fueris tu tibi ipſi legiſlator: neq; variis legibus multaq; doctrina indigue
ris. Hanc legem commemoraſſe prophetam arbitror: cum dicebat pſallēs do
mino. Da mihi intellectum: & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in to/
to corde meo. Hanc igitur imprimis implere contendes: & illas iuris Pontifi/
cii nō obmittere, Vale. Ex Fonte bono. Die. xxix. Decembris. MDV.

Hieronymo Priori Camalduli de Verona. XXXVII.

s I remiſiſti excorde iniuriā fratri tuo: eſt quod maxime cupio. Impleſti
tu euangelicum præceptum: & percuſſorem inuaſorem contumelio/
ſum hac tua lenitate & manſuetudine aut reuocaſti ad ſaniorem mentem : aut
penitus confudiſti. Feciſti mihi non tam verbo & ſcripto q̄ operibus fidem: ele
giſſe te dudum nouum genus vitæ: remotum penitus a perturbationibus ſæcu
li. Eſt id nimirum ad philoſophandum accommodatum: & quod te contra ad
uerſa omnia muro validiſſimo atq; in expugnabili circuncingat & muniat. Si
conſtiterint aduerſum te caſtra: nō timebis quid faciat tibi homo. Decet te hūc
viuendi morem: qui litteris haud vulgariter imbutus diſponere ocium ſine dif
ficultate potes. Quod vero indixeris tibi perpetuum a rebus publicis ſilentium:
eſt quidem id iuſtitiæ cuſtos: & vt alibi ſcriptum eſt : in ſilentio & ſpe, erit ſalus
veſtra. Si tamen prodeſſe ſermone tuo labentibus in deterius religionis rebus
queas: & obſtinate oppoſueris digitum ori tuo: & hoſtium circunſtantiæ labiis
tuis: veniat tibi in mentē Prophetæ dicentis. Vhæ mihi: quia tacui. Qui enī ſuc
currere perituro poteſt: ſi non ſuccurrit, occidit. Hoc autem non temere ad te
ſcribo. Octauo quoq; die ſcribitur ad me ex vrbe : ſignificaturq; mihi q̄tum, vt
cætera obmittam, diſſentiant illorum animi ab vniuerſali, quod ſumma hone/
ſtate nititur, priuilegio impetrando. Idem tu ſimiliter videris innuere. De nul
lo tamen impugnatore aperta fit mentio. Ego ſane affirmare non debeo, aut
nominare quempiam: niſi factum habeam pro comperto. Caueant autem qui
ſunt huiuſmodi: & exemplis ſatis recētibus admoniti metuant ſibi: cogitātes q̄
periculoſum ſit, male de vniuerſo ordinis ſui ſtatu mereri: & communibus com
modis obſtinato animo priuata anteferre. Intelligis quæ dico. Dedit enim ti/
bi dominus intellectum. Indigni re vera ſunt hi quicunq; illi fuerint, qui ſub
Romualdi vexillo militent: ſintq; eius patrimonii coheredes. Alieni a caritate,
qui deus eſt, traditi ſunt in reprobum ſenſum: vt faciant ea quæ nō conueniant.
Non modo nulla monentur pietate lapidibus duriores ad ferendum periclitan
ti ordini auxilium: verum etiam perituro, vt ſuffocetur funditus atq; extingua/
tur iniiciunt manus. Quo quid fœdius aut crudelius excogitari poteſt? De mea
erga ordinem vniendum voluntate ſentis quod veriſſimum eſt : nec vnq̄ mihi
vitio dari poterit : q; non optauerim atq; adeo procurauerim bona religioni
meæ: vt idem diceremus omnes : & habitaremus vnius moris in domo. Ve/
rum cum hoc non fuerit meum ſolius opus : ſperare licet quod hactenus non
fuit volentis atq; currentis : futurum paulopoſt fruſtratis & diſſipatis mali/

gnorum conatibus,miſerentis dei. Quam autem veniam aut excuſationem manere eos putas: qui ſe tanto facinori duces atq; autores præbuerint: qui, aliis ædificantibus,tam impia animorum obduratione contendunt deſtruere? Caue igitur:ne in huiuſmodi ſileas: ne forte diſſimulatione & ſilentio vnus ex eis exiſtimeris. Cæterum quod petiſti a me ſuper illato tibi a pugili tuo damno conſilium:hoc tibi do. Aut feras æquo animo:quam feciſti iacturam:& fratri debitum dimitte:aut preſtolare Vicarii noſtri reditum ex vrbe. Tantum enim diſto a vobis:vt quam tibi in hoc negocio exhibere operam commode poſſim: non videam. Vale. Ex. Muſolæa. Die. xxi Ianuarii. MDVI.

Cardinali Ceſenatenſi. XXXVIII.

a Vcto paulo ante benignitate apoſtolica columnarum eccleſiæ numero: magnam re vera cæpi voluptatem de tua ad cardinalatum cum eiſdem promotione. Fuit enim delata hæc tanta dignitas tuæ amplitudini in teſtimonium virtutis ac moderationis tuæ: ſiquidem multis in rebus olim experta erat curia prouidentiam iuſtitiam ac fidem tuam. Quibus ingenii dotibus factum eſt:vt carus pariter omnibus ac venerandus extiteris: fueriſq; cum ingenti laude tantum honoris & gloriæ conſecutus. Gratulor ego plurimum tum vniuarſali eccleſiæ cui datus es defenſor & cuſtos: tum Camaldulenſi noſtro ne an tuo dixerim ordini:cuius ſemper amantiſſimus patronus fuiſti. Nemo enim ignorat: quanta cura & ſtudio,quanta etiã religione ac pietate,ſanctiſſimi patris noſtri. Romualdi reliquias & oſſa in commendato tibi benefitio quieſcentia & honorifice recondita fueris proſecutus. Quamobrem cum non ſit poteſtas,niſi a Deo:ipſum deprecor,qui te elegit:vt fœlix & fauſta adepta nuper ſupremæ proxima dignitas futura ſit tuæ amplitudini: vt grauitate autoritate conſilio prudentia ornatus: dignum aliquid tanto edas ſacerdotio: & in tanta ruina rerum eccleſiæ,ſtet integra atq; inmobilis virtus tua: vt ſuppoſitis clementiæ tuæ humeris labenti communi Romualdi congregatione ſtratam humi, ac iacentem tua humanitate erigas atq; attollas. Relaturum non dubito patrem ſanctiſſimum meritam tibi gratiam ſua interceſſione apud deum: non ſolum q; diu cineres ſuos ſingulari colueris veneratione: verum etiam multo magis cum fuerit per te ſalus reddita ſuo ordini atq; reſtituta. Vale. Ex Muſolæa. Die. xxiiii. Ianuarii. MDVI.

Benedicto de Mandello Quæſtori Carcerum. XXXVIIII.

s Iquid continerent litteræ tuæ:quod celeri indigeret expeditione: aliis tibi curſoribus opus eſſet. Heri ſiquidem eas accæpi vna cum Pataqini epiſcopi litteris longe vetuſtioribus. Mortem duorum conuerſorum, qui apud ſanctum Michaelem intra triduum deceſſerunt,non terrorem vobis incutere debuerunt:cum ingreſſi fuerint viam vniuerſæ carnis. Sed monuiſſe potius reliquos,qui ſuperfuerunt: vt ſint parati ad demigrandum,quandocunq; vocauerit Dominus. Qua enim hora non putamus:filius hominis venit. Iuniorem ex his non noui: Seniorem vero Paulum magnæ ſemper integritatis & fidei virum,ac timoris dei plenum,expertus ſum. Et lugendam huiuſmodi

hominum

hominum præſertim ſenum mortem, nemo ſanæ mentis arbitratur: quam immortalitas ac perpetua conſequitur vita. Mihi, inquit, viuere chriſtus eſt: & mori lucrum: Et beati mortui: qui in domino moriuntur. Hoc de vtroq; mihi perſuadeo: prorſus ſic opto, vt in pace quieuerint. Idipſum de Abbate Carcerum nuper defuncto ſentio. Qui cum longo implicitus morbo fuerit: ac omnibus pene membris captus: talibus abſolutum vinculis, tantiſq; moleſtiis & cruciatibus tum animi tum corporis liberatum, vel optatam atq; accerſitam obiiſſe mortem exiſtimo: cupiiſſeq; diſſolui: vt eſſet cum chriſto. Vere de eo dici poteſt: q; de carceribus eductus, & de hoc ſæculo nequam tranſlatus ſit in libertatem & gloriam filiorum dei: & q; poſt longam nauigationem, in deſyderatum aliquando portũ venerit: atq; eo abductus fuerit, vbi futurus ſit æternus. Quod ei ſua benignitate conceſſerit dominus. Cæterum vt ad te redeam: qui prolixiore ſermone de tuis obtrectatoribus queſtus es: caue ne memoria iniuriarum, ſi quæ tibi illatæ ſunt, vllo pacto frangaris. Si me, inquit, perſecuti ſunt: & vos perſequentur. An erubeſcis ſequi chriſti veſtigia: & tanq̃ dilicatus miles ocium atq; deſidiam amplecti deſyderas? Videntur tibi huiuſmodi hæc tempora: taliſq; noſtræ religionis ſtatus: vt exaſperatus vel infinitis perſecutorum inſidiis, tu propterea indignabundus laborem detrectes? Quin potius in patientia tua poſſideas animam tuam. Etiam ſi multiplicati fuerint ſuper capillos capitis tui, qui aduerſentur tibi iniq;: qui oderint te gratis: & annuant oculis: ne confitiaris mœrore: ne oppleaaris triſtitia. Quid enim in religioſo turpius, qui mundo crucifixus eſt: q̃ aduerſitatibus frangi: concidere animo: mente conſternari? Non cum tibi infertur contumelia, indignum aliquid pateris: ſi illam æquo animo feras. Si vero ipſe contumeliam feceris: & te ipſum vlciſci perrexeris: tunc profecto dehoneſtaris: tunc vere cotumelia affectus es. Induere itaq; fortitudine: & præcingere virtute. Neq; deficias in tribulationibus: ſed in omnibus gratias age: vt apud deum probabilis inueniaris. Deniq; conſydera: q; tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio ſpem. Spes autem non confundit. Quare ſicut non probo: q; requiſitus ægrotante abbate, recipere te ad Carceres recuſaueris: ita laudo, q; eo defuncto mutaueris conſilium: nec fueris præter morem tuum durior atq; obſtinatior. In turpi, inquit, voto muta decretum. Si deſtitutæ a nobis fuerint reliquiæ ordinis: breui eſſemus viſuri illarum conſumationem. Spero negocium Carcerum, quo productum fuerit longius, ob inſatiabilem aduerſariorum cupiditatem: eo vtilius pro nobis atq; honorabilius per dei clementiam terminandum. Quid in Generali capitulo contra te dictum fuerit: nihil re vera memini. Hoc autem mihi nequaq̃ excidit: q; in apparando, quæ ad capitulum erant neceſſaria, cum ſingulari tua laude, ab omnibus comprobata fuerit diligentia tua: ſtudium tuum liberalitas tua. Vale: & ſaluta familiam iſtam meo nomine. Ex Muſolea. Die. xxv. Ianuarii. MDVI.

Petro Barrotio Epiſcopo Poduano. XL.

i N eo certe fui per hos dies: vt aliquid ad te ſcriberem, veritus ne non

accæpiſſes, quas nouiſſime ad te dederam litteras. Et ecce nudius quartus tandem perlata eſt ad me vetus epiſtola tua: quam ante duos menſes, complureſq; inſuper dies obſignaueras. Monachorum qui obſeruantes dicuntur perui caciam ſi qua eſt, intuendis vel exparte contra iuris Pontificii ſcita rebus ſuis: commiſerationem potius mereri arbitror, q̃ exprobrationem. Monachi enim ſunt non mendicantes, quibus niſi congregationum ſuarum patrimoniis licuerit viuere: quo ituri ſint niſi indiſperſionem non video. Et antiquã benefitiorum poſſeſſionem occupari ab iis: qui forte a monachis male tractatam, peius procuIdubio ſint habituri(eſto ita poſtulent iuralegeſq;) quis niſi perfectiſſimus, æquo animo ferat? Hiant vndiq; fauces rugientium, adeſcam præparatorum: vt monachorum, quorum nihilominus aluntur ſanguine, reliquias deuorent: & non licere monachis inſurgere: durus eſt hic ſermo. Taceo ꝙ defendentes ſe monachi iuriſperitorum ſuorum cõſilio ſtent. Taceo ꝙ aduerſariorum potentia magis q̃ iuſtitia ſuperari ſe videant. Taceo ꝙ non eos fugiant corrupta plerumq; iuditia: quibus opprimuntur pauperes: ditiores ſubleuantur. Taceo ꝙ pro comperto habeant, eligi a collitigantibus teſtes(quod vtinã in multis cauſis ordinis expertus nequaq̃ fuiſſem, non religione ac fide præditos: verum impietate perfidia & egeſtate haud dubie ſuſpectos: qui ſubornati auro ad gratiam magnorum falſum deponunt teſtimonium: & iuſiurandum ludum putãt. Hæc & alia longe plura, præter iuſtitiæ ordinem, hac inordinata tempeſtate fieri animaduertentes: quibus panis ſibi eripi ex ore iniq; conſpiciunt, & tecto priuari: ſi nõ omnino excuſatione ac venia digni ſunt, ꝙ parere iuris rigori minime videantur: forte vſq; quaq; exprobrari non merebuntur. Quod tamen ſecundum hominem dico. Impetratum vero tam facile priuilegium, ad vnienda octo ordinis cœnobia: adhuc & ipſum expediri non potuit. Non enim ſumptus tantum ordinarios pro exigendo priuilegio, verum etiam compoſitionem mille aureorum numum requirunt. Hæc maior, q̃ pro opinione atq; expectatione pecuniarum ſumma, relangueſcere intentionem religionis fecit: & ad hanc vſq; diem, expeditionem negocii retardauit. Sicq; pecuniæ obediunt omnia: vt plurimum ſcandalizatus audiam iſta tractari. Volentibus facere bonum, malum adiacet: neq; vlla, præterq̃ in deum relicta eſt nobis ſpes. Periculum, quod haud temere obieciſti, vniendorum ſimul plurium benefitiorum, ob paucitatem monachorum regulariter viuentium: auertet a nobis Dominus ſua pietate. Nam præterq̃ ꝙ potens eſt ſuſcitare de lapidibus filios Habraæ: paucorum etiã contubernia admittit. Vbi, inquit, fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ego ſum in medio eorum. Porro octo monaſteria, ſi vnienda fuerint ac reformanda, partim reformatione non indigent: vtpote iam reformata: partim deinceps ac ſigillatim non eodem pariter momento poterunt reformari. Aderit quoq;, vt ſperare licet diuinũ auxiliũ ꝓ bona volũtate: nec permittet ſanas ouiculas gregis noſtri amorbidis cõtaminari: cũ ẽt curare lãguẽtes vbi voluerit poſſit. Non eſt abbreuiata manus eius. De triẽnalibus Generalibus, ꝙ benedicti nõ fuerint, ſicut hactenus moris fuit: parũ curaturã exiſtimo cõgre

gationem

gationem:modo tales electi fuerint:qui vita & moribus digni habeantur cæ/
leſti benedictione:præſertim tũ cæteras congregationes eandem ſeruare con/
ſuetudinem videant. Futurum autem triennium ambitionis materiam, iam pri
dem hoc mihi perſuaſum eſt. Neq; hoc fuit meum conſilium: vt Generalatus,
qui per quingentos & eo amplius annos advitam deferri ſolitus eſt, in trienna
lem permutaretur. Obiecerunt commendationum periculum: quod non faci/
le hoc tempore, euitari poſſe, iudicatum eſt. Iccirco & ego huic rei obſtinatius
reluctandum non duxi. Verum ſingula, quæ ad ſtatum noſtri ordinis pertinent,
communicanda potius tecum coram eſſent, q̃ ſcribenda. Audires enim quæ
te ad compatiendum ſorti noſtræ merito prouocarent: nec mirareris, ſi omnia
tẽtamus, ſi maioribus ſolito ſtudiis operam damus, ad excogitanda noua con/
ſilia: quibus reliquiæ ordinis ſaluæ fiant. Vale. Ex. Muſolea. Die. xxvii. Ianua//
rii. MDVI.

Antonio de Mõte Archiepiſcopo Sypõtino & Auditori. XLI.

P Romotio tua in dies ad maiora & altiora: iccirco mihi eſt potiſſimũ
iucunda & grata: ꝙ euidens ac certus ſit teſtimonium virtutis tuæ.
Quamobrem gratulor plurimum adeptæ tuæ paulo ante dignitati:
ꝙq; ex Epiſcopo Caſtellano, ad ſypontinum fueris archiepiſcopatum euectus.
Nam & ſi benignitate apoſtolica hoc factum ſit: de cuius fonte huiuſmodi ſo/
lent emanare promotiones: haud temere tamen ex tot micantibus in curia præ
latorum ſyderibus vnus aliquis ab eo eligi credendus eſt: niſi is præceteris ma
iore virtutum claritate ac fulgore præſtaret. Opto q̃ maxime: vt hæc honoris
acceſſio, fœlix ac fauſta futura ſit dignationi tuæ: feceritq; tibi pro bonitatis ac
doctrinæ tuæ meritis, gradum ad maiora: vt quo altiorem ac ſublimiorem fue
ris locum conſecutus: eo facilius iuſtitiæ patrocinium in oppreſſos exhibeas:
atq; in calamitoſos & contemptui hoc tẽpore habitos: miſericordiæ viſcera,
abũdantius præteferas. Nihil enim deſyderabilius in Antiſtite: q̃ vt nihil faciat
odio aut fauore: Sed ſolum ecclæſiæ ædificationem quærat: & ſuis nequaq̃ com
modis ſtudeat: ſed humanitatis ac pietatis offitia: non propria vtilitate verum
ſola inſtigante Caritate metiatur: gratuitam eſſe debere liberalitatem proculdu
bio agnoſcat: Gratis, inquit accæpiſtis: gratis date. Hoc te accurate obſeruare.
tum, ex aliis multis, tum ex noſtrorum relatione didici qui tuam pro rebus no/
ſtri ordinis operam ſtudium, curam apud me magnopere commendauerunt.
Pro qua nimirum optima erga nos mente, immenſas tuæ dignationi agimus
gratias. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiii. Februarii. MDVI.

Antonio De Monte Abbati ſancti Clementis. XLII.

V T ad te ſæpius ſcribam: quod magnopere videris expetere: neceſ/
ſarium nequaq̃ duco: ea maxime de cauſa, quam ſignificaſti. Non
enim deſunt tibi in illo monaſterio præceptores: quorum & erudiaris doctri/
na: & prouoceris atq; inſtituaris exemplo. Tu modo contende: ne tibi met/
ipſi defueris. Militaturus cæleſti regi ſub Romualdi vexillo: præpara animam
tuam ad tẽtationẽ. Flagellat enim deus omnẽ filium: quem recipit. Quod ideo
fortaſſe in euitabili illo ſuo atq; in concuſſo decreto obſeruat: vt iuſtificetur in

ſermonibus ſuis. Ait enim. Si me perſecuti ſunt: & vos perſequentur. Durus for taſſe tibi viſus fuerit hic ſermo. Sed ſi chriſtianam ac monaſticam philoſophiã amplexari deſyderas: per anguſtam tibi viam incedendum erit: nec aliter tibi futurus eſt ad virtutem acceſſus: niſi per tribulationes creuerit in te religio ac timor dei. Non tamen iccirco deficias animo: aut deſperatione concidat cor tuum. Mitiſſimum enim habemus Dominum: qui nouit facere cum tentatio//ne prouentum, vt poſſimus ſuſtinere: Sicut enim non ſemper procellæ, nec ſemper tranquillitas: & (ſicut quidam ait) non ſemper himbres nubibus hiſpidos manant in agros: ita non ſemper vexamur tentationibus: Sed poſt tribulatio/nem conſequitur remiſſio. Fit hoc dei benignitate atq; clæmentia: ne ſi conti/nuis vrgeremur incommodis, in deſperationem prolaberemur: aut rurſus ſi longiore potiremur remiſſione, facile ſegniores ac tardiores efficeremur. Itaq; viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine Dominum. Vale. Ex Fon/te bono. Die. xxiiii. Februarii. MDVI.

Cardinali Alexandrino. XLIII.

h Aud ab re vt video neq; temere cõſueuerat ſanctiſſimæ memoriæ Pius tertius: ſicut renera in omnibus fuit prudentiſſimus: cum in mino//ribus conſtituto ex vrbe ſibi demigrandum foret: protectionis ſuæ in noſtro ordine tuæ amplitudini delegare vices ſuas. Alterum ſe profecto te, no/uerat: qui non ſolum eruditione & doctrina ſingulari, verum etiam virtute ani/mi & bonitate præſtares. Hoc de te a multis immo fama vulgatiſſima fre//quenter audiui: hoc modo a noſtris, qui in curia negocia ordinis exequun//tur factus ſum certior: euidentiſſimo te argumento ac teſtimonio comprobaſ/ſe: in correctione capitulorum ad monaſterium Carcerum pertinentium tibi a Pontifice delegata. Seruaſti ingenue atq; conſtanter Dominicum præceptum. Quod iuſtum eſt, inqnit, iudicate. Siue ciuis ſit ille ſiue peregrinus: nulla erit diſtantia perſonarum: ita paruum audietis vt magnum. Feciſti domine pientiſ/ſime iuditium iniuriam patientibus: eamq; pro viribus ab oppreſſis propulſa/ſti: nec permiſiſti violari ius humanæ ſocietatis. Nullius amicitia & gratia im/peditús es: quin monachorum pauperum cauſam fortunati ac potentis deſy derio anteponeres. Reſpexiſti potius ad auxilium calamitoſorum, ad ſalutem innocentium: q̃ ad aduerſarii maiorem autoritatem ac nimiam potentiam. Scit enim optime pietas tua. Beatos eſſe qui cuſtodiunt iuditium: & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Pro hoc tam illuſtri atq; inſigni fidei & ſanctitatis tuæ teſtimonio q̃tas poſſum tibi gratias ago. Vtinam plurimis huiuſmodi columnis fulciretur ac ſuſtentaretur eccleſia. Rediiſſe nimirum aureum illud quod tantopere expetitur ſæcundum: facile exiſtimarẽ. Diu te incolumen tuea tur Dñs præſul obſeruandiſſime: cui me ſeruulum ſuum atq; oppreſſi noſtri or dinis negocia enixiſſime: commendo. Vale. Ex Fonte bono. Die. x. Maii. MDVI.

Ioanni Cardinali De Medicis. XLIIII.

s Cripſerunt ad me ſæpius noſtri: qui procurandis rebus religionis nr̃æ in vrbe cõmorãtur: q̃to ſtudio & fide eis præſto ſit dignatio tua: vbi aliqua ſe offert difficultas ad expediẽda illis iniũcta negocia. Vt abs te ſim

pliciter

plicitèr requirerent fauores tuos cum opus fuiſſet: ambobus hinc abeuntibus aperte mandaui: confiſus, non in meis erga te meritis, quæ nulla ſunt præter- q̄ obſeruantiæ & pietatis: ſed in clementia in bonitate in ſuauitate in miſera- tionibus tuis multis. Familiare ſiquidem eſſet tuæ amplitudini: indigentibus atq; oppreſſis ſingulari caritate opem ferre: & afflicto cuiq; liberaliter inſerui- re. Irent magna de tuo patrocinio concæpta fiducia: facturi periculum coram, nō irritā atq; inanem fuiſſe adeo firmā & tanta aſſeueratione prolatam ſponſio nem meam. Quamobrem cum plura ſe accæpiſſe referant abs te: q̄ eis profi- ciſcentibus fore prædixerim: immenſas tuæ pietati gratias ago. Obſtrinxiſti me tibi admodum hoc recenti benefitio: totamq; tibi in perpetuum deuinxiſti congregationem noſtram. Cognouit enim & verbo & facto: me in predicanda tuæ dignationis manſuetudine in commendanda eiuſdem beneficentia ac libe ralitate, aſſertorem fuiſſe veritatis. Imples quotidie ſapientis conſilium dicen- tis. Rogationem contribulati ne abiicias. Et alibi: Libera, inquit, eum qui iniu- riam patitur de manu ſuperbi. Perge itaq; vt facis Dn̄e Colendiſſime: & æter- na in laude verſaberis. Vale. Ex Fonte bono. Die. xi Martii. MDVI.

Hieronymo: Priori Camaldulini de Verona. XLV.

LOnga tua epiſtola & callida arte conſcripta hoc demum requiris: id extorquere conaris a me: vt ſpretis veteribus amicitiis indulgeam, no uis: & contra ſacrum eloquiū faciam, quo admonemur. Vinum nouum: ami- cus nouus apud te veteraſcat. Qua in re quid aliud innuis: immo aperte ſuades: niſi vt agens cōtra conſcientiam ædificem ad geennam? In cōſilium huiuſmodi non veniat anima mea: qua nihil poſſideo prætioſius. Et quidem nouos mihi conciliare amicos ſemper ſtudui. Quo enim pluribus fulta fuerit ac munita imbecillitas mea: eo firmior ſteterim, atq; inter mundanas varietates tutior. Quomodo autem amicus nouus confidere aliquando in me poterit: ꝙ ſim in eo diligendo conſtantiam ſeruaturus: ſi malo exemplo ſcandalizatus agno- uerit me amicos antiquos facile repudiare? Eſto errauerint: & aliquid admiſe- rint, propter quod corripi debeant. Et quis eſt homo: qui non peccet? Si iniqui- tates obſeruauerit Dominus: quis, oro, ſuſtinebit? Hæcine eſt philoſophia euā- gelica: hoc chriſtianum dogma: vt qui tenentur inimicos diligere, etiam ami- cos auerſentur? Non ne quotiens protulero orationem dominicam: totiens punctura eſt cor: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitori bus noſtris? Sic enī aut mendacii arguar: aut precari videbor, ne parcatur mihi. Ego autem vt ſcias indomino confido & in veritate: quam omnibus ſem- per præpoſuerim blandimentis: futurum me hac mea conſtantia apud Colen- diſſimum dominum gratiorē: ꝙ per ſancte coluerim amicitiæ iura: cum ſit pro ſuo ingenio atq; inſtituto & mitiſſimus & religioſiſſimus. Nam vt liberius tecū loquar: malo apud eius amplitudinē, ſi ita accideret, vel durioris propoſiti inſi mulari atq; conſtantiæ: q̄ venire apud tam ſyncerum ac veracem præſulem in adulationis ac ſeductionis ſuſpitionē. Abſq; vlla ſimulatione ſemper ipſum obſeruabo & colam: & ſi malorū atq; improboꝝ ſuggeſtionibus percutiendum me in vnam maxillā iudicauerit: præbebo ei & alteram: Tantū abeſt: vt ab eius

ſide ac beniuolẽtia vnq̄ ſeparer. Et ſcio ipſum eſſe eiuſmodi: qui ſe magis diligi q̄ metui cupiat. Nouit enim ſcriptum. Quem metuũt: oderunt. Tu ſi prouectiori parenti credis, hoc meum emulare ſtudiũ: hunc morem ſerua: ne ad promerendam humanã gratiã aliquid repugnante conſcientia moliaris. Alioquin prædico tibi ingenue: ꝙ diuinã ſimul & humanã amiſeris gratiã. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvii. Aprilis. MDVI.

Alexãdro Priori Sãcte Marie nouellæ. XLVI.

a Bſoluto quẽ miſiſti Frater Raphael prædicationis munere apud Pratum vetus redit ad te. Redit autem q̄tum audiui ab oppidanis: relicto de ſe bono nomine: nõ ſolum quoniam ad ædificationem eccleſiæ dei arguerit obſecrauerit increpauerit ſecundũ apoſtolicum præceptũ: verum etiã myſteria legis erudite aperuerit: ac ſecretorum archana prudenter ſapiẽterq; diſcuſſerit. Semel ipſum audiui concionantẽ: & tum mihi tum iis qui mecũ erant prælatis & monachis, ſupra ætatem ſatiſfecit. Si in bonam terram, cecidit, quod ſeminauit, verbum dei: potuit vel cẽteſimũ fructum percæpiſſe: adeo vt accæpi cũ ſcientiæ ac docctrinæ, lumine ẽt igniculos frequenter ſeueritatis ad miſcuit. Sin minus quod abſit: p ipſum nõ ſtetit: quin ſua prædicatione formaretur chriſtus in cordibus auditorum: nec dederit ſanctum canibus: aut miſerit margaritas ante porcos. Adoleſcens quidem eſt. Sed eam præſetulit morum grauitatẽ: vt eius adoleſcentiã nemo bonus cõtempſerit: cum lacte aluiſſe paruulos, olere infirmos refouiſſe, fortiores ſolido cibo impinguaſſe dicatur. Habeo tibi gratiam: ꝙ eũ ad nos miſeris: qſi nõ plene contẽtus reuertitur, ſi patiens fuerit duplicatum fœnus reportauerit ſecum: ſicut ſcriptum eſt. In omni patientia & doctriua. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxv. Aprilis. MDVI.

Petro Barrotio Epiſcopo Paduano. XLVII.

e T ſi nõ habeo quibus tuis reſcribam litteris: plurima tamen occurrunt quæ ſcribã. Verũ ne ſim tibi prolixitate nimia grauior: quædam explicabit coram Prior Oppiterginus dignationi tuæ, Quomodo videlicet factũ ſit: vt impetrato poſt Generale capitulũ: nouiſſime priuilegio fraudati fuerimus: cũ exactum nequaq̄ fuerit intra ſex menſium terminum, ſicut moris eſt: idq; ob noſtrorum adinuentiones: qui voluerunt præter ſobrietatem ſapere. Et qua itẽ ratione ſecundo impetratum cum quibuſdam additionibus ſurreptitium fuerit iudicatũ: ꝙ nomine capituli generalis ſupplicari viderentur, quæ a patribus nõ fuiſſent in capitulo decreta: immo quæ exparte prohibita in capitulo fuiſſent, vnanimi diffinitoꝝ ſententia: ne priuilegio apponerentur. Quid ẽt ſentias de cõpoſitione, quæ a nobis præter annatæ ſolutionẽ ſeorſum requirebatur: an libere & abſq; ſcrupulo componi queat. Deniq; vtrũ probes modum: quo ſuadebat ad reſignandũ Prioratui Eremi in manibus alicuius quem voluiſſem: & is poſt modum teneretur eundem mihi Prioratum reſtituere ad vitam: vnito tamen prius congregationi Prioratu per eum, in cuius manibus ceſſiſſem. Hæc imprimis conferenda tecum eidem Priori mandaui. Nam vt de hoc nouiſſimo aliqđ inferã: ſtultũ ꝑfecto exiſtimarẽ & ſubſanatione dignũ: ſi cũ ex bñficioꝝ emptione pditio aĩæ atq; interitus acquiritur: & eorũdẽ abdicatione idem cõſecuturi eſſemus: vt cũ tẽporali iactura, æternũ nobis pararemus incẽdiũ. Vbi futurus ſit

fletus

fletus & ſtidor dentium. Poſſem fortaſſe bona & minime repugnante conſcien/tia renũtiare ſponte ac libere, nullis interuenientibus pactionibus. Verũ vt hoc faciam diuiſus noſtri ordinis ſtatus impreſentiarũ repugnat: ac fidei defectus & inobedientia ambtioni coniũcta: quæ omnia hac præcipue tempe ſtate, etiã in eis qui mihi ex omnibus minime ſuſpecti fuerant luce clarius expertus ſum. Si quando id eſſem facturus: mihi ipſi in primis conſulendum arbitrarer: vt depoſito adminiſtrationis onere ad priuatam me penitus ac tranquillam tranſ/ferrem vitam: & præſtolarer interea quo remotior poſſem a curis ſæculi extre/mum diem. Vtrum hoc tum meæ tum ordinis ſaluti profuturum foret: nouit dominus: in cuius manu cum ſit cor meum: quocũq; ſibi placuerit vertat illud. Libentius hæc tecum coram q̃ per litteras aut internuncium contuliſſem: niſi imperfecta adhuc quædam Romæ negotia hic me neceſſario detinerent. Quo enim vicinior vrbi ſum: eo celerius confici poterunt. Scripſi enim iterum per hos dies Reuerendiſſimo Protectori: vt iuxta decretum capituli Generalis de/nuo priuilegium impetrare contendat: cuius quidẽ capituli decreto, nõ modo (vt par erat) delatum nõ fuit: ve℞ ẽt in quibuſdã obſtinatius derogatũ. Orabis Dñm pro pace noſtra & ſalute: quã mundus dare nõ poteſt. Vale. Ex Fõte bono Die. xxx. Aprilis. MDVI.

Samueli Abbati Claſſenſi. XLVIII.

SI mihi conſtaret: qui forent ex vobis: qui tã obſtinato animo repugnare contendunt decreto capituli: quod cõmuni patrum cõcordia ac nullo eo℞ diſſentiente præmiſſa inuocatione ſancti ſpiritus conſtitutum fuit: non poſſem me continere, quin ꝓ meo iure acrius eos arguerẽ. Sed quando me latet: qui tanti ſcandali fuerint autores: expoſtulãdum tecum cenſui: vt ſcires magna & inopinata penitus iniuria fuiſſe affectam religionẽ noſtram. Nunq̃ pro/fecto mihi fore perſuaſi: vt vnde prodire in ordine lumen conſueuit: inde adeo inexpectatæ effuſuræ eſſent tenebræ. Cõtemptui habita ſunt capituli Generalis ſcita: quo qd oro iniquius excogitari potuit? Et vbi quæſo fides: vbi religio: vbi iuſiurandum? Non ne ab omnibus vobis ratum habitum eſt decretum illud, tã ſancte examinatum, tam mature ſancitum? Taceo chirographa tum prælatorũ tum Monachorũ omnium congregationis: biennio ante, cum eſſem apud vos in ſancti Michaelis monaſterio, adeo vnanimiter vltroq; cõfecta ſuper conſen/ſu eiuſdẽ rei: quã paulo ante non nulli ex vobis oppugnare auſi ſunt: per quos nimirum nõ ſtetit, quin diſſidia nutrirẽtur in ordine: & ſchiſma ꝑpetuum poſt migrationem meã cõſtituerẽt. Et qua obſecro, venia digna ſunt hæc? Quæ poteſt in iſtis prætẽdi excuſatio: quæ ratio afferri: ad purgandum crimẽ? Sed nolo vehemẽtius cõqueri: q̃q̃ iuſtiſſima ſit nobis lamẽtãdi ac exprobrãdi ẽt invehẽdi cã. Parco autẽ: ne quis me aduerſum vos quos tanq̃ fratres cariſſimos diligo iratum, aut malo aliquo animo concitatum putet. Hoc tantum vobis dico: hoc vobis polliceor: conatu℞ me pro viribus: vt capituli iſthic nouiſſime celebrati votum impleatur: nec permiſſurum, vt contra illius decretũ auſu irreligioſo quiſq̃ inſurgat: quo reuera decreto nihil aliud a patribus quemadmodum ipſe qui omnibus interfuiſti es optimus teſtis quæſitum eſt: q̃ vt ad reformandã Camaldulẽſem congregationem, fieret vnum ouile & vnus paſtor. Quare horta/

mur te in domino: vt omni conatu foueas vnionē: diſſidia extermines: & quæ ipſe met ſtatuiſti obſerues ne tibi ipſi diſſentiēs merito calumniā ſubeas: & præter morem tuum bilinguis exiſtimeris: ſi foret apud te contra apoſtolicam obſeruationem, eſt & non. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Maii. MDVI.

Ioanni corſio Ciui Florentino. XLIX.

i Nire mecum amicitiam, quā diu optaſti, potuiſti pro arbitrio: nulla expectata occaſione. Neq; enim auerſari quēpiā moris vmq̄ mei fuit: qui conciliare ſibi expetieris beniuolentiā meam: & tu es eiuſmodi (q̄tum coniicere mihi ex litteris tuis licuit) cui vltro occurrere, quem ſtudioſe complecti oportuit: vtiq; probitatis ac doctrinæ merito. Vt ſerues in amore cōſtantiam non es admonendus. Licet enim concæpta de me falleris opinione: & plus mihi proculdubio q̄ pro meritis tribuis: & ſuperandum me tamen abs te in amore haud quaq̄ putes. Vexari te variis per biēnium langoribus ſignificaſti. Opto vt æquo ac patienti animo eos tuleris: virtus ſiquidem in infirmitate perficitur: & flagellat deus omnē filium quem recipit: Nec in merito ſane. Quibus enim mundus gaudentibus inq̄ ac iugi corporum incolumitate patientibus inuidendum putat: non eos nimirum ſaluator noſter beatos appellat: Sed qui in triſtitia luctuq; verſantes infœlices exiſtimantur: his perpetuā repromittit manſionem, vbi vera ſunt gaudia. Quo circa viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine dn̄m. Diligi vero abs te Paulum noſtrum, quem mihi ſedulo cōmēdaſti, lætus didici: & teſtimonium tuū de pia illius ac religioſa conuerſatione grato ac iucūdo animo acccæpi. Is mihi ſemper cariſſimus extitit: vtpote q me plurimum dilexit hactenus: idq; magna ſtabilitate atq; cōſtantia. Iccirco nō poſſum non grauiter ferre obiecta amico homini crimina: ſtructaſq; inſidias: quādo præſertim ſemp viſus ſit curam habuiſſe de bono nomine. Sed non eſt mirum: ſi de illo non nulli obloquantur: cū redimi ſe a calumniis hominū, Dauid Sanctiſſimus & homo ſecundū cor dn̄i enixius deprecetur. Referat ſe Paulus ad conſcientiā recte factorum: & ſi falſo accuſatur, gaudeat cum apoſtolo ſui nominis, qui dicebat. Maledicimur & benedicimus: perſecutionē patimur & ſuſtinemus. Et iterum: Gloria inquit, noſtra hæc eſt: teſtimonium cōſciētiæ noſtræ. Quoniā vero maledicta & opprobria fortiter ferre magnæ virtutis eſt: & plerumq; leuius tolleramus rerum ac fortunaꝝ q̄ calūniaꝝ & iniuriaꝝ iacturā: Solari tu mœrentē contendes: afflictumq; erigere: ac diffidentē honori ſuo cōfirmare. Ego vt ſcias non modo non oppugnator cōſeruandæ ipſius dignitatis futurus ſum: verū etiā defenſor: q̄diu mihi de eius innocētia conſtiterit: & habere me nequaq̄ oportuerit cōmunis Monaſterii ſalutis rationem. Vale. Ex Fonte bono. Die. xi. Maii. MDVI.

Iacobo Priori Oppitergi. L.

d Iuinaſſe viſus es, ac præuidiſſe, tempus idoneum: quo hinc diſcederes: ſiquidem antea, & poſtmodum, ad hanc vſq; diem, tantum pluuiarum erupit: vt diluuium crederes: neq; adhuc mouere hinc quiuerit Abbas Fauentinus: & Prior Vincareti: q huc heri cū tuis litteris, magna obrutus aquarum inundatione, applicuit: ſuperatis magno labore alpibus. Itaq; lætor: q; Fauentiam ſereno & minime pluuio celo perueneris. Cæterū quæ ſcripſiſti, & alia plura, quæ

Prior ipſe retulit,diſplicuerunt nobis admodum. Compatimur domui illi,in qua renati ſumus:ac per multos annos,ſub regulari diſciplina educati. De functi ſunt complures:quorum virtute atq; autoritate,tanq̄ firmiſſimis columnis facile ſuſtentabatur.Relicti ſunt modo non nulli:qui dominari magis nituntur in conuentu illo:q̄ formam fieri gregis. Non de omnibus dico:immo de paucis,qui tibi ſunt notiſſimi:quorum gubernatione ac ductu,periclitari familiam audio,& in magno verſari diſcrimine: niſi maturo cōſilio & ratione,celerius ꝓ uideatur. Conſydera,tu inconſtantiam,ac leuitatem,ne dicam perfidiam eorū q reiecto pudore,& contēpta religione,auſi ſunt ſibi metipſis diſſidere:& docuerunt,iuxta Hieremiæ vaticinium,linguam ſuam loqui mendaciū: &,vt inique agerent laborauerunt: Quæ ſpontanea ſubſcriptione approbauerunt,biennio ante,capitula:eadem,linguis ſuis doloſe agentes,accerſito notario, impudētiſſime reuocauerunt. Ages gratias meo nomine iis:qui perſtiterunt in fide. Infideles vero temeritatis & perfidiæ argues: præſertim capita & autores criminis. Quid tamen propterea ſibi agendum exiſtimauerint,neſcio. Quātum enim ad rem,quā cupiunt,attinet:nihil aliud conſecuti ſunt,niſi dedecus atq; ignominiā infidelitatis ſuæ: & negotio de quo agitur,ne parum quidē obſuerunt. Verum hos cōſilii nimiꝝ inopes,cum ſua obſtinatione relinquamus:quibus potius cōpatiendum duco. Mitto ad te,quod petiſti,mādatum duplex:vt Prioratus tui negotia facilius exequaris. Vale. Ex Fonte bono. Die.xvi.Maii.MDVI.

Benincaſæ Priori Pratalis.LI.

p Etis & non accipis:quia contra rationem ſalutis petis:quia cōtra profeſſionem tuam petis:quia nō in nomine Saluatoris petis. Si id impetraueris a ſublimiori poteſtate:futurus ego ſum ab hac prorſus culpa immunis. Cauſaris paupertatem & malā valitudinem:& ſalario alliceris: vt vtriq; rei male nimirum conſulas. Nam paupertatē profeſſus,quā tantopere laudat Dominus: amore pecuniæ & peregrinari appetis,& periclitari:cum ea multos in diſcrimē vitæ adduxerit:& cumulato labore monachorum præſertim inſtitutis repugnāte,non leuamen ægritudini,ſed grauiorem tibi langorem paras. Quamobrem ſi hanc crudelem tyrānidem,cupiditatem inq̄ tibi dominari permiſeris: cuius ſeruitutem teneris refugere:cum nihil illa ærumnoſius nihil pernitioſius excogitari queat:caue ne aliquando dicatur de te. Quis miſerebitur incantatori a ſerpente percuſſo? Volens enim ac ſciēs in flamam miſſurus es manum. Quin potius tecum reputa beatos prædicari pauperes:& tranquillam tutamq; neminē melius vitā ducere:q̄ qui exiguis minimiſq; contentus eſt. Melius namq; eſt parum cum timore domini:q̄ theſauri magni & inſatiabiles. Et vt aliquē de poetis,quorum oblectaris emulatione ac ſtudio,in medium adducā. Parua,inquit, ſeges ſatis eſt:ſatis eſt requieſcere lecto: ſcilicet & ſolito membra leuare thoro. Et idem alibi. Non opibus mētes hominum curæq; leuātur. Nam Fortuna ſua tempora lege gerit. Vale. Ex Fonte bono Die.xix.Maii.MDVI.

Ioanni Cardinali De medicis.LII.

q Votiens mittere aliquem in vrbem conſtitui: parua fiducia vt noſtra ad votum expedirentur negocia eundem mitterē:ſi abſq; meis ad tuā

dignationem litteris proficiſceretur a me. Non eſt tibi noſtri ordinis patroci/nium demandatum. Tanta tamen cura & ſolicitudine illum foues: vt merito te alterum veluti patronum tutorem ac protectorem colat. Quis enim vnq̄ de noſtris vel ſuo vel meo potiſſimum nomine conuenire te voluit cui non confe ſtim patuerint fores? Qui non & benigne admiſſus atq; auditus & contentus admodum ac lætus dimiſſus abs te ſit? Hoc de tua amplitudine omnes prædi/cant: hoc cõmuni conſenſu fatentur vniuerſi: nihil te antiquius ducere: q̄ iuxta euangelicam ſanctionem omni petenti te tribue. Hanc tibi apud omnes ſingu/larem gloriam comparaſti: non fortunæ ſed virtute benefitio: & eius a quo om ne datum optimum miſeratione. Verum ne te multis morer: veniẽtem Priorẽ Scandalonis in vrbem, vt complura vno tempore negocia ordinis expediat: tuæ pietati cõmendo. Plurimum in tuo tum conſilio tum fauore confidens: vt vtrumq; promereatur apud te, oro & obſecro: quando preſertim obſeruantiſſi/mus eſt ac ſtudioſiſſimus dignationis tuæ: & mandata mea abſoluturus, modo Romam venit. Vale. Florentiæ. Die. x. Iulii. MDVI.

Ioanni Cardinali De medicis. LIII.

PEr quingẽtos & ęo amplius annos a religioſiſſimis patribus habitata Camaldulenſis Eremus: hei vereor Dñe Pientiſſime: ne diebus noſtris factione malignantiũ ſit penitus deſtituenda. Olim dum ſæuiret in chriſtianos tyrannica perſecutio, effugium eſſe conſueuerat ſolitudo fidei cultotibus: qui morabantur in montibus & in ſpeluncis & in cauernis terræ. Nunc ea minus tutum Eremitis habitaculum præbet: vt ex ſolitudine in oppida confugien/dum ſit. Audiat dignatio tua: cur iſta præmiſerim: quam non dubito moleſte la turam tam immane facinus tam nefarium ſcelus. Sextusdecimus hic eſt dies: quo cũ ad matutinã ſynaxin Eremitæ noſtri cõſurgerent: egredientem Maiorẽ Eremi cellulæ hoſtiũ, ac in limine adhuc conſiſtentẽ, adorti repente ſunt tres ru ſtico habitu induti obuolutiq; facies. Ac primum rapto de Maioris manu lumi ne atq; extincto: ipſum in cellulam compulerunt. Ibi mox panno ori obducto, vultuq; contecto, ne forte in clamorem erumperet: ad terram ſubito vi proſter nitur: & genibus vnius ex illis ſacrilegis corpori impræſſis, ne ſe facile poſſet excutere: Fuſtibus immaniter ceditur: & adeo crudeliter ĩ inermẽ & nihil tale ex pectantem debacchantur: vt debilitatum membris omnibus atq; cõtritum pe ne ſeminecẽ in pauimento dereliquerint. Itaq; de fatigatione magis q̄ miſeri/cordia cedere cum deſtitiſſent: arrepta fuga ſe ſe inde Carnifices proripuerunt. Vulgato tam turpi ſcelere quod ob ſui immanitatem minime duximus obtegẽ dum: Demandatum eſt Octoviris negocium ab excelſo Dominio. Quid ſint fa cturi: neſcimus. Rei tamen ſeriem omnem vnus ex conſciis & autoribus crimi nis, vltro mihi patefecit. Hæc tuæ Amplitudini ſignificanda ideo cenſui: vt agnoſcens q̄ta nobis vndiq; pericula immineant: pro tua pietate conſurgas mi hi aduerſus malignãtes: qui cellam Eremi ab auo tuo exædificatam adeo impu denti auſu contaminauerunt. Interea afflictus & contuſus accerrime Maior Ere mi adhuc lectulo iacet: nec ſe in latus vertere niſi adiutus poteſt. Mihi quoq; ac meis intentatas audio minas: vt futura mihi neq̄q̄ ſit tuta alpium cõmoratio:

niſi

niſi in facinoroſos & impuros homines animaduerterit Dñs. Magnum enim pietatis genus exiſtimo: in huiuſmodi re eſſe crudelem. Sicut ſcriptum ſcimus. Etenim, inquit, non ſinere peccatoribus ex ſententia agere: ſed ſtatim vltionem adhibere magni beneficii eſt inditium. Vale. Florentiæ. Die. xi. Auguſti, MDVI.

Gabrielli Monacho Angelorum. LIIII.

p Oſtea q̄ ame profectus es: nihil ſcripſiſti ad me. Appropinquante vero termino ſicut côuenerat inter nos: quo huc te eſſes recæpturus: admonendum te duximus: vt præſto ſis ad præſtitutam diem. Itaqꝫ cura vt te iſthinc extrices: & tandem aliquãdo ad ordinem ordinatius victurus redi. Accæpiſti talentum: vt fideliter eroges: ſi intrare volueris in gaudiũ dñi tui. Alioquin pro defoſſo in terram redditurus eris rationem. Quid tibi oro conferre ſæcularium conuictus poteſt? None maiora tibi allatura eſt oblectamenta & remiſſiones & voluptatẽ conſuetudo monachorum pie ac religioſe viuere contendentium? Eſto ars eſt artium regimen animarum: ſed econtrario tibi ſuccurrat: ꝙ qui bene adminiſtrauerit, gradum bonũ acquiret. Deniqꝫ ſine labore premium ne expectes: Venies igitur intrepidus: & in dño confidens. Vale. Florentiæ. Die, xxii. Auguſti. MDVI.

Benincaſæ Priori Pratalis. LV.

n On deſunt iuditia hominum varie ſentientium de proximi aduerſis atqꝫ incommodis: cum vnius tantum iuditium, qui falli nunq̄ poteſt, timendum ſit. Siue autem eorum qui patiũtur culpa ita accidat: cum non ſit homo qui nõ peccet: ſiue ſecretiore aliqua dei ordinatione qui quos amat corrigit & caſtigat: attendendum eſt ſemper Dominicum præceptum. Nolite, inquit, iudicare: & nõ iudicabimini. Et Paulus. Tu quis es: qui alienum ſeruũ iudicas? ſuo domino ſtat: aut cadit. Videris de homine per hos dies iniuriam paſſo, ac verberibus affecto: nõ penitus bene ſentire. Quaſi vero ignores: ꝙ ſancti viri, quibus dignus non erat mundus, tentati ſunt: ſecti ſunt: in occiſione gladii mortui ſunt. Hos igitur Deus quos diligit probatqꝫ, recognoſcit atqꝫ exercet. Et cum ſit calamitas virtutis occaſio: præbet materiam ſeruis ſuis: qua illorum conſtãtia dignoſcatur: datqꝫ pro arbitrio cuicunqꝫ voluerit facultatem exhibendæ virtutis. Neqꝫ enim militem ſtrenuum noſſe poteris niſi in acie: neqꝫ peritum ac nauigandi gnarum gubernatorem niſi in tempeſtate. In mundo, inquit, preſſuram habebitis. Tantũ itaqꝫ abeſt: vt teſtimonium ſit male cõſcientiæ, aduerſa fortuna: vt videas plerumqꝫ optimum quẽqꝫ perſecutionem pati: & continua incõmodorũ ſerie diuexari: Improbos vero ac deum minus timentes his, quæ vulgus bona exiſtimat diuitiis affluere: atqꝫ integris corporibus ingredi. Quem enim pater diligit filium: aſſiduat illi flagella. Itaqꝫ in iudicando hunc aut illum elige ſemper partem tutiorem. Vale. Florentiæ. Die. xiii. ſeptembris. MDVI.

Marco Priori vincareti. LVI.

n Ihil me adeo in ſpem adducit: recuperaturum tandẽ per dei gratiam Priorem oppitergii bonam valitudinem: euaſurumqꝫ tertianæ duplicis periculum: quamꝙ apud vos eſt. Neqꝫ enim vereor: quin nihil ei defuturum ſit, quod ad percurandam infirmitatẽ pertinere cognoueritis. Aſſueti eſtis huic pio operi: atqꝫ in eo exercitati: vt videre vos mihi videar ſolicite adeſſe iacẽti:

ac neceſſaria illi per horas ſingulas fomenta adhibere:& torpētem acvi morbi præſſum continuis ad hortationibus & ſolatiis excitare. Huc accedit medici peritia atq; ſolertia fideſq; : quem arbitror omnem exhibere diligentiā & ſtudium in curando Priore. Itaq; ſi poſt hauſtum medicamentum, poſt minutionē ſanguinis, laxata eſt vis morbi: longeq; minore ac tenuiore tum rigoris tū feruoris vehementia corripitur: q̄ antea conſueuerat: Benedictus Deus: Eſt enim quod maxime cupio: Hortaberis eum verbis meis: vt quo leuius ſe habuerit in dies: eo ſtudioſius caueat ſibi, ne per incuriam, quod abſit, iterum ingraueſcat lāgor. Eſt enim recidiua peior radice. Cōmendet ſe in primis cœleſti medico: qui mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit: cui cum ei libitum fuerit licet dicere. Surge: & ambula. Vale. Florentiæ. Die. xvi. Septembris. MDVI.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Michaelis Murani. LVII.

q Veſtus es per epiſtolam mecum de obitu cariſſimi condiſcipuli & fratris tui Mauri: dolens ac mœrēs, ſublatum tibi ſingulare fuiſſe ſolatiū, & religioni ac cœnobio iſti haud exiguum ornamentum. Sed non miror triſtitiam occupaſſe cor tuum ablato præter ætatis rationem abs te iuniore fratre tā bonæ indolis, tam eminētis litteraturæ, & quod præſtabilius eſt tam religioſæ ac moderatæ vitæ. Diu enī cū illo in eiſdē ſtudiis cōuerſatus: nō potes nō affici ipſius deſyderio. Humani ſunt iſti & carnales affectus: non poſſe in carorum funere lachrymas cohibere: Et tanq̄ natura adhoc luctus offitium prouocemur: etiam ſcriptura idipſum ſacra nos admonet. Fili, inquit, ſuper mortuum produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe lamentari. Verum quoniā in omni re ſeruandus eſt modus: adiecit præfixum terminum: vtfaciamus luctum vno die vel duobus. I, ergo & tu: & tam ſacro admonitus teſtimonio abſterge poſt illud biduum lachrymas aboculis tuis. Excitare fratrem ab inferis plorando non poteris: & ſi tibi hoc liceret: reuocādus nequaq̄ in lucem iſtam ac vitam foret: qui habitare nunc creditur lucem inacceſſibilem: & tranſiſſe ad meliorem ac beatiorem vitam. Si doles ꝙ iunior deceſſerit: cogita illum diuvixiſſe: qui ſobrie iuſte pieq; vixerit: qui adoleſcentiam ſuam eleganter ac moderate traduxerit. Exiguum æui peregiſſe is ſolus putandus eſt: qui vel centenarius, turpiter vitam duxit. Huic rapidiſſime dati ſibi temporis ſpatia longiſſima decurrerunt. Breuis eius vita eſſe non potuit: qui bene ea vſus eſt. Vale. Florentiæ. Die. xxvi. Septembris. MDVI.

Benincaſe Priori Pratalis. LVIII.

c Ommune eſt humanæ infirmitatis malum iudicare: aduerſa huius mūdi quēlibet pati, ſua culpa & merito: cum econtrario ſcriptum ſit de Paulo qui inter cætera, etiam in falſis fratribus pericula fuerat expertus: Ego illi oſtendam: q̄ta oporteat eum pro nomine meo pati. Idem quoq; ipſe teſtatur dicens. Omnes qui pie volunt viuere in chriſto ieſu perſecutionem patiuntur. Adducis tu in medium furū & homicidarum exempla: quaſi vero æque de iis q pro manifeſto & confeſſo crimine puniuntur iudicandū ſit: ac de iis qui malignitate falſorum fratrum iniurias tollerant. Eſto omnis homo mendax. Quis hoc neſciat? Nunquid q̄tulacūq; culpa ſuſpendio aut capite mulctatur? Nullius enim tam robuſtum ac ſolidum corpus eſt: quod non aliquando febricula vexetur:

tur:& in quo eruptiones puſtularum & vlcuſcula non appareant. Sic etiam de animo eſt ſentiendũ.Quãtuncunq; ſtudeas pie ac iuſte viuere atq; ad perfectionem niti:auditurus continuo es.Nemo mundus a ſorde:& qui ex decem milibus non ſit vel vni talento obnoxius. Si enim dixerimus : quoniam peccatum nõ habemus:ipſi nos ſeducimus:& veritas in nobis nõ eſt.Iniquũ ergo eſt iuditium:carcinomata,quæ nullis medicamentis ſanari poſſunt,puſtulis æquare: Et culpæ tribuere huius mũdi vexationes:quæ probationi poſſunt aſſcribi.Tẽtat,inquit, vos Deus:ſi diligitis eum.Verum de his hactenus. Superare paulo poſt alpes conſtitui:non tam accerſitus a tranſalpinis noſtris magna inſtantia, vt rebus eorum conſulam : q̃ vt expediam vnionis negocium: quod vt ſpero facile abſoluetur.Dum hæc ſcribo: ſuperuenit nuncius abſolutionis noſtræ a cenſuris,& totius congregationis:Qui nobis extitit ſupramodum gratus. Cõfido enim in domino:q; poſt nubilum reſtituet ſerenum nobis ac lucidum cælum:& poſt varias agitationes requiem & ſecuritatẽ mœrentibus dabit. Nam vt cum poetaꝝ ſtudioſo,de Poetis aliquid referam:Omelibee,inquit, Deus nobis hæc ocia fecit.Ipſi itaq; agendæ ſunt gratiæ : vtpote ocii & quietis autori Vale·Florentiæ. Die.ii.Octobris. MDVI.

Alexandro Monacho Angelorum Floreñ.LVIIII.

r Eſtitutum fuiſſe te ſtudiis ac a ruſticatione ad vrbanã cõmorationem rediiſſe:plurimum gaudeo tui gratia.Nunc Mariæ nunc marthæ offitio fungeris:vt pareas Maiorum imperio:& vtriq; muneri te ſufficienter probeq; accõmodas.Sic profecto agendum eſt obedientiam profeſſo & ingenium bonum ſortito. Verum merito lætatus es obnoſtram a cenſuris liberationem. Fuimus enim diuturnius implicati,q̃ pro meritis:& ingenti re vera per tres & eo amplius menſes triſtitia oppleti,ac tenebris inuoluti. Tandem ortus eſt nobis ſol iuſtitiæ:mihiq; imprimis poſt longã expectationẽ aurora ſurrexit aurea: ſed non ſine auro.Ad quinquaginta ſiquidem aureos nũmos effudi : ne diutius ab altaris offitio & oblationibus hoſtiarum ꝓhiberer.Gauiſi tamẽ ſumus oẽs ꝓ compoſita tam diſpendioſa ac periculis plena lite monaſterii Carceꝝ. Omnia tempus habent:& pugnantibus pro defenſione religionis ſuæ vel ſera debetur victoria:Quæ vtinam ad animarum ſalutem ſicut ad ordinis decus profutura ſit:vt multiplicatis corporis congregationis membris,augeantur regularis obſeruationis ſtudia:creſcamuſq; omnes intemplum ſanctum in domino inhabitaculum dei in ſpiritu ſancto.Conueniſſe vos numeroſius Camaldulum ad concelebrãdum noſtrum ſancti Saluatoris Feſtum diem admodum probaui.Nam præterq̃ quod bonum fuerit ac iucundum coiiſſe fratres in vnum: quo maiorẽ exhibuiſtis honorem ac reuerentiam Saluatori,eo abundantiorem illius promerueritis gratiam.Eſt enim nomen ſuper omne nomen: præter quod non poterimus ſalui fieri.Saluos,inquit,fac nos Domine Deus noſter : & congrega nos de nationibus.Quomodo enim ſalutem conſequi poterimus:ſi obſtinato animo de fecerimus a vexillo Saluatoris?Intelligis quæ dico: dedit enim tibi dominus intellectum.Si ſatis Prior in excipiendis vobis offitio ſuo fecit : impleuit etiam votũ meum:& gratum habeo. Fulmine ictas per hos dies moniales

quaſdam florentiæ:& vos per duas noctes fuiſſe terremotibus perterritos: non ſine horrore legens didici. Subiit continuo pſalmigraphi tæſtimonium. Quo ibo a ſpiritu tuo:& quo a facie tua fugiam? Monet nos per aduerſa hæc Deus:& excitat ſocordiam noſtram: vt redeamus præuaricatores ad cor. Sic enim faciẽtes: ac cariſmata meliora emulantes nõ timebimus a timore nocturno, neq; a ſagitta volante in die Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxiii. Nouẽ. MDVI.

Baldaſari Cardutio Aduocato. LX.

f Viſſe tibi ſemper curæ honorem meum: tum alias frequenter tum modo ex nouiſſimis tuis litteris luce clarius animaduerti. Nec miror: cũ te mihi fideliſſimum ſemper amicum exhibueris:& proſecutus me fueris caritate nõ ficta. Non permittis: vt excidiſſe tibi videatur illud ſacri eloquii teſtimonium. Omni tempore diligit: qui amicus eſt. Tuæ iſti fidei tam ſingulari ſcio re vera q̃tũ debeã: q̃ obnoxius, ſim. Et quã tibi referre modo gratiã nõ poſſum: eã tibi ne dubita perpetuo ſum habiturus. Legi non ſemel exemplum litteraꝝ infidelis filii quod miſiſti:& percæpi abunde conatus perfidiæ illius. Succurrit mihi cõtinuo: quid de huiuſmodi obtrectatoribus fictiſq; amicis ſuis fateatur Hieronymus. Deoſculabantur, inquit, mihi quidam manus:& oreviperco detrahebant. Si vidiſſes q̃ crebris iſte genuflexionibus ſe mihi ſubmiſerit: quot me extulerit laudibus in quotidiano congreſſu: q̃ demum gnatonice blanditus fuerit mihi: longe profecto amplius odiſſes labia iniqua & linguam doloſam. De infidelitate vero iſtorum, inter quos modo verſor: nihil eſt, quod formides. Licet enim adhuc in vnienda religione concordes penitus nõ ſint mecum: eos tamẽ eiuſmodi nequaq̃ ſuſpiceris: qui latenter mihi & longe minus pro palam inſidias ſtruerent:& aduerſum me machinarentur dolos. Non ſunt iſti huius vafri & cõtumelioſi hominis ſimiles: qui facile diuina iura & humana peruertãt. Oderunt potius improbos & fraudulentos, ac duplices animo, & ad inferendam iniuriam inſtructos:& qui aliud ſimulant, aliud agunt. Huiuſmodi fallacium verſutorum ac veteratorum genus hic noſter nedum emulatur: ſed inter eos primatum tenet. Cõſulis tu: vt in eum animaduertam: quãdo præſertim alia olim ediderit ſuæ perfidiæ in ordinẽ argumenta. Non male ſane conſulis. Magnum eſt enim caritatis inditium: corrigere delinquentes. Qui parcit virgæ odit filiũ ſuum. Quoniã vero periculoſum eſt proprias vlciſci iniurias: ne irato animo nõ iuſtitiæ zelo ac ſtudio inſurrexiſſe aduerſus criminoſum iudicer: obſeruabo tempus quo paterno affectu rebellionis ipſum arguam: ſi forte confuſus audiat & quieſcat: neq; in optime de ſe meritum parentem amplius debacchetur. Si potuerit hoc pacto ab inſania reuocari: lucratus ero filium meum. Sin vero nec mea lenitate, ſuperatus pia noſtra reiecturus eſt monita:& effrenatus ac demẽs lingua doloſa perſequi innocẽtes cõtumaciter perrexerit: tũc vſurus ſum tandẽ ferro abſciſſionis:& ſi opus fuerit morbidã atq; infectã ouem ẽt de cõmunitate reliqui gregis exterminabo. Vale & negocia noſtra ſolita fide diligẽtiaq; curabis, Ex Monaſterio Sancti Michaelis Murani. Die. xiiii. Ianuarii. MDVII.

Bartholomæo Priori Angelorum. LXI.

m Igrauit ad ſuperos decima huius mẽſis die Paduanus Antiſtes: homo

vnanimis

vnanimis, hõ ſecundũ cor meũ. Migrauit aũt ea de ſe relicta exiſtimatione, qua ẽt vixe rat. Angit me vehemẽter obitus tanti viri: nõ qm̃ obdormiuerit in dño: & præſertim vitã, ærumnis & calamitatibus plenã cũ beata illa atq; cœleſti cõmutauerit vita: veꝝ qm̃ iucũdiſſima eius cõſuetudine grauiſſimiſq; colloquiis priuatus ſim. Fuit nimirum Paſtor bonus: & q ꝓdeſſe magis ſemp cõtẽdit gregi ſuo q̃ præeſſe. Audio ſiquidẽ Pa/duanũ populũ, atq; imprimis paupes & egeſtate oppſſos, quos diligẽtiſſime fouit, pa ternaq; miſeratione cõtinuis elemoſinis ſubſtẽtauit: haud ſiccis oculis ꝓſecutos fuiſſe. epi ſui funus. Tãtæ reuera ĩtegritatis extitit: vt difficilẽ ſucceſſoribus, qcũq; illi ſint fu/turi, ſui æmulationẽ reliquerit: & ne dũ ſupiorẽ aliquẽ, ſed ne parẽ qdem habiturus ſit. Orari iubebis pro defuncti aĩa: & ꝓ illa hoſtias offerri in odorẽ ſuauitatis Dño: qñ in mirũ omniũ ſemp fuerit religioſoꝝ amator & cultor. Veꝝ de hoc alias plenius. Recẽ/ti nãq; cõſternatus mœrore, loq diu nõ poſſum. Amiſi eni patrẽ pietate inſignẽ, amicũ fideliſſimũ: dimidiũ vtiq; aĩæ meæ. Significatũ eſt mihi pauloañ: nõ poſſe adhuc cõti/neri Abbatẽ ab acceſſu ad monaſteriũ. Si ita ſe res habet: admonebis illũ iure tuo: ad/monebis & moniales: vt ĩminens grande aliqd ſcandalũ deuitẽt. Alioquin non mihi ĩputauerint: ſiquid paſſuri ſint aduerſi. Vale cũ familia omni. Ex Monaſterio Sãcti Mi/chaelis Murani. Die. xv. Ianuarii. MDVII.

Petro Pedemõtano Eremitæ. LXII.

d E obitu Angeli cõuerſi heri primũ certiores facti ſumus: idq; nõ alicuius ve/ſtrũ lrĩs quod ſane mirati ſumus: ſed relatiõe Matthæi Monachi. Doluimus ſenioris & ꝓuecti hoĩs deceſſu: nõ qa ad meliora trãſierit: ſed q ꝓbũ & mo deſtũ cõuerſum amiſimus. Nota erat oĩbus ꝓbatiſſima eius fides, aliæq; virtutes: quæ ad moꝝ mãſuetudinẽ ac religionẽ ptinebãt. Qua vero cura & ĩtegritate redditus Ere mi ac Fõtis boni, & quæſtor & diſpẽſator adminiſtrauerit: neminẽ latet: vt non paruã nimiꝝ eius amiſſione iacturã fecerimus. Reddat ei Dñs mercedẽ laboꝝ, quos pro do/mibus nr̃is rãdiu ptulit: qñ ego nullũ exptus ſim: q pro cõſeruãdis bonis Eremi fuerit ſolicitus atq; anxius magis: cum æq; exigua & minima quæq;, ac magna curauerit: ni hilq; duxerit contẽnẽdũ, quod in vtilitate domeſticã cederet. Quin potius allatũ ſecũ ad Eremũ ex domo ſua peculiũ, exiguũ licet ac puſillũ, adeo ſua ĩduſtria auxit: vt præ/diũ moriturus, tritico & vino, aliiſq; exuberans rebus, reliquerit ĩ vſus familiæ atq; cõ fratrũ ſuorũ: quos ſemper amplius q̃ ꝓpinquos carne ſibi cõiunctiſſimos dilexit. Re/tribuat ei ꝓ nobis miſericors & miſerator Dñs: & opa manuũ eius ne dſpiciat. Cæteꝝ xii. huius mẽſis die deceſſit hic Petrus Monachus ſenior: q prius ĩ Eremo, poſtea p cõ plures ãnos Tauriſii vitã duxit: monialiũ nr̃arũ nõ tã capellanus & cuſtos, q̃ reuera ac curatiſſimus reformator. Pro illius migratiõe orari iubebis. Verũ nihilominus idip̃m fieri mãdabis meo noĩe Eremitis oĩbus pro fœlici obitu ĩnocẽtiſſimi atq; Sãctiſſimi Ep̃i nr̃i Paduani: q Decima huius mẽſis die, ſicut mihi iuſtũ eſt de tãto viro ſentire, ad æthereas trãſlatus ẽ ſedes. Fuit qdẽ ſingularis ĩtegritatis Antiſtes: & cui neſcio an faci le parẽ vita & doctrĩa iuenias. Vale Ex Sctõ Mic. Mu. die. xviii. Ianua. MDVII.

Mariano Cuccino Procuratori. LXIII.

s Olari me pgis ſup obitu Patauini Ep̃i: optimi reuera & Sctiſſimi Antiſtitis, ac mei admodũ amãtiſſimi. Feci ego luctũ vnici amici migratione vno die vel duo/bus: cuius mihi memoria, dũ memor ipſe mei fuero, nũq̃ excidet. Q ñ. n. obliuiſci il/lius potero: quẽ ſemp alteꝝ me arbitratus ſũ? Dulciſſima tãti viri tã fidelis neceſſarii ã pii pr̃is mihi ſẽp futura ẽ recordatio: quẽ ſẽp ĩ ãbiguis cõſului; q me fluctuãtẽ ad

ſis,grauiſſimis freq̄ter adhortatiōibus cōfirmauit,cōſternatū ac iacētē erexit:fatiga/tū ac p̄ſſū multiplicibus Gn̄alatus curis ſua benignitate recreauit:q deniq; pietate re/ligiōe,clæmētia liberalitate & elemoſinaꝝ largitiōe parē ſuo tpe nō hūit.Hæc ipo de functo (cū vera ſit laus,quæ i fine canit̄ & poſt cōſumationē) oēs vno cōſenſu de eo p̄dicāt:ſūmiſq; illū laudibus i cœlū ferūt:imo ad æthereas ſedes trāſlatū,venerant̄ & colūt.Quāta vero fuerit doctrīa p̄ditus:qs ignorat?Fuit.n.dīni humaniq; iuris pitiſſi mus:artibus quoq; pegrīs apprime ībntns.Cæteꝝ ſacraꝝ lr̄aꝝ ita ſtudioſus extitit:vt ī eo eruditiōis gn̄e,nemini fuerit ſecūdus.Sed de tāti viri virtutibus,alias fortaſſe la/tīus.Scripſi ad quæſtorē nr̄m:vt curet mittere ad te quā petiſti pecuniā.Et ſpo illū q̄/to citius cōflare ipam potuerit,mādata nr̄a ipletuꝝ.Vale.Ex Sācto Michaele Murani.

Die.iii.Februarii.MDVII. Gabrieli Priori Camalduli Floreñ.LXIIII.

Q Vas ad me dediſti nona&.xx.p̄teriti mēſis die:hodie veſpi mihi primū reddi tæ ſūt.Heri quoq; p famulū nr̄m alteras tuas cū munuſculo accæpi.Vēturus Florētiā haud ita multo poſt:paucis mō tecū agā.Vtar āt tecū ea libertate:q̄& ex offō,& ex pr̄no affectu dbeo.Cōmēdaſti tu mihi ꝓlixioribus lr̄is Caſſinēſē monachū:& ecō trario ꝓuocas me exēplo tuo:vt auertā faciē meā ab eo.Deſyderare.n.me cōpellis cō/ſtātiā tuā,& maiorē q̄ hactenus oñderis,erga Camalduléſē ordinē obediētiā & carita tē.Dilus es:& cōſtare adhuc tibi ipſi nō potes.Adhuc ānū i Prioratu iſto mime exegi/ſti:& diſtractus aio,nūc Buldronē,nūc Anglariū,nūc Populanū trāſferri reqris. Non ſūt iſta argumēta:quæ mihi ſpōdeāt,ſecus factuꝝ tātope mihi abs te cōmēdatū.Opi/nabar,abieciſſe te penitus Populani curā:vt i cōgregatiōe,& multoꝝ cætu,iā ſexage/narius viueres tutiuss.Es corpe Florētiæ,aio i alvieno fūdoerſaris.Cōfer Camaldulū cū Populano:& videbis,q̄tū & dignitate,& ſitu,& amænitatæ.Cœnobiū iſtud nobile,ab ouili illo,& capraꝝ diſtet hitaculo.Si hoc minime aduertis:cæcus ꝓfecto es:& pal pas i meridie.Vnire ego cōtēdo mōaſteria ordīs:vt cū adiutus a frībus fuero, & me/rito & nūero reformēt̄.Et tu a me honoratus i ordie,extra ordinē laborare mauis,& cū igēti ſalutis tuæ piculo aliena onera i Angariā portare feſtias.Abiice,oro,tādē abs te ſupfluā iſtā curā.Amplectere,quā ſemel atq; iteꝝ vouiſti Deo,beatā pauptatē.Imita re caput tuū:q nō hēbat,vbi reclinaret caput.Nihil peius:q̄ cupiditate ſeduci eū:q re/lictis oibus ſecutus ē xp̄m.Deniq;,ſi me audieris:nō erit i te Deus recēs:neq; adorabis Deū alienū.An ñ alienus Deus,auaritia:idoloꝝ ſeruitus?Hoc ſi excuſſeris a collo tuo iugū:ſi abſtuleris de medio tui cathenā:btūs es,& bñ tibi erit.A me quoq; pr̄na dilige tis beniuolētia:& q̄ti te faciā,palā oibus facturus ſū.Vale cū familia oi.Ex Fōte bono.

Die.xii.Aprilis.MDVII. Franciſco Pepio Doctori Florentino.LXV.

Q Vāto ſēp ſtudio cōtēderi monialiū nr̄aꝝ de Buldrone & i primis Abbatiſſæ ipſius honori cōſulere:ſūt ipſæ reuera teſtes optiæ.Feci āt id q̄libētiſſime:tū qa erga ācillas xp̄i meo,ad qd tenebar,fūctus ſū mūere:tū vero qꝫ mihi ſemp obediē tes fuer̄t:& mādata nr̄a haud repugnāter admiſer̄t.Conatus ſū ꝓviribus i ānuis viſita tiōibus meis cōſeruare illas i timore Dn̄i:hortatus pr̄no affectuvt i hūilitate ꝓficerēt:q̄ p̄cipue virtute i cœlū aſcēdit̄.Quid mō acciderit:vt reiecto capellano aliū reqrāt:me penitus latet.Veꝝ ex quo p tuā Magnitudinē ſignificatū ē mihi:imunes eē a culpa moniales & p̄ſerti matrē monaſterii: veniā (vt ſuades) & viſitabo demore cœnobiū,hiturus ſp rōnē bonæ exiſtimatōis & nois eiuſdē cōuētus:quē peculiari ꝓſequor pieta te.Abbatiſſavero tecū ꝓpiqtate cōiūcta:erit mihi ſp& ſuo merito& tuæ dignatōis gra tia cōmēdata.

tia cōmendata. Cara mihi vna cum ſacro illo virginum cœtu hactenus extitit. Vt poſt hac itidem ſint cariſſimæ, perpetuæ obedientiæ atq; humilitatis ſtudio merebuntur. Quod te potiſſimum interprete ac mecum cooperante facile fore confido. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxi. Aprilis. MDVII.

Diffinitoribus Capituli Congregationis. LXVI.

PRofecturus Florentiam in craſtinum: cū mihi nequaq̄ licuerit intereſſe vt petiſtis capitulo veſtro, apud Claſſem celebrando: has ad vos litteras mei vicarias do. Quas etiam iccirco per Priorem Fileti cenſui tranſmittēdas: vt quod in litteris minus aperte breuitatis ſtudio expræſſum fuerit: ipſe coram minutius ac particularius exponat: cui exhibebitis tanq̄ mihi metipſi indubitatam fidem. Primum quidem cogitanti mihi q̄tum oneris incumbat iís: qui rebus gubernandis præſunt: id ſuccurrit præ cæteris: vt cognito per viſitatorū relationem totius cōgregationis iſtius ſtatu: ſit vobis curæ, quos præficiatis monaſteriis: & non ſit apud vos perſonaꝝ accæptio. Noti ſunt vobis ſingulorum mores: nota ſtudia zelus religio fides ac timor dei. Quibus plus donauerit dominus: ab iis viciſſim plus exigatur: & quo quiſq; validiores habuerit humeros, eo plus oneris illi imponatur. Nec tantum aduertendum duco quos ad principalem monaſterioꝝ adminiſtrationē elegeritis: verum æque conſyderare vos oportet, ac maturo cōſilio decernere: quos in cœnobiis præſertim ditioribus atq; locupletioribus conſtituatis quæſtores: ne forte (qđ expertus loquor) nimiū cōfidentes decipiamini in reddēda ratione: neq; ita eis habenas laxetis: vt inſolleſcant per licentiam: & in ſuperfluos ſumptus ſubſtantias congregationis diſſipantes effuſius tranſcurrāt. Eſum carniū q̄topere improbauerim ſemper: immo q̄ accurate & regula ſanctiſſimi patris noſtri, & ſtatuta ordinis, & canones ipſi ꝓhibuerint: nemo veſtrum ignorat. Videtis ipſi met: non modo huiuſmodi cibum non prodeſſe corporibus: verum etiam longe plures infirmari, qui eo veſcuntur. Credo ego id propterea accidere: quoniam abutentes permiſſione regulæ, prætextu craſſioris ac inſalubrioris cœli, nō tā deuitamus hac præuaricatione malas valitudines: veꝝ ēt tali immoderantia vel procul eas euocamus atq; acerſimus. Mihi nimiꝝ ſi ſic viuere contingeret: nō modo me rediiſſe ad ſæculum putarem: verum ſcripturæ ſacræ admodum terrerer teſtimonio. Adhuc, inquit, eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira dei aſcendit ſuper eos. Quamobrem hortor vos omnes in domino: vbi per annos aliquot ollæ egypti ebullire permiſſæ ſunt: illæ tantummodo infirmis & nō bene valentibus inſeruiant. Veꝝ de hoc ſatis. Horarū canonicarū celebratio apud abbatiā iſtam mihi nō placet. Neq; enim ꝓbo, vt nocturna ſynaxis immaturo præuenta offitio, ſtatim poſt completorium perſoluatur: & laudes matutinæ, orto iam ſole, cum hora prima pariter coniungantur. Noui iſti ritus, nouæ cerimoniæ, quibus autoribus fuerint introductæ: me penitus latet. Habitare nō poſſumus, ſi cuiq; pro arbitrio viuere permiſſum fuerit vnius moris in domo: & conſequenter priuandi ſumus bonitate illa prophetica & iucunditate: ſi nō habitauerint fratres in vnum. Vnionem optamus: vnionem quærimus. Verum non aliter ampliari dilatari confirmariq; poterit: niſi idem dixerimus idem fecerimus oēs: & nō fuerint in nobis

ſchiſmata. Hæc igitur omnia conſyderantes fratres mei: ſi vt ſummatim repe-tem, dignos conſtitueritis domorum veſtrarum immo dominicarum diſpenſatores: ſi ciborum vetitorum intēperantiæ, quæ Adā de Paradiſo eiecit, & mēſæ epulis onuſtæ vbi opus fuerit moderate cōſulueritis: ſi cerimoniarum varietatē ad vniformē obſeruationē reducere curaueritis: & caritas fraternitatis māſerit apud vos: ſi deniq; oīa errorum abruperitis vincula: dilatabit Dn̄s terminos veſtros: & multiplicabit incremēta frugū iuſtitiæ veſtræ. Centuplū enim accipietis: & vitā æternā poſſidebitis. Quod vt fiat: ꝓ meo in vos paterno affectu & hortor & moneo. Valete. Ex Fōte bono. Die. xxvi. Aprilis. MDVII.

Petro de Porticu. Mona. LXVII.

c Vrialis effectus es: eo (vt arbitror) cōſilio: ac ſpe: vt trāquilliorē Romæ q̄ florētiæ vitā ducas: quod vereor: ne facile aſſecuturus ſis. Diſtare enī primo cœlū iſtud abhoc nō ignoras. Morum diuerſitatē haud iucundā tibi fore exiſtimo: Magnorum ſi tibi amicitiā conciliaueris: grauiorem illam hoc tēpore q̄ vtiliorem aut gratiorē ſenties: Libertatis ſtudioſus ac ſubiectionis ꝓ tuo ingenio impatiens: quomodo diuturniorē ſeruitutē paſſurus ſis nō video. Tuū erit nihilominus ad euitādā leuitatis notā firmare aliq̄diu greſſus tuos: nec te facile inde proripere, vbi in luce & conſpectu curiæ verſaris. Cæterum quā a me petis licentiā manēdi extra ordinē: ſuperfluo petis. Romæ es: vbi a colēdiſſimo ꝓtectore a ſummo Pōtifice, poterit tecū diſpēſari: ſi honeſtā iudicauerint petitionem tuā. Nō eſt ſuper hoc, cur me graues: & vtriuſq; noſtrū conſciētiæ ſcrupulū iniicias. Legi ego nō ſemel apud Bernardū De cōſyderatione ad Eugeniū: ꝙ curia facilius bonos admittere q̄ facere cōſueuerit. Et probare ipſe nequeo: vt clauſtralis, curialis efficiatur: niſi euidenti periculo profeſſionis ſuæ: Huc accædit: ꝙ labores iſthic ingentes atq; aſſiduos ſubiturus es: cum tibi ediuerſo & lucri exiguitas & incerta mercedis propoſita ſit ſpes. Si me audieris, qui te ꝓſequor paterno affectu & pietate: iactabis cogitatum tuū in dn̄o: & ipſe te enutriet. Alioqnin propheticum illud time. Maledictus homo: qui cōfidit in homine: & poſuit carnem brachium ſuum: & adeo recedit cor eius: Vale Florentiæ. Die. x. Maii. MDVII.

Petro de Porticu Monacho. LXVIII.

i N ſtas apud me opportune īportune: vt ſim liberalis in te: vt impleā votum tuum. Et non ſuccurrit tibi apoſtolicum teſtimonium. Petitis & nō accipitis: eo ꝙ male petatis. Et illud quoq; Eſaiæ vaticiniū. Vhæ q dicitis bonum malum: & malum bonum. Exiſtimas tu futuram tibi ſalubrem vrbanā iſtam cōmorationem ac libertate viuendi gaudentem: idq; mihi conaris perſuadere ac ſi nunq̄ Romæ fuiſſem: ac ſi nunq̄ opuſculum Pii ſecundi de miſeriis ac ſeruitute curialium perlegiſſem. Caue ne ſeducaris falſa opinione: & tandem experiaris re ipſa atq; vtinam non tuo incommodo: vter noſtrum rectius ſenſerit. Adduci ego non poſſum vt credam: maiore te religione inter curiales q̄ inter clauſtrales eſſe victurum. Habitabas commode in angelorum cœnobio in ordinis gremio: commēdabaris ab omnibus, ꝙ elegiſſes vel abiectus eſſe in domo dei tui: magis q̄ viuere in tabernaculis peccatorū. Et cito pœnituit te ſanioris conſilii. E portu tranquillo ac tuto in vaſtū ac procelloſum pontū raptus es: vbi facile timeri naufragium queat. Sed quādo hoc tibi perſuaderi nō pteſt:

iſthic

iſthic manendi tibi licentiam permitto:ad noſtræ dumtaxat beneplacitum vo/luntatis. Tuum erit, qui candidus cognominaris, curare iuxta ſapientis monita: vt oĩ tẽpore ſint veſtimẽta tua cãdida. Vale. Florẽtiæ. Die vltima Mai. MDVII.

Hieronymo Priori Veronæ. LXVIIII.

C Vm te dudum in cubili iacentem adierim Hieronyme fili: nõ poſſum ꝑ te nõ eſſe ſolicitus. Cupio enim tibi bene eſſe: vt ſit tibi mens ſana in corpore ſano. Quod ſi vtrũq; aſſequi nequeas: opto vt ſaltem parti conſulatur potiori. Siue languẽtes ſiue incolumes, morte afficimur tota die. Illa dorſo, illa ceruici hæret ſemper imminetq;. Beatus re vera is: quẽ cũ venerit Dñs ſicut fur ĩ nocte inueneritvigilantẽ. Deficiente igitur nobis quotidie ac labente vita: quo/ ꝓpius ad finem accedimus: eo vigilare ſollicitius debemus: vt quãdocũq; ſepa randũ fuerit perpetuũ a corruptibili, demigremus ſecuri. Quid autẽ te nunc de ceat in ancipiti ac diſcrimine poſitũ: cogita. Erigẽda eſt tibi altius mens: leuan/ di ad cœlum oculi. Precãdus eſt tibi excorde dñs: vt notũ faciat tibi finem tuũ, & numerum dieꝶ tuoꝶ: vt ſcias, quid deſit tibi. Infirmari te ad mortẽ: minime affirmo. Quia tamẽ polliceri tibi nõ poſſum, qđ nõ eſt meũ: qđ pater poſuit in ſua poteſtate: hortor te paterno affectu atq; ẽt obſecro ꝑ xp̃o: vt ſi hactenus for te diſtuliſti reconcilieris deo: atq; ita te cõpares contritione cõfeſſione ſatiſfactio ne: vt dignus futurus ſis, ſi te euocauerit altiſſimus regno cœleſti. Oro ꝑ te quo tidie: vt ex orare mihi liceat: præſtet Dñs, Valitudinem tuam cura q̃diligentiſ/ ſime. Florentiæ. Die prima Iunii. MDVII.

Antonio de MõteArchiep̃o ſypontyno & Auditori Cameræ. LXX.

F Vit apud nos per dies aliquot, atq; adhuc ẽ Antonius nepos tuus. Quã to feratur deſyderio: vt alicubi te autore cõſtituatur: vbi vacare cõmo/ de & vtiliter poſſit ſtudiis litterarũ: nõ ſemel nobis retulit. Quãobrẽ cũ honeſtiſ ſimum ſit adoleſcẽtis votum: iſq; totam ſuã in tua dignatione collocauerit ſpẽ: vt ei præſto ſis, hortor atq; obſecro. Si ipſum genuiſſes: neſcio an maiore cumu latioreq; te ꝓſequeretur veneratione atq; pietate. Te in ore frequẽter te in cor/ de ſemper habet. Verſari ei videris ante oculos: ſolitaq; humanitate, atq; ea ni mirũ fronte ipſi occurrere, qua cũ illũ inſtituebas ac formabas domi cõſueuiſti. Totus videtur recreari ac refici, cum de te loquitur: maximamq; ipſi affert volu/ ptatem vel abſentis tui memoria. Non dico q̃ta recolat gratitudine, q̃ ſuaui re/ cordatione recenſeat, impetratum ſibi abs te recens Sãcti Clæmentis benefitiũ. Crede mihi optime Antiſtes inieciſti ei ſtimulos ad capeſcendam virtutem: at/ q; ad ornandam tum egregiis moribus tum præclaris artibus adoleſcentiã: vt non modo ſubituram te pœnitentiam collati benefitii, non putem: verum po/ tius ad maiora ei exhibenda, te in dies animatum iri ardentius ſperem. Neq; ve ro icc irco ad te ſcribo: vt commendem tibi nepotem tuum: cum ſit tibi cariſſi/ mus: ſed vt magis teſtis ſim & ſuæ erga patruum obſeruantiæ, & vehemẽtis in litteraꝶ ſtudia ꝓpenſioriſq; deſyderii. Et quoniã legimus. Deſyderiũ ſi cõpleaẽ delectat animam: tuum erit curare paterna ſolicitudine: ne tam honeſta diutius bonæ indolis adoleſcens priuetur voluptate. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Iu/ lii. MDVII.

D. Benedecto De Mãdello Priori Sancti Ioãnis de Fauẽtia. LXXI.

s Ignificatum eſt mihi aquibuſdam Bononienſibus : viſitaſſe te monaſterium Sanctæ chriſtinæ,prout mandaueram tibi:idq; ſeruata vicaria tus autoritate ac dignitate.Quod ſuumopere approbauimus . Siquidem repugnãte epiſcopo Aſiſinate viſitationi tuæ:rata & firma ſint habita,quæ ipſe conſtituiſſes.Exterrere te credidit minacibus oculis ac verbis contumelioſis:a quibus illum audio nequaq̃ abſtinuiſſe.Verum tu intrepidus oppoſuiſti te murum pro domo domini pro libertate ordinis ꝓ monaſterii indemnitate. Adextris fuit tibi dominus:ne cõmouereris:icc irco non expauiſti ſublimiorem poteſtatẽ,cœleſti munitus ac circũſeptus auxilio . Expecto hac de re fieri abs te certior: qui omnibus , quæ illic geſta ſunt præfuiſti . Expeti intelligo acceſſum meum electionis futuræ tempore:nec deeſſe vel in ſexu infirmiori ambitionis ſtimulos. Vbi primum deferbuerit feruor æſtatis : accingam me ad iter tranſiturus Fauenria:vt & tu mecum venias. Neq; enim parum feciſſe videbimur : ſi contaminatum ac perturbatum a curialibus monaſterium,iterum per clauſtrales fuerit reformatum:atq; in priſtinam ſanctitatem reſtitutum . Interea deum precemur:vt conſilia noſtra futura ſint monialium illarum cœtui ſalutaria : ne quãdo nos ſuſcæpti pro illo itineris ac laboris pœniteat. Vale. Ex Fonte bono Die.v.Iulii.MDVII.

Benincaſæ Priori Pratalis.LXXI.

d Ediſti tu nimirum male ſibi conſulenti ſeniori conſilium ſanum.Obſecraſti vt parentem:vt rediret præuaricator ad cor:qui non obſecrationibus ſed increpationibus pro ſua duritia & obſtinatione dignus fuit. Vtinam ſaperet & intelligeret ac nouiſſima prouideret : ac mortem ſibi horis ſingulis impendentem proſpiceret.Quis enim de homine prouecto ac religioni obnoxio non peſſime ſentiat:qui contempto ac ſpreto monaſterio in paterna domo vitam periculo plenam tranſigendam elegit?Male ibi re vera hærere innocentiam,credi haud temere poteſt:vbi in poteſtate cuiuſq; eſt ſecretum ſcelus.Feciſti ſatis caritati in proximum:quem teneris diligere ſicut te ipſum. Noluit benedictionem: & elongabitur ab eo . Si mihi conſtaret : ꝙ ſolenniter eſſet in ordine profeſſus:cẽſuris illũ ad reditũ cogerẽ:vt implerẽ ſcita Põtificũ: nec obiiceret᷑ mihi.Ouẽ errãtẽ nõ reuocaſti.Viderit ipſe:qua excuſatione tã pulchrã bene faciẽdi ac per q̃ cõmode ſeniũ traducẽdi occaſionẽ aſpernetur ac reiiciat.Vale.Ex Fõte bono Die.vi,Iulii.MDVII.

Gabrieli Priori Camal.LXXIII.

m Irari nõ deſino incõſtantiã tuã.Niſi ꝙ cognita iãpridẽ ipſius cã,minus miror.Ingreſſus monaſticũ ordinẽ:vt ſecũdũ beati patris Benedicti regulã viueres:cur ante cõplures annos vitã elegeris laxiorem,quã conuentualem vocant:tu videris.Huius auerſionis tuæ cauſas non intelligo : niſi ꝙ cœpiſſe,multorũ eſt:ad finem perueniſſe paucorũ.Confregiſti tu ſemel iugũ Dñi:rupiſti vincula:cõtẽpſiſti reddere vota tua,quæ diſtinxerũt labia tua.Et reuocatus a me paterno affectu:eductuſq; de lacu miſeriæ:& de luto fecis occaſionẽ iteꝝ quæris,vt diſcedas ab amico:vt ꝓ tuo tibi liceat arbitrio viuere. Videris nõ poſſe ferre fractionẽ ſilentii,aut verbũ aliquod ĩmoderatũ,in regulari cœnobio:atq; immemor caritatis,quã proximo tuo debes ſcandalizari te ſimulas ad feſtucam in oculo fratris tui:ipſe in tuo trabem non vides . An non merito

trabem in oculo tuo ſentis:ꝙ cum poſſis honoratus in religione tum ſuæ ipſius
tum aliorum ſaluti cõſulere:redire ad vomitum quotidie geſtias : & excuſſo col
lo de ſubiugo regulæ,reiecta obedientia contempta paupertate , ambulare in
latitudine extraordinem abiectus malis? O te cœcum:ſi iſta nõ aduertis. Verum
quoniam mihi non vacat pluribus tecum agere:exprimam breuibus ſentẽtiam
meam. Obiicis tu mihi ſæpius,ad tui defenſionem , vtpote haud imperitus le/
gum,canonicas ſanctiones. Ego quoq; impræſentia,paria tecum faciam . Neq;
enim alia ratione flecti poſſe duritiam tuam,mihi perſuadeo:cum ſis durior ſili
ce:& amatus amantem contemnas:q̄ ſcripturæ ſacræ ac diuinarum inſtitutio/
num gladio ancipiti. Primum quidem dico:non licere tibi,cum ſemel manum
ad aratrũ miſeris,retro reſpicere. Vouete,inquit,& reddite domino deo veſtro,
omnes:qui incircuitu eius offertis munera. Poſſidere te oportet in patientia ani
mam tuam:ſi implere volueris apoſtolicum præceptum . Alter alterius onera
portate. Abel quippe eſſe rennit:quem Cain malitia non exercet. Et vt ſemel te
cum finiam:lege de regularibus capitulum nouiſſimum. Ex eo tibi euidentiſſi/
me conſtabit:quid te quid me oporteat facere. Si illud paruifaciendum duxeris
in eo ad quod te arctius obligat:enitar ego partes meas implere. Quod me ſa/
ne facturum ingenue tibi polliceor:ne quando exprobrari mihi cõtingat. Ouẽ
errantem,non reuocaſti. Vale. Ex Fonte bono. Die. viii. Iulii. MDVII.

Vgolino Verino Ciui Florentino. LXXIIII.

d E obitu Hieronymi Prioris Veronenſis filii noſtri,quæ ab aliis mihi fi
deliter relata fuerant,eadẽ ornata epiſtola tua & affectu in mortuũ ple
na mihi ſignificaſti. Fuit mihi pergratum ,quod amico olim tuo perſoluiſti de
bitum vel defuncto. Bene de te merito quã modo potes gratiam referre contẽ
dis:vt quid de litterato ac religioſo homine ſenſeris palam facias:& ipſe haud
indigno perfruatur præcone meritorum ſuorum. Fuit nimirum ſingulari inge/
nii magnitudine,nec non & præclara eruditione ac doctrina præditus: nec mo
do dicendi facultate ornatus,verum etiam non ignobilis inter iuris Pontificii
peritos loci fuit. Quod vero ego pluris facio,cum eſſet peregrinis ſtudiis & ar/
tibus expolitus:ſacram paginam ac diuina eloquia ita imprompcu habebat:vt
vni huic rei tantum dediſſe operam atq; eiuſdem ſolius profeſſor eminentiſſi/
mus videretur. Quo fit:vt nequaq̃ mirer:ꝙ communem mortem atq; omni/
bus debitam percæptis deinceps omnibus eccleſiaſticis ſacramentis compun/
ctus totus ac fuſus in lachrymas cõſtanter atq; intrepide excæperit. Cum enim
ex præteritis vitæ actibus ponderanda ſit mors: & hic non ſegniter ac remiſſe
tempus vitæ ſuæ permiſerit abſumi:facile adducor vt credam : defuncti ani/
mam corporis clauſtro ac tenebroſo terrenæ carnis domicilio emiſſam : ad
ſuperos atq; ad cœleſtem patriam euolaſſe. Quod ſi mihi præteritas quis
culpas obiiciat:cum non ſit homo ſuper terram,qui non peccet:& nemo ſit mũ
dus a ſorde etiã ſi vnius diei fuerit vita eius:conſydero ego ediuerſo ac mecum
reputo : præter diuturnam ac moleſtam ſatis valitudinem quam (vt audio)
æquanimiter tulit:animũ quoq; eius dolentẽ atq; afflictũ mirũinmodũ ob præ
teritoꝝ memoriã. Cor.n.cõtritũ & humiliatũ nõ aſpernat' deus . Huius ego rei

ſum optimus teſtis. Nam cũ ante aliquot obitus ipſius dies illum cubili iacentẽ viſitaſſem: dici vix poſſet q̃tis me lachrymis q̃tis ſingultibus ac ſuſpiriis excæperit: adeo vt pene me ĩpulerit ad collachrimandum ſecum. Magna mihi ſum/miſſione gratias egit: ꝙ ſe adiiſſem: precatus enixe vt memor ſui forem in ce/lebrationibus meis. Multa mecum (remotis arbitris) per vnius horæ ſpatium cõtulit tum de minus plene impleto profeſſionis ſuæ voto tum de breuitate hu/ius vitæ mortiſq; cõtemptu. Diſceſſi ab eo optime ædificatus. Quamobrem cum nihil fœlicius homini chriſtiano poſſit cõtingere, q̃ in domino mori. Beati enim mortui: qui in domino moriuntur: bene ſentiamus de conterraneo meo ꝙ portio eius dei miſeratione facta ſit in terra viuentium. Tu vero ſi angeris amici deſyderio: caue ne diutius id facias. Nam ſi grata erat tibi hominis cõuerſatio: gratius tibi eſſe longe magis debet: ꝙ audire dicentem illum exiſtimes. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, vnde & Saluatorem expectamus domi/num noſtrum: qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpo/ri claritatis ſuæ. Vale. Ex Fonte bono Die. xiii. Iulii. MDVII.

Gabrieli Priori Camalduli Floreñ. LXXV.

e X quo a vobis huc me contuli: nõ iui quoq̃ præterq̃ ad Eremum. Profecturus modo ad Muſoleam: reſpondere nõ poſſum prolixioribus litteris tuis: quas hodie reddidit mihi Paulus monachus. Sũmatim tantũmo/do te iterum atq; iterum hortandum atq; admonẽdum putaui: vt induas tan/dem viſcera miſericordiæ & in manſuetudine ſuſcipias verbum quod poteſt ſaluare animam tuam. Abiiciatur aliquando amaritudinis zelus: procul ſint cõ/tentiones & lites. Ne forte obiiciatur tibi ſi ſecus feceris. Homo homini reſer/uas iram: & adeo quæris medellam? In hominem ſimilem tui non habes miſe/ricordiam: & de peccatis tuis deprecaris? Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Datus eſt hominibus a deo pietatis affectus: vt mutua caritate ſe inuicem diligant foueant tueantur. Siquis dirupe/rit humanitatis vinculum: quomodo homo dicendus erit? Omnes, inquit, vos fratres eſtis: & profecto coniunctiores animis q̃ corporibus. Nunqnid abiecta humanitate ac germanitatis neceſſitudine, tãq̃ immanes feræ, quæ per ſyluas & nemora erraticam degunt vitam, nullam habebimus infirmitatis fraternæ ra/tionem? ac nos a præſtando indigentibus auxilio durius atq; obſtinatius remo/uebimus? Qui ſtas, inquit, vide ne cadas. Et alius quidam ait. Vix eum cras ſe/quimur: quem hodie præire videbamur. Deſcendiſſe refertur publicanus in do/mum ſuã iuſtificatus a phariſeo: idq; Saluatoris noſtri teſtimonio: qui nõ venit vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam. Deniq; ne te multis morer: quã/do etiam mihi in præſentia non vacat: ſi vis amari ama. Stude, nunc hunc, nunc illum allicere benigno ſermone: deuincire offitiis: prouocare omnes humani/tatis exemplo. Hoc fac: & viues. Viues inq̃ in tranquillitate & gaudio: neq; agi/tabitur animus tuus amplius cogitationum turbine ac procellis. Vale. Ex Fõte bono. Die. xix. Iulii. MDVII.

Euſebio Priolo Monacho. LXXVI.

i Ccirco potiſſimum & damus & accipimus litteras: vt ſiquid noui accidit abſentibus ſignificetur. At tu nouus iſtius vrbis incola longa tua

epiſtola

epiſtola id mihi dum taxat aperis, quod mihi erat notiſſimum: quo vtiq; ſis erga me animo: & nullam facis de mutatione loci mentionem. Vtrum videli/cet iſtius vrbis delectatione captus ſis: an illius vnde demigraſti, vbi natus atq; educatus es comparatione ipſam faſtidias. Quod ſit tibi Angelici conuen//tus grata conuerſatio & conuictus iucuudus. An complura iſta ordinis mem bra digna exiſtimes: quæ illis noſtratibus conferantur. Sit ne tibi cœlum iſtud, vrbis collibus cinctæ, ac monticulis ſubiacentis, q̄ patrii ſoli ac maritimi ſi tus ſalubrius. Hæc igitur & alia huiuſmodi cómunicaturum te mecum: quo te habere cariorem fateris neminem arbitratus ſum. Cæterum amori indulgens, reliqua omnia prætermiſiſti. Et fortaſſe haud imprudēter ſignificare iſta mihi, diſtuliſti: vt prius examinanda accurratius ſingula iudicaueris ac maturius pon deranda: & poſtmodum referendum, quid ſentias. Fuit mihi nihilominus gra/tum tuæ erga me pietatis teſtimonium. Te quoq; a me amari atq; amatum iri indies magis, ne dubites: idq; ea in primis ſpe: q; ita te geſturus ſis in hac tua peregrinatione apud Angelorum cœnobium: vt enutritus atq; inſtitutus in ſan cto Michaele videare: taleſq; tecum in regionem longinquā viuendi mores ac bonarum artium documenta detuliſſe: quæ merito ex Murianenſi officina exiſ/ſe dignoſcantur. Hoc ſane mihi exhibere gratius nihil potes: q̄ vt ſtudioſe con tendas reddere altiſſimo vota tua: quæ diſtinxerunt labia tua, Prior Angelicus adhuc apud nos eſt: delectatus hac alpeſtri cómoratione & clæmentiore cœlo. Is a me diligitur ſuo merito, & tua etiam cómendatione. Nec minus affitior. D. Dominico montis Sancti Sauini: cuius mihi iampridē comperta eſt fides. Sic enim mihi per annos aliquot, obediēter ac ſolicite miniſtrauit: vt dignus nimi/rum ſit, qui mihi ſemper futurus ſit q̄ cariſſimus. Eum, ſi nō dū diſceſſit, meo no mine ſalutabis. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Auguſti. MDVII.

Gabrieli Priori Camalduli Florentini. LXXVII.

SAtis ſuperq; contentionibus vacatum eſt. Et re vera longe vtilius re/dimi tempus potuit. Audi verbum abbreuiatum. Humiliatus ſum: & liberauit me. Piarum mentium eſt: ibi culpam agnoſcere: vbi culpa nó eſt. Quā to magis vbi illa cognoſcitur non de eſſe? Excuſas pariter & accuſas factum: atq; id exemplis confirmas. Ego vero nullis moueor aut prouocor ad imitan/dum exemplis: quæ a regula ſanctiſſimi noſtri legiſlatoris, aut a canonicis diſ/ſentiunt ſanctionibus, Abūdet vnuſquiſq; in ſuo ſenſu. Mihi ita educato ab ado leſcentia atq; inſtituto difficile quis perſuaſerit: vt clauſtrum in refectorium conuertatur. Noſtra iſta indulgentia effecit: vt noſtra hac tempeſtate rela//xatus ſit plurimum religionis rigor. Huius rei cauſam potiſſimum eſſe opi/nor, defectum caritatis: in hunc ego omnem culpā reiicio: Que noſtra ſunt quærimus: nō quæ Ieſu chriſti. A leuioribus ad grauiora ſenſim dillabimur: & q ad pugnā & colluctationem vocati, ſtare in acie armati die noctuq; tenemur: tanq̄ effœminati ac molles nouis atq; quotidianis ſeducimur blandimentis. Tu ſi me audieris, magiſtrā ſequeris regulam: neq; declinabis ad dexteram aut ad ſiniſtram. Si forte, cum præſto fuerit conſtitutus tibi terminus: q præteriri non poterit, confidenter dicturus ſis. Bonum certamen certaui: curſum conſu/

maui:fidem ſeruaui:in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Si eñi ſuſtinue/rimus:& corregnabimus, Vale cum familia omni. Ex Fonte bono. Die.iii. Au/guſti. MDVII.

Euſebio Priolo monacho. LXXVIII.

P Lacet ſummopere:ꝙ in omnibus iuditiis tuis modeſtia vtaris: & non ſis inferenda, de rebus deqꝫ moribus alienis ſententia, velox nimium ac præceps. Feſtinatio enim ſæpiſſime improuida eſt & cæca. Sic agẽs haud facile impinges & caute ingrediens, nõ offendes ad lapidem pedem tuũ. Sunt nanqꝫ prudentiæ partes imprimis:adhibere ad conſyderandas res & tem pus & diligentiam:vt quid inquaqꝫ reveꝝ ſit pſpici atqꝫ agnoſci queat. Quo cir ca improbandus non es:ꝙ differendum cenſueris mihi ſignificare : quid ſuper iis, quæ ad te ſcripſeream, opineris ac ſentias. Cauti ſiquidem eſt ac ꝓuidi : prius cogitatione proſpicere, atqꝫ accuratius meditari:quid accidere in vtranqꝫ partẽ poſſit:ne forte impetu animi & non iuditio prolata ſententia, aliquando dictu/rus ſit. Non putaram. Quod re vera in conſtantiæ ac læuitatis nõ effugeret infa miã. Mature igitur prius poderanda ſunt omnia:&(vt dicitur) manu tangẽda: & poſtmodum, quæ experientia magiſtra didiceris, certiore teſtimonio ac fideli aſſertione explicanda. Quod ſperes te ita profecturum indies magis:vt merito a me auctius diligendus ſis lætiſſimus legi. Et ego haud ſecus te facturum confi do. Neqꝫ enim putandus es, miſiſſe manum adaratrum, vt retro reſpicias. Nam cum in eodem ſtatu non permaneat homo:ſiquis in via hac qua ambulamus in qua abſconduntur laquei nobis, non progreditur: regredi illum neceſſe erit. Dirigenda eſt itaqꝫ tibi vita ad certam rationis normam:vt idem ipſe ſis extra patrium ſolum:qui fores apud parentes ac propinquos tuos. Sapienti ac pen/denti ex deo ſuo, cui nihil cum fortuna commune ſit:totus mundus patria eſt. Cæterum in articulo profectionis poſitus, vt ſuperatis alpibus Bononiam me cõferã:nõ ero longior tecũ modo. Forte in reditu te videbo. Velit Dñs:vt inco/lumis redeã:& peracto fœliciter, ad quod importuniſſime p tres & eo amplius mẽſes accerſitus ſum negocio. Longe enim difficilius reformantur, q̃ formãtur monaſteria. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxiiii. Auguſti. MDVII.

Cardinali Vrbinati. LXXVIIII.

P Etrus candidus nouus cynthorii abbas magna me ſemper beniuolen tia & pietate proſecutus eſt. Is vbi me aduenisse Florentiam agnouit, per ſingulos fere dies ſedulo me conueniens, vti ſemper moris eius fuit frequẽ ter de prælatis Romanæ curiæ, apud quam aliquandiu verſatus eſt:mecum cõ/tulit. Inter cæteros autẽ tot tantiſqꝫ dignationem tuam apud me extulit laudi/bus:vt plurimum indoluerim non meruiſſe me aliquando congreſſum aut ſal/tem conſpectum adeo pientiſſimi patris, principiſqꝫ clariſſimi. Verum in hoc, id admitto ſolatii, ꝙ ſicuti eſt loquendi arte gnarus Candidus hic noſter : ita te mihi ſermone ſuo luculento effinxit:vt cũ de te verba facit, non audire tua præ conia, ſed te ipſum potius videre mihi videar. Totus, inquit hic tantus Domi/nus in lectione diuinorum humanorumqꝫ librorum verſatur: & in lege Dñi meditatur die ac nocte : neqꝫ latinis tantum litteris, verum ẽt græcis ad emu/lationem Catonis, vel ſenior oblectatur. Qua vero præſtet religione tempe/

rantia, moderatione, integritate, difficile dictu eſt. Porro benignitatem, humanitatẽ, affabilitatem, tuæ amplitudinis: ſe plene referre nõ poſſe teſtatus eſt. Siquidem multorum excederet fidẽ. Quantum autem debeat tibi, quotidie eundem apud me ſermonem repetit, cum ſumma aſſertione tuoꝝ erga ſe officioꝝ. His illectus virtutum tuarum teſtimoniis, auſus ſum ignotus ad ignotum ſcribere, orans & obſecrans, vt me tantillum digneris in numerum clientulorum tuoꝝ aſciſcere: cuius ſum futurus p oẽm vitã meã ſtudioſiſſimus atq; obſeruãtiſſimus. Cõmendare pergerẽ tuæ pietati cõmunẽ filium, harum mearũ litteraꝝ latorẽ futurum: niſi id me facturum ſuperfluo, arbitrarer, Quoniam tamẽ ex abũdantia cordis, os loquitur: vt vtrumq; noſtrum tuo patrocinio tuearis, & ambo ſimus tibi curæ futuri, q̃ enixiſſime contendo abs te. Vale. Florentiæ. Die. xxvi. Octobris. MDVII.

Ignatio Abbati Caſſineñ. LXXX.

Q Vam de Cypriano Lactantius, eandẽ ego, pro captu meo tenuiq; iudicio: vbi perlegi orationẽ tuam, de te ſententiam tuli: Erat, inquit, ille, ingenio facili copioſo ſuaui. Magna nimirũ affectus ſum voluptate: dum illius & vim & venuſtatem & copiam, ſeruato nihilominus perſonæ tuæ decoro mecum penſitabam. Potuiſti tu facile nõ modo cõuentus illos Siculos, eatenus inſtituto inſeruiẽtes laxiori, ad arctioris ac formatioris vitæ normam traducere: atq; bene beateq; viuendum, ſermonis tui lænocinio allicere: verum etiam totam ſacro tuo Caſſineñ ordini Siciliam conciliare. Benedictus Deus: qui iuxta Eſaianũ elogium, dedit tibi linguam eruditam, vt ſcires ſuſtẽtare eos, qui lapſi ſunt verbo. Qua ſane re nihil diuinius excogitari poſſe arbitror. Decoraſti tu q̃dem atq; illuſtraſti hac tua actione tum vniuerſum monaſticum ordinem, tum vero imprimis Caſſineñ Cõgregationẽ. Perge itaq; vt facis abba pater: & traditum tibi talẽtum religioſo obſequio ac zelo, in plures eroga: ſi forte lucrari potueris fratres tuos: illos inq̃ fratres, qui mollius ac remiſſius aſſueti hactenus vitam ducere: digni habiti ſunt: quos ſacer cætus veſter in melius erudiendos reformandoſq; ſuſcæperit. Erit hoc tibi honori & gloriæ: & omnibus bene inſtitutis, gaudio & voluptati: cum ingreſſus rex ad Caſſinenſes nuptias: neminẽ inuenerit diſcumbẽtium, non veſtitum veſte nuptiali. Vale. Florentiæ. Die. xxviii. Octobris. MDVII.

Raymundo ſecretario & Procuratori. LXXXI.

N Oluit abbas cynthorii, tui imprimis ſtudioſus, ſine meis ad te litteris redire in vrbem. Hoc autem a me (vt coniicere potui) iccirco potiſſimum contendit: vt meo apud te, de ſua erga te fide vteretur teſtimonio. Superfluũ hoc eſſe aiebam: ei amicũ commẽdare, qui a nemine ſe in amore ſuperari pmitteret: & qui omnes, de quorũ ipſe eſſet numero, litteratos præ cæteris diligeret, atq; amplecteretur. Cogitabam præterea, nõ poſſe te eũ habere cõtemptui, aut eius non agnoſcere virtutes: quem abbatiali dignitate communis patroni benignitas, ſapienti iuditio ornandum curauit. Cõmendo nihilominus ipſum tuæ pietati: quem eo cumulatiore debes ꝓſequi caritateq; cũ ſis antiquus curiæ alumnus, ipſe quoq; ex clauſtrali curialis nuper factus, tantũ virorum clariſſimorum ac doctrina præſtantium, qui ibidẽ ſcatent, delectatur contubernio: vt reliquã omnem peregrinationem qua diutius fatigatus eſt ob-

ſcuram & ſordidam,præter Romanam putet. Ego vero,qui ipſum olim diligo paterno affectu,opto magnopere,vt non tam peritorũ eruditione,q̃ longe magis imitatione Sanctorum quorum infinitis reliquiis vrbs ipſa decoratur,proficere ſtudeat:eorum inq̃ Sanctorum,qui per fidem vicerunt regna , operati ſunt iuſtitiam:adepti ſunt repromiſſiones: quorum hodie merito ſolennia per vniuerſum orbẽ celebrantur. Vale. Ex Fonte bono, Die prima Nouẽbris. MDVII.

Benincaſæ Priori Pratalis. LXXXII.

h Omo,inquit,ſapiens,qui blandis fictiſq; ſermonibus loquitur amico ſuo:rete expandit greſſibus eius. Hoc ne mihi eueniat : liberum a me reſpóſum accipies. Quod apud me libentius in pane & aqua q̃ alibi in delitiis, vitam duceres:pro hac tua in me beniuolentia,habeo tibi gratiam. Quod vero ſi tibi defuerit apud me locus,extra ordinem decreueris habitare:& quod abſurdius eſt contra ordinis ſcita magiſtrum fieri puerorum ſæculariũ:idq; apoſtolica autoritate: hoc ſummopere improbo. Nam & ſi impetrata diſpẽſatione,ad excuſandas excuſationes in peccatis,ſubire te magiſterii onus auaritia impulerit,euitare ſane nó poteris diuinam cõminationem. Nemo ait mittens manum ſuam ad aratrum:& reſpiciens retro:aptus eſt regno Dei. Reddere teneris vota tua quæ diſtinxerunt labia tua. Et tu te iritare illa poſſe,autoritate apoſtolica putas:cum tuã cóſcientiam cœleſtis ſententia ligatã arctius teneat? Si te ſciret Pontifex,habere benefitium,ſitu amœnũ cœlo ſalubri,cuius poſſis redditibus viuere:credis ne permiſſurum ipſum tibi: vt abrogatis conſtitutionibus,quas te obſeruaturũ ſoléniter profeſſus es indulgeres vitæ laxiori: & ſub prætextu reformandi cœnobioli tui quæſtus tibi illicitos cóparares? Non te agnoſco adeo inſipientem: vt hoc tibi perſuadeas. Quãobrem ſi me audieris:eris contentus ſorte tua:& cui ſemel coniunctus es ſpirituali cónubio:ſeruare illi fidem perſeuerãtiſſime contendes. Quod ſi ſecus feceris:& ei libellum repudii ſine legitima cauſa dederis:quibus te inuoluas periculis cogita. Caue,ne adepta magno labore & multorum ſcandalo pecunia,tanq̃ compedibus illigatum:te a via veritatis excludat:atq; intẽtum terreno lucro,quod ad ſolius corporis pertinet cultum:animum a diuinorũ contemplatione detorqueat. Mihi ſi aliquando fueris neceſſarius:paterno requireris affectu. Vale. Ex Fóte bono. Die. iiii. Nouẽbris. MDVII.

Marco Antonio phiſico. LXXXIII.

e T amoris & fidei plenas heriveſperi litteras tuas accæpi. Quod enim maius dilectionis ſignum,q̃ cum eo eſſe cupere dies ac noctes,quem vix ſemel videris,& cnm quo vnico tantum,& illo quidem imperfecto ſermone fueris congreſſus? Quod eſſe potuit luculentius fidei tuæ argumentum : q̃ vltro ægrotanti cauſas morbi aperire: vt bis cognitis ac deuitatis,haud facile recidiuam patiatur? Pro vtroq; ago gratias tuæ pietati. Fuerunt mihi pergratæ quæ ex medicinæ principibus collecta ad me tranſmiſiſti vna cnm tuo,de mea complexione & natura iudicio. Accedo ego facile opinioni tuæ,& in ſentẽtiam tuam venio:id imprimis affirmans,obeſſe mihi præcæteris ocium. Hoc ex frequentibus meis peregrinationibus coniicio:quibus neceſſario arceor a nimia lectione atq; ſcriptione. Domi autem ab hoc officio,quod optime noui impe-

dire

dire concoctionem, nõ poſſum me continere. Alioquin conterendum mihi fo-ret multum temporis: cõtra apoſtolicum præceptum. Redimentes, inquit, tempus: quoniam dies mali ſunt. De cibis & potibus, vt paucis me abſoluam, iampridem ſtatui, ſequendam mihi eſſe potius monachorum q̃ medicorꝫ obſeruationem. Regulari vitæ addicti in dño debemus confidere: cuius eſt contrarium Hypocrati & Galieno dogma. Manducate, inquit, quæ apponũtur vobis. Si diſcernere voluerimus inter cibaria, & cum multis cõuenire dicẽtibus: lac capiti nocet: caſeus ſtomachum grauat: caulis auget melãcoliam: porri coleram accẽdunt: legumina ſunt ventoſa: & mille alia id genus: ſecuti videbimur magis Galienũ q̃ chriſtum. Neq; hoc iccirco dicimus: ꝙ contẽnendam medicinam, illiuſq; profeſſores putemus: quando in ſacris etiam codicibus reperiatur: Honora medicum: etenim propter neceſſitatẽ creauit illum altiſſimus. Et mihi (vt ſcias) ſemper fuit gratiſſima in infimitatibus meis medicorꝫ viſitatio: quando præſertim aliquid grauius paſſus ſum. Non enim acceleranda eſt nobis mors: cum nõ ſit exeundum e caſtris iniuſſu imperatoris. Victuri tamen ſumus: q̃diu placuerit Domino: qui vnicuiq; conſtituit terminos, qui præteriri non poterunt. Nõ ero modo tecum prolixior ne cõtemnere conſilium tuum videar: dum in ſcribẽdo herentes pauimento pedes adhuc tumidiores, prouocare videantur abundantiorem cacochymiæ deſcẽſum. Vale. Ex Fõte bono. Die. xi. Nouẽbris. MDVII.

Raymundo, Secretario. LXXXIIII.

V Ideris tibi in principio litterarꝫ tuarꝫ: futurus apud me loquatior: & ꝓ hac re a me veniam petis: quaſi vero multa a ſcribẽte paucis comprehendi queant: & tu ita ſcribas: vt ſcripta tua lectorem faſtidiãt. Abiice abs te iſtã curam: & cum tibi per occupationes licuerit: non modo longiores ad me epiſtolas mitte: ſed quæ ſua prolixitate vel opuſcula præſeferant. Sum etenim illas ſemper ſingulari lecturus voluptate, habita tum ſtili, tum fidei ſcribentis ratione. Quod namq; eſſe luculentius tui erga me amoris argumẽtum poteſt: q̃ ſpõtanea & conſtans aſſertio tua: ꝙ cum in negocio Bononienſi, mei gratia, calumnias ſubieris, optare te dicas pati grauiora? Referat Dominus pietati huic tuæ gratiam pro me: & quidem, ſicut cupio, cumulatiſſimam: Adeo vero cõmode cõmemoraſti & grauiter, quem habuiſti cum aduerſariis noſtris coram Protectore congreſſum: vt interfuiſſe me certamini putauerim. Fuit tibi ꝓ veritate dimicanti a dextris Dominus ne cõmouereris: Cuius auxilio ſolus trium conatus fregiſti, atq; in fugam confuſione plenos conuertiſti. Humiliaſti imprimis calumniatorem: quoniam nimirum magna eſt veritatis vis: Latere aliq̃diu atq; occultari malignorum improbitate poteſt: ſed amica temporis ſe ipſam tandem in lucem profert. Inſurrexerunt, inquit, in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Nihil enim mendacio imbecillius, nihil quod facilius de prehendatur & effluat. Complures tecum certauerunt: vt a veritate ſe alienos eſſe oſtenderẽt qui multitudine ſe armauerunt. Detexiſti tu vnus circumueniẽtium inſidias coram iudice haud minus oculatiſſimo, q̃ æquiſſimo: cuius præſentia erubuiſſe illos arbitror. Suſcæpiſti tu ſemel patrocinium & tutellam pro virginibus ſacris, opus ſane pium, atq; accæptum Deo. Confidunt, illæ in te plurimum, nec dubi-

tant fraudatum ſe iri a ſpe, quam in tua probitate & virtute communi conſenſu (de noſtris intelligo) repoſuerũt. Nam quo ſint in te animo hoſpites illæ: opti me noſti. Verum q cupis: vt aſperior atq; horridior hyems me Florentiam im pellat, vt ſimul cõmodius congrederemur ambo: ſcias id nõ mihi, q̃ tibi futurũ fuiſſe minus gratũ. Tantum vero abeſt, vt horridioris cœli atq; in clementioris deuitẽ frigora: vt Apenninus hic noſter mihi referat vernum tẽpus. Roſæ ad me frequenter deferuntur: mala etiã grandiuſcula ad caſtanearum magnitudinẽ vi/ di: fraga humi naſcentia, & huiuſmodi paſſim reperiuntur. Niuium quibus altiſ ſimis obſitus eſſe his temporibus mons Eremi noſtræ cõſueuerat, vix tantũ re/ perias quod manu cõprimas. Sed qñ ſatis per litteras expreſſiſti, quæ corã fuiſ/ ſent cõferenda: minus moleſte feramus abſentiã noſtrã. Amari me a Cynthorii abbate, iãpridẽ noui: nec vllius indigeo teſtimonio. Semp. n. ex quo mecũ iniit amicitiam idẽ perſeuerauit: ſeruauitq; (vtpote fidelis & prudens) in amore con ſtantiã: Dignus ſane eſt ab ſingularẽ ipſius in me pietatẽ, cuius ſim futurus haud immemor. De eruditiõe eius nihil dico. Tu es iudex optimus, q̃tum ingenio & doctrina præſtet. Si qñ in vnum conuenient prælati ordinis: vt eorum cõſenſu ali quis in curia confirmandus foret: hunc ſemp cæteris præponerẽ. Quod e re or dinis (vt ipſe quoq; ſentis) futurum non dubitarẽ. Quem miſi cum litteris pro tectoris ad Epiſcopũ Millẽ. pro recuperanda mitra Eremi: nõdum rediit: ſpe/ ramus ipſum cũ mitra rediturum: niſi penitus deſipuerit Epiſcopus. Huius rei euentus, cum reuerſus ad nos fuerit quem miſimus, certior fies. Vale Ex Muſo/ lea. Die. xx. Decembris. MDVII. Petro Pedemontano Eremitæ. LXXXV.

P Eccaſſe cõuerſum, q iuſſus abs te vt veniam peteret, humilari cõtẽpſe/ rit: non inficior. Hoc præter in clementiorẽ ac duriorẽ eius naturã, ſin gularitati vitæ eius tribuo: quæ eſt proculdubio elationis mater. Vo/ luit abſtinere a vino carnẽ ſuam: & alia facere: præter morem loci: quod nimirum viuendi genus ſemper improbaui. Qui hoc facit quod nemo mirantur oẽs. Et vbi eſt de noſtro ſingulari inſtituto admiratio: ibi continuo eſt fomentum va/ nitatis & inanis gloriæ pabulum: quæ humilitati penitus aduerſatur. Merito ita q; culpandus eſt: q ſubdi neglexerit: q non ſtatim agnouerit peccatum ſuum. Siquidem vel immunis a delicto parere debuit imperanti: cum piarum mentiũ ſit, ibi culpam agnoſcere: vbi culpa non eſt: quanto magis reus, & noxæ obno/ xius? Quod vero ſuſpicatus fueris: ipſum de vobis omnibus fuiſſe apud me ob locutum: & propterea in fratrem immoderatius inuectus es: haud penitus pro/ bo. Quid enim ſi peccauit in te coeremita? nunquid tot affici contumeliis de/ buit? Oblata fuit tibi promerendi occaſio per patientiam: & abuti ea viſus es. In lege quid ſcriptum ſit, peritus legis non ignoras. Diliges, inquit, proximum tu um: ſicut te ipſum. Si febribus æſtuaret frater tuus: aut phreneſi correptus in te proſiliret: & iniuriis afficeret: nunquid in eum inſurgeres aut cõtumelioſe mor bis affecto reſponderes? An non magis ſui miſericordiam tibi moueret? Sic ni mirum, immo longe amplius tenemur compati animarũ infirmitatibus. Quo enim pretioſior eſt atq; nobilior anima q̃ corpus: eo eſt illi ſolicitior adhiben/ da cura: vt ſic lucremur fratres noſtros: pro quibus Saluator animam ſuam po/

ſuit.

fuit.Hoc te admonitum volui:cum ſim Eremitarum pater:vt depoſita ſi quā
fuit inter vos indignatione & ira:proximos natalitios feſtos dies pacatis ani/
mis & exhilaratis cordibus excipiatis. Siquis(quod abſit) inexorabilis appa/
ruerit:vos,inquit Paulus,qui ſpirituales eſtis:inſtruite huiuſmodi in ſpiritu le/
nitatis:conſyderans te ipſum:ne & tu tenteris. Vale. Ex Muſolea. Die.xxiii.De/
cembris.MDVII.

Cardinali Vrbinati.LXXXVI.

p Arcat Deus Candido illi noſtro:qui de me apud dignationem tuam
verba faciens,eum me tibi eſſe perſuaſit:qui profecto non ſum. Exceſ
ſit modum in me cōmendando,decæptus nimia erga me dilectione.
Tu vero optime pater pro tua innata benignitate:facile referentis teſtimonio
credidiſti:quoniam caritas omnia credit.Ego autem qui de me ipſo non fallor,
confundor nimirum totus & erubeſco:ꝙ me tantillum longe pluris facere vi/
dearis,q̄ pro meritis.Detuli quidem habitum religionis ab adoleſcentia mea
ad hanc vſqꝫ diem:ſed vtinam eius candorem frequentibus præuaricationibus
& culpis nō commaculaſſem: vt omni tempore iuxta ſapientis monita fuiſſent
veſtimenta mea candida:reddidiſſemqꝫ accuratius Domino vota mea:quæ di
ſtinxerūt labia mea.Quod vero grata fuerit tuæ amplitudini epiſtola mea: gra
ta,conciliata per candidum mutua beniuolentia:ꝙqꝫ totis (vt ſcribis) animis
cupias me coram videre & alloqui : hæc omnia iccirco legi iocundiſſime : ꝙ
perſpicue præſeferrent,quam mitis fores & humilis corde : Ex his quæ ſcripſi
probare potuiſti fidem erga te meam:animumqꝫ obſeruantiſſimum tuæ ſancti/
moniæ ac probitatis.Eam vtinam ita imitari,ſicut admirari facile poſſem.Ami
citiam autem tuam,exquo ea me ſeruulum tuum dignum iudicas,tanti facio,q̄
ti quod faciendum eſt maximi.Pro ea quando ad referendam gratiam ſatiſface
re tibi minime par ſum:ad prædicandam nimirum & habendam,ſatis me eſſe
facturum ne dubites.Superare me officiis poteris:bona voluntate haud facile
poteris Domine Colēdiſſime.Si mihi contigerit venire in vrbem:vel hac po/
tiſſimum de cauſa eo me recipiam q̄libentiſſime,vt eius fruar præſentia & allo
quio in quo ſplendidius eluceat ſanctitatis exemplum:atqꝫ imprimis humilita/
tis inſigne.Quæ mihi de te candidus retulit:inferiora eſſe meritis tuis arbitror.
Nam loquella tua manifeſtum te facit:vt merito mihi perſuadeam:te tua virtu
te religione,humanitate,cum ſingulari honore & gloria,dignitatem ſupremā
proximam fuiſſe cōſecutum.Vale.Ex Fōte bono.Die vltima Decēbris.MDVII.

Bartholomeo de Morſis Priori Angelorum..LXXXVII.

m Anſit apud nos in hoc noſtro Muſoleæ ſeceſſu ruſticano cariſſimus fi/
lius noſter Euſebius monachus,ꝑ dies aliquot. Eius nobis eo gratior
extitit cōuerſatio atqꝫ præſentia:ꝙ cum relaxandi animi,ac intermittendorum
aliq̄diu ſtudiorum gratia huc ipſum aduenîſſe putauerim:longe nimirum ſecus
ſe habuit.Nam die noctuqꝫ in lege Domini meditatus:ita aſſidue lectioni vaca
uit:ac ſi in cœnobio fuiſſet.Et vt ſcias haud fruſtra ipſum dediſſe operam ſtudi/
is:& eccleſiaſtica fuiſſe eruditione imbutum : in die purgationis Sanctæ Ma/
rie,noſtra munitus benedictione & conſenſu:exiit ſeminare ſemen ſuum:atqꝫ
apud Pratum vetus,euangelizato Dei verbo cum bona auditorum gratia ſuæ

prædicationis initia dedicauit. Quamobrem functurus poſt hac, vbi opus fue/
rit, apoſtolico euangelizandi munere: vt adoleſcẽtiam eius nemo contemnat:
nõ improbarem, ſi tua interceſſione per diſpenſationem Põtificis ſuper defectu
ætatis tẽpeſtiuius promoueretur ad ſacerdotiũ. Factus enim preſbyter maiore
cũ autoritate aggrederetur prædicationis officiũ: & iunior cẽſeri minime poſ/
ſet: qui non tã doctrina & moribus, q̃ ipſo noĩe ſenior videretur. Vale. Ex Mu/
ſolea. Die. xi. Februarii. MDVIII.

Euſebio Priolo Monacho. LXXXVIII.

Dueniſſe viſitatores Florẽtiã: ex tuis litteris, & Antonii teſtimonio in/
a tellexi. Eos meo noĩe ſalutabis: & vt viſitationem ingenue peragant,
ad cõfirmationem regularis vitæ hortaberis. Si hac, vt ſpero, redituri
erunt in domos ſuas: videbo eos per q̃ iocũde. De tua vero intempeſtiua ad ſa
cerdotium promotione: ſi neceſſitas aliqua vrgeat: & patres illi tui non diſſen/
tiant: ſcripſi Priori tuo quid opinarer. Alioquin nõ eſt præpropere ad eã digni/
tatem feſtinandũ. Vbi requiritur aliqua in re diſpenſatio: præſumitur defectus.
Defectus vero impfectionẽ neceſſario indicat. Perfectus vero eſſe debet, & æta/
te & moribus tantæ dignitati præficiẽdus: ne videaris vſurpaſſe tibimet hono
rem: ſed traditum potius conſenſu patrũ, neceſſario exercere. Cito labitur tem/
pus: & triẽnium, quod tibi forte supereſt, tanq̃ dies heſterna, quæ præteriit. Fru/
ctus præcoces inſipidiores ac minus grati eſſe cõſueuerunt. Vacare interea libe
rius tibi licuerit ſtudiis tuis: & in ſcripturarũ ſacrarũ lectione ꝓficere: vt opus,
quod cœpiſti, facere euãgeliſtæ: cõmodius queas. Quod tunc munus recte im/
pleueris: cũ adoleſcentiæ rebelles atq; inſanos motus rationis freno cohibere
perrexeris: atq; in ipſo tẽpeſtatum procellarũq; turbine & impetu illæſam ſer/
uare nauem contenderis. Cœpit enim Ieſus facere: poſtea docere. Vale. Ex Mu/
ſolea. Die. xxiii. Febrna. MDVIII.

Petro Cãdido Abbati Cynthorii. LXXXIX.

I mihi muneribus, vti ſcribis, paranda erit neceſſario ac ẽt cõſeruãda,
s curialium atq; imprimis magnorũ viroꝝ beniuolentia: vt pro digni/
tate cuiuſq; & amplitudine a me illa deſtinanda ſint: breui mihi exhaurienda fue
rit Eremi ſubſtantiola: longeq; impares futuri ſunt ſumptibus iſtis prouentus
noſtri. Verũ non ſum is: qui facile tecũ ſentiam: vt omnes putem huic eſſe cupi
ditati obnoxios. Sic enim reor, in tanta proborũ virorum copia, quibus ſcatet
Romana curia, multos eſſe Antiſtites cõtinentiſſimos: non modo alieni non ap
petentes, veꝝ etiã excutientes manus ab omni munere: imo vero facultates ſu/
as pauperũ neceſſitatibus cõicantes. Horũ de numero ipſum eſſe non negaue/
ris ad quem de more xẽniolum dudum tranſmiſſum eſt. Parui ego ſemp facerẽ
eorum amicitiã: quam mihi non vera caritas, ſed largitio cõciliaſſet. Secuturus
ſum veterem meã in huiuſmodi cõſuetudinem: futuruſq; omnibus me diligen/
tibus, vbi re ipſa minime potuero, at bona voluntate & corde puro, & caritate
non ficta, cumulatiſſime gratus. Si demandata fuerit Reuerendiſſimo Vrbinati
legatio Bononiẽn. optime cõſultum fuerit, tum ciuitati vniuerſæ, tum ẽt noſtro
illi vexato monaſterio ac patrocinio deſtituto. Vbi cognouerit Dñs pientiſſi/
mus, quot labores ad id reformandũ pertulerim: quæ ibi ad regularem vitam
pertinentia intrepide cõſtituerim: nihil ipſum ex iis improbaturũ ſpero. Veniat

modo

mõ:nec decreti ſui põtificẽ pœniteat. Fuđurũ eũ nõ dubito legatiõis officio q̃ di ligẽtiſſime, & ſũma oium grã:nec minus lænitate ac mãſuetudine, q̃ autoritate & ĩpio, Bononiẽſibus ꝓ futurũ. Cũ.n.(vt es ip̃e optimus teſtis)in oĩ virtutũ gñe p̃ſtãtiſſimus hic præſul excellat:ac ĩprimis ſcitatis luce p̃fulgeat:facile ſua induſtria, & vitæ cõpoſitæ exẽplo, diſſidẽtiũ animos ad cõcordiã reuocabit:efficietq; vt ceſſura ſint penitus arma togæ, ĩ vrbe illa inclyta & litterarũ nutrice. Impleat Dñs votũ meũ. Eius amplitudini me cõmendabis. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiiii. Februarii. MDVIII. Benincaſæ Priori Pratalis. XCI.

d Ebes iis plurimũ:quoꝝ cõſilio mutaſti ſñiam trãſmigrãdi alio. Vbi.n. cõmodius & tranqllius reliquũ, qđ tibi ſup eſt, tẽporis cõſumere tibi liceat:q̃ apud ꝓprios lares? Eſto bñficiũ tuũ haud pinguiores habet ꝓuentus:nõ magnifice extructũ eſt:nõ amplitudine ſua eſt multoꝝ capax. Quid ſunt quæſo diuitiæ, niſi onera, qbus premimur:niſi ſpinæ:qbus quotidie pungimur, & ſuffocamur? Legiſſe te arbitror, cũ ſis poetarũ ſtudioſus, qđ vnus exillis olim ſibi fuerit ĩprecatus dicẽs. Me mea paupertas vitæ traducat inerti:Dũ meus exiguo luceat igne focus. Beatus es nimirũ, ſi bñ cõſyderes ſtatũ tuũ. Ditiores in hoc mũdo, iccirco pauperiores ſunt merito exiſtimãdi:ꝙ pluribus indigẽt. Itaq; eſto cõtẽtus ſorte tua:& rerũ tẽporaliũ curã abiice. Vſum tibi pedũ ſurripuit Dñs:vt cõtineas te domi:& monaſticã ac ſolitariã vitã ducas:& lrario ocio dulcius oble đeris:cui potiſſimũ frequens diſcurſus ac peregrinatio aduerſat̃. Viđũ habens & veſtitũ, ſupra modũ te diuitẽ exiſtima:Cũ de Saluatore ſcriptũ ſit. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidũ:filius aũt hominis nõ habet, vbi reclinet caput ſuũ. Nõ mihi occurrit mõ: vbi cõmode cõſtituere valeã nepotẽ tuũ. Quærebantur per hos dies monachi:vt admitterentur cõgruo ſalario in abbatiã de Rota. Fortaſſis, ſi quæſierit, ibidẽ ſibi nõ defuturus erit locus. Vale. Ex Fõte bono. Die xxvi. Martii. MDVIII. Bonauenturæ & Antonio ordinis Mino. XCII.

s I bono, vt optamus, duđi ſpiritu, & nõ malo, quod abſit, ſeducti: cõtuliſtis vos in Eremũ:dare vos oportet inditia ſtabilitatis veſtræ:vt qui cœperit in vobis opus bonũ, ipſe ꝑficiat ſolidetq;:nec permittat vt miſſa ad nouũ iſtud arđioris vitæ aratrũ manu retro reſpiciatis. Spare hoc devobis poſſum certus eſſe nõ poſſum:cũ cœpiſſe multorũ fuerit:ad finẽ ꝑueniſſe paucoꝝ. Multi n. ſunt vocati, pauci vero electi. Quod in ſacra iſta ſolitudine, multoꝝ experimẽto, ꝑ viginti & ođo ãnos, qbus illi p̃fui, mœrẽs didici ac dolẽs. Cõfido tñ devobis in Dño q vos ĩpulit circuire mare & aridã:vt locũ ſaluti vr̃æ idoneũ repiretis:ꝙ nõ ſinet vos tẽtari ĩ Eremo, ſupra vires:ſed faciet cũ tẽtatiõe ꝓuẽtũ, vt poſſitis ſuſtinere. Quod eo facilius futurꝝ ſpo:qm̃ multa ĩ vtroq; vr̃m aiaduerti religiõis atq; hũilitatis argumẽta. Et licet alter ſenior ſit, iunior alter:cũ tñ ambo eodẽ bono ac pio aĩo, arduũ iſtud elegeritis genus vitæ:mutuis poteritis hortamẽtis cõfirmare corda vr̃a. Si duo(inqt) fuerint, fouebunt̃ mutuo. Et alibi:ſenes cũ iunioribus, laudent nomen Dñi. Eris itaq; tu Bonauẽtura maior natu adoleſcẽti Antonio tanq̃ palus viti:quæ cũ natura caduca ſit, niſi eo fulta fuerit, ferẽ ad terram. Ipſe vero iunior eſſe tibi viciſſim poterit baculus ſeneđutis tuæ. Quod ꝓculdubio eueniet:ſi ſe ita geſſerit:vt adoleſcentiam ſuam nemo contemnat. Si

ita arripuerit ſolitariæ īſtitutiōis ac ꝓpoſiti diſciplinā, vt ď eius pudore religiōe, integritate dubitet nemo. Si deniq̧ feruorē ætatis, ſpiritus ſancti rore pfuſus, carnis mortificatione & cibi ac potus abſtinentia, extinguere contenderit: corpuſq̧ ſuū crucifixerit cū vitiis & cōcupiſcētiis. Reſcripſi vobis vna ſimul epiſtola: cū duas ad me miſeritis. Quod eo feci cōſilio: tū vt vna me opa abſoluerē, q ſum aliis occupationibus præſſus: tū vero ne viſus eēm carta diuidere, quos amore Chriſti copulatos agnoui. Præſtolabimini in Eeremo reditū noſtrū: ꝓ quo orabitis, vt ſit futurus incolumis ac lætus in Dño. Valete. Florentiæ. Die. xxvi. Aprilis. MDVIII.

Ludouico Contareno, Patriarchæ Venetiaꝝ. XCIII.

MIrari haud temere potuit dignatio tua: ꝗ cū inter primos tui amantiſſimos (ne dicā primus) te ſemp merito obſeruauerī: mō tardior ac forte nouiſſimus muneri meo videar ſatiſfacere: q ſerā tibi gratulationē poſt ꝓmotionē tuā ad primatū Venetū exhibeā. Sed abſit a piiſſimo Antiſtite: vt de me aliquid a vera amicitia alienū, vel tacita cogitatione fuerit ſuſpicatus. Egrotaui ꝑ menſes tres: & adeo qdē grauiter: vt deſperauerint fere oēs de mea valitudine: adeo vt nūc quoq̧ manu tremula hāc ad te exarādā paucis epiſtolā duxerim. Si quis vero me interroget: cōſtantiſſime rñderim: Seruatū me adhuc in hoc mortali corpore, orationū ſuffragio potius, q̄ medicoꝝ ſtudio: Siqdē p oīa fere Florentiæ monaſteria oratū eſt ꝓ ſalute mea. Veꝝ ne nimiū in me excuſando ſolicitus, de tua dignitate oblitus videar: ſcias me lætatū magnope: vbi primū didici vocatū te fuiſſe a Deo tanq̄ Aarō: & in medio populi tui exaltatū. Cōſultū eſt eñi optime ciuitati nr̄æ: ꝗ is ſibi Antiſtes datus ſit: q ſua bonitate religione pietate fide ac ſanctimōia, lōge magis curaturus ſit vt ꝓſit gregi ſibi cōmiſſo, q̄ vt p̄ ſit. Futurā nāq̧ hāc p̄cipue dignatiōis tuæ curā nō dubito: vt iuxta apoſtolū, præſis in ſolicitudine. Facta in te p ꝓmotionē iſtā acceſſione laboꝝ, gloriaberis abūdantius in cruce Dñi nr̄i Ieſu xp̄i: p quē iāpridē tibi mūdus crucifixus eſt: & tu mūdo: Dñs aūt q tibi dedit ſacerdotiū magnū, ſit tibi a dextris, ne cōmouearis. Ipſe cuſtodiat introitū tuū & exitū tuū: vt ꝓ reportato qnq̧ talētoꝝ lucro audire merearis cōfidēter. Euge ſerue bone & fidelis: qa in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituā: intra in gaudiū Dñi tui. Vale. Ex monaſterio. Sancti Benedicti Die. xxviii. Iulii. MDVIII.

Sigiſmundo Secretario Pontificis. XCIIII.

PLus re vera fidei exhibuiſti Petro Cādido abbati cynthorii de me tibi referenti, q̄ ꝓ meritis meis. Viderit ipſe: quo pacto, nimio indulgens affectui cōſcientiæ teſtimonio ſatiſfecerit. Veꝝ huic tuæ facilitati dāda ēvenia: qñ nimiꝝ de fonte caritatis emanet. Cū dicat apoſtolus. Caritas oīa credit. Elegiſti tu qdē partē tutiorē, in ſentiēdo bñ de me: ſed nō veriorē. Nā ꝓcul dubio falleris: & indignū multis præconiis extuliſti: Veritus es, vt arbitror, ne ſi ſecus feciſſes, & ſimplicē verāq̧ de mea paruitate ſniam tuliſſes: obiiceret tibi: Tu qs es q alienū ſeruū iudicas? Suo dño ſtat: aut cadit. Ago nihiloīus gr̄as tuæ pietati: ꝗ ſi nō q̄lis ſim, q̄lē me tñ eſſe oporteat, ſūmatī deſcrtpſeris. Qua qdē ī re, & ſi plīmū me oblectauerint lr̄æ tuæ, & nitore ſermōis, & grauitate cōpēdii: longe tñ mihi gratior extitit benignitas atq̧ humanitas tua: ꝗ vir tantæ exiſtimationis, atq̧ apud Pontificē vt audio inter oēs tui ordinis facile, Princeps: pulſare

ſare

ſare prior ad amicitiæ fores dignatus es:& præuenire me tantillũ in bñdictio/
nibus dulcedinis.Quod vero polliceris,me ſummo Pontifici,oblata occaſione
notiorẽ facere:oro:vt nulla de me habita mẽtione,ordinis tãtũ mihi crediti re
liquias *Sãctitati* eius cõmendes.Si forte intercedẽte Magnitudine tua,paucula
quæ reſtãt,benefitia ordinis libera:a rugientibus præparatis adeſcam præſeruẽ
tur illæſa:& cõmẽdata ac ſeruituti obnoxia,in libertatẽ aliqñ te autore te duce
vendicẽtur.Piũ ſane opus feceris : & tua grauitate integritate religione ac fide
dignũ.Petri Candidi negociũ tũ ipſius merito,tũ vero tuo rogatu,erit mihi cõ
mendatum.Tardius reſponſum nõ negligentiæ aſcribes:ſed diuturnæ meæ in
firmitati:ex qua nõdum plene conualui . Siquidem hanc ad te epiſtolam ægre
conſcripſi.Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.iiii.Auguſti.MDVIII.

Iacobo Priori Oppitergino.XCV.

P Oſt duos menſes nouiſſimis litteris tuis reſpõdeo præter morẽ meũ
Sed ſi interfuiſſes,ſicut olim cõſueuiſti:facile tibi pſuaſiſſes,ob malam
meã valitudinẽ,periculi ac deſperationis plenã,te ne litterã qdẽ amplius a me
accæptuꝝ.Niſi.n.qa Dñs adiuuit me:aduenisſe nouiſſimã horã meã ꝓculdubio
exiſtimaſſes.Veꝝ nõ eſt paſſus miſerator & miſericors Dñs,multoꝝ ꝓ me inter
pellantiũ fraudari petitiones & vota.Reuocauit me:ne ingrederer viã vniuer/
ſæ carnis:nõ tã vt ego arbitror parcẽs mihi,q̃ Eremi indẽnitati cõſulẽs.Conii/
cies tu,qui optime calles ſtatũ ordinis,& ambientiũ ſitim,quæ fuerit nõ nulloꝝ
de ſucceſſione,ne dicã de inuaſione ſacri loci expectatio . Fatigati ſunt curſores
multi:q referrẽt præparatis ad eſcã,Gñalẽ Camaldulẽſem animã trahere: nullã
ſupeſſe ſalutis ſpẽ.Hoc p totã Florẽtiã paſſim vt audio p triduũ vulgatũ eſt:at/
q; ita creditũ.De magnis itaq; periculis a Deo liberati magnifice gratias illi agi
mus.Ipſum deprecor:vt det mihi virtutẽ:quatinus hoc reſiduũ vitæ,qđ ꝓroga
uit mihi,expẽdat in laudẽ & gloriã nois ſui:& corroboratus p fidẽ in interiori
homine,præteritas oẽs neglıgẽtias meas dılluã.Tu quoq; q ſolicitus ꝓ mea va
litudine fuiſti,gratias ages mecũ Dño ꝓ liberatione.Vale.Ex Monaſterio Sãcti
Benedicti.Die.viiii.Auguſti.MDVIII.

Coſmo Patio Archiepõ Florẽ.XCVI.

G Ratulationẽ meã de ꝓmotione tua ad Archiepãtũ Florẽtinũ,vel ſerã
admittet dignatio tua.Neq;.n.latuiſſe te arbitror degẽtẽ i curia:ad quã
de prælati cuiuſq; infirmitate frequẽtes aduolare nũtii cõſueuerũt gra
uẽ & diuturnã valitudinẽ meã:qua p mẽſes circiter tres diuexatus,nõ mõ facile
ſcribere nequiuerim:veꝝ adeo piculoſe egrotauerim:vt putarẽ,ſecurim ad radi
cem infructuoſæ arboris,ne amplius terram occuparet,fuiſſe appoſitam . Sed
placuit Domino,qui huiuſmodi ſucciſionibus terminos conſtituit,prorogare
adhuc aliqnantulum tẽporis vitæ meæ:vt præteritas culpas ſolicitius dilluam:
& faciam dignos pœnitentiæ fructus . Recuperatis modo bona exparte viri/
bus,non ſum paſſus intermittere diutius officium meum , præſertim tecum
quem ſemper vti patrem ac patronum colui.Scias itaq; Domine colendiſſime
vbi primum allatus eſt Florentiã ꝓmotionis tuæ nuntius : magno me re vera
gaudio exultaſſe.Exiſtimaui ſiquidẽ,optime conſultum fuiſſe huic ciuitati de ta
li ac tanto paſtore:qui oĩbus ſanctiſſimarum inſtitutionũ ornamentis excultus a

atq; in epiſcopali adminiſtratione diu exercitatus:vberrimos eſſet pietatis fru/ ctus editurus:ac tum vitæ exemplo,tum doctrinæ præſtantia ædificaturus ple/ bem ſuam.Huius rei gratia,fœlix Florentia dici poteſt: quæ te ſibi Antiſtitem ſit habitura.Hoc nimirum de tua dignatione oẽs conſentiũt:in hanc ſpem ere cti ſunt totius popul[illegible]tius animi.Iccirco & ego tibi potiſſimum gratulor:ꝙ tã te de te expectationi pleniſſime ſatiſfacturus ſis:functuruſq; ſacerdotio,cum in/ genti dignitatis tuæ laude:atq; errantes oues,& iampridem paſtoris cuſtodia deſtitutas,ad pietatis ac religionis paſcua reuocaturus:vt talentũ tibi traditum, facile duplicatum reddas.Velit Dñs,q te cõſtituit ſuper familiã ſuã vt des illi ci/ bum in tẽpore:vt cõmuni oĩum,de futura tua paſtorali cura,expectationi q̃ cu/ mulatiſſime reſpondeas.Cum.n.venerit,& inuenerit te ſic facientẽ:cõſtituet ſup oĩa bona ſua dignationem tuam.Vale.Florentiæ.Die.xvii.Auguſti.MDVIII.

Baldaſſari Cardutio,Aduocato.XCVII.

p Erlectis magna voluptate litteris tuis:& intellecto fideli tuo ſapienti q; conſilio:ſuccurrit mihi illud de ſcripturis diuinis,ſapientis teſtimo nium.Vnguẽto & variis odoribus delectat̃ cor:& bonis amici cõſiliis anima dulcoratur.Satiſfeciſti mihi ſummope hac in re:quæ haud parui momenti exi/ ſtimanda eſt.Quãuis enim conſcientiam nobis dederit deus bonorum & ma/ loꝝ:cogitationibus ĩnuicẽ accuſantibus aut defendentibus:illecti tñ vitioꝝ ille cebris,& peccantiũ multitudinis ꝓuocati exẽplis:excuſare cõtendimus excuſa/ tiones in peccatis:vt dicamus malũ bonũ,& bonũ malũ.Quotus.n.quiſq; hoc tẽpore inueniatur religioni addictus:de iis loquor,qui laxiori vitæ indulgẽt:q bus facile perſuadeas,eiuſmodi cõtractus beneficioꝝ cõducendoꝝ eſſe illicitos? Adducunt in medium:hoc paſſim vſurpari abomnibus:Et ꝙ altari deſeruien/ tes,de altari debeant viuere.Nec aduertũt,paucitatẽ bonoꝝ multitudini præua ricatorũ eſſe præferẽdam:& victu ac veſtitu contẽti eſſe cũ debeãt:nõ licere ſi/ bi ſupabundantiã affectare,& inſeruire quæſtui.Qui huiuſmodi ſunt:& obſtina tius parere legibus cõtempſerint:proculdubio p legẽ iudicabunt̃.Ago itaq; gra tias pietati tuæ:qđ cũ ſis occupatiſſimus,participẽ me nihilominus facere nõ re cuſaſti ſtudioꝝ ac lucubrationũ tuaꝝ.Erit apud me cõſiliũ tuum ſup locãdis atq; cõducẽdis bñficiis ꝓ ſingulari munere:nõ tã mihi q̃ multis aliis,q acqeſcere ſa nis cõſiliis cõſueuerũt,,ꝓfutuꝝ.Et ſi qñ incaute ac minus cõſyderate olim erratũ eſt a me,aut ab aliis p me:nõ cõmittã poſthac:vt diſiectis modo tua opa,tene/ bris ignorãtiæ,ſciẽs ac prudẽs in flamã ſim miſſurus manũ.Obſecro aũt:vt na ctus oportunitatẽ,illud quoq; cõſiliũ ſup cõpoſitionibus,manu ꝓpria exaratum trãſmittas.Quod erit mihi æque gratiſſimũ.Vale.Ex Fõte bono. Die.viii. No/ uẽbris.MDVIII.

Paulo Orlãdino Vicario Cõgregationis.XCVIII.

q Vod incolumis Romã peueneris cũ ſocio,lætor admodũ:& eo qdẽ am plius lætor:ꝙ bonũ atq; optatũ videris tibi polliceri euentũ negocioꝝ ordinis:pp quæ eo cõceſſiſtis.Oĩa vr̃a ĩcaritate fiãt:atq; ad vniuerſale cõmodũ totius religionis ſpectẽt:& q charitas eſt erit vobiſcũ deus:Corde puro,cõſciẽ/ tia bona,&fide nõ ficta inuicẽ diligamus:& oĩa,quæcũq; facturi ſumus,ꝓſpera buntur : atq; ad votũ ſuccedent. Multitudinis credentiũ erat cor vnũ & anima

vna:

vna:nec quiſq̃ aliquid ſuum eſſe dicebat:& tñ ſcriptũ eſt.Nec quiſq̃ egens erat inter illos.Nunc vero neſcio quõ acciderit vobis,vt de vobis dicatur. Diuites eguerunt:& eſurierunt.Crede mihi Paule crede mihi:quia non mentior. Pecuniarũ defectus non obſiſtit reformationi ordinis:ſed diſcordiarũ effectus. Pauperem vitã qñ geſſimus:habebamus multa bona.Poſtea vero q̃ ob ſuperabundantiã prouentuũ priſtinus ille vitæ regularis rigor in diſcrimen relaxationis adductus eſt:& reliquiæ ordinis in ſancta obſeruatione degentes,vnitis mẽbris pinguioribus incraſſatæ ac dilatatæ ſunt obolo indigemus.Diuiſio iſta Camaldulenſis religionis,male nimirum olim excogitata,hoc tandẽ, vt videmus & manu tangimus,effecit:vt magno vniuerſitatis ac totius corporis detrimẽto audiamus obloquentes.Ego quidẽ ſum Pauli:ego autẽ Cephæ.Quæramus primum regnũ Dei,& iuſtitiam eius.Studeamus tandẽ vnitati : & mortificata congregationis mẽbra reſumãt caput ſuum:& hæc oĩa adiicientur nobis.Non abeamus poſt aurum:qñ præſertim,qui multũ habuit non abũdauit:& qui modicum nõ minorauit.Nõ ſperemus in pecuniæ theſauris:ſed in operibus bonis & obſeruatione profeſſionis noſtræ.Si impetratum atq; obſignatũ priuilegium non potuerit hoc anno expediri,expedietur altero.Velimus modo:& omnia habitura ſunt tempus.Doleo magnopere,Protectorem colẽdiſſimum grauari infirmitate.Opto vt Dei munere conualeſcat,ad ſalutẽ tum ſuam,tum totius noſtri ordiuis.Ipſi & Grimano paruitatẽ meam humiliter commendabis.Vale:Ex Fonte bono.Die.x.Nouembris.MDVIII.

Iacobo Priori Oppitergii.XCIX.

n E idem ſæpius repetam:Scio te,vt ſcribis,congaudere reſtitutæ mihi a Domino bonæ valitudini.Qui videns multoꝝ pro me lachrymas, & eorum orationes exaudiens:reducere vmbrã per lineas in horologio retrorſum dignatus eſt.Monaſterium Bononienſe liberatũ quidẽ eſt alienigenis & aduentitiis illis monialibus ordinis mendicantiũ:ſed non iccirco in pace in idipſum dormiunt & requieſcunt:quæ de noſtris relictæ ſunt in monaſterio:exorta atq; excitata cõtentione inter eas:quibuſdã cum matre monaſterii cõuenietibus,aliis vero obſtinato aĩo diſſentientibus.Curauimus frequẽtibus litteris,vltro citroq; miſſis,reuocare in ſolentiores iuuenculas,ad ſaniorẽ mentem, nunc blãdimentis,nũc minis:nec adhuc multũ profeciſſe mihi videor.Dñs eaꝝ ſaluti cõſulat:ne qui circuit,quærẽs quas deuoret,ſup illas aliqñ habeãt poteſtatem.Vtinã fæminæ,& adoleſcentulæ,vincere tandem ſtudeant,& ſexũ & ætatẽ: & inflamatæ igni illo inextinguibili,quẽ Deus miſit interrã,vt arderet,renouentur ſpiritu mentis ſuæ:& abiecto inuerecundiore ſermõe,riſu immoderatiore, laſciuiore inceſſu,& qđ pluris facio,atq; vnde reliqua mala deſcẽdũt,obediẽtiæ, cõtẽptu:ei ſoli placeãt,cui ſe ſemel ꝓbauerũt.De vnione ſacræ Eremi,hoc tñ dixerim mõ:nõ videri mihi iſtos tuos đ cõgregatiõe recte mecũ ambulare.Cauſant mõ pecuniarũ defectũ:cũ alias,vt noſti,alia obiecerint. Vtrũ ſit admittẽda excuſatio:es optimus iudex.Sperãt tñ ſuplicationẽ nouã,facile a pontifice obſignãdã.Quod ſi fctm̃ fuerit:nõ incaſſum hoc illos arripuiſſe iter exiſtimabo. Tu interea expectabis euentũ rei:& ad emulationem Eremi,Prioratui tuo cõſules. Neq;.n.ſine dedecore atq; ignominiæ nota,tranſfugæ nomẽ poſſes deuitare:ſi

ad aliena caſtra trãſires. Deniqꝫ qd iſti a me cõtẽdant, non ignoras. Et nõ aduertũt: qꝫ q nimiũ emungit, elicit ſanguinem. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiiii. Nouembris. MDVIII.

Franciſco Brixienſi Monacho. C.

a Nteq̃ prioꝝ lr̃arum tuarũ reſpõſum a me accæpis: quod tñ iam platũ ad te fuiſſe nõ dubito: alteras tuas accæpi: quod ipſum mihi fuit argumẽto diligẽtiæ tuæ. Scribis extremas ciuitatis partes vexari ĩfirmitatibus: multoſqꝫ paſſim ægrotãtes iacere: nec apuiſti genus morbi. Ita. n. ſcribis: vt mihi ſuſpitionẽ inieceris, peſtilẽtia (qd abſit) laborari: aut alia quapiã cõſimili ægritudine, quæ cõtagione atqꝫ attactu vulgare morbos conſueuit. Miror tñ, ſi ita foret: ĩminẽtẽ iam hyemẽ, mutatione in cõtrariũ facta, ab æſtate haud inſalubri, mõ excipi: qñ peſtilentẽ æſtatẽ ſemp fere ſeq ſolita eſt hyems ſalubris. Vnã ĩprimis ægris corporibus opẽ relictã arbitror: vt oretur pro eis Dñs: qui pcutit, & ſanat, deducit ad inferos & reducit, mortificat & viuificat: & orõ fidei ſaluabit infirmos. Facies itaqꝫ me certiorẽ apertius, cuiuſmodi ſit iſta vexatio. Interea præcabor Dñm: vt ciuitatẽ nr̃am ipſe circũdet: & angeli eius cuſtodiãt ædes illius. Lãgore itidẽ eſſe correptũ Abbatẽ Carceꝝ, moleſte tuli: præſertĩ cũ videaris innuere, ipſum grauiter ægrotare. Dederã ad illũ lr̃as mẽſe p̃terito: qbus ip̃m monueram, ne diutius abeſſet a cuſtodia gregis ſui: neqꝫ tm̃ oblectaret̃ cõmoratiõe vrbana. Vtrũ eas accæpit, neſcio. Cõſulat Dñs ſaluti eius. Diligo. n. ip̃m in veritate: q mihi eſt religiõe amplius q̃ propinqtate cõiunctior. Salutabis eũ verbis meis. Itidẽ facies cũ eminẽtiſſimis viris illis ꝑcuratoribus: quoꝝ me ſaluere iuſſiſti noĩe: eiſqꝫ me & ordinẽ cõmẽdabis. Priorẽ Fauentinũ mallẽ & ipſum ſedere ad gubernacula ſuæ nauiculæ: q̃ relicta illa ꝑcellis expoſita, tã crebro pegre ꝓficiſci. In annũ deſignatus Prior Sc̃ti Ioãnis: vix exiguã ĩ ſuo monaſterio anni ptẽ pegerit. Quod neq̃q̃ ꝓbamus. Vale. Ex Fõte bono. xv. Nouẽ. MDVIII.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER NONVS.

Petrus Delphinus Generalis Camalduleſis. Chriſtophoro Monacho. Epiſtola. I

P Oſtridie eius diei, quo ex Fõte bono in hũc nr̃m Muſoleæ ſeceſſum me cõtuli: qd a me expeteres, ex lr̃is tuis didici. Si añ profectionẽ meã eas accæpiſſem: cõtinuo geſſiſſem tibi morem. Mãdaui, vt pquirat̃. Si inuẽtus fuerit, diu nãqꝫ eſt, qꝫ eũ libꝝ me vidiſſe nõ recolo: ad te trãſmittet̃. Suadeo nihilominus: ne totã ætatẽ (cœpiſti. n. & tu canis aſpgi) in hmõi cõteras lectione. Incũbe potioribus. Beatus nãqꝫ vir: q in lege Dñi meditat̃ die ac nocte. Hãc tãdẽ amplectere cœleſtẽ philoſophiã: & bñ tibi erit. Redimẽtes tp̃s, inqt Apoſtolus, qm̃ dies mali ſunt. Vale. Ex Muſolea. xxi. Nouẽb. MDVIII.

Petro Eremitæ. II.

n Vlla magis re adducor, vt credam: fundatam eſſe Eremum noſtram, ſupra firmã petram: ac ꝓpterea diutiſſime cõſeruandã: q̃ qꝫ videã non deeſſe de die in diẽ: qui illius ĩcolẽdæ afficiant̃ deſyderio. Nec mireris: qꝫ aliis aduenĩẽtibus, alii proficiſcantur. Neqꝫ. n. omniũ eſt fides. Infidelis, inqt Paulus, ſi diſcedit:

ſi diſcedit:diſcedat:ne vna ouis morbida gregē cōtaminēt.Gratulare potius di
uinæ bonitati:qꝫ deſertas in Eremo cellulas eſſe nō patitur. Veniūt quidā tenta/
tionibus īpugnati:putātes mutatione locoꝝ,ſe quoqꝫ facile trāſmutādos. Et ex
perti tandē intelligūt:cœlū nō animū mutare,q trāſmare currūt.Aliq̄diu cōmo
rati in ſolitudine,fœlicē ſane cōmorationē contēptui hn̄t:& qui antea deſpectis
hoībus,angelos quæſierūt:& deſertis vrbibus,Chriſtū iuenire in ſolitudine cō/
tenderūt:traditi ſunt poſtea in reprobū ſenſum:& cām quærunt,qua ab amicis
diſcedāt.Nō aduertūt,q hmōi ſunt:ſpūm ſcūm diſciplinæ effugere fictū:& pro/
priam eius ſedē,eſſe ſolitudinē:neqꝫ ipſum libēter in turba & frequētia cōmora
ri:vbi diſſenſiones,vbi iræ,vbi rixæ nō deſunt.Secedebat Dn̄s in mōtē : cū erat
oraturus patrē:vt ſuo nos admoneret exēplo.Veꝝ ne te obtūdā pluribus : ſi eſt
cōtētus.D.Hieronymus Bergomēſis remanere in Eremo, vn̄ paucis mēſibus,
vt pareret impanti,obediēter abfuit:remaneat.Spūm,ait Paulus,nolite extīgue
re.Facilius repietur,ſi fuerit neceſſariū,q pro eo habitet in cœnobio Sācti Bn̄di/
cti:q̄ in Camaldulēſi Eremo.Fiat itaqꝫ,ſicut petiſtis.Vale. Ex Muſolea.Die.xxix.
Nouēbris.MDVIII.

Frāciſco Cardinali Soderino Protectori.III.

SI cōualuiſti de infirmitate:eſt qd maxime cupio.Sin minus,quod abſit
oramus quotidie Dn̄m:pulſamuſqꝫ ad oſtiū miſerationis eius,pro in/
columitate dignationis tuæ:oportune īportuneqꝫ iſtātes,vt dicat tibi. Surge:&
ābula.Itaqꝫ bono eſto & pn̄ti aīo:nec te deiiciat aduerſa valitudo.Nauigamus p
hoc mare magnū & ſpatioſum,nō ſemp trāquillo curſu ac proſpero vento.Nūc
coorta tēpeſtas cum magno cœli fragore,nymbo denſiſſimo nauigium operit:
nunc aperto cœlo ſecūdis auris in portum deuehitur:& ex turbido ac procello/
ſo die ſerena & iucūda lux periclitantibus redit.Sic futurum eſt tibi Dn̄e colen/
diſſime:vt ſperamus,prorſus vt cōfidimus,in eo:qui pcutit & ſanat:qui deducit
ad inferos & reducit.Impleat altiſſimus vota noſtra:vt abſqꝫ dilatione reſtitua/
ris in priſtinum robur:ne mēbra capitis præſidio deſtituta debilitenť : & tu ad
opa,quæ abs te rubeus pileus efflagitat,renouatus ſicut aquila,feruentior aſſur/
gas.Ex harū lr̄arum baiulo eremita noſtro diſces:cauſam aduētus ipſius in vr/
bem.Vtinam te ſic affectum inueniat:& adeo leuatum ægritudine : immo (vt
optamus) penitus liberatum:vt haud grauate a tua amplitudine poſſit audiri.
Si honeſta petierit : obſecro,vt ei obtemperetur. Vale. Ex Muſolea. Kalendis
Decembris.MDVIII.

Ioanni Cardinali Medici.IIII.

SAlutauit me dignationis tuæ nomine Abbas Claſſenſis:q rediens ex
vrbe ad nos diuertit.Fuit mihi gratiſſima tua paruitatis meæ tam pia
memoria.Noueris haud dubie Domine colēdiſſime:te mihi viciſſim nunq̄ ex/
cidere.Tot enim & tanta ſunt tua erga me merita:vt nulla vnquam ſint obli/
uione delenda.Te in ore ſæpe:in corde ſemper habeo.De tua māſuetudine be/
nignitate caritate affabilitate moderatione integritate , paſſim cum omnibus
(vbi ſe occaſio optulerit) libentiſſime confero:& quantum te diligam atqꝫ ob/
ſeruem,& qua te proſequar pietate:quando te ipſa non poſſum:vel verbis oſtē
do . Verum hæc obmittamus . Neqꝫ enim indiget amplitudo tua de mea er/
ga te fide nouo teſtimonio . Erit harum mearum lator Hieronymus mona/

chus:cui venienti in Vrbem mādaui nōnulla pro ſacra noſtra Eremo negocia. Si in iis expediendis,tuum requiſierit patrociniū:vt illud ei præſtes,oro & obſecro:ſi modo quæ petierit,nō duxeris improbāda:aut minime fuerint impetratu difficilia. Vale. Ex Muſolea. Die.ii. Decembris. MDVIII.

Petro Eremite,Priori Fileti. V.

IN gubernatione non tā Prioratus mei,q̄ totius ordinis mihi crediti: illud ſemper apoſtolicū præceptū cauiſſe me arbitror:ne dominarer in clero. Allicere potius benignitate ad benefaciendū oēs ſtudui,q̄ terrere imperio,præterq̄ contumaces. Quā vero impioſus in eremitas,per.xxviii.annos, quibus hunc geſſi magiſtratū extiterim:eſtis ipſi & alii cōplures teſtes optimi. Atq; vtinā non aliqñ nimium diſſimulauerim vobiſcū:vt aliqñ auditurus non ſim. Hæc fecerunt:& tacuiſti. Quāobrem non fuit neceſſariū,obiicere mihi cōſtitutionem Eremi:q; rogare eremitas ad demigrandū poſſim:cogere nō poſſim. Hoc ſtatutū neſcio,an aliqñ legerim. Eſt tñ mihi per gratū:illud modo tādem mihi a vobis ſuggeri. Nā ſi mihi non licet ad dies paucos quenq̄ veſtrum in aliquo ordinis atq; Eremi ipſius mēbro cōſtituere:futurus ſum cautior poſthac:ne diutius me requirēte aliquis veſtrum abeſſe Eremo queri poſſit. Huiuſmodi cōſtitutionē,ſi tñ ita loquitur,nequaq̄ probo. Nam aut malū eſt transferri eremitam ad aliud cœnobium,aut bonū. Si malū:neq; rogatus aſſentiri eremita debet malo. Si bonū:expetere non debet,vt a prælato ſuo rogetur:ne præſeferre elationem videatur:atq; obedientiā contemnere. Quod vero habēda mihi ſit magis ratio cōſeruandi capitis q̄ mēbrorum:haud penitus improbo. Sed oro,qūo cōſeruari poterunt mēbra:ſi defuerit,ſi non ſuccurrerit illis caput? Aut qūo erit viuens ſine mēbris caput? Deſcendit Chriſtus caput eccleſiæ de cœlis, de ſinu patris,vt corporis mēbris opem ferret:vt redimeret ſuo prætioſo ſanguine peccatores Et eremita ad tēpus exire de Eremo,vt fratribus ſuis periclitantibus ſubueniat:peccatū exiſtimabit? Cupit Paulus anathema fieri a Chriſto pro fratribus ſuis:& vos nō veremini oēm penitus exuere caritatem? Subditus erat Dei filius Ioſeph & Mariæ:Et vos a prælato veſtro rogari contenditis ad exhibenda opera pietatis? Profeſſores humilitatis iſta requiritis? Siccine cauda in caput cōuerti geſtit:vt cui obedientiā,cui honorem,cui reuerentiā debet:ab eo eadem exigat? Non eſt hæc doctrina euāgelica:non hoc ex regula Sāctiſſimi patris noſtri didiciſtis:non ſapiūt iſta Romualdi & patrū ac maioꝶ veſtrorum ſanctiones. Verū ne pluribus tecū agam,q̄ neceſſe ſit:qm̄ tu non tam. D. Hieronymi,q̄ reliquoꝶ eremitarū nomine,ſcripſiſti ad me:eremitas monebis verbis meis:non probare me diſceſſionē huiuſmodi,& quaſi fugā,eremite ex Sācto Benedicto. Si enim redire cupiebat in ſolitudinē : vnde non inuitus exierat:bona Prioris & totius conuētus venia diſcedere debuit. Nunc vero ſub prætextu comitatus Abbatis Claſſenſis reuerſus in Eremū eo animo,vt in Eremo remoretur:ſicut ſine Prioris comeatu inde profectus eſt:ita parū conſultum fuiſſe arbitror honori Eremi& eremiticæ grauitati. Ipſi vero Hieronymo referes:ſi bono zelo ducitur,vt in Eremo potius q̄ in cœnobio cōmoretur:facturū ipſum ſemper mihi rem gratiſſimam : ſi non modo a me iuſſus Eremum non deſeruerit:

ſed ne

ſed ne obſecratus quidem. Vale. Ex Muſolea. Die. iiii. Decembris. MDVIII.

Petro Eremitæ. VI.

e Rit apud me exemplar cõſtitutionis per Pontificẽ confirmatæ: ne q̃s videlicet ex Eremo extrahi poſſit inuitus: ad noſtrã in futurũ eruditionem. Potui hactenus peccare ignorãtia. Nũc vero lege perſpecta, ſiquid contra illã attentarem, ſciens ac prudens in flãmam mitterem manũ. Sed qñ nõ me latet: veniſſe me, non legẽ ſoluere, ſed adimplere: præcor Dñm: vt nunq̃ defuturi ſint in ſacra iſta ſolitudine: qui inde niſi inuiti poſſint extrahi. Mirabar nihilominus: ſi per conſtitutionẽ cautũ fuiſſet: vt rogari eremitæ ad demigrãdũ in aliud monaſterium debuiſſent a Priore ſuo a generali ordinis: cuius rei nulla fit mentio. Et merito quidem. Neq;.n. leges dici poſſent: quæ ab honeſto abhorrerent. Quid autẽ minus honeſtũ videri poſſit: q̃ vt prælatus curuetur ſubditis? Vt & ipſius iminuatur autoritas: & ſubiectoꝝ mentibus elationis materia ſuggerat? Quãdo nulla eſſe reuera queat ſine humilitate religio. Vale. Ex Muſolea. Die. vi. Decembris. MDVIII.

Raymundo Secretario. VII.

a Egerrime ferimus malã Reuerendiſſimi Dñi valitudinem: nec põt nõ debilitari vexariq; mẽbra capite ægrotãte. Obſecramus Deum quotidie: vt ipſum incolumen reddat: & ab omni liberatũ moleſtia tum cliẽtulorum ſuoꝝ patrociniũ, tum vniuerſæ chriſtianæ rei publicæ curã reſumere iubeat. Neq; enim exiguã facere iacturã ſacrũ illud collegium arbitror. Vbi alicui eorum, qui videntur columnæ eſſe abeſſe cõtigerit: nec cõferre publicis rebus adminiſtrandis cõſilioꝝ ſuoꝝ ſuffragiis poteſt. Veꝝ ex quo tu oportuno tẽpore in vrbem rediiſti: cuius pñtia maxime recreari ac refici non dubito Dñm colendiſſimum: cura pro viribus releuetur vt eger. Quãuis enim medicoꝝ officiũ ſit arte ſua langores cõpeſcere: & medicamẽta infirmantibus exhibere: haud parum tñ conſolãtur iacentes domeſticoꝝ miniſteria: eoꝝ præſertim qui dñis ſuis ampliore caritate ac beniuolẽtia afficiũtur. Hoc ego nouiſſima mea ægritudine expertus dudũ ſum: quo tẽpore magnam mihi mœroris partem lenire ſentiebã filiorum ſtudia & obſequia: tum in me fouẽdo miniſteriis tum verbis exhortãdo ad malã valitudinẽ fortiter pferendam. Cæteꝝ ex abundãtia cordis hæc tecum loquor. Neq;.n. cuiuſq̃ indiges monitis ad præſtanda opera pietatis. Noſti eam magnũ eſſe quæſtum: & ad oĩa vtilem: promiſſionẽ hñtem vitæ quæ nũc eſt & futuræ. Offeres ſiquid poſſum Dño pientiſſimo: eiq; me obnixius cõmendabis. Venit Romã haꝝ lator. D. Hieronymus viſitatũ parentẽ ſuum. Hac occaſione nõnulla ei Romæ perficienda mãdauimus. In quibus ſi fauore alicuius ei opus fuerit: vt tuum potiſſimũ expetat monuimus. Tu illi oro ne deſis. Vale. Ex Muſolea. Die. ix. Decembris. MDVIII.

Euſebio Priolo monacho Sancti Michaelis Murani. VIII.

e Xcuſas lr̃is: cur diutius ĩtermiſeris ſcribere ad me. Ego vero facile admitto excuſationes tuas. Nã occupatus tum in tranſcribendis opuſculis de philoſophia differentibus, tum in operibus miſericordiæ in defendendo viduã cõterraneã tuam: quæ opem tuã hoſpes & aduena implorauit: indignus es qui a nobis arguaris negligentiæ. Eſt.n. mihi per gratum: q; incũbas lr̃arum

ſtudiis:& imbuaris præceptis philoſophiæ:vt his tandē cū euangelica philoſophia mature collatis ad verā hanc & ſucci plenam ab illa ſimulata & inani totū te transferas:vt ſacerdotio fungens ſapias quæ Dei ſunt:& loquaris quæ decēt ſanā doctrinam. Beatus eſſe vel ſ̄ratiſſimus nequaq̄ pōt:niſi is quē erudierit Dominus:& de lege ſua docuerit eū. Viduis vero opitulari præſertim oppreſſis in iudicio:quis penitus improbet?Iudicate inqt Dñs per prophetā pupillo:defendite viduā:& venite & arguite me. Quia tñ iunior es:& quam defendendam ſuſcæperas ſeniorē eſſe non intelligo:prudenter feciſti:ꝗ illam ad iuris cōſultiſſimum & probatiſſimum doctorem remiſeris:eiuſq; cauſam illi tm̄ cōmendaueris. Scribēs nāq; ad Timotheū adoleſcentē Paulus:Adoleſcentiores inquit viduas deuita. De morte Reuerēdiſſimi olim Patriarchæ Venetiaꝝ anteq̄ tuas acæpiſſem factus fuerā certior. Dolui reuera amiſſionē inopinatam tanti patris: idq; nō tam ob antiquā mutuam amicitiā:q̄ ob iacturam ciuitatis noſtræ:quæ præſule optimo atq; itegerrimo vix inito per ipſum magiſtratu orbata eſt. Suffectum in eius locū non noui. Gratulor tñ tibi ob propinquitatē qua illi coniūctus es. Educatus in vita regulari:& a ſenatu grauiſſimo expetitus:facile morū & ꝓbitatis prædeceſſoris ſui futurus eſt æmulator. Reliqua quæ ſcripſiſti de me inanem magis q̄ chriſtianā ſapiunt philoſophiā:& affectu ſeduceris. De Nicolao fratre puto tibi allatū fuiſſe nuntiū mendatio inuolutū. Victor tm̄ nepos filius eius in quadraginta virorum eſt aſſcitus conſortium. De patre eius nihil mihi ſignificatum eſt. Vale. Ex Muſolea. Die.ix. Decembris. MDVIII.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. IX.

d Iſferri vnionem ordinis per priuilegiū Pōtificis:nullā aliā ob cauſam potiſſimū arbitror:q̄ ꝗ adhuc nō ſunt corda noſtra cōcordia. Facti ſumus ſimiles pueris, funiculū longū atq; corruptū ex aduerſo iter ſe trahētibus: qui cum neutra pars alteri cedat, oēs magno impetu ſupini ad terrā ruunt diſrupto funiculo. Cōtendimus pro inanibus rebus:& interim regularis obſeruatio, quæ vtiq; maioris eſt momenti, periclitatur. Non aduertimus maligni hoc eſſe dæmonis:qui ſemp bonis noſtris & ſaluti inſidiatur. Cōfido ego in Dño:ꝗ qui bono zelo & animi rectitudine quæſierint bona gētis ſuæ:nec ꝑmiſerint pro viribus reliquias ordinis ad remiſſiorē atq; laxiorē vitam reuocari:neq; ſuo alios exēplo ſcandalizauerint:huiuſmodi profecto, qua hora nō putamus, exauditum iri pia vota. Celebrabitur generale capitulū. Quo pacto, ſi nequaq̄ repertum fuerit reformādo ordini remediū:præſtolabimur tēpus oportunū:erimuſq; patiētes vſq; ad aduentū Dñi:qui eſt Deus pacis & dilectionis. De priuilegiis Eremi quid egeris Romæ, intellexi. Mandaui harū latori, qui ſe in vrbē recipit, quid facturus ſit. Speramus haud magno negocio impetrandā cōfirmationē cū clauſulis derogatoriis. Vadit ēt munitus noſtris lr̄is ad multos magnos viros:quorū fauoribus efficiemur facilius cōpotes deſyderioꝝ noſtrorum. Vale. Ex Muſolea. Die.x. Decembris. MDVIII.

Franciſco Brixienſi Monacho. X.

g Ratularis haud īmerito reformato dudū Sācti Benedicti monaſterio. Eſt enim tum loci ſitu, & cœli ſalubritate, tum ſtructuræ venuſtate atq; decore, inter præcipua noſtri ordinis mēbra numerādum:qñ ego reuera pauca

nouerim:

nouerim: quæ illi cenſeã conferenda. Facta ſunt aũt omnia, p Dei gratiã, ſeruã-to generalatus decoro & autoritate: ita vt de iis, qui abire inde iuſſi ſunt, qui hiſcere ſit auſus ac repugnare, inuẽtus fuerit nemo. Paruerunt oẽs dicto: & mœſti licet, ac lachrymantes, ad loca ſibi p nos aſſignata obediẽter demigrauerũt. Benedictus Deus: qui nõ derelinquit ſperãtes in ſe: & de ſua virtute præſumentes humiliat. De vnione qd actũ fuerit Romæ: imo quia nihil actum ſit: ex Abbate Claſſenſi poteris fieri certior. Studemus propriis ac priuatis cõmodis: publica neglectui hñtur. Refriguit (mihi crede) caritas multoꝝ. Futuꝝ eſt hoc penitus opus Dei: qui oĩa bona ſuis tẽporibus diſponit. Qua hora nõ putamus, ipſe veniet: & ſaluabit nos. Cæterũ ægerrime tuli obitũ optimi atq; integerrimi pr̃is, Patriarchæ noſtri Veneti. Feriũt grauius iacula: quæ nõ præuidẽtur. Quis enim expectaſſet: vt in iis primis ſui præſulatus auſpiciis, pro ætate robuſtus ſatis ac bonæ habitudinis antiſtes, tã repẽtino morbo affectus, eſſet nos relicturus? Dũ adhuc ordiretur: ſucciſus eſt. Succiſus inq̃ eſt: ſed nõ tanq̃ ĩfructuoſa arbor. Quãdo reuera neminẽ eoꝝ, qui dicati ſunt Deo, nouerim ego: q̃ illi foret & vitæ ſanctimonia, & integritate cõſciẽtiæ, & zelo in religionem, vlla rõne præferendus. Neq; putes me hoc exhibere teſtimoniũ defuncto: q̧ mei diutiſſime fuerit amãtiſſimus: quẽ ego viciſſim colui & obſeruaui: ſed pro veritate loquor: neq; me falli opinione exiſtimo. Indolui præterea ob iacturã ciuitatis noſtræ: cui paſtor datus fuerat. Quæ profecto cũ optime ſibi cõſuluiſſet: magnũ vtiq; lumen atq; ornamentũ amiſit. Nã cũ in ſuæ cõgregationis adminiſtratione bonam ætatis partẽ honeſtiſſime cõtriuerit: ſpem facere de ſe certã videbatur: talẽ ſe in præſulatu præſtiturũ: cuius vita & mores honeſtare patriã totã, & ad ipſam quoq; poſteritatem, facile redũdare potuiſſent. Sed qñ placuit ei, a quo vnicuiq; cõſtituti ſunt termini, qui præteriri non pñt: reddere illi mercedẽ laborum ſuoꝝ: de eius ad ĩmortalitatem tranſlatione, lætemur. Nã q̧ cõpoſite & ſancte vita exceſſerit, atq;, vt ſcribis, ſimilis dormienti: magnũ id argumentũ fuiſſe ne dubites pactæ innocẽter vitæ. Occurriſſe eum puto cõfidẽter ad tribunal tremẽdæ maieſtatis: atq; in reddẽda rõne dixiſſe. Dñe quinq; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Vt cõſequẽter meruerit audire. Intra in gaudiũ dñi tui. Suffectum in eius locũ nequaq̃ noui. Sed cũ fuerit expetitus a patribus: quoꝝ grauiſſimum eſſe iudiciũ cõſueuit: facile mihi polliceor: futurũ & ipſum eiuſmodi: qui pro voto ciuitatis, curæ paſtorali ſatiſfacturus ſit: ac ſacerdotale onus ſufficienter laturus. Quæ vero ſcripſiſti de me: ſupfluo nimiꝝ illa cõmemoraſti. Nõ duceris rõne: ſed affectu ſeduceris. Vale. Ex Muſolea. Die. xii. Decẽbris. MDVIII.

Chriſtophoro Monacho Fontis boni. XI.

b Onæ mentis indiciũ eſt: vbi quis bene cõſulẽtẽ nõ auerſatur. Cecidiſſe in terrã bonã ſemen cõſtat: quod fructũ affert. Fateris ipſe: q̧ in permutandis lr̃arum ſtudiis nõ cecineri ſurdo. Gaudeo q̧ paucis rem vtilẽ tibi pſuaſerim: q̧q; paruo negocio inſederint animo tuo atq; inhæſerint pia monita. Decet qppe chriſtianũ hoĩem, qui veſtigia ſeqtur Chriſti, Chriſti doctrinã imitari: & euãgelicis magis atq; propheticis q̃ poeticis & philoſophicis incũbere lectionibus. Sunt enim hæ obſcenitatibus plenæ: illæ vero ſanctis ac ſalutari-

bus documentis refertæ:vnde facile proferas noua & vetera. Et neminem adeo inſanum inueni i exiſtimo:qui arbitretur, inter turpia & impudica verba quo/tidie verſantē facile eſſe continentem poſſe. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Quod ſi hæc dedecent ſacro renatum baptiſmate:q̃to magis dicatũ Deo monachum;cui ex regula, quam profeſſus eſt, arctius interdicitur oís ſcurilitas, reiicere illa oportet? Clamat apoſtolus. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Et Dñs atteſtatur:ꝙ de verbo ocioſo reddituri ſumus rationem. Si de ocioſo:quid de turpi & ſordido atq; illecebris pleno? Vides quæ vincula quæ cathenæ te conſtringant ad amplectenda tandem eccleſiaſtica ſtudia, & diuinã legem exquirendam. Id, fac:& viues:eriſq; vere ſapiens. Nam ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Si rediero vti mihi eſt animus ante natalē Dñi in Fontem bonum:perquiri diligentius faciam librum quem efflagitas. Miror quomodo euanuerit. Grata mihi fuere:tornatilia vaſcula tua: quæ mihi dono tranſmiſiſti. Sed futura ſcias illa minus grata: ſi vllo ea prætio abs te empta co/gnouero. Futurum me tamē tibi haud ingratũ ſpero. Vale. Ex Muſolea. Die. xiii. Decembris. MDVIII.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. XII.

SI verũ eſt quod mihi ſignificatum eſt de te his diebus: habeo cauſam ſcribendi ad te diuerſo modo, q̃ ipſe adme ſcripſeris. Blandiri ſiquidē videris in faciem:& a tergo laceras. Vt merito ſi ita eſt cum iis nume randus ſis:de quibus dicitur. Molliti ſunt ſermones eorum ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula. Confeſſus enim diceris & non negaſſe, confeſſus inq̃:nec voluntatē tibi nec ſtudium defuiſſe contra fidem mandati, vniendi monaſterii Sancti Be/nedicti Congregationi Murianenſi poſt habito eius capite, ſacra videlicet Ere/mo atq; contempto. Si hoc Romæ pauloante attentaſti:iure tibi ſuccenſent Ere mitæ:& non argui infidelitatis nequaq̃ potes. Nam ſiquis In mandatis ſibi cō/miſſis non modo malitioſe, verum etiam negligenter ſe gerit exiſtimatur ſum/mum dedecus admiſiſſe: quid dicturi de iis ſumus:quod conſtituturi cōtra eos iuditium:qui ſui cōmodi cauſa, fraudulenter incedunt:& fide pro nihilo habita, diſturbant vitæ ſocietatem:& cōmune omnium præſidium abiecto Dei timore pertinatius impugnãt? Non ſunt iſti mores:qui religioſos ac Deo dicatos de//ceant. Abhorrere ab his vel laici debent. Quid enim turpius:q̃ violare amicitiã & fidem? Conuenit inter nos, cum eſſes iturus in curiam:vt non prius vniatur membrum Eremi, niſi vnita primum Eremo. Tibi demandatur negocium, tan q̃ fideli tãq̃ amico. Et tu nō exiſtimaſti culpã & fidē diſſoluere, & amicitiã contē ptui habere? Scriptum eſt. n. mihi, te palam affirmaſſe:non dedecus ſed laudem te potius meriturum putaſſe:ſi hoc tam inſigne ſacrilegium admiſiſſes:ſi Ere/mo inuitis nobis ipſius benefitium fraudulenter ſubripuiſſes. Si ſic te iactas Pau le:& gloriaris cum male feceris:non ſapiunt hæc eam doctrinam:quam ſæpius publice prædicaſti. Et miraris liberius Eremitæ reſponſum ad tam alienum a fraterca coniunctione apietate a iuſtitia ſermonem tuum? Et quis non eum vel continentiſſimum iudicaſſet:ſi vel acrius atq; acerbius in te adeo manifeſtum oppugnatorem Eremi tunc demum inſurrexiſſet? Hortor itaq; te ac moneo paterno affectu:vt te tandem errati pœniteat:neq; dixeris magno tuo periculo

malum

malum bonum & tenebras lucem. Eſto fidelis vſq; ad mortem : & dabitur tibi corona vitæ. Siquid aliquando acturus es aut proprii aut publici cómodi cauſa: non ſit quæſo apud te pro ratione voluntas. Meminiſſe te arbitror: quid biennio ante moliri tentaueris contra patrem ordinis: a quo petita ſemel & bis facile tibi data eſt venia. Si excitaueris denuo ſopitam offenſam: durum erit tibi contra ſtimulum calcitrare. Neq; n. bona conſcientia pati poſſum: impugnari ab aliquo quicunq; ſit ille iura eccleſiæ mihi creditæ: pro quorum defenſione Cantuariēſis Antiſtes, cuius hodie annuam ſolennitatem colimus, etiam mortem intrepide ſubiiſſe memoratur. Si durius tibi atq; mordatius viſus fuero reſpondiſſe: ſuccurrat tibi ſapientis elogium. Meliora ſunt vulnera amici: q̄ fraudulenta oſcula inimici. Impinguaſti tu in oleo caput meū ſermonis lænocinio. Ego vero ad emulationem Samaritani infundendum cenſui vulneri tuo, & oleum & vinum. Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Decembris. MDVIII.

Franciſco Brixienſi monacho. XIII.

i Ngens re vera egrotantium numerus: & qui terrere merito debuit vrbem totam. Verum quādo ex tanta multitudine languentiū, pauci defuncti ſunt: certum eſt haud quaq̄ fuiſſe contagioſum genus morbi. Viſitauit Dominus populum ſuum, tanq̄ filium pater. Quis enim filius: quē nó corripit pater? Vt merito dicat. Caſtigans caſtigauit me Dn̄s: & morti non tradidit me. Benedictus Deus: qui mortificat & viuificat: & per infirmitatem corporum ad ſanitatem nos prouocat animarum: vt per deterioris partis afflictiones ac ſupplitia, melior ad ſalutaria perquirenda remedia conuertatur. Vidimus perſæpe complures vitam ſceleſtiſſimam tranſigentes : qui & proſpera fortuna exultant: & bona corporis valitudine laſciuiunt. Huiuſmodi fælicitati minime inuideas. Quibus enim in hac vita omnia optata contingunt: atq; (vt dicitur) vel dens nunq̄ doluit: acrioris eos ac vehementioris flagelli pœnam in futura manere, argumentū eſt. Fili, inquit, recordare: quia recæpiſti bona in vita tua: & lazarus ſimiliter mala. Nunc vero hic conſolatur: tu vero cruciaris. Quamobrem ſi ex quatuor & viginti milibus eodem tempore febre correptis pauci interierūt: paternæ id fuiſſe viſitationis inditium credi poteſt. Vt caſtigati, ait apoſtolus, & nó mortificati. Cæterum nó poſſum non dolere ob diuturnam tum monachorum, tum abbatis monaſterii iſtius, malam valitudinem. Scio. n. q̄ti momenti ſit, prælatorum abſentia a gregibus ſuis. Vigilare ſuper eos iubemur : & vix noſtra vigilantia & cura ſufficimus. Nam & ſtante ad gubernaculum vel perito nauta inſurgunt aliquando venti contrarii : & variis procellis ac fluctibus etiam bene exædificata atq; compacta periclitatur nauis. Confido nihilominus de bene inſtituta familia iſta: ꝙ nullum ſit factura vel abſente gubernatore naufragium. Imperet Dn̄s iacentibus ſua pietate : vt ſurgant & ambulent. Quod plurimū opto. De obitu colēdiſſimi Patriarchæ: nihil ſcribo: ne idem quod nouiſſimis meis ad te litteris feci repetam. Vale. Ex Muſolea. Die. vii. Ianuarii. MDVIIII.

Baldaſſari Cardutio Doctori. XIIII.

q Vo die rogatus ab Eremitis noſtris contenderam abs te per litteras: vt conſuleres nobis: quid de admittendis in Eremum fratribus men

dicantibus faciendum cenſeres:eodem tuum ad me conſilium tranſmiſſum ac/
cæpi.Præueniſti tu me in benedictionibus dulcedinis:& anteq̄ te inuocarem di
xiſti.Ecce ad ſum.Fuit ſane id nobis eo gratius:quo tempeſtiuius,ac minus tũc
expectatum.Delectati ſumus & ſtudio & fide erga nos tua.Per legi illud totum:
adeoq; mihi tot munitum cõſultiſſimorum virorum allegationibus ſatiſfecit:
vt amoto atq; ſublato penitus Extrauagantis Martini ſcrupulo mandauerim
Eremitis:vt pro arbitrio ſuo,& pro bona admiſſorum mendicantium volunta
te,morem fratribus gererent.Siquidem ex officina peritiſſimi artificis Cardutii
noſtri ad me remedium eiuſmodi fuiſſet allatum:quo facile omnem ex animo
ambiguitatem exturbaſſem Accæpiſſe illos nuntium ne dubites,ſuper aurum
& lapidem pretioſum multum optatiſſimum:factumq; tuæ excellentiæ omnẽ
illum Eremitarum cætum q̄ cumulatiſſime obnoxium.Memores erunt nomi/
nis tui,in omni generatione & generatione. Nimirum vt de me loquar , ſemp
ex quo mecum ſemper iniiſti beniuolentiam,magnifeci ingenium & doctrinã
tuam ſingulari erga amicos fide coniunctam.Indies hæc mea de te exiſtimatio
ob mutuam conſuetudinem & negociorũ noſtrorũ tractationem creuit. Sed nul
la re clarius atq; euidentius aperuiſti mihi eruditionis tuæ theſauros:q̄ accura/
tiſſima cõſiliorum tuorũ cõpillatione. In his animaduerto,q̄ ſtudioſus q̄ dili/
gens q̄ indefeſſus extiteris,in paranda ad perfectionẽ tuæ profeſſionis diſcipli/
na.Cõmunicas vero accæptum talentum tanta facilitate atq; humanitate: vt
certantibus apud te eruditione ac fide,vtra illarũ præſtes: haud facile iudicaue/
rim.Vnum ſcias velim:habiturum te ſemper apud me illius locũ:de quo per ſa
pientem ſcriptum eſt.Multi ſint tibi amici : conſiliarius autem ſit tibi vnus de
mille.Si miſeris quẽadmodum te recæpiſti facturũ,cõſilium ſup cõpoſitionibus
curiæ menſura bona & cõferta nos tibi deuinxeris. Vale.Ex Muſolea.Die.viii.
Ianuarii.MDVIIII.

Benedicto de Mandello Priori Forliuieñ.XV.

S I longiore intermiſſione ſcribẽdi factum nõ eſt:vt oblitus mei fueris:
impleſti beniuolentis & amantis offitium. Si enim tantũmodo ſubit
amicorum recordatio:cum ad illos litteras damus:breuis eſt admodũ
talium memoria:quando eſſe ea iugis debet.Quod dolueris ob malam meam
valitudinem:& iucũde accæperis reſtitutam mihi a Domino ſanitatem: habeo
gratiam tuæ in me pietati. Orationes,quas pro noſtra tunc liberatione fudiſti,
aſcenderunt ſicut fumus aromatum in conſpectum Domini:& eleuatio manuũ
tuarũ non fuit irrita & inanis.Reuocatum me ne dubita ſuffragiis interceſſorum
multorum a porta inferi:& caſtigatum fuiſſe,nõ morti traditum . Vtinam hoc
pluſculum longioris vitæ prorogatum mihi ad ſalutem animæ fuerit:& ad di/
luendas nõ tepide non ſegniter vt hactenus : ſed ſeuerius & acrius præteritas
culpas meas.Suſpenſa aliq̄diu ſecuris,quæ ad redicem infructuoſæ arboris po
ſita erat,me admonet:vt cõtẽptis penitus cæteris omnibus ſæculi curis,deo vi
uam:meq; caſtigatione vitæ obſeruatiore,ad expectationẽ horæ nouiſſimæ con
parem.Si tranquilliorem nunc ſolito vitam ducis,incumbens libris ſtudioſius:
gaudio & probo.Et eo magis:q; eccleſiaſticis amplius oblectaris. Hoc iam re/
quirit,præter inſtitutũ religionis ætas tua:vt & ſacerdos & natu grandior,poſt

habita

habita & reiecta gentilium lectione, inter ſacros codices frequēter verſeris. Eloquia enim Dñi eloquia caſta: argentum igne examinatum: probatum terræ: purgatum ſeptuplum. Legenda ſunt nobis: quæ ad beneuiuendum inſtruant: quæ conſcientiam ædificēt: quibus lector peccata ſua dignoſcat & corrigat. De Chriſoſtomi operibus nō falleris iuditio. Si ipſius fueris documenta conſectatus: & tam eminentis viri oblectatus delitiis: cognoſces de doctrina eius, quoniam ex deo ſit: nec meliora paſcua requires. Prioratū tuum ſi nondum es conſecutus repugnante epiſcopo arcis cuſtode: ſufficit tibi ꝙ nō indormieris deſidiæ: vt beneſitium pacifice poſſideres. Deficiente illi iuſto titulo, occupator potius cenſendus eſt q̄ poſſeſſor. Sed quando calcitrare contra ſtimulum nō potes: & ví non æquitate res agitur: ſi alia ratione tibi non ꝑmittitur aduerſarium potentiorem poſſeſſione deiicere: expecta tempus, donec apprehendat Dominus arma & ſcutum: & exurgat in adiutorium tibi. Ipſe nanq; dicit. Cum accæpero tempus: ego iuſtitias iudicabo. Sacrum illum ſancti Maglorii cōuentum proficere in dies in religione: magnopere lætor tum illius tum tui cauſa. Neq;.n. vlla fieri gregi acceſſio poteſt: ſine paſtoris emolumento & lucro. Gloriari in Domino licet tibi & dicere. Particeps ego ſum monialium timentium te: & cuſtodientium mandata tua. Eas meo nomine ſaluere iubebis: nec te illarum grauet cura: quam adeo vtilem ac fructuoſam eſſe intelligis. Quin potius ſi alteri vicino monaſterio noſtro, cuius capellanus & gubernator infirmatur, potes aut per te aut ꝑ alium opitulari: ne referas pedem. Vicarius noſter es: & id tibi potiſſimum oneris ex offitio incumbit. Solicitudo, inquit, Paulus de ſe ipſo, omnium eccleſiarum. Tu quoq; hunc imitare. Sic.n decet prælatum ſolertem induſtrium & cōmunis ſui ordinis vtilitatis amantem. Sic quoq; miniſterium tuum in oculis totius populi Fauentini cōmendabile facies. Quod erit mihi tam gratum: q̄ qd gratiſſimum. Vale. Ex Muſolea. Die. xiii. Ianuarii. MDVIIII.

Baldaſſari Cardutio Doctori. XVI.

a Vdio veniſſe Florentiam quendam cōterraneum meum, cum cognata ſua vidua: ac líte conteſtata dotem petere, mulieri viduæ debitam: quæ olim nupſerat cōciui tuo Florentino. Quibus ſint fauoribus proſequendæ viris ſuis fæminæ deſtitutæ: cum fraudantur dotibus: ſuperfluum eſt commemorare præſtantiæ tuæ. Calles optime: quid velint iura: & q̄ ſingulari merito apud deum huiuſmodi cauſarum ſuſcipiantur patrocinia. Quamobrem cum te potiſſimum delegerint clientes aduenæ in aduocatum & patronum ac defenſorem iurium ſuorum: ducti tum doctrinæ excellentia, tum integritatis opinione: precor vt in iis tuendis ſolita tua dilígentia & fide præſto ſis. Scio te non indigere noſtra pro illis cōmendatione: quando nō eſt apud te perſonarum accæptio. Et ego ea tantū lege tibi eos eſſe cupio cōmendatos: ſi illorum ſit iuſta petitio. Erit tibi laudi aſcribendum: cum alienigenas in iuditio liberaueris de manu opprimentium. Aduenam ait Dominus non cōtriſtabis: neq; affliges eum. De viduis vero quanta ſit deo cura: plena ſunt efficaciſſimis teſtimoniis ſacra eloquia. Dominus, inquit, cuſtodit aduenas: pupillum & viduā ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet. Et in euangelio voce Saluatoris dicitur. Vhæ vobis ſcri-

bæ & phariſæi hypocritæ: qui comeditis domos viduarum. Audi & aliam de Exodo, etiam iniquiſſimo cuiq; iudici valde formidãdam cõminationem Dei. Viduæ ait & pupillo nõ nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me: & ego audiam clamorem eorum: & indignabit' furor meus: percutiamq; vos gladio: & erunt vxores veſtræ viduæ: & filii veſtri pupilli. Ex abundatia cordis, hæc mo do tibi ad memoriam reuoco: qui de his omnibus pleniſſime inſtitutus es. Ha bes enim in defendẽdis viduis & oppræſſis oĩbus vnde ꝓtua ſapientia coram iudicibus proferas de thæſauro tuo noua & vetera. Vale. Ex Muſolea. Díe. xxiiii. Ianuarii. MDVIIII.

Chriſtophoro Monacho Fontis Boni. XVII.

P Ræbet mihi ſeceſſus hic Muſoleæ pluſculum ocii: q̃ cum agere mihi in ciuitate contingit, aut in Fonte bono. In ciuitate non deſunt quoti dianæ viſitationes, tam ſæcularium: q̃ religioſorum. In Fõte bono, cõ tinua vexat domeſticorum reiq; familiaris cura. Hic ſicut ſalubriore & liberio re cœlo, ita maiore a ſolicitudinibus ac perturbationibus quiete animus fruitur Quãobrem ne mireris ſi ad litteras tuas celeſſus reſpõdetur: cum in hoc per bi meſtre ſeceſſu caſentinate moram traho. Noſti præterea moris mei ſemp fuiſſe: haud grauate calamum arripere: neq; negligere ſcribendi officium cum iis: qui me ſuis litteris prouocant ad reſcribendum. Venturus tu iuxta ſignificationem epiſtolæ tuæ, paulopoſt ad me & non veniens, expectatuſq; a me de die in diẽ: fuiſti modo autor vt tardius reſpondeam. Non enim mihi ociũ defuit. Quod grate admiſeris monita noſtra, eaq; penitus cordi tuo inſederint: approbo fa cilitarem tuam, & bene inſtitutam mentẽ. Opto vt iactum ſemen afferat fructũ centuplum. Quanti ſit facienda iactura temporis: noſti. Minuitur quotidie vita noſtra: & fugit. Heſterna quæ preteriit dies non reuertetur amplius. Indulge mus inanibus ſtudiis eo aliqñ animo: vt vbi conſenuerimus, totos nos diui nis tradamus eloquiis: & nõ aduertimus: q̃ celeri curſu labatur vita noſtra: quæ iuxta apoſtoli ſententiã, vapor eſt admodicum parens. Redimamus itaq; tẽpus: quoniam dies mali ſunt. Reſarciamus cura & ſtudio: quod diſſutũ negligentia & incuria fuit. Et quod hodie præſtari poteſt: ne differatur in craſtinum. Verum hæc plenius coram. Cura, ſi potueris: vt ĩterceſſione abbatis Balnei, mittat mihi D. lucas reliquum pecuniæ: quod nobis debet Celæ nomine: & id tecum defer: niſi nimiũ diſtaleris aduentũ tuũ. Vale. Ex Muſolea. Die vltima Ianu. MDVIIII.

Eremitis noſtris. XVIII.

D Itari & ego vobiſcum cuperem: ſi id fieri honeſte poſſet, & ſine religio nis incõmodo atq; inuidia: & quod pluris facio, ſine conſcientiæ iactu ra. Quid obſecro vos, paritura eſt nobis beneficioꝝ vnitorum multitudo, & ſa cerdotiorum congeries? Audite prophetam: immo Dñm per prophetã, cõmi nãtem nobis. Vhæ, inquit, qui coniungitis domum ad domum. Deinde multo rum odium in nos ex hoc benefitiorum cumulo concitamus: cum videant oĩa nos ad priuatam vtilitatem referre: & quod plurium eſſe potuit, ad vnum ali quem cõuentum redigi. Defraudatur hoc pacto diuinus cultus: cum vnus mini me ſufficiat pluribus locis cũſulere: & male ac negligenter per vicarios, immo per mercẽnarios, adminiſtrẽtur membra huiuſmodi vnita, abſente paſtore. Cu

ius

ius ſane rei optime mihi conſcius ſum. Et vos credere poteſtis experto. Quã
obrem hoc vobis conſilium do : vt imminente paulopoſt Generali capitu/
lo, differatur hæc Eremi nouæ annexio ad illud tempus. Tunc enim ſi ſenior
ſuperuixerit ſine ſcrupulo ſine ſumptu omnia tranſigentur. Si non admittitis
conſilium liceat vobis per me : quod vobis referet meo nomine Alexander
conuerſus Eremi, futurus harum lator. Vnum vobis repeto, ac reuoco ad me
moriam, quod apoſtolus ſuadet nobis. Habentes alimenta, & quibus tega/
mur : his contenti ſimus. Valete: Ex Muſolea. Die. v. Februarii. MDVIIII.

Benincaſæ Priori Pratalis. XIX.

m Edicum, me præſidente ſacræ Eremo conductum fuiſſe annuo ſa/
lario : nunquam memini. Sed ſicui infirmari contigerit : tunc ac/
cerſitur medicus: vt neceſſaria exhibeat languenti fomenta. Raro, vt noſti, in
tam numeroſa familia egritudine graui affecti reperiuntur. Id accidere Dei
benignitate, non dubito : qui in alpibus degentes procul a medicis, indige/
re illorum opera frequentius non ſinit. Non parum etiam conferre ad bo/
nam conſeruandam valitudinem arbitror, libertatem illam noſtram egrediẽ
di ad contuendam cœlum, ad peragranda vicina cœnobio loca. Nunc ex Fõ
te bono in Eremum, nunc ex Eremo itur ac reditur in Fontem bonum. Non
deſunt familiæ ſeceſſus percommodi & ſalubres, quo aliquando ruſticandi
gratia per vices ſe recipiunt : præſertim qui minus valido ſunt corpore. Vbi
paucis diebus recreati: raro expetunt lectuaria & pharmaca. Hæc ſi ad cor/
porum valitudinem reſpicias, plurimi ſunt æſtimanda: & meo iudicio vrba
nis commorationibus facile præferenda. Specioſiora in vrbibus monaſteria
eſſe contendes: ſed hæc vtiliora. Iccirco non multa hactenus haberi viſa eſt
medicorum cura: non tam quoniam & ipſi non ſemper quæ ſalutaria ſunt vi
dent : quam vt dixi, ob ægrotantium raritatem. Ego tamen is ſum, ita præ/
ſertim ætate ſuadente : qui magnopere medicis deferam : quos propter ne/
ceſſitatem honorandos, etiam ſacra admonet ſcriptura. Gratum fuit nobis
tuum de pupienſi illo teſtimonium: ſi quid vrgentius acciderit domi : accer/
ſiri inde, atq; euocari commode poterit. Vale. Ex Fõte bono. Die. xiii. Februa/
rii. MDVIIII.

Benincaſæ Priori Pratalis. XX.

d Epoſuit apud me. D. Michael pecuniam : quam debet nepoti tuo.
Venit ad te eo animo : vt & tecum & cum nepote componat nego
cium. Et ego hortor & moneo : vt conueniat inter vos : præſertim hoc qua
drageſimali tempore, atq; his ſacratioribus diebus. Alioquin merito auditu/
ri eſtis. Ecce in die ieiunii veſtri, inuenitur voluntas veſtra : & omnes debito
res veſtros repetitis: ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Turpe hoc laicis
foret : longe re vera vobis turpius: qui & fratres eſtis: & Dei ſeruitio cultuiq;
dicati. Stude tu, qui & ætate & doctrina his iunioribus præſtas, talibus pieta/

tis officiis promereri deum:& diſſidentes ad concordiam reuoca:neq; patia/
ris,vt tantilla de re contentionibus exagitentur.Male profecto ſaluti conſu/
lunt monachi:quando de proprietate,quam ſemel abdicarunt, obſtinatius li
tigant.Sic tamen hodie viuitur.Cura itaq; : ne amplius me obtundant. Va/
le.Ex Fonte bono.Die.xxvii.Februarii.MDVIIII.

Nicolao Cardinali Fliſco.XXI.

q Vam officioſa,immo quam benigna,quam humanitatis plena,ſit
Dignatio tua:in noſtro Eremi negocio dudum agnoui : pro quo
haud minus fuiſti ſolicitus,ac ſi ageretur res tua.Bis ego ſcripſi:bis reſcriptũ
eſt mihi.Non es mea importunitate fatigatus.Petii ego abs te aliquid.Et tan
quam tu exigere a me quippiam ſtatuiſſes: ita mihi reſpondiſti q̄accurratiſ/
ſime. Piæ hoc mentis fuit teſtimonium locupletiſſimum. Cogitaſſe enim te
arbitror : Beatius eſſe dare,q̄ accipere . Quamobrem ingentes tuæ pietati
gratias ago,tum meo tum Eremitarum noſtrorum nomine. Deuinxiſti nos
tibi arctiſſimo obligationis vinculo : futuros nullo vnq̄ tempore huius tuæ
erga nos benignitatis ac facilitatis immemores. Diligis iuſtitiam,qui iudi/
cas terram : qui ſedes cum principibus: & ſolium gloriæ tenes . Iccirco tibi
conſequenter eueniet propheticum elogium. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit.De
abbate Claſſenſi nil aliud repeto:niſi q; ipſum,etiã(quod me re vera latet) ſi
in te peccauit,tuæ iterum clæmentiæ cupio commendatum. Imitatores dei
eſtote,ait apoſtolus.Et de ipſo legimus.Cum iratus fueris : miſericordiæ re/
cordaberis.Cæterum rediit ex vrbe conteraneus tuus Hieronimus olim ere
mita,nunc abbas effectus.Si quidem monitus ego a Pontifice:vt reforman/
dam curarem abbatiam Montis Chriſti noſtri ordinis : in quadam inſula
haud procul a Corſica ſitam : contuli ei iure ordinario ipſum beneficium: q;
bene ſperare viſus eſt,magna illud ſe autore breui incrementa capturum.Ne
q; tamen ideo ſe obmiſſurum ſpopondit : quam ſibi demandaſti Anglarien
ſem curam.Eſt enim validis humeris : qui non refugiant duplicatum onus.
Det illi Dominus virtutem ad perficiendum opus pium : vt deſolatum ha/
bitatoribus ac facultatibus locum,in priſtinum ſtatum ſanctimoniamq; re/
ſtituat : & rebus tuæ amplitudinis,quam plurimum obſeruat & colit,non ſit
defuturus.Vale.Ex Fonte bono.Die.iii.Martii.MDVIIII.

Diffinitoribus Capituli Congregationis.XXII.

c Onuenientibus vobis in vnum, ad conſulendum rebus Congre/
gationis,libenter & ego præſto fuiſſem : niſi & longitudo itineris
& alia hic me haud leuia negocia mutare conſilium coegiſſent.Nõ
q; neceſſaria vobis fuiſſet præſentia mea : ſed vt petentibus aliquibus ex vo/
bis ſatiſfeciſſem. Veniente itaq; Angelorũ Priore ad capitulum : has mei vi/
carias illi ad vos dare cõſtitui:quæ vtcũq; me vobis referrẽt:atq; animũ no/
ſtrum

ſtrum aliqua ex parte aperirent. Conuenire vos arbitror quot annis eo con/ſilio: vt non modo conſeruetur facilius congregationis vnio, verumetiam augumentum capiat. Idq; nõ adeo multiplicatione cœnobiorum, verum potius incremento meritorum atq; ſanctorum operum. Id ſi prouiribus conemini: vt intendatis ad publicam congregationis vtilitatem: ad corrigendos minus regulariter viuentium mores: ad erigendam labentem monaſtici rigoris diſciplinam: non fuerint inanes cõuentus veſtri. Rogamus itaq; vos, & obſecramus in Domino Ieſu: vt tales præficiatis monaſteriis, quos Zelus comedit domus Dei: qui prodeſſe magis exemplo vitæ, quam verbo doctrinæ ſubditis contendant. Vnus ſit in tota congregatione con/uerſationis ritus: & a conſtitutionibus ordinis minime diſcrepans: vt ha/bitetis vbiq; vnius moris in domo. Hoc facile futurum confidam: ſi abſq; perſonarum accæptione præpoſueritis conuentibus prælatos idoneos: ſin/gulíſq; dederitis paſtores ſecundum cor Domini: qui non ſemetipſos ſed greges paſcãt. Hos etiam renitentes aſſumite: & nolentes intrare compellite: vt cum in credita ſibi ſpecula excubauerint: nec potiora ſua commo/da quam ſubditorum ſalutem duxerint: & vos pariter cum illis bonum bene adminiſtrantium gradum acquiratis. Affectuoſe vobis loquimur: neq; temere iſta ſuggerimus. Spero autem: q; futuri eſtis non auditores tantum, ſed factores. Verum & hoc prætereundum ſilentio non duxi: vt ſi qua correctione digna delata ad vos per viſitatores fuerint: ne penitus diſſimulen/tur: nec impune iis, qui ea admiſerint, cedat. Diſciplina enim virtutis cuſtos. Et male ſibi conſulunt atq; autoritati dignitatis & magiſtratus ſui capitulo/rum patres: ſi ſemper in peccatores eſt miſericordiæ recordatio: & obliuio diſciplinæ atq; iuſtitiæ. Quis enim filius quem non corripit pater? Roga/mus vos (inquit) Paulus corripite inquietos. Viſitatores præterea tales conſtituite qui ad capitulum non ſumatim, ſed minutiſſime deſcriptum mo/naſteriorum ſtatum referant. Qui enim contemnunt minima: facile in ma/iora dilabuntur. Miratus ſum anno præterito breuitatem viſitationum ve/ſtrarum: & vix pauca continentium. Si grauantur calamo digiti excipien/tium: quando grauiora pro religione laturi ſunt? Hæc & huiuſmodi Fra/tres conſyderate: & acceſſionem magis morum, quam monaſteriorum concupiſcite in congregatione iſta. Neq; enim vobis defutura ſunt loca: ſi ha/bere prius ſtudueritis, quibus illa digne repleri queant. Prætereo de induſtria breuitatis ſtudio, frequentes monachorum euagationes, quotidie per vicos & fora ciuitatum, diſcurrentium. Statuatur ſuper hoc modus: quoniam re vera vel ipſis laicis, hac noſtra in cœnobiis inſtabilitate, ſcãdalum exhibemus. Reliqua vobis coram ſignificabit Angelorum Prior: cur videlicet intermittendum cenſuerimus Generale capitulum. Suaſerat Protector, vt id celebra/retur. Poſtea impeditus mala valitudine, aut ob imminentia bellorum peri/cula, nihil amplius reſcripſit. Siquidem & ipſe, ſe præſto futurum capitulo, prius fuerat pollicitus. Vbi vero pacatiora arriſerint tpa: & effuſa contentio

ſuper principes, permiſerit: aut ſaltem denuo requiſierit Protector: cura/ bimus implere munus noſtrum. Non inficior, infirmum ordinem celeri curæ indigere: ac dilatiõe periclitari. Clamare pro eo haud temere compellimur. Domine deſcende: priuſquam moriatur. Ita ſine ratione ac lege viuitur: adeo confuſa ſunt omnia: vt in quibus confidendum ſit, vix pauci admodum re/ periantur. Et tamen parendum ac inſeruiendum eſt tempori. Cum placuerit Domino: aderit aliquando tempus accæptabile, & dies ſalutis. Commendo vobis communem filium, Euſebium monachum. Is cupit poſt biẽnium, quo peregrinatus eſt, redire ad cœnobium profeſſionis ſuæ. Non improbamus votum eius: vt ibi eſſe deſyderet, vbi prima inſtitutionis monaſticæ rudimẽ ta ſuſcæpit: & vbi feruorem ætatis facilius compeſcere, quam apud exra/ neos poſſit. Valete: ac pro nobis orate. Ex Camaldulo Florentino. Die. iiii. Aprilis MDVIIII.

Franciſco Brixienſi monacho. XXIII.

O Bitum clariſſimorum virorum, Procuratorum Sãcti Marci, atq; af/ finium meorum, Dominici & Marciantonii Maurocenorum, ſane prout debui, moleſte tuli. Mihi enim ſemper vterq; extitit beniuolẽ tia & amore, quam carne coniunctior. Parentis ſemper loco habui maiorem illum natu: qui nonagenarius exceſſit: & me æque ac filium viciſſim ipſe dilexit. Alter quoq; haud vulgari me caritate complexus eſt. Talibus itaq; or batus propinquis, & tanquam parentibus pientiſſimis intra dies paucos de ſtitutus: non potui non triſtari ac mœſtus eſſe. Fuerunt, vt noſti, primarii ci ues ambo: & de patria ſua quam optime meriti. Siquidem ex quo primum capeſſere cœperunt rempublicam: & eam adeptis magiſtratibus gerere: om nis illorum cogitatio cura ſtudium opera, ſumma æquitate ac fide, poſita eſt in ipſius adminiſtratione: totoſq; ſeſe ad vtilitatem & commodum patriæ contulerunt atq; addixerunt. Nec ingrata in conciues ſuos patria extitit. Nã pro meritorum magnitudine ampliſſimos ambobus honores deinceps de/ tulit: ac tandem procuratoria dignitate, quæ ſupremæ in iſta ciuitate pro/ xima eſt, conſpicuos ac ſublimes fecit. Quod nequaquam accidiſſet: niſi li/ quido perſpexiſſet: vtrunq; Maurocenum noſtrum, non ſolum gentem ſuã, verumetiam vniuerſum Venetorum imperium, ſua virtute conſilio autori/ tate fide integritate ac ſapientia plurimum honeſtaſſe: ac ſingulari ſplendo/ re illuſtraſſe. Ego vero ſicut eoꝝ deſyderio afficior: ita re vera facile me ip/ ſum conſolor: ꝙ non immerito confidam, tam claros viros, qui rempubli/ cam ſuam totis conatibus defenderunt ſtabiliuerunt auxerunt, in numerum ac cœtum Sanctorum diuina fuiſſe pietate relatos. Atq; haud dubie Ciceronĩ aſſentior: qui de huiuſmodi viris id ipſum confitetur. Omnibus (inquit) qui patriam conſeruauerint adiuerint auxerint certum eſſe in cœlo definitum locum: vbi beati ſempiterno æuo fruantur. Itaq; in pace in idipſum dormi ant: & requieſcant: donec in nouiſſimo die de terra ſurrecturi ſint: & in car/ ne ſua Saluatorem ſuum viſuri. De nouitii illius ad ſæculum reditu id

mihi

mihi ſuccurrit. Multi ſunt vocati: pauci vero electi. Et alibi. Omnis planta/
tio: quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Non improbo ad/
modum, ꝙ non perſeuerauerit: cum adhuc ſui iuris eſſet: ſed fugam damno.
Quis enim eum detinere potuiſſet inuitum? Imprudenter egit adoleſcens: &
male ſuo ac monaſterii honori conſuluit. Sed ſi non erat perſeueraturus apud
vos regulariter atq; obedienter: ſed cœtum veſtrum turbaturus: abierit in bo/
num rem. Aegre tuli infirmatum fuiſſe abbatem Claſſen. quo tempore intereſſe
capitulo debuerat. Eius abſentiam capituli cõmodis multum nocuiſſe opinor.
Quid in eo actum ſit atq; decretum: ſeriatim ſcribes. Fertur hic apud nos: ex/
curſionem a militibus eccleſiæ ad muros vſq; Rauennæ ac Ceruiæ factam fuiſ/
ſe: iumentaq; inde ac plurimam abactam prædam. Si ita eſt: timere cogimur
Claſſenſi monaſterio: ne magnam ſuarum rerum fecerit iacturam. Deus bene
vertat: & pacẽ omnibus reſtituat. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Maii. MDVIIII.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. XXIIII.

n On miror: ꝙ diu hæſitaueris, quid mihi reponſurus fores. Et ꝙ ag/
greſſus aliquid mihi reſcribere: nunquam (vt verbis tuis vtar) excu/
deris ſententiam: quæ quadraret prorſus intelligentiæ tuæ. Sic enim accidit:
vbi quis repugnare veritati contendit. Vir, ait apoſtolus, duplex animo: incon
ſtans eſt in omnibus viis ſuis. Atq; vtinam poſt longam cõſultationem, & mul/
tiplices cogitationum tumultus, vel ſero animaduertiſſes: quomodo patri pie
admonenti te oportuerit reſpondere. Prioribus litteris tuis blandus: poſterio/
ribus his contumelioſus: oſtendiſti quam varius ſis & inſtabilis: quam nun/
quam in eodem ſtatu permaneas: quam in vtranq; partem nimius ſis atq; in/
temperans. Qui vnico humilitatis verbo potuiſti culpam tuam diluere: & rea
tui veniam promereri: peccaui vtiq; in cœlum & corã te: putaſti addendo ma
lum malo & veritatem negando, me facilius expugnatum iri. Terrere me exiſti
maſti latratibus tuis: quem ne morſibus quidem a veritatis tramite deflectere
vnquam coegiſſes. Reſpondebo paucis ad quædam capita litterarum tuarum:
impudenter ſatis, ne dicam mendaciter conſcripta. Ne forte ſi tacuero: verax
tu, & ego mendacio obnoxius videar. Primum quidem negas conueniſſe inter
nos: antequam in vrbem iturus eſſes: ne prius curaretur vnio monaſterii San/
cti Benedicti: quam vnita fuiſſet Eremus. Qua fronte hoc neges: nolo tibi ad/
ducere prophetæ ſimilitudinem de iis, qui neſciunt erubeſcere. Interroga abba/
tem Claſſenſem itineris tui comitem: (vt alios ſubticeam teſtes) virum certe
& vita & conſcientia dignum fide: & videbis tam procul te diſtare a vero: quã
tum nox a die: lux a tenebris, a candido nigrum. Sed quid de infidelitate tua di
ſputo: quid propter eam contendo? Aperto marte affirmas: te nunquam exiſti/
maturum infidelem: ſi me inuito membra Eremi ſubripueris: & nouæ congre/
gationi vnienda curaueris. Bona tua venia dictum ſit. Inſanis, o, Paule. Irreli/
gioſo iſta profers ſpiritu & qua ſis in ſacrũ locum, in caput tuum, in totius ordi/
nis legitimũ atq; ordinariũ prælatũ, impietate: hac tua petulãtia maxime oſtẽ/
dis. Nolo hic in mediũ adducere Eremi nr̃æ merita: & illa cũ meritis cõgrega/

tionis conferre. Odioſam hanc comparationem de induſtria deuito. Neq̃. n. ſic confutare ineptias tuas aggreſſus ſum: vt congregationi detraham: cum ſit illa portio generalatus mei: cum ei longe affectuoſius quam tu, optime cupiam. Itaq; ne expectes, me de illa verba facturum. Meum erit ſemper, ſi profece//rit, gratulari profectibus eius: & ſi, quod abſit, defecerit, contriſtari defe//ctibus: gaudere vtiq; cum gaudentibus, flere cum flentibus. De angelis tuis ad quorum me contemplandam reformationem & gloriam mittis: hoc tan/tum attigerim impræſentia. Si melius ſe habent nunc ſub recenti congregatio/ne: quam tunc ſub priore viro ſuo erant: ſtude, vt conſeruentur. Sin minus: cura prouiribus: vt ab eis imminentia proculdubio pericula arceantur. Scio quid di/cam. Et tu ſi ſapis, crede veridico: & defectui recte ambulantium ex corde con/dolenti. Aperi oculos tuos & vide: quia ſic te oportet facere: & ne expectes pœnitere poſt ruinam: cum verſa fuerit in luctum cythara tua: & organum tuum in vocem flentium. Ne forte exprobretur tibi a dicentibus. Vbi eſt Paule gloriatio tua? Verum hac de re melius coram & in aurem tibi loquerer: quam aper/tius tibi fuerit litteris inſinuanda. Tranſeo ad exprobrationẽ & calumnias tuas: quibus me affeciſti ob commendata a Pontifice in Generalatu meo beneficia Eremi. Quod tempori quod alienæ poteſtati, merito eſt tribuendum: tu in pa/trem ordinis id detrimenti retorques: tanquam alter aduerſus euãgeliſtam Diotrepes, qui primatum appetebat, verbis malignis garriens in nos. Si mea cul/pa commendationum iacturam facit noſtra religio, & non ſublimioris imperio poteſtatis: quid de aliis mei ſimilibus dices: qui ab huiuſmodi captione den/tium immunes non ſunt? Quibus velint, nolint, bibendus eſt calix iſte? Num, vt vni mihi detrahas, omnes carpſeris? Nunquid contra ſtimulum debemus calcitrare? An ignoras, iuditia dei eſſe abyſſum multam? Abutentes libertate ordinis in monaſteriis ſuis: & laxiori indulgentes vitæ: qui traditi in reprobum ſenſum faciunt ea, quæ non conueniunt: mirum non eſt, ſi libertatem amittant. Audeo dicere: fœliciora eſſe bene commendata cœnobia: quam abutentia, vt pleraq; nunc paſſim reperias, propria libertate. O ſi mihi liceret detegere altaria. Parco autem: ne fruſtra tecum laborem: & ad maiorem te impatientiam prouocem. Si enim leniter admonitus tam procaciter inſurrexiſti in correptorem: quid fa/cturus fores acerbiuſcule caſtigatus? Atq; vt ad id redeam: vnde indignatio tua tota efferbuit: Suaſiſti coram ſæpius: idem feciſti modo per litteras: vt conſu/lam indemnitati Eremi per prioratus reſignationem. Hoc ni fecero: redditu//rum eſſe me in die iuditii rationem minaris. Atq; vt timore ſaltem euictus, vo/tum tuum impleam: proponis mihi impendentem mortem, & clangorem tu/bæ nouiſſimæ. Et exacturum a me Romualdum noſtri ordinis patrem rationẽ: quomodo Eremum ſuam reliquerim affirmas. Mirari ſatis non deſino im//portunitatem tuam, ne dicam improbitatem, ne dicam ambitionem. Sa//tis tibi coram olim reſpondimus. Vidiſti ipſe: quid ſenſerit præſul ille ſan/ctiſſimus atq; eruditiſſimus Paduanus Epiſcopus: quã apertis argumentis a tuo appetitu ac ſenſu diſtet: quanta integritate & ſapientia corruptæ & obceca//

tæ meti tuæ aduerſetur. Cuius vtinam digni eſſemus, corrigiam calciamenti ſol
uere. Quid iterum me irritas inanibus & minacibus verbis: vt opus aggrediar:
qd neq; alicuius prædeceſſoꝝ noſtroꝝ exēplo nititur: neq; ſine mea ipſius mani
feſta pnitie ac dedecore fieri poteſt? Si tu vt inſipienter ſcribis, meum commo/
dum & ſalutem paruifacis: modo Eremus cōgregationi vniatur: ego contra vti
bonus pater ingrati licet ac male de ſe meriti filii curam gerens: liberare te ſta/
tui vel inuitum, euidentiſſimo periculo ſalutis tuæ: ne forte tibi morem gerens
debitorem te tanti facinoris efficiam. Conſilium tuum, vt infidele, vt male exco
gitatum, vt ab honeſto abhorrens, penitus reiicio. Viuam quoad placuerit altiſ/
ſimo. Et niſi alia me potior perſuaſerit ratio, vt cedam: Generalis viuā. Nec ero
adeo de appropinquante morte: qua me tanq̃ illius oblitum, terrendum puta/
ſti: ſolicitus & anxius: quin de cæleſti pietate confidam. Non q̧ ea ſint in me me
rita: quibus hac fiducia dignus ſim: ſed quoniā bonum habemus Dn̄m: qui non
pro peccatis meis tantum mortuus eſt, ſed etiam pro totius mundi. Romualdo
patri ſpero me bona ex parte de Eremi ſuæ cura ſatiſfacturū: cum per me non
ſteterit: quin ad vltimum vſq; ſeuerioris inſtituti ſui rigorem ſeruauerit: & nūq̃
ibidem me præſidente congruus Eremitarum defuerit numerus. Si reliquiæ or
dinis cōmendabuntur: feram æquo animo manum Dn̄i. Potens eſt. n. cū volue/
rit, iugū nobis ſeruitutis auferre. Si non indeterius lapſa fuerit Eremus poſthac:
q̃ hactenus fecit: non diffido, q̧ me etiam vita functo illæſa ſeruabitur: & libera
conſiſtet. Porro ſi ſecus formidas fore: ad eam incolendam veni: cuius auſterita
te olim ſemel olefacta: paucis diebus inde te proripuiſti. Hoc ſi feceris: abiicies
abs te inanem futuræ ſeruitutis Eremi curam: & tranquillus ac pacatus viues.
Quamobrem redi tandem Paule ad cor: & ne mihi malum pro bono ſuadeas
admittendum. Vhæ (inquit) propheta qui dicitis bonum malum, & malum bo
num: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes dulce in amarum,
& amarū in dulce. Crede peritioribus te: quibus & ego pleniſſime defero. Ne in
nitaris prudentiæ tuæ. Vhæ (inquit) qui ſapientes eſtis in oculis veſtris: & corā
vobis metipſis prudentes. Noli plus q̃ oporteat ſapere: neq; mihi ſuccenſeas: ſi
non tranſgredior terminos patrum meorum. Sic. n. Romaldus beatiſſimus, ſic
alii eius ſucceſſores, per quingentos & eo amplius annos fecerūt. Quorum nos
veſtigiis inhærentes, pluris facimus probari eorum ſententia conſilium noſtrū
q̃ tua. Per tot ſæcula ſacer ille locus nemini ſeruiuit vnq̃: protegēte ipſum Dn̄o
qui olim dixerat ſeruo ſuo, In montem ſaluum te fac. Non eſt abbreuiata manus
Domini: quin & modo non poſſit ſaluare. Tātum benefacientes nō deficiamus.
Spera (inquit) in Domino: & fac bonitatem. Et alibi. Spera in eo: & ipſe faciet.
Ego quantum in me fuit, Eremi libertati conſului. Mea ſiquidē opera, vobis tan
dem in generali nouiſſimo capitulo cōſentientibus: qui tot annos mihi antea id
ipſum a vobis ſolicite perquirenti, aduerſati fueratis: decretum eſt, vt pro vnio/
ne Eremi priuilegium impetraretur. Quod & continuo, colendiſſimo Protecto
re intercedente impetratū eſt: ſignatum eſt. Quid igitur ambagibus diſtraheris?
Quid a me reqris? Totiēs mihi illuſum fuit, adhuc perpetuū magiſtratum gerē
ti. Quid futurum priuato arbitraris? Si in viridi hoc factū eſt: in arido qd fieret?

Stet̃ itaq; priuilegio,ꝑ capitulũ decreto:& videbis perſpicue:me nõ mõ abhor rere ab vnione Eremi totiuſq; ordinis:verum etiam eius vniendi præcipuũ ac pene ſingularem fuiſſe autorem. Vale. Ex Muſolea. Die.x. Maii. MDVIIII.

Theophilo Abbati Balnei. XXV.

m Ortuus heri tu mihi nuntiatus immo,quod fuiſſet miſerabilius,inter/ emptus atq; occiſus:ſolicitum me & anxium tui deſyderio imprimis atq; ipſius abbatiæ gratia plurimum eſſe feciſti. Dolebam admodum,religionẽ noſtram optimo priuatam fuiſſe filio:me vero fratre fideliſſimo. Vexabat me admodum genus mortis:quod a malignis ſaltẽ dari vitio potuiſſet:& ab emu/ lis carpi:vt ſunt pleriq; oẽs ad male iudicandum proni & faciles:& ad interpre tandum aliena infortunia in deteriorem partem,ſæpius inclinati. Benedictus Deus,qui te nobis eſſe ſuperſtitem voluit:& nõ modo nõ permiſit gladio peri/ mi,ſed ne vnguicula minui. Quid ſibi hoc eſſe voluerit neſcio:vtrum ne fraudu lenter confictum ab aliquo:an leuitate vulgatũ. Iterũ repeto:Benedictus Deus: qui cito nos leuauit moleſtia & mœrore:cõuertitq; luctum noſtrum in gaudiũ: & muta fecit labia doloſa. Auxere nobis lætitiam conſcriptæ manu propria lit/ teræ tuæ:quæ certiſſimã nobis fidem fecerunt:fuiſſe te nobis,vti ex corde opta/ uimus,conſeruatum incolumen. Ad ꝓrogationem vitæ cum ſalute vtriuſq; ho minis,rumor iſte proficiat. Siqua vſus ſum diligentia:pro qua mihi gratias egi ſti:feci quod debui. Det mihi Dominus: vt eam reſumere nunq̃ mihi ſimili de cauſa,contingat. Tu ſi opus fuerit,vide quomodo caute ambules:quoniam dies mali ſunt. Vale. Ex Muſolea. Die.xi. Maii. MDVIIII.

Chriſtophoro Monacho. XXVI.

o Ccurrente mihi fideli tabellario,paucis tibi reſpõdeo. Si quod ſcribis te cupere,ex animo cupis:imple pro arbitrio votum tuum. In domo patris tui manſiones multæ ſunt. Quid contulerimus inuicẽ proxime exacta hyeme:meminiſſe te arbitror. In ea ego ſententia perſeuero. Idem ipſe ſum erga te qui fui ſemper:& prodeſſe tibi ad ſalutem & cõmodũ,opto magnopere. Ver ſaris inter laicos:& nõ miror,ſi vita eiuſmodi,religioſo homini,tedio ſit. Nemo enim militans Deo,implicat ſe negociis ſæcularibus:vt ei placeat,cui ſe proba uit. Timuimus his diebus abbati tuo:ſuperueniente nuntio,aut maligno,aut fa/ tuo,necis eius. Vulgata eſt res per agrum Caſentinatem: adeo,vt non temere credi cœptum ſit,tantum facinus fuiſſe admiſſum, Egimus Deo gratias: ꝙ fal/ ſa fuerint de abbatis interitu,nobis relata. Seruata eſt corpori mutilato membrũ vtile,ac nequaq̃ ignobile:ne fieret tanta detrimẽti acceſſio. Adiiciat ei dominus non Ezechiæ tantum,ſed longe plures annos. Vt prodeſſe diutius & conſilio & opera,tum abbatiæ ſuæ,tũ ordini,in quo profeſſus eſt,queat. Vale. Ex Muſolea. Die.xii. Maii. MDVIIII.

Ambroſio Abbati ſancti Michaelis Murani. XXVII.

n On queror,ꝙ hoc anno mihi non ſcripſeris. Quin potius doleo:ꝙ ꝓ pter infirmitatem non potueris ſcribere. Lætor inſuper modo: ꝙ con ualueris de infirmitate. Male nobiſcum conuenit corpus noſtrum:mul ta nos plerunq; vexant incõmoda: nũc vnum,nunc aliud membrum exagitat. Venturus ad iuditium Dñs,pulſat per malam corporis valitudinem ad oſtium animæ:

animæ:vt cum venerit,confeſtim aperiamus ei.Reſtituit tibi modo ſanitatem diuina pietas:vt cõmodius atq; vtilius familiæ tuæ præſis.Quod mei quotidie in orationibus memor fueris:longe illæ mihi,q̃ frequentes epiſtolæ,fuerũt gratiores.Orate(inquit)pro inuicẽ:vt ſaluemini.Quæ acta fuerint in capitulo : ex Priore didici Angelorum.Credo vos omnia feciſſe pro tẽpore,optimo rerum omniũ conſiliario.Suaſeram ego vobis:qđ mihi ſuggeſſerat caritas. Interfuiſſem libentervobiſcum:Sed multa fuerunt impedimento.Euſebii monachi reditum in monaſteriũ iſtud non improbo.Monui eũ : vt ita ſe gerat:ne me pœniteat aliqñ,ipſum vobis cõmendaſſe. Nicolaũ fratrẽ ſaluta meo nomine. Vale, cum familia omni.Ex.Fonte bono.Die.xvi.Maii.MDVIIII.

Euſebio Priolo Monacho.XXVIII.

SI mea opera factum eſt:vt remigrare tibi in patriam licuerit: congaudeo tibi:qui id magnopere optaſti.Eſt.n.iucundũ atq; ſuaue: Fumũ de patriis poſſe videre focis.Quid aũt abs te requiram,vt gratificeris mihi? Nihil ſane aliud:niſi vt ita te in patria geras:ſic ſint cõpoſiti mores tui:vt videaris ſolicite ambulare cũ deo tuo.Si ita feceris:& tibi ipſi minime defueris:neque accæptum talentũ defoderis in terram:poteris haud parũ congregationi iſti conferre.Deniq; ita viues inter fratres & conciues tuos:vt nemo adoleſcẽtiã tuam cõtemnat.Nicolaum fratrem,ac Victorẽ nepotem,ſalutabis ex me.Vale. Ex Fõte bono.Die.xvii.Maii.MDviiii.Petro Soderino Vexillifero ꝑpetuo Florẽ.XXIX.

PRoſit tibi Illuſtriſſime Princeps,proſit vniuerſæ Florẽtinæ reipublicæ vel ſera Piſarum recæptio.Et q̃uis omne datũ optimũ & omne donũ perfectũ deſurſum ſit:deſcendens a patre luminũ:cui propterea te agere gratias oporteat:tu tamẽ ſingulari etiam laude ac preconio dignus es: qui in recuperanda rebelle ciuitate,nulli vnq̃ officio defuiſti.Quis enim non ſummis efferat laudibus indefeſſam ſedulitatem tuã,ad hoc ꝑficiendũ opus abs te ſine intermiſſione exhibitã?Viciſti tuo ſapienti conſilio,nec minus tua cõſtanti patiẽtia,poſt diuturnam concertationẽ.ſubditorum tuorũ duritatem ac pertinaciam. Nullam habuiſti ex quo ſummum iſtum iniiſti magiſtratum,vel ſumptuũ,vel laborum,vel diſcriminum rationem:donec ſuo tẽpore factus es per Dei clæmentiam piiſſimi voti tui cõpos.Quo ſerius Piſæ receptæ abs te ſunt:eo futuræ ſunt & tibi & tuo populo gratiores.Oſtendiſti perſpicue, quo animo qua fide fueris erga patriam tuam,ſumma tua vigilantia & cura,pro reſtitutione mẽbri nobiliſſimi,a corpore diu præciſi.Oſtenſurus es poſt hac haud quaq̃ obſcurius,prudẽtiam facilitatẽ lenitatẽ tuã:in illo perpetuis tẽporibus conſeruando.Legit apud poetam pietas tua.Parcere ſubiectis:& debellare ſuperbos.Et ne a ſacro diſcedamus eloquio.Beati(inquit) mites:qm̃ ipſi poſſidebunt terram.Vbi experti fuerint ſuperati Piſani mãſuetudinẽ tuam:futuri ſunt tibi,vt opinor,longe fideliores:& cogniturí facile,fuiſſe potius genus ſeruitutis,coactam paucorum annoꝝ libertatem.Vale.Ex Fonte bono.Die.x.Iunii.MDVIIII.

Bartholomæo auditori Legati Bononienſis.XXX.

SI quid feci quod probes: pergratum eſt mihi.Laudas Capellanum:laudas mandatũ,per eundem ad moniales trãſmiſſum. Imitor ego medi

eorum morem:qui diuerſa infirmantibus exhibent medicamenta: vbi vnum aut alterum nihil profecerint. Nunc blandis nunc ſeuerioribus hortamentis, ſtudemus monialium illarum ſaluti:ſi forte reſipiſcant aliquãdo,& redeant ad cor & ad Deũ conuertantur. Ego plantaui:tu irrigaſti:Deus autẽ incremantũ dabit. Non eſt abbreuiata manus Domini:vt nõ poſſit ſaluare. Itaq; bene ſperemus de illarum cõuerſione & profectu. De Miniate noſtro confidenter polliceor dignationi tuæ:futuram operam eius & fidem in functione delati ſibi muneris, tum tibi tum conuentui, indies gratiorem. Nouerit ꝑ innata ſibi dexteritate & prudentia, ita moderari miniſterium ſuum:vt fructum ſit ex eo haud exiguum percæpturus. Natura acutus & vigilans,& animo promptus atq; intrepidus, eo ardentius operi incumbet:ſi agnouerit, nõ defuturum & dubitanti conſilium tuũ & laboranti præſidium. Quod, vt facias, oro & obſecro. Vale. Ex Fonte bono. Die.xvii. Iunii. MDVIIII.

Euſebio Priolo Monacho. XXXI.

t Riſtiſſime accæpto nuncio, ob aduerſam patriæ ſortem: accedẽte præſertim manus langore:diſtuli reſpondere litteris tuis. Diu enim tacui mœrore cõfectus, ob inopinatam tot ſimul vrbium, imperio Veneto ſubiectarum defectionem. Et non valens ipſe manu propria ſcribere, minus libenter alio excipiente dicto epiſtolas. Poſtea vero q̃ vulgatus eſt rumor:miſſos fuiſſe & ad Pontificem & ad Cæſarem legatos:leuatus eſt aliquantulum vehemẽti illo dolore animns. Neq; enim ab re factum putaui:vt is oratorum numerus fuerit ad hæc duo magna luminaria deſtinatus:niſi ſpes aliqua Dominio affulſiſſet futuræ inter eos cõcordiæ ac pacis. Velit Dominus amator caritatis:vt cõponatur honorifice negocium:& cõmunis patria tandem conquieſcat. Pro qua ſane re flecto quotidie genua ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cogitaui mecum ſæpius per hos dies fortunæ inſtabilitatem, ac mutationem rerum ſæcularium:& q̃ nihil ſtabile ſit diu ſub ſole:& q̃ minime confidendum ſit rebus humanis, cum arridet fortuna:quæ amica varietatis conſtantiam reſpuit:nec a temeritate ſeiungitur. Bonum eſt igitur:non cõfidere in principibus, nec in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus:ſed omnes ſuas cogitationes ac ſpes collocare in Domino:eiq; humiliare animas noſtras:in cuius manu eſt & poteſtas & imperium:qui mortificat & viuificat:deducit ad iferos & reducit. Si ita fecerimus bene ſperare nobis licebit, futuram in melius rerum mutationem. Eſt nãq; pius Dominus:& diues in omnes, qui inuocant illum. Scriptum eſt enim. Quicunq; inuocauerit nomen Domini, ſalus erit. Hoc ſicut otpo ex corde:ita non diffido fore. Vale. Ex Fonte bono. Die.xx. Iulii. MDVIIII.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. XXXII.

q Veſtus es prolixioribus litteris, de duobus conterraneis meis:q; tentauerint apud Decemuiros agere in exilium omnes aduenas religioſos Venetiis degentes:nec tamen opus potuiſſe perficere. Multũ in eos atq; acriter & cõtumelioſe inuectus es:multa illis ĩprecatus:ac ſi fratres tui neqnaq̃ eſſent: & ad curam tuam minime pertinerent. Quod te atq; alios alienigenas fuerint ꝓſecuti: nullius alterius teſtimonio præterq̃ tuo hucuſq; didici. Sed eſto hæc & alia(vt ſcribis)longe grauiora fuerint machinati:probaſſem ego longe magis

patientiam tuam:Si læſus a confratribus,ad memoriā reuocaſſes. Mihi vindi/
ctam:& ego retribuam:dicit dominus.Nam & alibi ſcriptum ſcimus.Doctrina
viri per patientiam noſcitur:& gloria eius eſt,iniqua prætergredi. Item alibi di
cit apoſtolus.Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum vt nō iudicemini.Maluiſ
ſem te in hac perſecutione,ſi qua fuit,fuiſſe imitatum Saluatorem noſtrum : qui
cum malediceretur non maledicebat:cum pateretur non comminabatur. Chri
ſtianus es:religioſus es.Tranſire te oportet per ignem & aquā : vt deducaris in
refrigerium.Paſtoris præterea nunc munus geris:& ad te pertinet de ouibus.
Tibi dicitur.Curam illarum habe.Si vindicari de tibi ſubiectis perrexeris : caue
ne mercenarii ſubeas notam. Requiris: quid tibi ſuper hoc faciendū putem.
Paucis accipe quid ſentiam.Habes poteſtatem ſuper vtrūq;.Si tibi conſtat eos
talia perpetraſſe:cum tranquillitate iudica . Sume regulam in manus & ſtatuta
ordinis:& ſecūdum leges in eos animaduerte.Sin vero falſa adte fuerint delata
cauere debes,ne inſurgas in inſontes fruſtra.Ira enim viri iuſtitiam Dei nō ope
ratur.Ante omnia ſi peccauerunt:vacet contumelia caſtigatio tua . Neq; enim
potui non mirari præceps atq; minus graue iudicium tuum deVenetis noſtris:
quibus parum pie obiicis factam pauloante totvrbiū iacturam:ꝙ religioſis per
eos dies exilium indixiſſent:& in calamitate tanq̄ falſi illi amici Iob,exprobras
proximo tuo,Si iudicia Dei,quæ ſunt abyſus multa pergis diſcutere : periculo/
ſum opus aggrederis.Quis enim cognouit ſenſum Domini?Tu quis es:qui re
ſpondeas Deo?Dominus dedit:Dn̄s abſtulit.An ignoras:ꝙ idem ipſe,cum vo
luerit,potens eſt eadem & longe etiam maiora, reſtituere ? Lætatus ob vene//
torum in cōmoda,manifeſte indicas:te eorum proſperis ſucceſſibus fuiſſe con/
triſtatum:vt non immerito forte duos iſtos patriæ amatores excitaueris aduer
ſum te:quando etiam gratularis mihi per litteras:ꝙ nō ſis Venetiis oriundus.
Si non fueris Paule cōſyderatior in loquēdo poſthac,q̄ fueris hactenus:vereor
ne quod ſcriptura teſtatur,mala ſentias aliquando.Compeſce igitur ſermonem
tuum ne luxuriet atq; laſciuiat.Verbis tuis facito ſtateram:& anteq̄ loquaris cō
ſydera:quid cui quo tempore & quo in loco dicas.Habet lingua gratiam plu/
rimum:Si parca fuerit & modeſta.Audi Heſiodum,poetarum prudētiſſimum.
Optimus eſt homini linguæ theſaurus:& ingens Gratia : quæ parcis menſurat
ſingula verbis.Hæc tecum ea,qua debeo,fiducia cōfero : vt ponas cuſtodiam
ori tuo:& hoſtium circunſtantiæ labiis tuis.Alieno moderari iudicio animoꝝ
noſtrorum motus indigemus:vbi perturbatio dominari periclitatur. In cauſa,
inquit,propria aduocatum quære.Vale.Ex Fōte bono.Die.xxii.Iulii. MDVIIII.

Euſebio Priolo Monacho.XXXIII.

S Cribo ad te ſæpius : ſi forte hac mea ſedulitate excitem negligentiam
tuam:prouocemq; te meo exemplo ad ſcribēdum.Allata ſunt ad nos
per hos dies quædam:de quibus miror te nihil ſignificaſſe: Nā ſi aliquo tuo cō
ſilio ſubticenda cenſuiſti,quæ aduerſa acciderunt:ne me contriſtares:atq; occu/
pares maiore ægritudine animum:nō debuiſti obmittere,quin læta nuntiares.
Duo intra dies paucos proſpere Venetis noſtris ſucceſſiſſe,ad nos vſq; pauloan
te fama perduxit.Primum quidem:Tauriſium,intercedente ciuium fidelium fa

factione, in poteſtatem Venetorum rediiſſe: trucidatis ſupra quinq; Germano/ rum milia ex hoſtibus: ac propterea ciuitatem perenni exemptione donatam. Haud ita multo poſt, Paduam (quod longe pluris facio) fuiſſe recæptam: & eo dem fere ordine, quo Tauriſium: licet longe minore militum ſtrage: ac dire/ ptis tantum quorundam ciuium domibus: qui fuerant defectionis autores: Sũt qui dicant: arcem nondum fuiſſe expugnatam. Maximum præterea denuo con/ flaſſe exercitum Venetos affirmant: adeo vt ipſorum caſtris ſupra quinquagin/ ta armatorum milia contineri dicantur. De iis & huiuſmodi vellem abs te fieri certior: vt & mihi & aliis me interrogantibus ſatiſfaceres. Vtinam noſtrorũ ope ac miniſterio vendicet Dominus Italiam a barbarorum iugo: vt dormiamus tandem in vtramq; aurem ſecuri: & nõ ſit qui exterreat. Omne enim datum op timum, & omne donum perfectum eſt: deſcendens a patre luminum: cuius po/ teſtate ac prouidentia mundus regitur: cuius nutu ac maieſtate omnia gubernã tur. Adhuc mihi vſus dexteræ penitus reſtitutus non eſt. Spero tamen ſcriptu/ rum me paulopoſt & tibi & aliis manu propria. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Iulii. MDVIIII.

Nicolao Cardinali fliſco. XXXIIII.

n On ſum neſcius: q̃ta ſit tuæ probitatis ac religionis exiſtimatio: quis ſit de tua vita & doctrina omnium conſenſus. Hunc ego tuæ dignatio nis ſplendorem pati nõ debeo, alienis maculis aſpergi: cum ſim tui obſeruantiſ ſimus. Significatum eſt mihi: & quidem nõ vnius tantum aut alterius delatio/ ne ſed multorum: & eorum re vera quos arbitror dignos fide: Genuenſem illũ: cui gubernationem abbatiæ Anglarienſis nuper demandaſti: improbe admo/ dum & flagitioſe ſe gerere. Nam nõ modo parũ populo illi ſatiſfacit: verum etiã totum oppidum (vt audio) ſcandalizat. Non audeo ſanctiſſimis auribus tuis in gerere: quæ de ipſo paſſim vulgantur: adeo ſunt fæda & obſcæna, plenaq; dede coris. Ea itaq; quoniam indigna atq; intollerabilia mihi videntur: nolui obmit tere: quin paucis nota facerem tuæ Amplitudini. Adeo enim malus indies de il lo creſcit rumor: vt niſi celerius inde amotus fuerit: nihil minus Anglarii expe/ ctetur: q̃ vt diutius ab oppidanis, eiuſmodi colluuio ſcelerum ferenda ſit. Ape/ riat, obſecro, oculos pietas tua: & mittat qui videat: vtrum clamorem, qui vene rit ad te, opere iſte compleuerit. Atq; vtinam falſa omnia & inſidioſe conficta, merito exiſtimari poſſent. Primus ego libentiſſime defenderem hominis inno/ centiam. Niſi me compuliſſet timor Dei, & honoris tui ratio: nihil tale ad te de tuliſſem. Sed nolui mea diſſimulatione & ſilentio prouocare cõtra me indigna tionem Dñi: q; ſalutem hominis contempſiſſem. Nolui te aliena culpa immeri/ tiſſime a laicis carpi: quaſi q ſciẽs & prudẽs flagitioſum abbatiæ tuæ præfeceris: quando ego proculdubio mihi perſuadeam: hæc omnia dignationem tuam pe nitus ignoraſſe. Prauum eſt enim cor hominis & inſcrutabile: Et quis cogno/ ſcit illud? Non eſt facile lupos deprehendere: qui veniunt ad nos in veſtimen/ tis ouium. Conſyderabis mature quæ ſcripſi: & quod bonum erit in oculis tuis facies. Vale. Ex Fonte bono Die. xxvii. Iulii. MDVIIII.

Paulo Oorlandino Vicario Congregationis. XXXV

p Rior ipſe, vt de ſtatu monaſterii tui aliquid ſcriberem, iactabũdus me prouocaſti.

ꝓuocaſti. Siquid legiſti, quod tibi parum cordi fuerit: ſcias me non eo animo
id feciſſe: vt te moleſtia afficerem. Sed vt te potius accuratiorem ac vigilantio/
rem redderem ſuper gregem tuum. Quod autẽ accæpiſti ex me: caue ne inſidio
ſe confictum a me putes. Habui teſtes locupletiſſimos & fide dignos: quos co/
medit zelus domus dei: & recedentes a malo: & tot numero: vt habere me illis
oportuerit fidem. In ore, inquit, duorum aut trium teſtium ſtat omne verbum.
Porro ſi tu, vt longa oratione aſſeueras, facta diligenti inquiſitione ſecus reperi
ſti: eſt quidem quod imprimis cupio. Verum abſit a me: vt iccirco teſtes illos
mendaces aut delatores & criminatores exiſtimem: quos & ſtatum monaſterii
ac mores ſingulorum illud incolentium, optime atq; in cute cognoſcere nõ du/
bito: & honoris ac profectus eorum ſtudioſiſſimos eſſe. Aut igitur facta eſt mu/
tatio dexteræ excelſi: qui cuius vult miſeretur: & quem vult indurat: Et erit, inqt,
in loco: vbi dictum eſt eis: non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii dei viui: Aut
ſapientiam tuam vicit malitia: vt eruere atq; explorare facile non potueris latẽ
tes morbos. Neq; enim omne quod lucere videtur, aurum eſt. Aliquando etiam
ſicut Gregorius meminit, vitia ſe ſimulant virtutes. Nã diſſoluta remiſſio qua/
ſi manſuetudo & pietas habetur: effuſio miſericordia creditur: malorum pertina
cia conſtantia dicitur: timor incompetens humilitas putatur: vocis ſuperbia ve
ra libertas æſtimatur: & pigritia quandoq; quaſi quietis continentia attenditur:
& inquietudo vigilantia nominatur. Scis etiam tu Paule: qui multa legiſti & vi/
diſti: non ſufficere ad vitæ regularis obſeruationem, torquere corpus ſuũ: ſqual
lorem appetere: ac cibis vilioribus vti. Nunquid, ait Dominus per Eſaiam, ta/
le eſt ieiunium quod elegi: affligere hominem per diem animam ſuam? Nun/
quid contorquere quaſi circulum caput ſuum: & ſaccum ac cinerem ſternere?
Vtinam quales videri volumus: tales etiam ſimus. Verum de hoc ſatis. Modo
certiſſime tibi perſuadeas: nihil me magis in hac generalatus adminiſtratione
optare: q̃ profectum non tam monaſterii Angelorum, q̃ totius noſtri ordinis:
quem nimirum fruſtra indultis apoſtolitis, vti cupere videris, vnitum videas:
niſi vita & moribus, cœleſtibus fauoribus vniatur. Quoniam vero polliceris:
venturum te eſſe propediem ad nos: non ero prolixior: præſertim cum adhuc
ægre ſcribam: manu dextera, haud penitus ex valitudine cõfirmata. Alteris quo
q; littteris tuis hac de cauſa coram reſpondebo: atq; etiam propterea ne conti/
nuis litibus & contentionibus tempus conteramus: quaſi inuicem ꝓuocantes,
inuicem inuidentes. Vnum eſt: quod ſilere non debeo: admodum mihi placuiſ/
ſe nũcium recuperatæ ab abbate Claſſenſe bona exparte priſtinæ valitudinis. Cõ
firmet hoc deus: quod operari cœpit in eo: vt corpore vegeto ac robuſto exco/
lere diutius queat vineã Domini: & in agro Camalduléſi ꝓuiribus laborare: vt
quẽadmodum diuino ei munere datum eſt velle: ita detur etiam poſſe pro bo/
na voluntate. Vale. Ex Fonte bono. Die. x. Auguſti. MDVIIII.

Sebaſtiano Priori Sancti Benedicti. XXXVI.

c Viuſmodi ſint hoc tempore in cœnobiis degentes: arbitror te non la
tere. Es enim expertus per multos annos: q̃ laxe ac remiſſe in eiſdem
viuatur: q̃ graue pleriſq; videatur obedientiæ iugum. Quamobrem mirari nõ

debes:ſi facta paucorum paſſuum & vix iactus vnius lapidis tranſmigratio/ne, vtiq; ex Ciſtertio Camaldulum, eoſdem inueneris. Tuũ eſt reuocare ſæpius ad memoriam Sanctiſſimi patris noſtri, Benedicti monita: & ita curam gere/re gregis tui: ne culpæ tuæ aſſcribatur: ſi, vt idem ait, veniens pater familias minus vtilitatis in ouibus inuenerit. Quid igitur inquies me vis facere? Modum ipſe tibi adminiſtrandi monaſterii, & regendæ familiæ, facile præſcribit. Eſt tibi in manibus regula: habes patrum ordinis ſcita. Iuxta eorum formam præeſſe ſi contenderis: prodeſſe plurimum poteris. Summa hæc eſt: vt mites atq; obedientes paterno affectu proſequaris: inquietos ac repugnantes durius corripias. Siquem vero tollerare te oporteat: caue ne impatientia aut puſi/laninitate deficias animo. Abel enim eſſe renuit: quem Caim malitia non exercet. In duodenario apoſtolico cœtu non defuit, qui diabolus vocaretur. Et tu ꝑ miraculo habueris: ꝙ in numeroſiore atq; infirmiore familia aliqui eius ſimi/les reperiantur? Percurre Pentatheucũ: & animaduerte, quot inſidias murmu/rationes calumnias aduerſum ſe pertulerit populi illius rebellis & ingrati, mi/tiſſimus ille inter omnes homines. Qui nihilominus pro eius ſalute paratus erat deleri de libro vitæ. Neq; hoc iccirco dixerim: vt diſſimules peccata delinquentium: ſed ne tanq̃ nouum aliquid exiſtimes: ſi non omnes tibi æque obe/diant ac ſubdantur. Infirmornm cura tibi demandata eſt: & infirmorum quidẽ non tam corporibus q̃ animis. Imitare itaq; & tu Dominum: qui non venit vocare iuſtos ſed peccatores. Quomodo autem tibi vocandi ſint: habes apoſtoli/cam eruditionem. Argue, iuquit, obſecra increpa: in omni patientia & doctrina. Etiam ſi habitares cum ſcorpionibus (quod abſit) & vbi ſedes eſt ſathanæ: defi/cere non debes malorum improbitate: neq; vllis difficultatibus tam ſancto in/cœpto abſiſtere. Cooperabitur tecum Dominus: vt habita prouiribur cura familiæ, non modo iacturam eius facturus non ſis: ſed prompte atq; alacriter dictu/rus. Domine quinq; talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Ego quoq; non ſum tibi vllo vnq̃ tempore defuturus. Itaq; viriliter age: & confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Auguſti. MDVIIII.

Petro Eremitæ. XXXVII.

n On ego heri, vt tu opinaris, iccirco in Eremum me contuli: vt de mu/tando ſeu confirmando Maiore, cum Eremitis tractarem. Neq; enim prætermiſiſſem: quin tecũ quoq; idipſum conferrem. Non defuit tamen: qui mihi aliquid ſuggeſſerit. Atq; vtinam bono id zelo factum ſit: & non illius ſugge/ſtione atq; ambitione: quem conterraneo ſuo deterioris eſſe ingenii, haud temere affirmas. Erat ille apertior: qui diſſimulare vix poterat, quod mente concœ/piſſet: ita impellente ipſum natura. Hic vero aſtutior, circumuenire nonmodo ſimpliciores quoſq;, verum etiam prudentiores ac multa expertos, multis am/bagibus contendit. Tranſeunt huiuſmodi de laxiori ad arctiorem, non vt reſtri/ctius, ſed vt licentius, vitam ducant. Cauete, obſecro, ab iis: qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium: & qui aliud fronte, aliud opere pollicentur. Eſt enim, qui nequiter ſe humiliat: & interiora eius plena ſunt dolo. Tot iam experti eſtis: vt cuiuſcunq; ſermonibus (de his dico: qui bonam ingreſſi religionem: quærunt meliorem)

meliorem)nulla vobis habenda ſit fides.Sentio ego facile tecum:tunc eſſe aliū ſufficiendum in alicuius locum:cum præſto eſt,magis idoneus.Mutari enim in melius non indeterius,regimen debet.Alioquin tollerandus,qui præeſt: etiam ſi non penitus culpa vacet. Cæterum nequaq̄ probo : vt ꝑpetuo quis addictus ſilentio implicet ſe negociis Eremi.Adhoc enim recludimur:vt mortificati corporibus & ſenſibus,vni ac ſoli vacemus contemplationi . Porro,inquit,vnum eſt neceſſarium.Huiuſmodi ſolitariis,ſicut facile,ita & periculoſe,nouæ ingerūtur cogitationes:vt merito illos poſtmodum,cōtempti propoſiti : & ſuæ curioſitatis pœniteat.Erit itaq;,qui arduum hoc arripuit inſtitutum,ad cognoſcendū vitam alienam tardus ac negligens:ſtudioſus vero ac ſolicitus ad corrigēdum ſuam. Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvii.Auguſti.MDVIIII.

Petro Cornelio,& Euſebio Priolo Monachis.XXXVIII.

ET ſi multa hic referantur a tranſeuntibus quotidie : quia tamen vario ſermone vulgantur: non ſum paſſus diuturniorem moram : quin ad vos mitterem præſentium latorem,cubicularium noſtrum: vt per ipſum edoctus de veritate rerum geſtaꝝ,animo conquieſcerē.Veniſſem ipſe longe libentius.Sed adhuc ſeptam audio eſſe viā ſpinis:nec licere ſine ſcrupulo iſthuc trāſmeare.Quo fit:vt re ipſa experiar poeticum illud. Nitimur in vetitū: cupimus ſempq; negata.Quo magis ꝓhibeor,ne veniā,eo maiore deſyderio accēdor: prælertim cū a patria ab fuerim per bienniū & menſes ſex.Dabit deus his quoq; finem:pater vtiq; miſericordiarum,& deus totius conſolationis:qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.Audio non quieſcere Germanum,poſt Paduam recæptam.Vrbem tamen optime eſſe munitam præſidio : & pro portis omnibus propugnacula erecta: vt non facile aut oppugnare illam tormentis, aut erumpentium impetus ſuſtinere,hoſtis queat.Captam etiam proxime haud quaq̄ ignobilem a noſtris prædam,accæpi:ducto Venetias vno ex ducibus hoſtilis exercitus captiuo.Cuius revera nō tā lætor ī cōmodo:q̄ cupio,vt capturæ huius occaſione,irritati inuicē ad prorogandum bellum animi,cogitare de tractanda pace æquis legibus,incipiant.Hoc oro per ſingulos dies: vt exorē,elargiatur Dn̄s ſua pietate.Valete.Ex Fonte bono.Die prima Septēbris.MDVIIII.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Mich.Mura.XXXVIIII.

SCripſeram heri ad te & Cornelium propinquum noſtrum:cum haud ita multo poſt,immo vix interuallo horæ vnius,ſuperuenit Ioānes cōuerſus cū tuis & aliorum litteris.Quibus perlectis egi gratias Deo:ꝙ nō permiſerit tentari Venetos noſtros ſupra id quod poſſunt:ſed fecerit cum tentatione prouentum:vt poſſint ſuſtinere.Ignoraui hactenus conſilium Senatus:ꝙ in poteſtate populorum ciuitatum ſuarum permiſerint defectionem ad Germanum & Gallum:poſtq̄ in acie ſuperati ſunt:idq; iccirco,ne barbarorum fierent præda.Hoc ſicut prudenter ac pie ſancitum eſt:ita ſperare haud dubie licet,eaſdem vrbes omnes & oppida integra reditura in ditionem ipſorum.Quod breui fore mihi diuinat animus:& in votis gero.Digna eſt enim hæc Senatus ac patrū moderatio æquitas cōmiſeratio in ſuos:vt eis quoq; Dominus parem viciſſim referat gratiam:& eo quidem cumulatiorem:quo ciues illi ſuo arbitrio dimiſſi,

male de Venetis meriti ſunt: coniectis in carcerem Præfectis vrbium, & occupa
tis direptiſq; ipſorum bonis. Quã quidem iniuriam ſi ægre tulerunt noſtri: ne/
quaq̃ miror. Sed omnia tẽpus habẽt. Mihi (inquit) Dominus vindictam: & ego
retribuam. Vnde enim putas, poſt fuſum fugatumq; ab hoſtibus exercitum Ve/
netum, atq; ad Meſtram vſq; reiectum, fortunæ melioris ſpem noſtris affulſiſſe:
recæptis Patauio Tauriſioq; & aliis haud ignobilibus oppidis: Mãtuano quoq;
in captiuitatem ducto, atq; eius caſtris victori in prædam datis: niſi quia ad in/
ternitiõem vſq; noſtrorum mucro noluit deſcæuire: Et clæmẽtia in rebelles ſub
ditos non defuit: Beati ait mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Illuſtriſſimi
præterea principis in captiuos illos, de quibus meminiſti pietas & manſuetudo
nonne tanq̃ oblatum fuit ſacrificium, in odorem ſuauitatis Domino? Vt merito
auditurus ſit. Super quem requieſcet ſpiritus meus: niſi ſuper humilem & man/
ſuetum ac trementem ſermones meos? Et alibi. Date elæmoſynam: & ecce om/
nia munda ſunt vobis. Sic & ipſe adductis coram ſe captiuis commiſeratus ſin/
gulis elæmoſynam dedit: omneſq; abire liberos iuſſit. De ſeruato nũc illo in cu/
ſtodia publica: qui euerſionem Status Veneti ſupra etiam vires ſuas diu quæſi/
uit: nonne manifeſtum euidenſq; Dei iudicium apparuit? Optime de republica
illa meritus: honoratus nimirum ab ea ditatuſq; & incraſſatus recalcitrauit: &
tam diu vexare benefactores ſuos non deſtitit: donec incidit in foueam quam fe
cit. Exemplo cæteris futurus eſt ſuæ ingratitudinis: vt caueant omnes reddere
mala pro bonis: & odium pro dilectione. Deniq; ab alio expecta: alteri quod fe/
ceris. Putas ne itidem ceſſurum impune tot vrbium defectionis autoribus? Si
quidem & ipſi ſub imperio Veneto impinguati & dilatati omnem vel diutiſſi/
mam obſidionem pati debuerunt magis, q̃ adeo fœde ac turpiter fide decedere.
Vlterius forte q̃ oporteat ſcribendo progredior. Sit hic modo tecum de rebus
publicis finis. Præſentium lator ſit tibi commendatus. Non enim tam mei gra/
ria q̃ ſuo ingenio vt noſſe potuiſti, ciſalpinus licet patriæ noſtræ afficitur. Cura/
bis: vt inde q̃celerrime ſe expediat. Vale. Ex Fonte bono. Die. ii. Septembris.
MDVIIII.

Bernardino Eremitæ. XL.

C Onuenit heri me cum ſuo Priore nepos tuus. Communicauit mecum
cogitationes ſuas longo ſermone: viſuſq; eſt mihi in primo congreſſu
parum contentus, & animo haud ſatis tranquillo. Vbi plenius contulit mecum
archana cordis ſui: & ſtatum ſuæ mentis reuelauit mihi: cœpi ſenſim ipſum alli
cere ad ſaniorem mentem: & ne ſe permitteret tentationibus ſuperari. Reuoca/
ui illi ad memoriam ſapientis monita. Fili (inquit) accedens ad ſeruitutem Dei
ſta in iuſtitia & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Et apoſtoli
etiam hortamenta dicentis. Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu: perſe
cutiones patiuntur. Præbere paulatim aures viſus eſt ſuaſionibus noſtris: & ſuæ
potius imbecillitati atq; impatientiæ q̃ aliorum improbitati, quorum (vti aie/
bat) fatigabatur conuitiis & probris, imputare inconſtantiam animi ſui. Deniq;
adeo confirmatus a nobis diſceſſit: vt diſcuſſa tentationum nebula bona me re
liquerit ſpe perueniturum ſe congruo tempore ad profeſſionis portum: niſi no
ua aliqua coorta fuerit tempeſtas: qua denuo periclitari cogatur. Precandus eſt

Dominus

Dominus: vt qui illum vocare ad religionem dignatus eſt: in electorum nume/
rum eum quoq; conſcribat: detq; animo nutanti virtutem & robur: ne quando
præualeat aduerſus eum inimicus: qui ſine intermiſſione circuit quærens, quē
deuoret. Deniq; ſi fuerit (quemadmodum opto & confido) plantatio patris
cæleſtis: nequaq̄ eradicabitur. Vale. Ex Camaldulo noſtro Floreñ. Die. x. Octo/
bris. MDVIIII.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. XLI.

P Oſt profectionem dignationis tuæ exiſtimaui & ego paulopoſt poſſe
me Bononiā iter verſus arripere. Ve℞ tanto rheumate continuo op/
pletus eſt ſtomachus: vt cōſilio medicorum admonitus, hactenus me
intra domeſticos parietes cohibuerim: nec mihi quoq̄ egredi licuerit. Huc ac/
ceſſit tanta pluuiarum vis: adeo ingens aquarum inundatio: vt vaſtatis ob tor/
rentium decurſum in preceps ruentium agris, multos viarum tranſitus inuios
fecerit. His de cauſis cum altera ipſarum neceſſario potuerit me a deſtinato iti/
nere auertere, hactenus remoratus ſum Florentiæ. Peracta in diem craſtinum ſo
lēnitate redire in Fontem bonum mihi eſt animus: præſertim cum hodie tan/
dem ſerena illuxerit dies. Mittam inde de noſtris Bononiam: qui intermiſſum,
ſeu verius impeditum, iter noſtrum excuſent & pro viribus conſulant monaſte
rii reformationi. Hoc ideo tuæ Amplitudini ſignificandum duxi: ne forte mire
tur mutationem velificationis noſtræ. Mutare ſententiam aliquando neceſſe eſt
pro tempore, optimo rerum omnium conſiliario. Omnia enim tempus habēt:
& ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Indicaui Reuereñ. ſecretario ampli/
tudinis tuæ Domino Raymundo: cupere me admodum: vt accipiat prouin/
ciam procurationis: ſperans fore: vt ſi collaborare nobiſcum pro rebus ordinis
decreuerit: multum ſit in eo exequendo munere profuturus. Si annuerit, vt con
fido: habebis meo iudicio hominem ſecundum cor tuum: ſicut mihi quoq; gra
tiſſimus eſt & haud vulgari caritate deuinctus. Scire cupio: an incolumis in vr/
bem peruenerit dignatio tua. Quod erit mihi admodum gratum. Vale. Floren/
tiæ. Die vltima Octobris. MDVIIII.

Franciſco Puppieñ. XLII.

C Ontendis a me repetitis litteris: vt Stephanum propinquū tuum ad
religionem admittam. Reprehendi primo & illius deſyderium & tu/
um pro eo ſtudium nequaq̄ poteſt. Nam & ille abnegare ſemetipſum cupiens
& ſublata cruce ſua Chriſtum ſequi reiici ſimpliciter ac repulſam pati non me/
retur: & tui pro ipſo conatus, niſi legitima ex cauſa, fruſtrari non debent. Nobis
vero qui non modo facile aduenientes ad ſeruitutem dei non propulſamus: ve/
rum potius eiuſmodi bonæ voluntatis hominibus etiam occurrere ipſimet &
allicere ad ingreſſum religionis conſueuimus: ea præcipue cura ex inſtituto re/
gulæ incumbit: ne minus idoneos recipiamus. Vegeto non minus ac robuſto
corpore q̄ ſpiritu, & integris ſenſibus opus eſt ei: qui ſe cupit offerre hoſtiā ima
calatā in odorē ſuauitatis Dño. Præſeferre hunc Stephanū tuū bonā voluntatē,
nō inficior. Sed ſi lumen quod in eo eſt tenebræ ſunt: & defectu viſus laborat: ad
mittere vterq; vrm̄ excuſationē nr̄am haud repugnāter cogit: ſi pulſanti nō ape

timus.Ferat itaq; æquo animo propinquus tuus: ſi votum eius nequit impleri. Et quando ita placuit Deo: vt parum oculorum ſenſu & acie vigeat: conſeruare illud ipſum vita laxiori non extinguere penitus reliquum luminis, ſeueriore ciborum abſtinentia & diſtrictiore inſtituto contendat. Alioquin admiſſus ſi videndi in eo vſus (vt vereri merito licet) ſenſim deficeret: & conuentui minus gratus: & ipſe parum contentus in ordine degeret: vtpote futurus indies magis omnibus moleſtus atq; incõmodus. Deſinat itaq; pulſare ad oſtium: quod ei non ex contemptu, ſed rationabili de cauſa occluditur. Vale. Floreñ. Die. ii. Nouembris. MDVIIII.

Ioanni Cardinali de Medicis. XLIII.

Actum eſt ſatis prout petere dignatus es, Guicciardino tuo, immo & noſtro. Quãuis enim nõ noui hominem, niſi multorum relatione, & imprimis tuæ Amplitudinis teſtimonio: ſperare tamen licet, ipſum tum ſua probitate, tum tui gratia: quo interceſſorre vti voluit: ita pro defenſione & tutella ſacræ noſtræ Eremi ſe geſturũ: vt merito quoq; noſter futurus ſit. Iuniorem illum eſſe audio ætate: ſed moribus & grauitate iam ſeniorem exiſtimari. Hæc autem de illo affirmantur: ꝙ non tam parentum diſciplina q̃ bonitate naturæ, ipſe adoleſcentiam eleganter atq; honeſte traduxerit: vt non iniuria dignus habeatur: qui & doctrinæ & vitæ merito, in clariſſima luce verſet᷑: & maioribus natu comparandus ſit. Futurũ itaq; illum non alium cõfido: q̃ pollicetur dignatio tua: vt ſingulari & ſtudio & fide aduocationis munere functurus ſit. Verum ꝙ mihi agas gratias Domine colendiſſime: quoniam pro honore tuo & dicam & faciam quod poſſum: facis pro tua humanitate de paruis magna. Colo ego te vt patrem indulgentiſſimum, vt mitiſſimum dominum. Et ſi quando de te (quod ſæpiſſime accidit) incidit ſermo: de tua loquens humanitate liberalitate innocentia & fide, teſtimonium perhibeo veritati. Id nimirum dico: quod omnes vno de te ore conſentiunt. Sedes cum principibus: & ſolium gloriæ tenes: & nihilominus nihil in te benignitate atq; ſummiſſione ſplendidius elucet. Quo circa non ſunt mihi propterea agẽdæ gratiæ, ſeruo vtiq; inutili: qui quod debeo facio. Tuum ſit ſemper, ſiquid a me expetieris, cõfidẽter imperare. Me etenim ad nutum tuæ Amplitudinis obſequentem inuenies. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Nouembris. MDVIIII.

Mathiæ Germano, Monacho Angelorum. XLIIII.

INſtas apud me multis precibus: vt contendam, tui gratia, ab abbate Sancti Michaelis, tranſmitti Florentiam, adoleſcentem quendam monachum, conterraneum tuum: tuoq; magiſterio inſtitutum: ac tibi ob illius indolem & probitatem, ſupramodum carum. Speras enim: fore te compotem voti tui: ſi me exhibuero interceſſorem. Ego autem, cui ſemper mos fuit, nihil a quoq̃ extorquere inuito: (voluntarie. n. ſacrificari cupio) non me libenter huiuſmodi coactionibus immiſceo. Scio nanq;: quid pariant extorta obſequia: cum neceſſario conſequantur exprobrationes: & nunq̃ ſatis queas facere obſequenti. Et vt tibi, quid ſentiam, ſignificem: ex quo ipſe tentaſti prouiribus: vt obtemperaretur tibi: & nihil hactenus profeciſti: reuoco tibi ad memoriam obedientiæ vim: quæ etiã victimis & holocauſtis præferenda cenſet᷑. Ingreſſus

adoleſcens

adoleſcẽs Murianenſe cœnobium,ſinendus foret,radices ibidem altiores mit/
tere:neq; facile inde amoueri.Non.n.cõualeſcere poteſt planta:quæ ſæpe tranſ/
fertur.Et aceſcere videmus vinum ſæpius tranſuaſatũ.Vnam ſolum adducis ra/
tionem,quæ contemni non deberet:vt a periculis cenſurarũ liberaretur. Super
hoc cõſulant,quorum intereſt.Sunt vltra alpes viciniora Monaſteria : in quibus
minore ſumptu,& conpendioſiore itinere,collocari poſſet:vt non cogeretur iu
nior ad tranſitũ alpium:præſertim hyeme,ſcæuire incipiẽte.Huc accedit:q; plu
res nũc iſthic eſtis:q̃ ſufficiens ſit monaſterium,tot ſuis ſumptibus ac redditibus
alere.Et creſcente numero,grauatur vniuerſitas:cũ ſit habenda longe magis pu
blici cõmodi,q̃ priuati ratio.Vbi etiã conuenientius degere habeat monachus,
præſertim haud grandis natu:& vbi melius coaleſcere,& cõmodius educari : q̃
in loco profeſſionis ſuæ:nõ ſatis intelligo.Deniq; vt ſemel finiam:ſi eſt eiuſmo/
di adoleſcens,qualem tu mihi tua epiſtola deſcripſiſti:ſicut tibi grata & iucunda
eſſet futura illius cõſuetudo:ita moleſtã fore eius diſceſſionem ab iis, apud quos
hactenus cõmoratus eſt:ne dubita.Hæc,& alia,quæ breuitatis ſtudio duxi præ/
termittenda ,mecum conferens,agnoſco proculdubio:quia rem difficilem po/
ſtulaſti.Si petenti mihi,non fuerit obtemperatum:periclitabitur magiſtratus au
toritas.Si ægre impetrauero,& repugnantibus multorum animis:nõ deerit ſal/
tem contra te concitatũ te autore multorum odiũ,aut re vera ſimultas & indi/
gnatio:q; cũ familiæ Murianenſis incommodo & contemptu,tibi vni voluiſſe
conſulere,iudicaberis.Maturius iſta diſcuties : & ſi admiſeris conſilium meum:
differes negocium in oportunius tempus.Librum,quem principis ciuitatis no
mine tranſcribendum ſuſcæpiſti,tuæ curæ fideiq; commẽdo.Vbi occurrerit ali/
quid:cuius haud plene ſenſum intelligas : non continuo territus rei difficultate
ſuccumbas ac deficias.Quo magis in exſcribendo vltra fueris progreſſus: eo fa
cilior tibi videbitur lectio minus diſtincte cõſcripti operis.Reuelabit Dominus
oculos tuos:& conſyderabis mirabilia de lege ſua.Vale.Ex Fõte bono. Die.xvi.
Nouembris.MDVIIII.

Benincaſæ Priori Pratalis.XLV.

m Agna,vt noſti,paſtoribus cura incũbit:ne patiantur,vt vna ouis mor
bida totũ gregem contaminet.Expedit enim:vt vnius periclitetur ſa/
lus:q̃ vt multi vnius improba conuerſatione & exemplo malo corrumpãtur.
Infidelis(inquit) apoſtolus,ſi diſcedit:diſcedat.Quem mihi commendaſti: ab/
iecta quam a ſuis inſtitutoribus accæperat diſciplina : & excuſſo vitæ regularis
iugo:ſponte aufugit nemine perſequente. Queri non poteſt,niſi de ſeipſo tan/
tum.Si quidem vna cum aliis iunioribus pari diligentia & ſtudio educatus eſt:
atq; ad egregios mores & ſanctimoniam quotidianis hortamẽtis excitatus.Vi/
ſus eſt noluiſſe benedictionem:& elongata eſt ab eo.Non peccauit iſte ignoran/
tia.Nam & ſi ætate eſt haud grandior:viget tamen ingenio:adeo vt malitia ſup
pleat ætatem.Parere itaq; nemini volens:& libertatis immoderatæ appetẽs,cu
ius eſt proprium viuere pro arbitrio:pati nõ valuit ſubiectionem. Fugam arri/
puit:abiit quo voluit.Si difficiliorem nunc reperit reditum:& pulſanti minime
aperitur:meritas luit pœnas. Quocirca ſi abs te commendatus: vt ob gratiam
ſaltem patris probi & modeſti viri vtar in eum clæmentia : non recipitur

a nobis admittes excuſationem noſtram. Conſulere me oportet multitudini: ne detur occaſio adoleſcentioribus, qui nõ ſine labore hic educantur, talia audendĩ cum dedecore & ignominia religionis: & ſua ipſorum potiſſimum iactura. Deniq; ſi mihi crederet pater: filium minus idonem ad abnegandum ſemetipſum, reuocaret ad lares proprios: vt reſumpto ſæculari habitu, futurus ei eſſet baculus ſenectutis ſuæ. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxi. Nouembris. MDVIIII.

Bernardino Eremitæ. XLVI.

p Rofecturus ex Eremo: vbi ob infirmitatem corporis ferre non potuiſti ſeuerius inſtitutum: prudenter feceris: ſi inde abſq; vllius abieris ſcãdalo. Hoc facile fore confido: ſi in eo quo veneras habitu diſceſſeris. Alioquin verendum eſt: ne hoc inuſitato exemplo fratres tuos turbaturus ſis: & male de te ædificatos relicturus. Tu quoq; magno tuo periculo id faceres: qui optime noſti: quo ſupplitio, Saluatoris ſententia, mulctandus ſit: vel minimũ vnum aliquẽ ſcandalizans. Quamobrem monendum te cenſui paterno affectu: vt reſumpta tunica tua linea: quam tot annos detuliſti: ab Eremitis dimittaris in pace. Neq; enim erubeſcere debes lineum indumentũ: quo & Aaron ſummus ſacerdos & filii eius veſtiri præcipiuntur. Dauid quoq; indutus deſcribitur ephod lineo: cũ deduceret archam Dñi. Et Ezechieli prophetæ vir quidã apparuiſſe dicit̃, lineis veſtitus. Dignũ profecto Angelo veſtimentũ: per qd mũditia ſignificatur. Hoc itaq; & tu indutus, recordaberis ſæpius Prophetici præcepti. Mundamini (inquit) qui fertis vaſa Dñi. Et tali candore circũdatus excitaberis quotidie ad angelicæ munditiæ emulationẽ: vt ſcias, iuxta apoſtolicam eruditionẽ, vas tuum poſſidere in ſanctificatione & honore. Eris itaq; parens dicto: vt mea quoq; gratia, hinc abiturus ſis. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Nouembris. MDVIIII.

Benincaſæ Priori Pratalis. XLVII.

a Dmonemur omnes, nõ tam vnius recenti obitu, q̃ humana fragilitate & naturæ lege: mortẽ omnibus horis nobis impendentem, ſemper ſuſpectã habere: & meminiſſe nouiſſimoꝝ. Quare ſi idẽ tibi nuper accidit ob repẽtinam Petri Eremitæ migratiõem: merito quidẽ accidit. Viſitauerat me ſicut viditi ipſe apud Fontem bonũ incolumis: & octauo poſt die defunctus eſt. Redire voluit eodẽ die pro more ſuo in Eremum: aqua ſemper vel ad horã abeſſe inuitus viſus eſt. Et fatigatus, vt coniicitur, ex itinere exigui ſpiritus ſenior: ac nonũ & quinquageſimũ iam natus annũ: triduo poſt pleureſi correptus eſt. Quo morbi genere medicoꝝ aſſeueratione pauci liberantur: vbi quadrageſimũ ætatis annum exceſſerint. Et vt noueris præuidiſſe illum finẽ ſuum: inter cætera quæ tũc a me poſtulatũ venerat: contendit obnixius, vt ſe recludi permitterẽ. Quieſcere (inquit) cupio a laboribus: & ſoli Deo prouiribus vacare. Recluſus itaq; paulo poſt nõ cellulæ anguſtia: ſed cœleſti (vt cõfidimus) latitudine: indicabat ſe cupe diſſolui: & eſſe cũ Chriſto. Sic aũt vixit ꝑ multos annos in illa Eremitica diſtrictione ac rigore: vt nõ immerito exiſtimandũ ſit: ipſum & terræ corpuſculũ, & cœlo aĩam reddidiſſe. Fecerit eius obitu Eremus haud exiguã iacturã: cũ illius ſolitudinis adeo ſtudioſus fuerit cultor: vt nemini coeremitaꝝ ſuoꝝ ĩ obſeruatiõe ſeuerioris propoſiti fuerit ſecundus. Arreptum ſemel arduũ illud vitæ genus, &

perſeuerantiſſime

perſeuerantiſſime ſecutus eſt: & ſcrupuloſiſſime obſeruauit. Diſpoſuit optime ocium:cum eſſet diuinis imbutus eloquiis.In iis ſeſe per ſilentium & quietem ſine intermiſſione exercuit.Quod vero lectioni & horis canonicis ſuperat temporis exſcriptioni librorum ad eccleſiam pertinentium vtiliter impendebat Deniq; hoc mirabile de illo prædicant:ꝙ licet foret corpore delicatior atq; imbecillior:nulla tamen vnq̄ aſperiore hyeme,nulla pluuiarum ac niuium vi,nulla ventoꝝ ac tempeſtatum ſcæuitie territus,cōuenire deſierit dies & noctes in tēplum.De obſeruatione ieiuniorum in pane & aqua & ciborum abſtinentia taceo quando etiam ad arctiorem ſe reſtringere vitam quæſierit.Deniq; pro victu & veſtitu nulli vnq̄ moleſtus fuit.Hæc mihi ab eremitis ſignificata,cōferēda tecū cenſui:vt certius mecum ſentires,redditam ei fuiſſe a Domino mercedem laborum ſuorum:& mundo mortuum accæpiſſe coronam vitæ: quam repromiſit deus diligentibus ſe.Si ſuſtinemus,inquit Paulus & conregnabimus.De fugitiuo nihil repeto:quando ſufficienter ſatis alteris meis tibi reſpōderim.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvii.Nouembris.MDVIIII.

Franciſco Guicciardino Doctori.XLVIII.

a Ccæpi nudius tertius litteras tuas,humanitatis & beniuolentiæ plenas quibus ſignificas:non te modo primum mihi affectum fuiſſe: verum a tenero cœpiſſe me diligere:diuq; optaſſe:vt aliqua tibi offerretur occaſio:qua te mihi inſinuare potuiſſes,ac meam tibi conciliare amicitiam. Multa præterea mihi tribuis:q̄bus ſi vel exparte forem præditus:bene re vera argeretur mecū. Gratularis ad hæc pro delato tibi aduocationis munere:& gratias inſuper agis: quoniam ita facile futurus ſis compos voti tui.Primum quidem Guicciardine mi plurimum debeo nobilitati tuæ,pro tam ſingulari tua in me caritate:ꝙ nulla mea vſus aliquando conſuetudine:nunq̄ me(quod meminerim) allocutus: tam diu erga ignotum haud vulgarem ſeruaueris pietatem. Eſt hoc ſane locupletiſſimum bonæ tuæ mentis ac liberaliter inſtitutæ argumentum: ac mitiſſimi imprimis ingenii teſtimonium·Vt merito de te audierim: ꝙ licet ſis ætate iunior:eam tamen inter conciues tuos autoritatem atq; exiſtimationem fueris conſecutus:vt non modo adoleſcentiam tuam nemo contemnat:verum etiam cum prouectioribus & grauiſſimis viris haud dubie comparandus cenſearis:vt pote eruditione pudore integritate religione ornatus.Quātum vero ad me attinet:quem pluris q̄ pro meritis facere viſus es:ſcias te nimirum falli opinione. Nam & ſi improbandus non ſis:ꝙ bene de me vel falſo ſentias: cum ſcriptum ſit:Tu quis es qui alienum ſeruum iudicas?Suo Dn̄o ſtat aut cadit:Non ſum tamen is,qui de me ipſo decipiar. Nemo,inquit,ſcit hominum,quæ ſunt hominis:niſi ſpiritus hominis qui eſt in ipſo.Orandus eſt Dn̄s:ne intret in iudicium cum ſeruo ſuo:ſed auertat faciem ſuam a peccatis meis. Cæterum ꝙ mihi agis gratias pro aduocationis offitio:occupaſti tu quidem prior partes meas.A me enim potius tuæ humanitati habēda eſt gratia:ꝙ vltro atq; alacriter hoc onus ſubieris.Nam & ſi tibi perſuādeas,fuiſſe te ea de cauſa honoratum: ego econtrario oneratum te magis me autore cognoſco. Neq; enim adeſſe nobis poteris abſq; fatigatione & labore:cum rerum Camaldulenſiū curam & patrociniū

ac tutellam ſuſceperis. Verum affuturum tibi in tam pio munere communem omnium paraclitum: de quo dicit apoſtolus: Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: ne dubita. In hoc tamen gaudere te, ac bene ſperare, oportet: ꝙ quicquid rebus noſtris tuo ſtudio conſilio fauore opera, cõtuleris: pro his nimirum familiam omnẽ noſtrã mecũ tuæ pietati obnoxiã feceris: atq; longe maiorem reponendam tibi ſcias mercedem in cœlo: quã reddet tibi Dñs in illa die iuſtus iudex. Vale. Ex Muſolea. Die. ii. Decembris. MDVIIII.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. XLVIIII.

q Va die imo qua hora erã ꝓfecturus Camaldulo: vt me in hũc hyemalem ſeceſſum Muſoleæ reciperem: ingreſſus eſt ad me cum litteris tuis D. Romualdus. Vbi intellexi quid requireret: optuli ei tum caritatis debito tum tua cõmendatione, vtranq; domum noſtram: cõmendauiq; ipſum quæſtori noſtro ac reliquæ familiæ. Hodie vero rogari me fecit: vt ſinerem ſe redire in Eremum: vbi cuperet vitam ſuam ad vltimum vſq; diem traducere. Siquidem ex quo receſſiſſet a ſancta ſolitudine, incurriſſet multa incõmoda, atq; in malam valitudinem incidiſſet. Annui petenti, exiſtimans tibi quoq; hoc fore gratum: vt media hyeme hic noſter cõmunis filius non exhorruerit rigorem Eremi, ac niuium altitudinem: quibus ab heri & nudius tertius cumulatiſſime obſitã audio. Succeſſit in. D. Petri Eremitæ locum: qui per hos dies defunctus, terrena cœleſtibus cõmutauit. Sic enim vixit in eremo annis multis: adeo ſtudioſe arduum illud inſtitutum ſeruauit: vt merito mihi perſuadeam, tranſlatum illum fuiſſe ad immortalitatem: redditamq; ei mercedem laborum ſuorum: vbi in pace, in id ipſum, dormiat & requieſcat. Huius conſtantiam ac perſeuerantiam ſi emulatus Romualdus fuerit: facile dicturus eſt. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, qnoniam elegi eam. Paucos nimirum expertus ſum: qui ad mortem vſq; (de ſacerdotibus monachis loquor) illud vitæ diſtrictioris genus tollerauerint. Vocatos multos noui: electos nõ multos: qui rationi appetitum obedientem præbuerint: qui ſpiritu ambulantes, deſyderia carnis non perfecerint: qui deniq; aduerſantes ſibi poteſtates, & mundi huius rectores, atq; agones contra ſe & certamina concitantes, potuerint ſuperare. Vale. Ex Muſolea. Die. iii. Decembris. MDVIIII.

Chriſtophoro Monacho Fontis boni. L.

s I cupis tantopere, vt ſcribis, redire ad commorandum nobiſcum: vt tandem ſaluti tuæ conſulas: imple pro arbitrio deſyderium tuum. Non eris mihi ac familiæ oneri vt vereris: donec Lazarus Cancellarius fuerit apud me. Siquidem cum volueris: haud quã gratis manducaturus es panem apud nos: quando tua opera non vna tantum in re vti potero. Et tu præterea noſti: ꝙ in domo patris tui manſiones multæ ſunt. Si tabellionatus munere prodeſſe mihi non valueris: non ſunt tibi defutura quæ mihi præſtare liceat offitia & ſtudia. Affer tecum pietatem: quæ nihil eſt aliud, ꝗ voluntas grata in parentem: & tabeſcere ocio apud me minime poteris. Animo te familiarem noſtrum fore oportet fide grauitate modeſtia religione. Quæ cum exhibueris: gratior tum mihi tum cæteris omnibus futurus es: ꝗ ſi tuo aduentu multum mihi temporalis lucri accederet. Si impetrari aliquãdo honeſte poterit: vt

tabellionis

tabellionis offitio apud me perfungi minime prohibearis : bene erit. Sin mi/
nus:non eris inutilis non deſidioſus atq; iners. Prouocabis enim tuo exemplo
adoleſcentulorum noſtrorum negligentiam ad capeſcendam virtutem: ad ſtu/
dia litterarum:ad incumbendum lectioni quæ mores ædificet. Si quando qui te
emulari voluerint dicturi ſint ſinguli Domino. In corde meo abſcondi eloquia
tua: vt non peccem tibi. Tu quoq; ſolutus tandem ſæcularium curis longe tutio
rem poteris atq; tranquilliorem ætatem in ordine traducere. Nemo enim mi/
litans Deo implicat ſe negociis ſæcularibus : vt ei placeat, cui ſe probauit. Va/
le. Ex Muſolea. Die. xviii. Decembris. MDVIIII.

Paulo Orlandino, Vicario Congregationis. LI.

e Xpertus per biennium Romualdus monachus tranquillitatem vitæ
eremiticæ: rediit alacrior ad prægustatã olim ſolitudinis noſtræ dul/
cedinem. Non exhorruit aſperiorem hyemem, turbineſq; ac ventorum procel/
las: vt in portum ſecuritatis & quietis, mentem atq; animum traduceret. Opti/
mam vtiq; partem elegit: Orandus & obſecrandus eſt Dominus, vt non aufera
tur ab eo. Quam vero inſinuas Eremi vnionem: cuius te cupidiſſimum eſſe de
monſtras: ad eadem nos quoq; minime abhorremus. Si quod in nouiſſima ge
nerali ſynodo, apud Claſſenſe cœnobium celebrata, poſt inuocationem ſpiritus
ſancti maturo conſilio & fideli diſcuſſione, per patres ordinis decretum fuit : ac
poſtmodum Romæ per Protectorem colendiſſimum a ſummo Pontifice impe
tratum: eidem decreto atq; impetrationi firmi ſtetiſſemus: atq; (vt par fuit) am/
plius delatum fuiſſet: gauderemus modo, optento vnionis, diu a vobis optatæ,
inſtantius a me atq; eremitis noſtris per tot annos quæſitæ, priuilegio. Cur ſecus
acciderit: & quorum culpa dilatum hactenus fuerit ſanctum opus: ſiquis me in/
terroget: palam reſpondebo. Impediuit nos ſatanas: cuius factione impulſi qui
dã, vt plus ſaperent, q̃ oporteret, voluerunt nodũ in ſcirpo quærere : atq; adeo
nimis emungere, vt elicerent ſanguinem. Perſtitiſſe me arbitror in ſentẽtia: ne
q; declinaſſe ad dexteram ſiue ad ſiniſtram. Non potuerunt cohærere adhuc opi
niones, varie ſentientium: aliis cupientibus: vt fiat vnum ouile & vnus paſtor:
aliis e diuerſo annitẽtibus duo in vno ordine altaria erigere: tunicam ſcindere
inconſutilem. Adſit Dominus ſaniori conſilio: & oportuno tempore ſublato
ſchiſmate, faciat vtraq; vnum. Infirmari grauiter Reuerẽdiſſimum Cardinalem
Grimanum: ex te primum didici. Dominus conſeruet eum: & viuificet eum. Si
tamen ſecus acciderit: vt conceſſerit naturæ: & ingreſſus fuerit viam vniuerſæ
carnis: nõ ſunt adeo infirma & debilia iura monaſterii Carceꝝ: vt timendũ no/
bis ſit a rugientibus, præparatis ad eſcam. Si nouũ (quod auertat Dñs) indictum
nobis fuerit bellũ: minus formidoloſum bene armatis, ac decertare aſſuetis vi/
debitur. Deniq;, ſi neceſſe fuerit, cõe ordinis mẽbrũ, cõi ſtudio atq; ꝓpugnatione
tuebimur. Protectori, ꝓcuratoribus, quos nihilominus ſpõte curſuros ſpero, ſubi
iciemus calcaria. Sis itaq; bono aĩo: nec deficiat fides tua. Vale. Ex Muſolea. Die
xviii. Decẽbris. MDVIIII.

Bartholomæo Taurineñ. Doctori. LII.

d Illigere te ex aĩo & caritate nõ ficta, monaſteriũ noſtrũ Putei ſtratæ, vel
ex hoc facile cõiecturã capio: ꝙ cũ ante annos aliquot illud mihi affe/

ctuoſe cōmēdaueris:nūc quoq; tuis humaniſſimis litteris idē mecū feceris:Omni enim tempore diligit:qui amicus eſt. Debilem illius loci ſtatum ſignificas: precaris, vt eiuſdem indigentiæ conſulam: vt humeros labenti ſupponam: deniq; vt miſſa ſemel ad aratrum manu, nō reſpiciam retro. Hominem requiris, gubernationi idoneum: fidelem nimirum pariter & prudentem, domus Dei diſpenſatorem. Improbari non poteſt tam pium deſyderium: adeo honeſta poſtulatio. Quid tamen faciā? Difficile reperiuntur: qui concedere Taurinum velint: atq; hinc ad vos tranſmeare. Miſſi ſunt complures: nunc hi nunc illi, monaſterio iſti Priores dati: & parum contenti inde proficiſcuntur. Cauſantur victus inopiam: qua ex monachis fieri mendicantes cogantur: ſtructuræ quoq; loci ipſius imperfectionem excuſant: ꝙ propterea minus cōmode habitent. Addideris tu fortaſſe & aliam cauſam: quā & ego haud penitus reiicio: eſſe huiuſmodi monachos nimium delicatos: quādo ꝓpter Deum ſubire præſentis vitæ labores atq; incōmoda detrectant. Sic tamē hodie viuitur: vt nō multos inuenias: qui ſublata in humeros cruce ſua, conſtanti & forti animo Chriſtum ſequantur. Conabor tamen pro tempore, nō deeſſe iuſtæ petitioni tuæ. Orabis tu Dñm: vt det mihi poſſe pro bona voluntate. Si forte tandem aliquando ſatiſfacere queam, & religionis noſtræ debito, & regionis iſtius voto. Vale, Doctor egregie. Ex Muſolea Die. xxii. Decembris. MDVIIII.

Angelicho Monacho Puteiſtratæ. LIIII.

n On modicam lætitiam prætefers: ꝙ tandem oblata tibi fuerit ob fidū tabellarium ad me ſcribendi occaſio. Quod munus libenter & ego tecum vſurpo: intermittens illud eadem de cauſa: ꝙ non facile reperiatur per quem littere ad vos dirigantur. Hunc nihilominus tuarum latorem adhuc nō vidi: atq; vbi ſit & quis ſit me penitus latet. Si me adierit: benigne ipſum admittam: & quæ ad me perferat mandata attentius audiam: præſertim cum de ipſius probitate & ſingulari erga me fide optimū exhibeas teſtimoniū. Doleo ſatis mi Angelice non licere mihi de Puteo iſto veſtro haurire, niſi amaras aquas coarctor re vera nimis: ꝙ a me tātillo reqrat᷑: vt me autore illaꝝ amaritudo cōuertatur in dulcedinem. Non ſum ego Moyſes: nō ſum Heliſeus: quorum alter ligno, alter ſale aquis amaris impoſito mortem ab eis atq; ſterilitatem abſtulerunt. Tu noſti quid hactenus egerim ꝓ reformatione illius cœnobii. Miſſi ſunt ex eorum numero, qui obſeruantes dicūtur: ex diuerſis monaſteriis atq; ex ipſa Eremo Priores: monachi & conuerſi eiuſdem regularis propoſiti eo deſtinati. Et tamē ſanari adhuc putei iſtius non potuerunt aquæ: neq; in dulcedinem verti. Paucorum eſt hec virtus, & quidem perfectorum: quibus datum ſit ſuſcitare de lapidibus filios habraæ. In ea incidimus tempora: vt creſcente atq; abundante indies iniquitate, refriguerit caritas multoꝝ: & adeo quidē multoꝝ: vt ſiveniret modo filius hominis, vtiq; dici poſſit. Putas ne inueniet fidem ſup terram? Veꝝ ne te ſupfluo obtūdā: maluiſſem didiciſſe exte qd facto opus eſſet: q̄ vt me ad alterius quē minime noui relationem & conſilia remitteres. Non te fugit ordinis nr̄i debilitas: & Putei illius ſtatus. Proponere mihi potuiſti: qd mihi particulatim ꝓ domus illius cōſeruatione agēdū foret: q̄d modo nō excederet vires meas: & ego officio nō defuiſſem. Arcet me ab acceſſu ad vos locoꝝ diſtātia: ꝓ

hibet

hibet imprimis matura ætas:& itinera ẽt bellorũ incẽdiis paſſim flagrãtia. Alioq̃
quin deſcenderem:vt viderem. Præſtolabor interea monachũ:de quo ſcripſiſti.
Aliquid fortaſſe clarius afferet ſuper ſtatu conuentus veſtri:vt ſciam vtrũ aliqđ
mihi ſperãdum ſit remedium, ſiue ad ſanandum infirmum:ſiue ad prouidendũ
ne indeterius prolabatur. Vale. Ex Muſolea. Die. xxii. Decembris. MDVIIII.

Manoueli de Strata & Petro Bono:Cõſulibus Taurinatibus. LIIII.

a Ccæpi nudiuſtertius litteras veſtras humanitatis & fidei plenas:qui/
bus paucis reſpondebo. Primum quidẽ(vt ſciatis) multo me rubore
perfudit tantus in me extollendo veſtræ Magnitudinis exceſſus. Neq;
enim latere vos arbitror:quid moneat ſcriptura. Ante mortem ne laudes homi
nem quenq̃. Tot vero laudibus paruitatem meam proſecuti eſtis:tanta mihi in
digno tribuiſtis præconia meritorum:vt niſi, mei ipſius conſcius, cõmendatio/
nem veſtram cautius ac timoratius admiſiſſem:periclitari facile inani elatione
potuerim. Exaltatus ait quidam humiliatus ſum & confuſus. Et alibi. Quia ele/
uans alliſiſti me. Abſit autẽ a me:vt vos propterea minus ſapienter ſcripſiſſe in
ſimulem:cũ ſitis ipſi ſapientes, & virtute ac religione ornati. In eam ego partem
huiuſmodi ſcribendi genus accipio:vt pro veſtra morũ grauitate & magiſtra/
tus quem geritis amplitudine:non qualis re vera ego ſim : ſed qualem me eſſe
oporteat inſinuare volueritis. Det mihi Dominus humiliari ſemper ſub poten
ti manu eius:digneturq; auertere faciem ſuam a peccatis meis:nec me ſinat glo
riam ſectari humanam:ac de hominum pendere ſermonibus. Quin potius con
figat timore ſuo carnes meas:vt a iuditiis ſemper eius timeã. Cæterum ægerri/
me tuli monachorum illorũ de quibus conqueſti eſtis temeritatem ac petulan/
tiam:Quod nulla ſuæ profeſſionis atq; habitus monaſtici habita ratione : pri/
marium veſtræ vrbis ciuem multis probris & conuitiis affecerint. Nulla ſane
peſtis humano generi ſcæuior iracundia:vt merito inſaniæ comparetur. Quan
tomagis ea in nobis qui dicati ſumus Deo turpis exiſtimanda eſt? Qui ſe putat
ait apoſtolus religioſum eſſe:non refrenans linguam ſuam:huius vana eſt reli/
gio. Profeſſores humilitatis & patientiæ elatiõis & iracũdiæ ſtimulis agitamur:
& qui aliis exemplo eſſe clæmentiæ atq; manſuetudinis debemus: alios potius
maledictis & cõtumeliis inceſſimus. Sed quãdo cum primario ciue nõ tam au/
toritate vt ſcribitis q̃ virtute geſta res eſt:ſpero illum ſuæ nobilitatis ac generis
haud immemorẽ hanc improborum impudentiã ſua moderatione atq; animi
robore contẽpſiſſe:& more leonis qui ad nullius pauet occurſum latratus catu
lorum pro nihilo habuiſſe. Decet enim virum fortem & Chriſtianum imprimis
iniuriarum obliuiſci:& reddere pro malo bonum:ſibiq; infenſos benefitiis etiã
prouocare:idq; ad imitationem Saluatoris:Qui cũ malediceretur non maledi
cebat:cũ pateretur non cõminabatur. Ne tamen deſim officio:vbi reorũ nomi/
na cognouero:animaduertã in eos pro meritis. Neq; id ſolum:verumetiã cogi/
tabimus:ſi qũo tandem aliquando poſſimus reformationi iſtius monaſterii cõ/
ſulere. Quod nimirũ ſupramodũ optamus:tum vt debito noſtro ac religionis,
tum vero vt Illuſtriſſimi principis veſtri veſtræq; itidem Magnitudinis ac to/
tius Taurinenſis populi votis faciamus ſatis. Valete. Ex Muſolea. Die. xxiiii. De/

d Elatum eſt ad me his diebus:admiſiſſe nepotem tuũ aliquid:propter quod maximum contra ſe odium concitauerit nõ ſolum eius,qui præcipue offenſus eſt: verumetiã totius cognationis eius. Videntur ſe iniuriam pati diutius inultam non poſſe:quã affirmant non ſolũ dedecore verumetiã ſcelere eſſe coniunctam. Minantur palã:niſi ex agro Caſentinate ſe aliquo proripuerit:vindicaturos ſe de læſa totius propinquitatis ſuæ fama: & de illata ſtirpi ſuæ per vnius itẽperantiam contumelia. Factum te nõ latere affirmant:& ego ob ſui turpitudinem cõmemorandum nequaq̃ duxi. Calles tu optime naturam & mores Caſentinatiũ tuoꝝ:q̃ ſint veloces pedes eoꝝ ad effudendum ſanguinem : q̃ facile manus illoꝝ humano cruore polluantur. Hortor te:vt ſuadeas nepoti:immo vt cogas illum hinc ad tempus demigrare:ac multitudinis ſibi infenſæ deuitare conſpectũ. Date ait apoſtolus locum iræ. Conatus ſum prouiribus conquerentiũ furorem atqꝫ animorum cõmotionem leni mitigare ſermone:diſſuadereqꝫ ne vllo pacto tm̃ admitterent facinus. Exorare non potui:niſi hac conditione:ne obuerſetur ante oculos illorũ : qui ſe dehoneſtatos inſigni nota arbitrantur. Iterum moneo:ne parui æſtimes periculum imminẽs:ne te ſera (quod abſit) ſubeat pœnitentia. Vale. Ex Muſolea. Die.iii.Ianuarii.MDX.

Matthiæ Priori electo Putei Stratæ.LVI.

a Dmiſiſti facile cõſiliũ meũ:vtpote fidele,& veꝝ & a recto in te aĩo pro fectum. Eris indies contentus magis:cum alieno potuiſq̃ tuo arbitrio vixeris:dũ non facis vias tuas:& non inuenitur voluntas tua. Soluto (vt conii cere mihi licet) & tranquillo es animo:vt propterea nõ magnopere laboraueris,quorſum ſpectaret tenderetqꝫ reſponſum meum. Sic facito ſemper,cum tibi variæ cogitationes ſuccurrerint. Beatus,ait,qui tenebit:& allidet paruulos ſuos ad petram. Nõ confidas tibimetipſi:& decipi ac ſeduci nequaq̃ poteris. Cæterũ de tua ad Prioratũ Putei Stratæ electione:ſuper cuius conſenſu meã requiris ſententiam:paucis tibi reſpondebo. Si diligenter tecũ reputaſti,nõ dico ſolum pondus regiminis,verumetiã cõditionem loci,ad quẽ accerſiris:& confidis in Dño laturũ te eſſe patienter cœnobioli anguſtiam,ac prouentus tenuiores : nec vereris,futurum te mendicitati obnoxium : hanc,inq̃ ſi tibi ipſi conſtantiam polliceris : qui hactenus habitaſti in monaſteriorum latitudine,vbi & vberiores reditus,& horrea plena atqꝫ cellaria nõ defuerũt:vade in pace qm̃ tecũ futurus eſt Dominus. Perfectior hæc qdẽ eſt vita,& vere monachoꝝ: cũ de labore manuum ſuarum viuunt. Sed ad hoc quis idoneus? Ille nimirum:qui Pauli ſpiritu repletus,confidenter eiuſdem poteſt vſurpare ſermonem. Et eſurimus (inquit) & ſitimus,& nudi ſumus:& collaphis cedimur. Sed in his omnibus ſupamus: propter eũ,qui dilexit nos. Et alius quidam exhortans filium ait. Pauperẽ quidem vitã gerimus:habebimus multa bona,ſi timuerimus Deum. Quod ſi puſillo es animo:& ad huiuſmodi onera,pares nequaq̃ humeros geris : præcauẽdum eſt tibi in futurum:& illud de ſacro eloquio maturius conferẽdum tecum. Altiora te ne quæſieris. Ne ſi ſecus feceris,merito obiiciatur tibi. Iſte homo cœpit ædificare:& non potuit conſumare. Ad hæc conſulo : vt cõferas negocium cum pa/

tribus congregationis:præſertim cũ iis,qui rebus præſunt. Ibi enim ſalus: vbi multa conſilia.Quo enim plurium conſenſu prouinciam accæperis:eo confidẽtius iter arripies:& maiores animos tecum geres. Vale.Ex Muſolea.Die.iiii. Ianuarii.MDX.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis.LVII.

IN momento fere atq; in ictu oculi,ingens illa tua deſperatio ac puſilanimitas,q̃ta ſpe atq; aĩ robore commutata eſt? Denſam illã mœroris nebulã quæ ſe tibi nuper effuderat:q̃ facile nouo ac recẽti gratiſſimi nuncii gaudio diſiecisti?Vt merito tibi obiici atq; exprobrari queat.Modicæ fidei quare dubitaſti?Sciebat Abraham:q̃ quæcũq; promiſiſſet Deus,potens eſſet & facere: & propterea nõ hæſitanti defutura ex emortuo ac ſenio confecto corpore prole:reputatum eſt illi ad iuſtitiam.Tu vero non ignorãs:potentem eſſe Deũ,ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ,ob puſillam fidem mœrore cõtabuiſti. Spiritus vbi vult ſpirat:& quando vult ſpirat.Nouit enim Dñs:qui ſunt eius.Reliqui ait mihi ſeptem milia virorum:qui nõ curuauerunt genua ſua coram Baal. Deniq; in manu eius & poteſtas & imperium:qui omnia quæcunq; voluit fecit. Qui cui vult miſeretur:& quem vult indurat.Hunc ipſum quis dubitet triũ illorum cõterraneoꝝ meorum,de quibus ſcripſiſti corda excitaſſe:ad tollendã crucem ſuã: ad deuouendum ſemetipſos:ad exhibenda corpora ſua hoſtiam viuentem ſanctam Deo placentẽ:in odorem ſuauitatis Dño?Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis:Quanto minus arduũ atq; aſperum vitæ Eremiticæ arripere inſtitutum?Cœleſtis nimirum eſt iſta vocatio: honores gloriam voluptates illecebras & omnia quæ pro bonis habentur contẽnere ac pronihilo ducere: & ad id ſe transferre genus vitæ:ex qua ſibi gradum faciant ad immortalitatẽ atq; ad ſempiternam beatitudinẽ. Quamobrẽ tribus iis ſignificabis apertius meo nomine:q̃ ſi ita decreuerunt animis ſuis,quemadmodũ per te primum coram, deinde per ipſorũ ad te litteras heri didici:veniãt ad arbirium ſuum in Eremũ: Maturius eos ſecum penſitaſſe non dubito:cuius ſit res iſta momenti: elongare a patria:& manere in ſolitudine.Non deſunt tamen eis exẽpla Sanctorum plurimoꝝ:qui huiuſmodi ſeceſſuum quietem & tranquillitatem vrbanæ cõmorationis tumultibus atq; diſtractionibus prætulerunt.Qui in ſpeluncis & in ſolitudinibus errantes atq; in montibus:q̃m eis dignus non erat mundus:ſicut apoſtolus teſtatur teſtimonio fidei probati inuenti ſunt:veramq; ac diuinam philoſophiam ſecuti.Veniant itaq; benedicti a Dño: nec vaſtitatem Eremi perhorreſcant:ſed de loco inferiore atq; humiliore virtutum profectibus ad celſiora & ſublimiora conſcendant,Nõ eſt cur eos perterreat deſerti ſolitudo:ſi ad memoriã reuocauerint manna olim cœleſte in eo habitantibus deſcendiſſe: & multa hominum milia panem Angelorum manducaſſe.Si tres pariter in montẽ acceſſerint,tres inq̃ in vno ſpiritu:fouebuntur mutuo. Et qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuerunt:minus eis difficilis videbitur conſcenſus in montem:in quo bene placitum eſt Deo habitare in eo. Vt ſperare atq; cõfidere merito nobis liceat de optima atq; conſtanti illorum perſeuerãtia: poſtq̃ miſerint ad aratrum manus. Funiculus enim triplex difficile rumpitur. Vale. Ex Muſolea. Die. vii. Ianuarii.MDX.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis.LVIII.

g Ratiorem tibi fecit gratiſſima ipſa tibi materia & mirumimmodum iucunda nouiſſimam epiſtolam noſtrã: q̃ tibi eatenus cæteræ noſtræ viſæ fuerint. Quem.n.non oblectaret confabulatio ac ſermo de tribus pariter renunciare ſæculo cupientibus: atq; nõ admitiorem vitæ inſtitutionem, ſed ad Eremiticæ diſtrictionis rigorem pariter contendentibus? De tribus inq̃ vocatis a Deo: qui egredi conſtituerunt de terra ſua & de cognatione ſua: & venire in terrã, quæ monſtrata eis fuerit. Qui paulopoſt ſi in vocatione cœleſti perſeuerauerint, dicturi ſunt. Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. Idq; nõ ſine certa conſequendæ repromiſſionis ſpe: vt poſt decurſum in Dei timore huius vitæ ſpacium, poſt deuictũ triumphatumq; ſæculum, poſt crucifixã cum vitiis & concupiſcentiis carnem, centuplum accipiant: ac vitã æternã poſſideant. Si de huiuſmodi libenter audis colloquia protrahi: ac verba prolixius fieri: nequaq̃ miror. Gratularis enim & conguades Dominicis lucris: præſertim cum & ipſe cooperator extiteris. Nam ſi forte (qđ me latet) non ipſe plantaſti: inficiari certe non poſſum quin ſaltem irrigaueris. Dedit enim tibi Dñs linguam eruditam: vt ad confirmanda imbecillium atq; nutantiũ corda noueris proferre noua & vetera: atq; ad irrigandas nouellas plantationes flumina de ventre tuo fluant aquæ viuæ. Fuit tibi cum iis frequens conſuetudo: noti ſunt tibi eorum mores & ſtudia: vt merito tripudies ob illoꝝ conuerſionem ac pfectũ in Dño: ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Oremus Deum, ac ſupplices depræcemur: vt quos vocauit, illos & iuſtificet: & irrigatis plantis incrementum elargiat̃: vt creſcãt in templũ Sãctum in Dño, in habitaculum Dei, in ſpiritu Sancto. Quod vero te illis optuleris: vbi ducti fuerint in deſertũ a ſpiritu: acturum te cum illis proximam quadrageſimã: bene feciſti. Neq; verendũ tibi fuit: acceſſum tuũ in Eremum nobis moleſtũ fore. Qui immo ingredientibus locum horroris & vaſtæ ſolitudinis: ſi quid formidinis ſeſe iniecerit: præſto eris tu: cuius præſentia atq; adhortationibus, & erigere animũ & reſpirare a me tu, facile eos coges. Atq; haud minus gratus, adiunctus tu tribus his eſſe poteris q̃ tribus illis olim fuerit in fornace benedicentibus Deum, quartus ille de cœlo miſſus. Qui vbi deſcendit, excuſſit flamam ignis de fornace: & fecit mediũ fornacis tanq̃ ventũ roris flantem. Porro iſti in Eremo tanq̃ aurum in fornace probandi: facilius poterunt te hortante atq; conſtantius omnia ignita inimici tela extinguere: & tranſituri per ignem & aquam in refrigeriũ deduci. Vnguento (inquit) & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici conſiliis anima dulcoratur. Aderis itaq; in eoꝝ aduentu: vt cognoſcant diligi ſe abs te non verbo & lingua tantũ, ſed opere & veritate. Melior eſt enim vicinus iuxta: q̃ frater procul. Deniq; ſi defuerit pro te cela in Eremo: non defuturum tibi certo ſcias cubiculũ in Fonte bono: Vnde tibi, ſi volueris, quotidianus in Eremum tranſitus patebit. Hoc iccirco tibi ſignificandũ duxi: quoniam heſterno die mecũ hac de re locutus Maior Eremi viſus eſt hunc defectũ vereri. Ego aũt confido: non defuturam tibi ẽt in Eremo manſionẽ. Vale. Ex Muſolea. Die. xxii. Ianuarii. MDX.

Raymundo Procuratori. LIX.

r Eſponſurus binis litteris tuis: quas intra paucos dies accæpi: primum

quidem ago gratias tuæ pietati: ꝗ nó grauate,non repugnanter, impoſitũ tibi procurationis onus ſuſcæperis.Non poterunt nó accurate,ac diligenter tracta/ri ab eo noſtra negocia:qui amore erga ordinẽ Camaldulenſem nobiſcũ certat: cui ſponte curſuro,ob pium erga nos & ſingularẽ affectum,nó erunt aliqñ ſubii/cienda calcaria.Fraudatum nos iri honeſtiſſimis votis noſtris,in reformanda rẽ ligione:quæ rẽ vera iampridem mente concæpimus: nequaq̃ arbitror: te pro/curante,te pugnante atq; intercedente pro nobis.Quod eo magis potiſſimum fore cõfido:Vulterrano noſtro colendiſſimo futuro Protectore ac duce:cuius pa trocinium ac tutelam,quẽmadmodũ & ipſe ſuis humaniſſimis litteris,& tu iti/dem luculentiſſimo teſtimonio,polliceri dignati eſtis,minime ſumus deſydera turi.Adſit Dominus miſerator & miſericors:vt altero ex vobis plantante,altero irrigante,ipſe dignetur incrementũ dare:Ipſe rẽnouare ſeneſcentem debilitatũ/ꝗ noſtri ordinis ſtatũ velit:qui olim ſedens in throno dixit.Ecce noua facio om nia.Quod vero cogites,abdicare te præfectura:vt diutius poſſis Romæ immo rari,euitata frequenti peregrinatione:quæ ſordida exiſtimatur ei,cui licet in vr/be;haud ignobiliter degere:probo ſententiam tuã.Nã & aliis verbis idem Cice ro repetit.Non ſit(inquit)alibi:qui poteſt eſſe Romæ.Proderit quoq; amplius rebus noſtris,vrbana tua cõmoratio:vbi adſunt iudices cauſarum noſtrarum:& cõmuniter expediuntur congregationũ negocia.Exoratus a te,oro pro te quo/tidie.Si quid mea interceſſione profeceris:nó meis,quæ nulla ſunt,meritis tri/bues:ſed pulſantis improbitati.Vale memor noſtri,Raymunde optime. Ex Mu ſolea.Die.xxiiii.Ianuarii.MDX. Matthiæ monacho Angelorum.LX.

e Legiſſe te arbitror tutiorem partem,in ceſſione prioratus Turinenſis. Qui bene(inquit)ſtat:non moueatur.Et vulgo dicitur. Melius bono aduerſari.Tibi deperit nihil:ꝗ electus ac requiſitus a conuentu illo tam diſtanti abs te,fueris.Cedit hoc in teſtimoniũ tuæ probitatis:ꝗ ita vixiſſe cognoſceris: vt curam habueris de bono nomine.Vbi nulla datur homini quies:& egredi fre quenter monachus cogitur:diſtrahi pariter neceſſe eſt cũ corpore animum. Se/dendo & quieſcendo,hominem,aiunt ſapientem fieri.Laudo itaq; cõſilium tuũ. Cæterum quem inueniſti atq; excogitaſti modũ in exſcribendis Romualdi cõ/mentariis:tecum ego quoq; illum approbo.Neq; vereor: quin etiam ei impri/mis placiturus ſit,cuius nomine opus tranſcribitur.Sic igitur facies. Quod ſi te aliquod obſcurius,dum ſcribis,verbum offenderit: cuiuſmodi plura reperiunt̃ in eo codice:aut cũ aliquo peritiore illa cõferes:aut ſpatia vacua dimittes: ſi for te aliqñ occurrerit:qui inuoluta & recondita detegat atq; aperiat:& male ſibi cõ hærẽtia verba minuſq; accurate iuxta grãmaticum morem legemq; exarata, ad clariorem atq; illuſtriorem aliquẽ reuocet ſenſum.Reuelat oculos cui vult Do/minus:vt vnuſq̃ alius perſpicatius contẽpletur.Ad id,quod ſermone vernaculo requiſiſti:cõmodius tibi coram,q̃ per epiſtolam,reſpondebitur.Interea ſufficiat tibi gratia mea.Vale & conſumando cœpto operi,diligenter,vt facis,incũbe.Ex Muſolea.Die.xxv.Ianuarii.MDX. Cardinali Vulter.Protectori.LXI.

g Auiſus ſum magnopere:ꝗ ſatiſfecerim Dignationi tuæ,de electo a me nouo Procuratore ordinis:quẽadmodum re vera mihi quoq; ipſi plu/

ſimum ſatiſfeci. Quid enim gratius vtriq; noſtrum eligi potuit Raymundo? Noſſe te hominem, probitate, religione, ac fide inſignem, non dubito. Alioquin tot annos non perſeueraſſet apud te: neq; fidi Achatis officio functus foret. Ego ita, in illius erga me animo ac beniuolentia conquieſco: vt omnia mihi de tali amico pollicear: quæcũq; ab optimo atq; integerrimo procuratore, deſyderari queant. Hoc idem per litteras ſe facturum recæpit: hoc iam haud contemnendo opere cœpit implere. Nã de Agnano, pro quo eram ſolicitus, ne in alienorũ poteſtatem cõcederet, ſignificauit mihi: rem nauigare in portu: ſeq;, te mandante, cum cõmendatarii parente conueniſſe: vt in tranſigendo (ſi ita conſtituiſſet) Camalduleñ. benefitio, cæteris omnibus ordinibus atq; congregationibus, Camaldulenſem præferre dignaretur. Magno itaq;, non in opinione dubia, ſed ante oculos propoſito periculo, liberati: vtriq; veſtrum gratias agimus. Sperare licet: ſic reliqua omnia noſtra negocia, amborum patrocinio & cura, ad votũ ſucceſſura. De abbatia Sancti Fridiani, ſi quid aliud perſenſero: reddam certiorem Amplitudinem tuã: quando præſertim optimã præſeferat, ad protegendum ordinem noſtrum, voluntatem: vt non magis rebus noſtris, q̃ ſuis, ſe defuturã ſcribat. Quod vero cupias bonam futuræ æſtatis partẽ in Caſentino traducere nobiſcum: tã grate accæpimus, q̃ quod gratiſſimum. Et ſpero: q;, vbi te huc recæperis non ſit ſubitura pietatem tuã pœnitentia aduentus ſui. Habes hic tecta cõplura: ſub quæ intrare & cõmorari, ꝓut vnũquodq; magis tibi cordi fuerit, ꝓ arbitrio poteris. Si minus tibi cõmoda & venuſta viſa fuerit: ea es modeſtia & moderatione: vt eoꝶ humilitatem pro ampliſſimis ac magnifice conſtructis ædibus facile ſis habiturus. Porro illorum ſitus haud quaq̃ ingratos tibi futuros cõfido: ſiue in Eremo atq; in Fonte bono, locis vtiq; alpeſtribus: ſiue in vinearum eiuſdem Eremi ac Fontis boni domibus, quæ ſunt in Caſentino, agro nimirum domeſtico ac bene culto, vtpote irriguo, & collibus vndiq; ſurgentibus decorato, malueris immorari. Vtrobiq; ſalubre cœlum inuenies: & quo mirum immodum, æſtiuis præſertim caloribus, refici ac recreari queat Dignatio tua. Defutura quoq; victui neceſſaria, ne verearis. Delitias tamen nõ tibi promittimus Dñe colendiſſime: ne vitæ ruſticæ atq; agreſti inferre iniuriã videamur: quæ eſt parſimoniæ magiſtra: qñ etiam tu quoq; ſis tẽperantiæ exemplar. Vale. Ex Muſolea Die. xxvii. Ianuarii. MDX.

Thomæ Verino Phiſico. LXII.

Petis a me fidẽter (ſicuti amicum decet) quatuor tibi abietes de ſylua noſtræ Eremi, dono dari: reponendas in ſtructuram & contignationẽ cubiculi, qd paras ædificare. Non ſunt tanti apud me abietes quatuor, vt eas tibi excidendas prohiberem: cum longe maiora debeã tuæ pietati. Et ego non ſemel legi. Omni petenti te tribue. Quid tamen faciam? Sancitum eſt per conſtitutiones ordinis: ne hoc mihi impune liceat. Alioquin ſi tibi morem geſſero: præuaricatorem me conſtituam. Obſeruãtes vulgo dicimur: quoniam religionis legibus obligati, eas ex voto tenemur obſeruare. Illas ſi haberemus cõtemptui: & profeſſionis noſtræ immemores, licentius pro arbitrio viueremus: inſurgeret in me Paulus, & argueret dicens. Qui in lege gloriaris: per præuaricationẽ legis deum inhonoras? Et per ſapientem quoq; alium ſimiliter admonemur.

Ne

Ne tranſgrediaris,inquit,terminos:quos tibi poſuerunt patres tui. Quamobrẽ ne moleſte feras:ſi petenti non obtemperamus. Et repulſam,quam exigua in re bene meritus de nobis,paſſurus es,pro innata tibi manſuetudine atq; pruden/tia,n ó illiberalitati nõ ingratitudini,nõ duritiei,aſſeribes:ſed neceſſitati,ſed reli gioni,ſed obſeruationi,ſed cõſcientiæ:cuius pro viribus ſtimulos nos oporteat deuitare. Vale. Ex Muſolea. Die.iii. Februarii. MDX.

Vgolino Verino Florentino. LXIII.

n E mirere, Vgoline mi:neq; grauiter accipias:q; tuo interuentu non ad miſerim nepotis tui poſtulationem. Non ignoras:q̃ti te faciam:q̃tum amem atq; obſeruem:& q̃ cupide tibi:cum licet obſequar. Curvero impreſentia ſecus acciderit:ex ipſo nepote edoceberis. Quem etiã hortaberis:vt excuſatio/nem meam recipiat æquo aío. Abietum ſyluã,in cuius medio Eremus ſita eſt,nõ ad vtilitatem tantum Eremi poſitam ſcias,verum ad decorem & venuſtatem longe magis. Et iccirco lege Maiorum arctius cautũ arbitramur: ne excidi abie tes niſi in vſus eiuſdem Eremi,liceat. Tolle arborum illaꝝ denſitatem atq; opa citatem:& vix vlla eidem ſolitudini gratia relinquetur. Vmbroſo & condenſo monte oblectantur Eremitæ:vt ſeparatos ſe ab acceſſu hominum iccirco medi tentur:ne a contemplatione auertatur animus,ac mens Deo intenta. Alioquin quomodo illud Hieremiæ vſurpare merito poterunt. In vmbra tua viuemus? Et illud de canticis canticorum:ſub vmbra eius,quem deſyderaueram,ſedi? De niq; ne te pluribus obtundam: cum videris decretum ordinis:non me penitus ingratitudinis argues:qui humanæ gratiæ prætulerim timorem Dñi,& legum obſeruationem. Vale. Ex Muſolea. Die.iii. Februarii. MDX.

Benincaſæ Priori Pratalis. LXIIII.

t Antum videris miſericordiæ tribuere vt nullum iuſtitiæ relinquas lo/cum. Scriptum eſt tamen. Iuſtus Dominus:& iuſtitiam dilexit:æquita/tem vidit vultus eius. Item alibi. Iuſtitia tua,iuſtitia in æternum:& lex tua veri/tas. Et de quodam magno viro legimus. Ego autem in iuſtitia apparebo in cõ/ſpectu tuo:ſatiabor,cum apparuerit gloria tua. Item, Iuſtus, vt palma florebit: ſi cut cedrus libani multiplicabitur. Et mille huiuſmodi(ſi volueris)in ſacro elo/quio teſtimonia colliges. Et merito quidem:quando ſi iuſtitiam de medio ſu/ſtuleris: violabis ius humanæ ſocietatis. Vnde enim tanta in monaſteriis pec/candi licentia:niſi quia falſorum frattrum impunita ſcelera plus æquo ferimus? Monachi,ſi mali fuerint,inemendabiles ſunt. Vbi ſemel & bis,ac ſæpius etiam, clæmenti caſtigatione vſus fueris:& nihil profeceris: profecto immedicabile vulnus,enſe recidendum:ne pars ſincera trahatur. Hoc remedio vtuntur me//dici:vbi alia non ꝓfuerit medicina:vrunt ac ſecant membrum aliquod:ne to/tum corpus inficiatur ac pereat. Deniq; iuſtitia,omnium eſſe dicitur Domina & regina virtutum. Habere te arbitror,ꝑ benefitii tui qualitate,agros & vineas. Si;male ſe agricolæ & vinitores tui geſſerint:quid facturus es illis? Nõ ne ſecun dum euangelicam doctrinam, malos male perdes: & vineam tuam locabis aliis agricolis:qui reddant tibi fructum temporibus ſuis? Ego quoq; imitatus apoſtolum dicentem: Auferte malum ex vobis: eieci hinc aliquos,dignos,qui

temporali potius militiæ,q̃ ſpirituali,aſſcribantur. Quamobrẽ ne conteras tẽ/
pus:ad interpellandũ ꝓ huiuſmodi. Infidelis enim,ſi diſcedit,diſcedat. Vale.Ex
Fõte bono.Die.prima Martii.MDX. Paulo Orlandino.Vicario.LXV.

a Gnoui per tuas & trium illorum noſtratium litteras : & tuam indefeſ/
ſam curam ac ſolicitudinẽ pro ipſoꝝ aduentu: & eorundẽ continuatũ
votum vt veniãt.Hanc illorum perſeuerantiam magnifacio:ꝙ procelloſo hoc
tẽpore non refriguerit in eis caritas:immo ꝙ inſtent oportune importune,vt ſi
bi pulſantibus aperiatur.Confirmet Deus:quod hactenus operatus eſt in eis:vt
aduenientes in locum horroris & vaſtæ ſolituidnis,nequaq̃ terreantur & deſer
ti vaſtitate & vitæ rigore.Si fuerint cœleſtes plantationes:non eradicabuntur:
ſed erunt tanq̃ ligna iuxta aquas plantata : quæ ad humorem mittunt radices.
Quo diutius fraudati ſuo deſyderio fuerint:eo iucundius & gratius ſeſe ſunt in
Eremum recæpturi.Quã ſi primo aſpectu,nõ ſine horrore aliquo viſuri ſunt:vbi
ſeceſſus huiuſmodi ſuauitatem deguſtauerint:dicturos eos ſpero.Hæc requies
noſtra in ſæculũ ſæculi:hic habitabimus,quoniã elegimus eam. Depinxiſſe eis
te ſitus ipſius qualitatem ſæpius arbitror:vt ingreſſi in præmeditatum diu locũ
longe minus aſperitatem eius ſint formidaturi.Tu quoq; illis ſi tibi occurrerint
tua adhortatione animos feceris:ſpem proponens remunerationis æternæ : &
diuinæ expectationis:quæ ſaluos eos factura eſt a puſilanimitate ſpiritus & tem
peſtate.Probo admodum prudentiam tuam:ꝙ prouideris ſcrupulo interdicti:
qui facile poterat peraliquantulum temporis tam recipientes q̃ recæptos mo/
leſtia afficere.Velit Dñs:vt tandem aliquando ſedentur fluctus iſti: & ſaluum fa
ciat populum ſuum:& benedicat hereditati ſuæ.Vt pace terris reddita,liber ſit
cuiq; noſtrum itus & reditus:vt deniq; dormiamus,& non ſit qui exterreat.Va/
le.Ex Fonte bono.Die.ii.Martii.MDX.

Leonardo Lauredano Principi Venetiarum.LXVI.

s Icut olim ob aduerſos caſus triſteſq; cõmunis patriæ ſucceſſus,incre/
dibilis vis mœroris animum meũ occupauerat Princeps optime:ita
nunc e diuerſo,facta vobiſcũ in melius mutatiõe dexteræ excelſi,diſiectis mæ/
ſtitiæ ac doloris tenebris:ingenti ſpe aſſurgo in Deũ:& gaudens erumpo in il/
lam propheticam vocẽ.Secundum multitudinem doloꝝ meoꝝ in corde meo:
conſolationes tuæ lætificauerunt animam meã.Conſternauerat quidem me an/
no præterito accæptæ a vobis preter omnem expectationem acerbiſſimæ cla/
dis nuntius:cum ampliſſimum iſtud imperium,ac per tot annos ſecundo curſu
ad faſtigium terrenæ fœlicitatis euectum:magno ac repẽtino motu concuſſum
eſt atq; afflictum.Eſſe nempe iſta,ſi ꝓ humano captu examinarentur,acerba &
grauia videbantur:mihi præſertim:quem nequaq̃ vexationis illius immunem
fuiſſe atq; exortem putes.Quando ſi nõ tecum Sereniſſime Princeps,cum reli/
quis certe noſtratibus,æquas mihi doloris partes vendicauerim.Vbi vero col/
ligere me ipſum cœpi:& ea omnia admota ratione maturius diſcutere: agno/
ui longe eſſe opiniõe leuiora:& nõ modo nullo mœrore,veꝝ multomagis gra
tiarum actione digna.Admonere nos voluit pius Dñs : vt eſſemus memores
fragilitatis noſtræ:cuius in proſperis ſæpe numero obrepit obliuio.Et vt re/

cordaremur

cordaremur: ꝙ auferre qui dedit poteſt: & ꝙ ei ſubiecta ſunt omnia, quæ cœli
ambitu continentur. Tentare præterea nos voluit, ſi diligimus eum: vt ſicut au/
rum in fornace, ita nos in camyno humiliationis probaremur. Clamauerunt (in
quit) ad Dominum, cum tribularētur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Quod iſthic accidiſſe: non ſemel accæpi: conueniſſe vtiq; vniuerſam ciuitatem
ſolito frequentius in eccleſiam: & non minus ſolicite cœleſtem opem implo/
raſſe: q̄ in cōparandis humanis præſidiis fuiſſe occupatam. De te autē Princeps
pientiſſime quid plene referam, neſcio: Quem aiunt non modo in tribulationi
bus nō defeciſſe animo: verum potius tanta tuæ Amplitudini acceſſiſſe propte/
rea religionis incrementa, tanq̄ ſingulares profectus: vt omnia cum gratiarum
actione facile tolleraueris. Cogitaſſe te arbitror in aduerſa fortuna: quod olim
per vnicum patientiæ exemplar Iob dictum fuerat. Beatus vir: qui corripi/
tur a Domino. Et quod apoſtolus admonet. Fili mi noli negligere diſciplinam
Domini: neq; fatigeris, cum ab eo corriperis. Quem enim diligit caſtigat. Fla/
gellat autem omnem filium: quem recipit. Et paulopoſt: omnis ait diſciplina in
præſenti quidem videtur non eſſe gaudii ſed mœroris: poſtea vero fructum pa
catiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Huius iuſtitiæ fructus adueniſſe
modo tempus opinor: recōciliato vobis ſummo Sacerdote: & percæpta ab eo
benedictione. Legimus nanq; in diuinis voluminibus: ad tubarum Sacerdota/
lium clangorem, olim deiecta fuiſſe mœnia vrbis Hierico. Non eſt ibi contra
eam directus aries: non tela vibrata: non contortæ ſagittæ. Tubis tantum Sa/
cerdotalibus admotis tātæ vrbis muri proſtrati ſunt. Vt perſpicue agnoſcamus
in præſidio magis ſpirituali oportere belligerantes confidere, q̄ temporali atq;
terreno. Niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit
eam. Nam ꝙ bonam occupati a barbaris ſtatus veſtri partem breui recæperitis:
plurimum profuiſſe vobis arbitror Sacerdotum tubas: eorum nimirum qui in
ter veſtibulum & altare plorantes clamauerunt. Parce Domine, parce populo
tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium: vt dominentur eis nationes.
An non tuba Ductilis Marcus euangeliſta: patriæ iſtius Protector & Dux? Hūc
quis dubitet ſua intercesſione crebro perſonuiſſe atq; oraſſe: Vt dominus virtu/
tem populo ſuo daret: Dominus benediceret populo ſuo in pace? Ecce exaudi/
tus eſt pro ſua reuerentia. Iam benedicti eſtis: iam ſanctificati eſtis: iam muniti
eſtis nō tam apoſtolica q̄ cœleſti benedictione: vt ſperare merito liceat: exiguo
temporis interuallo & redituras quæ a vobis defecerunt reliquas ciuitates in di
tionē veſtrā: & fines veſtros diuina vobis opitulante clæmentia longius latiuſq;
vos propagaturos. Interea Princeps religioſiſſime viriliter age: & confortetur
cor tuum: & ſuſtine Dominum. Opto Serenitatem tuam cum Excelſo Senatu
bene valere. Ex Fonte bono. Die. iiii. Martii. MDX.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. LXVII.

n On potuit oportuniore ad probationem tempore Eremum pe/
tere Benedictus Albertinus: quem vt admitteremus commenda/
uit nobis Dignatio tua: q̄ modo. Nam præterquam quod in qua/

dragefima venit:quo tempore vbiq; ſed in Eremo præcipue auſterius viuitur: venit etiam hoc Martii ingreſſu:qui longe ſe aſperiorem atq; inclæmentiorem q̃ præteritus menſis exhibuit: immo lenitatem Februarii ac vernam tempe//riem magno furentis cœli impetu compenſauit:idq; & quotidiano deſcenſu niuium:& ventorum violentia:& frigoris mediam hyemem referentis vi. Probari itaq; facilius poterit ſpiritus:an ex Deo ſit. Si perſeuerauerit in hoc arctiore inſtituto:quod raro euenit recipientibus ſe in Eremum ex aliis congregationi//bus:neq; territus fuerit horrore loci & vaſtæ ſolitudinis:gauiſuri ſumus vel potiſſimum tui gratia:q; non fueris falſus opinione de eo:quem cõmendaueris:& nos te autore lucrati erimus fratrem noſtrum. Rei euentum certius indicabit: ſi cum venerint tentationum flumina:& flauerint cogitationum venti: & impe//gerint in eum:æque pertulerit interiores animi atq; exteriores aeris procellas. Tũc fundatus ſupra petram iudicari merito poterit:& ductus fuiſſe in deſertum a ſpiritu. Vale. Ex Fonte bono. Die.x. Martii. MDX.

Paulo Orlandino Vicario Congregationis. LXVIII.

P Er legi litteras tuas & alias omnes;quas illis alligatas miſiſti. Gratæ mihi fuerunt imprimis Iuſtiniani noſtri litteræ. Iam enim merito no/ſtrum poſſum nominare:quando & Eremi & Eremitarum & mei tanq̃ ſuorum ſcribens meminit. Gaudeo:q; optime affectus videtur ad manendum in ſolitu/dine: vbi meditetur in lege Domini die ac nocte: & tranquillam a curis ſæculi vitam ducat. Det illi Dominus & velle & perficere: ꝓ bona voluntate: vt egreſ ſus de terra ſua & de cognatione ſua obliuiſcatur populum ſuum, & domum patris ſui: vt totus in deum conuerſus nunq̃ retro reſpiciat:neq; tentatus in deſer/to a malignis ſpiritibus illorum aliquando impugnationibus cedat. Si vene/rint cum eo alii duo:non exierit inde vacuus:ſed ſicut exultant victores capta præda qñ diuidũt ſpolia, ita lætior ſe in Eremum recipiet:&(maiore implendæ Dominicæ repromiſſionis ſpe: Quod vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine ipſius: ibi futurus ſit in medio eorum:atq; vtinam ab eis nunq̃ receſ/ſurus. De tuo cum illis aduentu intellexi votum illorum & tuum:quod magno pere approbo. Facturus es non tam eis, q̃ mihi rem gratiſſimam. Aſcenſuris in montem excelſum valde eris tu pro baculo: ſuper quem ſi opus fuerit fatigati requieſcant. Orabitur pro eis interea:vt vbi ad cacumen montis peruenerint: ingreſſis Eremum continuo tranſfiguratus appareat Chriſtus Dominus: cu/ius ſplendore & candore animati conſtanter dicant. Hæc requies noſtra in ſæ/culum ſæculi: hic habitabimus: quoniam elegimus eam. Non æque gratæ fuerunt mihi litteræ:ad te vincentia tranſmiſſæ. Elapſum fuiſſe facinoroſum il/lum e manibus, doleo. Videtur mihi oblata vobis fuiſſe occaſio recuperandi cœnobii:cui indigne malignus ille præfectus fuerat. Siquidem conuictus de inceſtu, ac depoſitione habitus, iure ipſo priuatus cenſeri debet: Quamuis di catur neſcio quam a Pontifice exemptionem impetraſſe. Priuilegium enim me retur amittere: qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Quomodo conuenerit in ter ipſum & congregationẽ;nõ mihi liquido cõſtat. Ex quo ſe paratũ oſtẽdit ab/

bas

bas Sancti Michaelis ad puniendum nocentem : ſcribo ei, vt exequatur nego/cium. Nunquid nó habetis vicarium noſtrũ Abbatem Claſſenſem: quo patroci nante perſequi vobis liceat improbe ſe agentem Priorem? Si tamen ad Gene/ralem tantum, & non ad vos etiã, correctio illius pertineat: cum ipſius benefitiũ iampridem congregationi vnitum fuiſſe exiſtimetur. Quamobrem vtimini ce leriore medicamento, & quod impromptu vobis eſt, ad percurandum infirmũ membrum. Si tamen Romæ tractanda res eſt: non eſt vobis noſtra, apud Pro/tectorem colendiſſimum & procuratores noſtros, interceſſio defutura. Librum tuum tibi remittimus, vt petiſti. Si in melius ipſum (vti pollicitus es) reforma/ueris: non eris improbandus. Labor tamen emendandi interdum maior, q̃ ſcri/bendi: & quæ cõmutanda, quæ ve eximenda iudicare: vt ſub iuditium ſingula verba voces: patientis admodum animi eſt. Indigemus ſæpius in recognoſcen dis ſcriptis noſtris, alieno potius q̃ noſtro iuditio. Cauendum tamen correcto ribus arbitror: ne ſint Scrupuloſi nimium: ne dum mordatius lima vti conten/derint frangant potius q̃ expolitiora reddant: Qui nimium (inquit) emungit: elicit ſanguinem. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Martii. MDX.

Bartholomæo de Petra Sancta Auditori Lega. Bononieñ. LXVIIII.

f Acturus de tua ſufficientia periculum cum auditoribus Rotæ: vt in eo rum ſacrum collegium conſcribi merearis, ac deſcenſurus in campum ad certamen nó quidem armorum, ſed argumentorum: religioſe facis ac pie: vt in deo magis ac ſpirituali præſidio, q̃ proprio ingenio ac doctrina, confidere vi deatis. Sufficientia enim noſtra ex Deo eſt. Suades iccirco mihi atq; Eremitis noſtris: immo obteſtaris & rogas nos, in quibus habes fiduciam: vt orationum: ſuffragiis, in hoc tuo paulopoſt futuro congreſſu, præſto tibi futuri ſimus. Ope/ram noſtram (vt pro omnibus ſpondeam) defuturam tibi ne vereare. Me/am tamen, vt de Eremitis noſtris taceam, non niſi debilem, polliceri tibi poſ/ſum: & qualem requirit exiguitas virium mearum, ac meritorum defectus. Ora bo nihilominus pro te: vt fides tua ſaluum te faciat. Domine, ait propheta, oculi tui reſpiciunt fidem. Iturus de more in craſtinum ad Eremum: vt ibidem biduum peragam: mandabo omnibus, vt impleant vota tua. Spero illos prom ptiſſime tibi opem laturos: impetraturoſq; a Dño: vt accinctus gladio tuo, ſup fœmur tuum, potentiſſime decertes: & glorioſiſſime de aduerſariis triumphes. De obitu patris tui, non eſt cur aliquid cõmemorem: nó q; formidem refricare vulnus, quod iam tua prudentia cicatricem obduxiſſe nó dubito: verum potius, quoniam te eſſe eiuſmodi iampridem noui qui feras æquo animo, quæ tibi ac ciderint aduerſa. Carorum morte non poſſumus nó triſtari. Sed modus in mœ/rore ſeruandus eſt. Fili (inquit) ſuper mortuum produc lachrymas: & fac luctum vno die vel duobus: & ne velis ſemper lugere propter Dominum. Sic te feciſ/ſe arbitror: qui non ignoras, Statutum eſſe homini, ſemel mori. Amiſiſti paren/tem, ſenio confectum. Et quid tam ſecundum naturam: q̃ emori ſenem? Quæ autem a natura proueniunt: cenſenda in bonis ſunt. Orandum itaq; eſt: vt in pace, in idipſum, dormiat & requieſcat. Quod ſis memor noſtri: habeo gra/tiam dignationi tuæ. Vera & non ficta caritas, nunq̃ excidit. Me quoq; vicíſ/

ſim nequaq̃ tui oblitum putes. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvii. Martii. MDX.

Paulo Orlandino. Vicario Congregationis. LXX.

i Nſtas oportune importune: vt deſtinatũ iampridẽ iter Bononienſe aliquãdiu intermittã: hortariſq; vt aut hic præſtolari velim trium illorum aduentũ: aut capitulo veſtro interfuturus eiſdem occurrere: cũ ſint Rauennã venturi: vt hac occaſione cõgrediãtur mecũ. Admitto facile petitionẽ tuã: & conſiliis acquieſco. Neq;.n. paruifaciendã duco vnitã triũ huiuſmodi vocationẽ in Eremũ. Perlegi dudũ Iuſtiniani litteras: & modo quas miſiſti aliorum duoꝝ. Vtraſq; admodũ probo. Si quidẽ & prudenter doctéq; videntur conſcriptæ: & bonã ac perſeuerantẽ in ſancto propoſito voluntatẽ perſpicue declarant. Non poteſt hic mundi contẽptus non eſſe a Deo: qñ tres pariter eũ expetant ſolitudinis ſeceſſum in primordio vocationis ſuæ: q exercitatis diu in cœnobiorũ diſciplina reſeruari conſueuit. Legiſſe eos arbitror Antonii Pauli Hilarionis aliorũq; eremitarũ vitas: & quõ Arſenio diuinitus mandatũ fuerit. Arſeni fuge hoĩes: & ſaluaberis. Hoꝝ exẽplo inflamati pari ardore animoꝝ elegiſſe videntur hoc ſolitariũ genus vitæ: vt abſtracti penitus a ſæculi illecebris & curis ſalubri ocio perfruantur: & cõmodius Deo viuant. Sic.n. facile ſinguli ipſoꝝ apoſtolicum poterunt ſermonẽ vſurpare. Mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo. Et Hieremiæ vaticiniũ conſequẽter implebunt. Bonũ eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dñi. Quãobrem peracta octaua Reſurrectionis Dñicæ hinc proficiſcar: Rauennã recta petiturus: niſi continuus iſte pluuiaꝝ deſcenſus diſceſſum meũ prohibuerit. Erat nihilominus nõ tã expectatus, q̃ etiã neceſſarius mõ acceſſus meus Bononiam præſertim cum litteris recẽtibus, vt ita facerẽ Protector colendiſſimus mihi mandauerit: & præſentia procuratoris noſtri Raymundi, qui me ibidem expectat, multum negocio noſtro profuiſſet. Verum æquo aĩo eos laturos intermiſſionẽ noſtrã confido: vbi cauſam agnouerint. Nec debuit ſexus inferior a nobis præferri digniori. Scriptum eſt enim. Melior eſt iniquitas viri: q̃ mulier benefaciens. Vale. Ex Fonte bono: Die. Paraſceue. MDX.

Matthiæ Monacho Angelorum. LXXI.

i Ntermiſiſſe te opus: qd tibi exſcribendũ reliquimus: nõ ſum (vt verearis) ſuſpicatus: & a nemine id mihi relatũ eſt. Nõ ſum etiã admiratus dilationẽ imperfecti operis. Noui.n. te (quod admodũ probo) ſemper ſtudioſiſſimũ fuiſſe diuini cultus: neq; vllo aliqñ victũ torpore atq; ignauia ſegnius conueniſſe die noctuq; in tẽplum. In aliis quoq; obſeruationibus ac cerimoniis regularibus remiſſum fuiſſe ac negligentẽ nunq̃ audiui. Ei vero, qui ita ſe gerit in monaſterio, minimũ ſupereſſe ocii: & nos itidem diu experti ſumus. Sufficit mihi: q non faſtidio ſit tibi opus: quod tranſcribendum ſuſcæpiſti. Modicum per ſingulos dies faciet (vt ſic dixerim) vnum ſatis. Tu quoq; ſi non feſtinaueris: ſi non aſſidue incubueris conficiendo operi: facile conſulueris ſanitati tuæ ac debilitati ſtomachi. Aduerſari concoctioni ciborum iugem ſcribendi vſum: nemo qui eius rei expers non fuerit ignorat. Si quidem ocio hebetari corpus: labore & exercitatiõe firmari: certiſſimũ eſt. Vt bene cõcoquas: neceſſariũ tibi eſſe arbitror bene cõquieſcere: deambulare aliquãdiu: & qñ bis in die reficiens, in ci

bo &

bo & potu parcitatẽ ac tẽperãtiã nõ excedere. Verum iudex tui ipſius nemo te ip
ſo melior. Noſti ipſe te: & qd tibi obeſſe queat: iã longiore pro ætate experien/
tia, latere te minime credo. Dices tu fortaſſe: nõ poſſe penitus in monaſterio ha
beri corporis curã. Nã in eo multa obſeruari oportet: quæ cõtraria ſaluti corpo/
ris exiſtimantur. Fateor ingenue ita eſſe. Sed & hoc infero: præponendã eſſe car
ni curã ſpiritus. Hæc.n. ſibi inuicẽ aduerſantur. Secuti ſumus Chriſtũ, nõ Hypo
cratẽ aut Galienũ. Hi inter cibũ & cibũ diſcerni iubent. Ille mandat: vt mãduce
mus quæ apponuntur nobis. Nihil (inquit) interrogantes propter cõſcientiam.
Quod ſi minus robuſto ac vegeto corpore nobis propterea eſſe cõtigerit: me/
minerimus de Saluatore noſtro ſcriptũ eſſe. Oportuit Chriſtũ pati: & ita intra/
re in gloriã ſuã. Et apoſtolus teſtat̃: ꝙ ſi ſuſtinuerimus, & corregnabimus. Et ali
bi. Virtus in infirmitate perficit̃. Si meũ ſicut expetis cõſiliũ admiſeris: iactabis
cogitatũ tuũ in dño: & ipſe te enutriet. De migratione tua in Eremũ vereor: ne
ob defectũ cellulæ, ẽt ſi nihil aliud huic tuo deſyderio aduerſaretur, impleri ne/
queat petitio tua. Nã quæ modo vacuæ ſuperſunt, nõnullis aliis reſeruantur: q
priores te aduẽtũ in Eremũ implorarũt. Quoꝝ vtinã votũ cõfirmet Dñs: vt im
pleatur domus eius. Loquar nihilominus cũ patribus cõgregationis: & in redi/
tu noſtro aliquid cõſilii pro te capiemus: vt cõmodius & paucioribus interpel/
lationibus opus tuæ curæ iniunctũ valeas cõſumare. Vale. Ex Fonte bono. Diẽ
v. Aprilis. MDX.

Ioanni Cardinali de Medicis. LXXII.

q Vod nullius litteras hilarius (vt ſcribit dignatio tua) legas q̃ meas: ni/
hil miror: ſi ad ſcribentis fidẽ atq; obſeruantiã reſpicias. Maior enim
(vt ego arbitror) eſſe nõ poſſet. Si aliud quid penſites in eis: nõ video qũo tam
ſingulari priuilegio dignus ſim apud te. Quacũq; tñ de cã id eueniat: ago ingẽ/
tes gratias tuæ amplitudini: ꝙ vel illas plegere nõ dedignetur. Petis a me: cũ iu
bere tuũ ſit: vt ſpatiũ ad cogitandũ tibi a me cõcedatur ſuper collatiõe eccleſiæ
Serauallis: quo & mihi gratificari, & ſatiſfacere familiari tuo cõſultius queas. Si
quidẽ torqueri te non mediocriter aſſeras: cũ probabili aliqua de cauſa obtẽpe/
rare votis meis prohiberis. Grauas me colendiſſime Dñe, atq; oneras ſupramo
dũ tam leni ſermone tã ſingulari humanitate adeo, immenſa in meã paruitatẽ
affectione. Quod in tua poteſtate penitus ſitũ eſt: id mei gratia in conſultationẽ
vt veniret, poſtulaſti. Nõ poſſum re vera nõ vehementius angi: qñ intelligo vel
leui affici moleſtia Dñm meũ ſeruuli ſui cã. Cõmendaui inſtantius forte q̃ par
fuit clæmẽtiæ tuæ Serauallis negociũ, in fauorem monachi noſtri, atq; oppida
noꝝ omniũ: nõ tñ eo animo: vt alicuius iniuria, aut aliqua honoris tui, quẽ meo
ſemper præferendũ putarem offenſione, impleres votũ meũ. Statuat itaq; Dñs
meus de Serauallis eccleſia: quodcunq; ſibi placuerit: & honori ſuo ac iuſtitiæ
cõſulat. Maledictus dicitur in ſacro eloquio: qui negligit famã ſuã. Et cũ ſemper
fueris cultor iuſtitiæ: nõ poterit expectari abs te niſi rectũ iudicium: qui iudicas
æquitatem. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. vii. Maii. MDX.

Monachis & conuentui Putei Stratæ. LXXIII.

a Egerrime ferimus non poſſe facile cõſuli cœnobio iſti, ob locorum di
ſtantiã. Neq; parum admiramur: ꝙ cũ diuerſis tẽporibus cõplures vo

bis priores,& idoneos & probos,atq; in obſeruatione regulari educatos,dede/
rimus:nullus adhuc adeo cõſtans ex iis fuerit repertus:qui ibidẽ triẽniũ imple/
uerit.Quorũ hoc accidit culpa nõ plene intelligo:ſubditorũ videlicet,an prælato/
rũ.Non eſtis multi numero:& maiora nobis præbetis negocia:q̃ ſi decies to/
tidẽ eſſetis.Hortamur vos:vt caritas fraternitatis maneat in vobis:qđ eſt vin/
culũ pfectionis.Patiẽtia enim neceſſaria eſt vobis:ſine qua fluctuabitis ſemp:&
tãq̃ nauis ſine gubernaculo,quolibet vel modico vento circunferemini.Cõmẽ/
datis mihi Benedictũ monachũ,cõmemoratis cõpluribus illius bonis actioni/
bus:& ꝓbatis eius obediẽtiã,ꝙ citatus a nobis,vel infirmus ac febricitans,con
tinuo itineri ſe dederit.Admittimus facile teſtimoniũ veſtrum de illo. Quid tñ
agendũ mihi fuerit de oue,ad gregẽ alterius pertinẽte:vos videritis.Nõ eſt iſte
Camaldulenſis monahus:ſed neſcio cuius diuerſæ pfeſſionis.Et tranſire huiuſ/
modi ad nos prohibentur.Bonus itaq; exiſtimari nõ põt:qui ex propriis caſtris
in aliena traſfugit. In ea igitur,qua vocatus eſt, vocatione permaneat: rede/
atq; eo vnde diſceſſit: vt merito de hoĩe bene ſentire cogamur. Verũ vero iure
Angelicũ reiiciatis:vos melius noſtis.Neq;.n.tueri obſtinatius partes eius volo
nec debeo:qui vobiſcũ diu & priuatus & in magiſtratu verſatus,procul a me vi
tã duxit.Locupletiores ac certiores morũ ac ſtudiorũ eius teſtes,q̃ ego,eſſe pote
ſtis vos.Hoc vnũ affirmo:ipſum ingenio eſſe ac litteris præditũ:multorũq; lai
corũ litteris,& quidẽ nobiliũ,apud me apprime fuiſſe cõmẽdatũ. Quãdo itaq;
is nequaq̃ vobis placet:idq; ſiue ſua,ſiue aliena culpa:nõ vos cõpellã ipſum reci
pere.Alibi ſibi domiciliũ quæret: ne ipſius reditu ad Puteũ,turbidiores vobis
neceſſe ſit aquas bibere.Cæterũ Benedictũ alterũ monachũ,q eſt apud nos,& quẽ
optatis,vt ad vobiſcũ cõmorandũ redeat:ſi reuerti voluerit:non impediemus.
Valete:& pro nobis orate.Ex Fonte bono.Die.xxvi.Iunii.MDX.

Ambroſio Abbati Sancti Michaelis Murani.LXXIIII

V Enturus Venetias famulus noſter,nõ meo ſed alterius noĩe:fecit ne ſim
paſſus vt hinc ſine meis ad te litteris abiret.Fuit apud Muſoleã colẽdiſ
ſimus Protector p dies quatuordecim:viſitauitq; Eremũ ac Fontẽ bonũ.Diſceſ/
ſit a nobis pridie Kalen.Iulii:actis nobis gratiis pro benigna hoſpitalitate:plu/
rimũq; ſe nobis obtulit.Hortatus eſt nos ad vnionẽ cõficiendã:pollicitus ſe cõ
gregationi daturũ cœnobia ordini ſibi cõmendata: vbi primũ conſultũ capiti
fuiſſet.Inter cætera obtulit ſæpius repetens abbatiã Vallis caſtri:quæ per mortẽ
Cardinalis Sanctæ ſabinæ contigit ſibi.Ad hoc nimirũ pficiendũ opus vniuer/
ſa deberet religio ob reliquias Diui Romualdi cõuenire.Optauit propterea:vt
Vicarius cõgregationis & abbas Claſſeñ.ad ipſum ſe reciperent: vt negociis or
dinis pariter conſuleremus.Sed illo hinc profecto ſequenti die ſuperuenit Vica
rius:abbas vero excuſauit occupationes.Si præſto fuiſſent:aliquid decretũ fuiſ/
ſet boni.Siquidẽ paratiſſimũ ad omnia ordinis commoda Protectorem colẽ/
diſſimũ repiſſent.Oĩa tẽpus habẽt:& nõ ſemper huiuſmodi ſe offerũt occaſiões
rerũbñ gerẽdarũ.Cõceſſit Florẽtiã:mãſurus apud Muſoleã diutius ob ſitus amœ
nitatẽ & cõmoditatẽ ædiũ:niſi haud plene validus corpore,coactus fuiſſet ob
aerem inclæmentiorẽ q̃ ꝓ tpe,inde ſe proripere. Eſt in Eremo Vicarius veſter

vna

vna cũ Iuſtiniano patricio noſtro. Confirmet hoc deus: qđ in eo cœpit operari: vt eius exemplo alii prouocati Chriſtum ſequãtur: & impleatur domus dei eiuſmodi hoibus: qui ſint futuri ad eã ſuſtentandã columnæ firmiſſimæ. Vale. Ex Fõte bono. Die. v. Iulii. MDX.

Matthæo Vicecomiti. LXXV.

a Llicis me, ad ineundã tecum amicitiã, multo verboꝝ lenocinio multis blandimentis. Tribuis mihi ſupra merita: & plurimis indignũ effers laudibus. Cũ per ſapientẽ admonearis: ne laudes hoiem in vita ſua. Et alius qdã dicat. Lauda parce: vitupera parcius. Voluiſſem ego: vt ad fores optatæ amititiæ, alia pulſaſſes manu. Haud minus ſane facilis, tibi patuiſſet ingreſſus. Satis tibi fuiſſet: indicaſſe mihi animũ tuũ: & ego tibi ĩ amoris officio nõ defuiſſem. Si in alioꝝ manus incidiſſent litteræ tuæ: nec tu caruiſſes aliqua adulationis nota: nec ego ſuſpitione, ꝙ ea oblectarer. Deniqꝫ ꝓbas modeſtiã ſermonis mei: & moderatiõis oblitus, modũ ĩ me extollendo haud dubie exceſſiſti. Veꝝ parco tibi in præſentia: quẽ præ amoris magnitudĩe, tẽpare ſibi nõ potuiſſe vſqꝫ q̃qꝫ, exiſtimo. Ea tñ lege tibi parco: vt ad cõfirmandã mutuã caritatẽ, partius infuturũ mecũ agas. Quinimmo ne parce quidem. Quid eſt enim homo: quia magnificas eũ? Homo vtiqꝫ natus de muliere: breui viuens tẽpore: repletus multis miſeriis: folio, quod vẽto rapitur, ſimilis, & ſtipulæ deſiceatæ. Ego quoqꝫ cognoui imperfectum meum. Sentias tu licet q̃ probe volucris: de meipſo nõ fallar. Sed de hoc ſatis. Neqꝫ. n. pro tua prudẽtia longiore indiges admonitione: qñ præſertim fateris ĩgenue, te ſemp in amicos obſeqoſum eſſe ac morigerũ, cõſueuiſſe. Cæteꝝ ꝙ bene de te merita ſit Cornelia domus: quæ me affinitate cõtingit: grate didici. Me quoqꝫ præcipua quadã beniuolẽtia, omnis illa familia ꝓſecuta eſt: vt paucos me habere propinquos nouerim: qui nequaq̃ ab ea in amore vincantur. De Petri vero erga me pietate ac fide nihil dubites: qñ cognationi carnali coniunctio ſpiritualis qđ eſt vinculũ perfectionis, accedit. A me itidẽ viciſſim hactenus dilectus eſt: nõ ſolũ ꝙ mei ſtudioſiſſimus fuerit: neqꝫ degenerauerit a domeſtico exẽplo: verũ, atqꝫ adeo multomagis, ꝙ ex quo ad religionẽ ſe contulit: ſobrie in ea atqꝫ honeſte vitã duxerit. Aegre fero malã eius valitudinẽ, quã opto, ferat æquo aĩo. Si qdẽ virtus in infirmitate ꝑficit. Si iuuat ſocios hr̃e pœnaꝝ: ſciat citra alpes, in vrbibus, præſertim Florẽtiæ, tot lãguere ægrotos: vt numerus eoꝝ, fidẽ audientiũ ſupet. Eũ meo noĩe ſaluere iubebis: & valitudinẽ ſuã curare q̃ diligentiſſime. Noua hic circũferunt multa: præcipue de nouo aut iã inito fœdere, aut mox ineundo, ad ꝓpulſandã ex Italia barbatiẽ: atqꝫ ad reſtituendã iniuriã paſſis, dei miſeratione perpetuam pacem. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxv. Iulii. MDX.

Euſebio Priolo monacho. LXXVI.

h Abens fidũ latorẽ remitto ad te carmẽ Andreæ fratris tui: qđ ĩ articulo ꝓfectionis petieras a me: cũ iã cõpoſitæ eẽnt ſarcinulæ nr̃æ & capſulæ obſeratæ atqꝫ alligatæ. Dignus nimiꝝ eſt comẽdatiõe frater tuus: qui cũ ſit ætate iunior & fere puer: liberale tñ ingeniũ nõ ad aniles fabulas ſed ad ſtudia Chriſtiano adoleſcẽti cõuenientia trãſtulit: & quæ in cõfirmata ætate maxime ꝓbarẽtur. Quid. n. decentius potuit ſcribere: aut initia ſtudiorũ ſuorum cui melius ac religioſius potiſſimũ dicare: q̃ beatæ Virgini? In cuius re vera laudatiõe ita ſum

oblectatus: vt quemadmodum ipſe autor, ita & res mihi placuerit. Huiuſmodi ego muſas probo: quæ religionem non gẽtilitatem præſeferant. Quãq̃ ſi ad cõpoſitionem carminis ſpectes: vt taceam facilitatẽ in orationis contextu: deeſſe etiam illi nequaq̃ mihi videntur, & ſplendor in verbis, & vis in ſentẽtiis. Exaudiat Dñs pia adoleſcentis vota: quibus pro patria Reginã mundi interpellat: vt reddita ei cœlitus pace tranquillo tandem æuo fruatur: & fugatis procul barbaris conflet gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: nec exerceatur vltra ad prœlium. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Auguſti. MDX.

Ioanni Babtiſtæ Egnatio Sacerdoti: & Vincentio Quirino. LXXVII.

m Emor nouiſſimæ viſitationis veſtræ: qua me quo die eram Venetiis profecturus, apud Sanctum Michaelem pariter conueniſtis: non ſum paſſus, ſine meis litteris Iuſtinianum noſtrum venire ad vos. Cuius præſentia & alloquio, ſicut vos plurimum gauiſuros eſſe non dubito: ita etiam excitandos aculeis congreſſionum eius ad eiuſdem emulationem facile ſpero. Perſeueratis vt audio in propoſito: vt ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. Nollẽ ego vos aliqñ tarditatis ac nimiæ dilationis argui ab eo: qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Inuitati eſtis ad nuptias. Non poteſtis ſine periculo veſtro & iactura excuſari: aut emiſſe vos iuga boum quinq;: aut aliud ex iis feciſſe: quæ euangelium meminit. Si qua tenemini alligati cathena mundanorum affectuũ: hortamur vos & obſecramus in Dño: vt illã feſtinetis abrumpere. Præcidenda eſt funis negociorum ſæcularium, ſi qua vobis reſtant componenda: vt liberi & expediti euoletis ad Chriſtum. Iampridẽ illapſus in corda veſtra ſpiritus Domini iniecit vobis deſyderium ſolitudinis atq; odium vrbanæ cõmorationis. Præſtolatur aduentum veſtrum in montes: vnde veniat auxilium vobis. Quid quæſo hæſitatis? Quid cunctamini? Quid procraſtinatis de die in diem? Pulſauit ad hoſtium veſtrum: expectat pro ſua clæmẽtia, vt aperiatis ei. Exire vos cupit de domo ſeruitutis: vt vendicetis vos tãdẽ in libertatẽ filiorũ dei. Si dura quæ forte ſunt in Eremo vobis ꝓponẽtes formidatis: cauete ne modicæ fidei arguamini. Ad hæc cogitare vos oportet: arduam & anguſtam eſſe viam quæ ducit ad vitam: nec debere vos in viribus veſtris confidere, ſed in eo: ſine quo nihil poteſtis facere. Quis enim ſperauit in Dño: & derelictus eſt? Dabit vobis virtutẽ & robur ad perferendum Eremiticæ auſteritatis rigorem: quo autore contemptui habueritis delitias ſæculi & vniuerſa malorum irritamenta. Ita vt alacriter quilibet veſtrum dicturus ſit. Mihi autem abſit gloriari: niſi in cruce Dñi mei Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mundus crucifixus eſt: & ego mundo. Et qđ alibi dictũ eſt. Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. Nõ ſunt nobis amara pertimeſcenda: quæ ſalutem operantur atq; animorum ſuauitatẽ. Potat nos ſpiritualis medicus vino cõpũctionis & tentationũ amaritudinibus: ſicut & medici ad percurandos corporum langores amara plerũq;, & a quibus guſtus abhorreat, medicamentis inſerunt. Deniq; ſi ſuſtinuerimus: & corregnabimus. Si bonum certamen certauerimus: repoſitam nobis iuſtitiæ accipiemus coronam. Hæc ex abundantia cordis magis: q̃ ꝗ noſtra vos exhortatione indigere magnopere exiſtimem, Vnum tamẽ ignorare vos ambos nolo: eſſeme ꝑ

q̃cupidum

q̄cupidum tranſmigrationis veſtræ in montem:montē vtiq; coagulatum:mō/
tem pinguem: montem in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo : & in quo
facile acquiritur deſyderiū collium æternorum. Valete. Ex Fonte bono. Die. vii.

Auguſti. MDX. Lucæ Monacho Sancti Michaelis Murani. LXXVIII.

P Rima hac tua ad me cōſcripta epiſtola effeciſti : vt non ſolum te mei
eſſe memorem nouerim:verum etiam q̄tum in litterarum ſtudiis pro
feceris plane intellexerim. Et ꝙ mei aſſidue recorderis:non multum miror. Eſt
enim filii:qui penitus non abiecerit pietatem:parentis non obliuiſci. Quātum
vero in diſciplinis liberalibus, & diuinis eloquiis, quibus non ignorabam quā/
to ſtudio incumberes hactenus profeciſſes:nullum adhuc inditiū dederas. Vo/
luiſti (vt arbitror) Pytagoricum illud dogma ſilentii obſeruare:vt prius diligē/
ter diſceres:quod poſtmodum ſcite & erudite proferres. Fuerunt, vt ſcias, mihi
gratiſſima:hæc ſtudiorum tuorum primordia: quibus apparet : non te ocio &
fabulis, vt multis vſueuenit, tempus contriuiſſe: ſed iugi labore & contentione
fructum haud exiguum fuiſſe conſecutum pernoctationum tuarū. Merito itaq;
addita eſt gratia capiti tuo:& torques collo tuo. Deploras calamitates præſen/
tium temporum:atq; imprimis Italiæ clades, & vrbium deuaſtationes. Quādo
tamen abſq; dei permiſſione & nutu iſta fieri nequaq̄ creditur:cum non ſit ma/
lum in ciuitate quod ipſe non faciat:agendæ ſunt ei etiā in aduerſis gratiæ. Eru/
dire ſi quidem nos vult per contraria Deus: vt bello & vexatione ad ſe nos re/
uocet percolendum: quē in pace & tranquillitate viſi ſumus contēnere. Quos
enim amat arguit & caſtigat. Atq; vtinam ea caſtigatione corripiat:vt non tra/
dat morti æterniſq; ſuppliciis:& cum iratus fuerit miſericordiæ recordetur:pa/
ter vtiq; miſericordiarum & deus totius conſolationis. Si redierimus præuari/
catores ad cor : diſſipabit gentes quæ bella volunt : vt dormire in vtranq; au/
rem tuti poſſimus. Hoc ſicut opto magnopere:ita & ſpero fore. Annuat piis vo
tis Dominus:ne frauder ſpe atq; expectatione mea. Petis fieri certior: placuerit
ne Thomæ Iuſtiniano Eremi noſtræ cōmoratio & ſitus. Per id tempus, quo ibi/
dem cōmoratus eſt:adeo cordi fuit illi locus ipſe:ſic eſt ea ſolitudine & viuendi
ritu oblectatus:vt nō potuerit magis. Non eſt territus auſteritate eremitici pro/
poſiti:non fractus ieiunio panis & aquæ:non fatigatus prolyxitate pſalmodiæ,
atq; nocturni officii:non longa ſilentii cuſtodia tedio affectus. Deniq; ita ſe geſ/
ſit in Eremo:vt non minus ei locus ſatiſfecerit:q̄ ipſe loco. Nam tanta ibi mo/
deratione & humilitate conuerſatus eſt:vt vno eremitarum conſenſu ſummo/
pere laudetur:omniūq; promeruerit gratiā. Nonus hic eſt dies : quo hinc abiit
rediturus (vti conſtantiſſime nobis recæpit) menſe proximo Septembri : atq;
habitum eremiticum accæpturus:quem mirumimmodū expetit. Demum ma/
gna eſt de illius perſeuerantia omniū ſpes:vt non amplius Didimus, ſed ſup fir
mam petram fundandus expectetur. Si venerint alii duo: quēadmodum ventu
ros ambos Iuſtinianus non dubitat:futuri exiſtimātur funiculus ille triplex: qui
difficile rumpit᾽. Quod in ſeruire mihi ex animo cupias:grate didici : & habeo
gratiam. Omnia tempus habēt. Vale:Ex Fonte bono. Die. xiiii. Auguſti. MDX.

Ambroſio Abbati Sancti Michaelis Murani. LXXIX.

Abens præter expectationem fidum tabellarium: paucis ad te ſcribo:
h cum nihil occurrat, quod neceſſario ſcribendum ſit: & harum lator, ſi quid noui emerſit, te certiorem reddet: vt pote Florentia adueniens: vbi aliq̃diu eſt immoratus. Hoc tantummodo non præteribo ſilentio: non par uum, initio menſis huius, terræ fuiſſe motũ Florentiæ: quem per triduum cre berrimum ſenſit ciuitas tota noctu atq; interdiu: adeo vt magna populi pars in vicis & plateis ſub diuo per noctaret. Neq; tamen per dei gratiam tremore il lo vllæ ædes proſtrate ſunt: aut hiatu terræ (vti conſuouit) hauſtæ. Territi ſunt omnes, tũ periculo: q̃ vrbs huiuſmodi tremoribus raro fuiſſet obnoxia: tum vero imprimis, q̃ hoc oſtento portendi aliquid noui, arbitrati ſunt: quaſi motus ille euentus alicuius iminentis prænuntius fuerit. Auertat Dominus iram ſu am a nobis: qui reſpicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes: & fu migant. Accerſitus a Pontifice colendiſſimus Protector mouit Florentia nudiuſ quartus: & iter Romam verſus arripuit. Ad hæc Cardinalis Ferrarienſis ad uenit Florentiam: vbi cõſenſu Pontificis per duos menſes moraturus eſt. Sci re cupio: an reddideris litteras noſtras Egnatio ſacerdoti, & Quirino doctori, ſeu ipſorum alteri. Vale cũ familia omni. Ex Fõte bono. Die. xx. Auguſti. MDX.

Hieronymo Donato equiti Oratori Veneto. LXXX.

a Vdio te autore iuſſiſſe Pontificem: ſolui Leonem cathena turpiter ob ſtrictũ: quẽ anno præterito Rauẽna captiuũ abduxerãt: eiq; alas & dia dema reſtitui. Cõmẽdaris paſſim pro hoc facto orator optime: & prodigiũ hoc læti oẽs accipiũt: atq; ii potiſſimum, qui ſalutem patriæ noſtræ, ſuper aurum & lapidem præcioſum, cariorem ducunt. Sperare licet: futurã haud ita multo poſt mutatione dexteræ excelſi ignominioſæ capturæ compenſationẽ: vt a vinculis abſolutus fortiſſimus beſtiarum ad nullius paueat occurſum: & ſuo rugitu faci le diſſipaturus ſit gentes quæ bella volunt. Per alas quoq; Leoni reſtitutas, por tendi opinor: non multũ abeſſe interualli, reſtituendæ noſtris priſtinæ celſitudi nis & gloriæ: Illuſtriſſimũq; Dominium Venetum ſub vmbra alarum cœleſtiũ perpetuo protegendum atq; fouendum. Hoc ſicut in votis gero: ita reipſa clar giatur Dñs: vt tandem aliquando dormiamus: & non ſit qui exterreat: & bene meriti de Chriſtiana republica Veneti gloria & honore pro victoria coronent̃. Accæpto nuncio tam grato: gratulandum cenſui tuæ magnitudini: optans ſu pramodũ: vt quemadmodum portenti ita & fœliciſſimi rerum ſucceſſus autor atq; interpres fias. Vale Orator Magnifice. Bononiæ. Die. xxvi. Septẽbris MDX

Cardinali Soderino. LXXXI.

c Ommendationes dignationis tuæ tanq̃ iuſſiones (prout debui ſeruu lus domino) ſemper admiſi. Neq; tamen penitus alienum a ſeruorum officio iudicandum eſt: ſi aliq̃n cum Dominis fiducialiter agunt. Durus mihi vi ſus eſt ſermo Domine pientiſſime: vt qui tuo iuſſu ad reformandum hoc mo naſterium venerim: improba vnius domeſtici tui petitione, ipſum deformaſſe, exiſtimandus ſim. Traducendas curaui ſanctimoniales quatuor, optime inſtitu tas: quibus poſt abbatiſſam, præcipua atq; digniora cœnobii munera demanda ui. Multa per hos dies magno certe labore compoſui apud conuentum iſtum.

Precor

Præcor enixius, ac genibus flexis, clementiam tuam: ne mihi hanc mitram im/poni permittat: vt ingreſſu mulierculæ vnius: & cuiuſmodi, obſecro? contami/naſſe hunc gregem & cōmaculaſſe, non ad meliorem frugem tranſtuliſſe: ac ſor des, ſiquas forte inuenerim, deterſiſſe videar. Premor (vti noſti) pondere ſupra vires in adminiſtrando Camaldulenſi ordine. Si aliena mihi onera portāda fue rint: ruere me ſub faſce neceſſe erit. Egreſſa de ordine mendicantium: redeat vn de exiuit: neq; ad quas non pertinet, ſanctimoniales ſe conferat. Quod vt fiat, iterū atq; iterum ſupplex peto: ne ſi agere contra conſcientiā coactus fuero, edifi cem ad geennam. Vale. Bononiæ. Die. vii. Octobris. MDX.

Euſebio Priolo manacho Sancti Michaelis Murani. LXXXII.

c Vm eſſem per hos dies Bononiæ: redditæ ſunt mihi tuæ fratriſq; tui litteræ: quas prímas poſt meum Venetiis diſceſſum accæpi abs te. Oc cupatus ibidem pro negociis ordinis non potui tibi reſcribere. Nunc vero cum tandem redierim in Fontem bonum, differre nolui reſponſum. Quæ de fratre tuo ſignificaui tibi: ex mero animi iudicio, qualecūq; id fuerit, prodiiſſe ne du/bita. Si perſeuerauerit in litterarū ſtudiis, vti hactenus fecit: nec ſibi ipſi defuerít: acceſſurū ipſo autore magnū gloriæ cumulū domui veſtræ, ſperare licet. Op/to ego pro veſtra in me pietate: vt ſicut carne fratres eſtis: ita ſitis haud diſpares moribus atq; eruditione. Quinpotius tanto magis præſtare te oportet vita & doctrina: q̄to es illo & maior natu, & vitæ atq; inſtituto arctiori aſtrictus: vt ha/beat germanus tuus iunior, cuius conſilio & prudentia nitatur. Quod facile erit facturus: ſi te viderit bonæ ſpei adoleſcentulus ferre perſeueranter iugum Dñi: quod ſuaue ac leue ſemel ſuſcæpiſti: & exutum penitus ſæculari ſolicitudine, red dere altiſſimo vota tua: atq; immaculatum ambulare in lege Domini. Varios certaminum & congreſſionum euentus diuturnioris huius belli, quos ſcripſiſti, bona ex parte Bononiæ audieram. Hæc eſt mundanarum rerum conſuetudo: vt viciſſitudine gaudeant: & nunq̄ in eodē ſtatu permaneant. Nunc hos nunc illos, opprimit gladius: qa calix in manu Domini, vini meri plenus mixto, hūc humíliat: & hunc exaltat. Aegre nimirum ferendæ ſunt vaſtationes vrbium, atq; oppidorum direptiones: vt non ſatis ſit illa expugnari: niſi etiam cæde atq; in/cendio funditus deleantur. Dabit Deus his quoq; finem: neq; permittet diutius: vt vſq; ad internitiōem Chriſtianorum mucro deſcæuiat. Vale cum fratre: quē ſalutabis meo nomine. Ex Fonte bono. Die. xvii. Octobris. MDX.

Baldaſſari Cardutio Doctori. LXXXIII.

t Ot habuit Saluiatus, & tantæ autoritatis, interceſſores apud me: vt da re illi repulſam nequaq̄ potuerim: niſi duriſſimi atq; inexorabilis peni tus ingenii notam ſubire voluiſſem. Et qn̄ cæteri omnes defuiſſent: tantum va/les apud me exiſtimatione & gratia: vt tu vnus facile exorare me vel renitentē atq; diſſentientem potueris. Si tamen experto credis: mihi crede. Rariſſime in noſtro ordine accidit: vt qui in aliis congregationibus educati ad ipſum cōmi/grarunt: in ipſo profecerint. Defeciſſe autem plurimos: & magnorum fuiſſe ſcā dalorum autores: ſatis ſuperq; nobis conſtat. Orandus eſt Dominus: vt eiuſmo modi ſit futurus cōmendatus iſte tuus: vt nec te ſubitura ſit aliquando pœniten/

tia,ꝙ ipſum arctius nobis cõmẽdaueris: nec nos ꝙ petenti morẽ geſſerimus. Potẽs eſt enim Deus omnẽ gratiam abundare facere in eo: vt de laxiori ad arctiorem vitam tranſiens, cum rariſſimis illis de quibus memini, ſit annumerandus. Monui Priorem Sancti Benedicti: vt Saluiatum admittat, & paterno foueat affectu. Facile in regulari cœnobio canonici iſtius regularis probabitur ſpiritus: an ex deo ſit. Vale. Ex Fonte bono. Die. xx. Octobris. MDX.

Benincaſæ Priori Pratalis. LXXXIIII.

i Nualido es corpore: adeo, vt cum tibi eſt inambulandũ, ſcipione opus habeas: & tamen vincente imbecillitatem caritate longiora frequenter & difficiliora, q̃ pro viribus, itinera ſubis. Cogi te ſæpius Florentiam petere, non alia vrgentiore cauſa, ego arbitror: q̃ vt Principem, quem obſeruas & colis, pro tua in illum pietate, ac vetere amicitia, conuenias. Allicit te viciſſim ſingularis eius humanitas, mitiſq; congreſſus: ad contemnẽdum viæ laborem: cũ affabilitate & manſuetudine, cæteris omnibus præſtet. Siquidem religioſe ſapientis ſeruat conſilium. Quanto maior es: humilia te in omnibus. Et alibi. Rectorem te poſuerũt: noli extolli: eſto in illis, tanq̃ vnus ex ipſis. Bene itaq; facis: & es magnopere cõmendandus: ꝙ, vt ſignifices te ſeruare in amore conſtantiã, ẽt ſupra vires coneris: nec te vllius fatigationis pigeat: vt tanti viri optatiſſimo perfruaris conſpectu & alloquio. Optandum eſt: vt diu id tibi liceat agere: prorogata vtriq; in longitudinem dierum vita, cum animarum ſalute. Cæterum nõ ignorat Princeps optimus: me quoq; iampridem ipſius magnitudinis ſtudioſiſſimum extitiſſe. Quamobrem, ſi de me tecum benigne verba fecit: ſi proficiſcenti tibi mandauit ſollicite: vt ſe ſuãq; rempublicam meis orationibus cõmẽdares: haud multũ miror. Nouit enim eruditus in ſacro eloquio monuiſſe apoſtulum: fieri orationes pro omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt quietã & tranquillam vitam agerent, in omni pietate & caſtitate. Ego autem & feci, & faciam: quod dignatus eſt requirere a me. Exaudiat Dominus orationes meas: idq; non pro orantis merito: ſed pro requirentis fide. Vale. Ex Fonte bono. Die xxviii. Octobris. MDX.

Thomæ Eremitæ Nouitio. LXXXV.

a Ppropinquante probationis tuæ termino: quo ad ꝓfeſſionem in Eremo es admittendus: ſciſcitatus ſum fratres tuos quomodo te hoc anno iſthic geſſeris. Bene inquiunt fere in omnibus. Satis valido etiam ſupra ſenilem ætatem ac robuſto eſt corpore: & ad perferendum vitæ eremiticæ rigorem apto. Nullis ieiuniorum & vigiliarum laboribus frãgitur. In templum die noctuq; ſine intermiſſione ad diuinum officium ſe recipit. Senectutis imbecillitatem & efœtum corpuſculum quotidiano manuum opere cõfirmat. Nulli rei minuſq̃ ocio indulget. Virtute animi & bona corporis habitudine homo ſexagenarius cœli inclæmentiam & alia ſolitudinis incõmoda facile ſuperat. Caritate feruens: quæcunq; in cellula ſua ſunt prompto animo cum coeremitis communicat. Deniq; in omnibus ſatiſfacit pleniſſime: ſi modo illi vnum nõ deeſſet. Vbi vnum audiui: bene inq̃ ſe res habet: ꝙ non ſint plura ſeniori obiicienda. Iã enim conſenior ego patrocinium pro te ſuſcipiendum putaui. Moroſus aiunt & difficilis eſt: & leui de cauſa iracundia vincitur: verbum quod ſibi diſpliceat pati

non poteſt

non poteſt.Hoc tñ in re non bona habere boni videtur:ꝙ laceſſitus iniuria aut inclæmentiore ſermone,ſicut facile in iram excitatur atq; efferueſcit : ita paulo poſt ſedatur animoꝝ cōmotio:vt ſol nunq̄ occidat ſuper iracundiã eius.Quam obrem pro mea in te beniuolentia,& ex Prioratus noſtri officio paucis mi Thoma admonendum te duxi: vt vocatus in Eremũ hora fere vndecima,ſingulare Dei munus iugiter tecũ reputes.Non.n.facit taliter omni nationi.Et cum plura bona poſſideas:nec iſtius ſeuerioris iſtituti auſteritatibus cedas: conare obſecro ponere etiã cuſtodiam ori tuo & oſtiũ circunſtantiæ labiis tuis.Illud quoq; tecũ ſæpius reputa:ꝙ qui totam legẽ ſeruauerit:offendat aũt in vno : factus ſit omnium reus.Ad perfectionẽ & culmen vitæ arctioris contendenti,turpe eſt vel in minimis ſuperari.Guſtate(inquit)& videte:qm̃ ſuauis eſt Dñs. Vis noſſe quomodo guſtetur Dñs?Audi Hieremiã modũ tibi facile præſcribentẽ.Sedebit(inquit)ſolitarius:& tacebit:quia leuabit ſe ſuper ſe. Vade ergo : & tu fac ſimiliter. Quod te facturum & ſpero & confido:vt gaudium de te meum ſit plenũ.Vale. Ex Fonte bono:Die.vii.Nouẽbris.MDX. Nicolao Pitto monacho.LXXXVI.

i Nterpellas me pro tunica,aduerſus fratrẽ tuũ.Quaſi vero iſtic deſint, ad quos poſſis referre:ſiquid natum fuerit quæſtionis.Habes vicariũ noſtrum:habes & Priorem ipſius monachi.Apud vtrũq; ipſorum,die dicta aduerſario tuo,iudicium(vti opinor)rectum inuenies. Facilius ibidẽ & citari reus poterit,& præſto eſſe.Alioquin qũo iuſtam ſententiam inter partes feram:ſi accuſatus abs te,a iudice non fuerit auditus ? Nihil ſane indignius,nihil indecentius:q̄ eum condẽnare,qui auditus non ſit.Ages itaq; cauſam tuam coram propinquioribus iudicibus:apud quos,ſpero,nõ minus æquitatis,q̄ poteſtatis,repertuꝝ te eſſe.Non enim eos latet,iudicis munus eſſe:reddi iubere vnicuiq;,quod ſuũ eſt.Niſi forte ſcrupuloſiores,vereantur reſcindere leges per Saluatorem noſtrum,cui famulantur decretas. Ab eo(inquit) qui aufert tibi veſtimentum:etiam tunicam noli prohibere:& qui aufert, quæ tua ſunt,ne repetas. Vale.Ex Fonte bono.Die.viiii.Nouembris.MDX.

Nicolao Valorio:Vicario Puppii.LXXXVII.

q Vod importuno ruſticoꝝ acceſſu improboq; clamore interpellatus: nec ſic fueris reuocatus a ſcribendo:luculentiore indicaſti argumento caritatem erga me tuam ſingularem:tuamq; pariter in forenſi tumultu ac ſtrepitu gregalis plebis tollerandæ patientiam. Cuius nihilominus incõpoſiti mores atq; a ciuili grauitate abhorrentes,eo nobis æquiore animo ferẽdi ſunt: ꝙ agriculturam eiuſmodi genus hominum exerceat:artem vtiq; vniuerſo mortalium generi ſalutarem: & quã primam præcæteris in mundũ intulit Deus. Emiſſus nãq; ab eo legitur Adam de Paradiſo voluptatis: vt operaretur terram,de qua ſumptus fuerat.Cæterũ ad indicandũ affectum tuum,ſatis ſuperq; fuerant mihi grauiſſimæ atq; ornatiſſimæ litteræ tuæ.Tibi vero ſatiſfeciſſe illæ,minime viſæ ſunt:qñ etiam cum eis munus pariter ſuauiſſimũ tranſmiſeris.Non me permittis optime Vicari:ſicut par foret:excutere manus ab omni munere:& cogis me accipere,quod odiſſe ac reieciſſe debueram.Sed repulſam pati nõ potuit: quod caritate impellente ingeſtum eſt.Et fortaſſe genus muneris elegiſti : quod eiuſ-

dem caritatis & magnitudinē & ſuauitatem præſeferret: quod me & voluptate & ſignificatiōe oblectaret. Quid.n.aliud innuit per magnus ille orbis, arte pigmentarii confectus? Ago itaq; tuæ Magnitudini : ago & vxori cuius præcipue nomine tranſmiſſum munus audio: ingentes gratias. Habes ſociam virtutum tuarum æmulam: nec minus religione & pietate q̄ familia & nobilitate inſignē. Magna nimirū viri fœlicitas: qui eiuſmodi coniugē ſortius eſt. Mulieris (inquit) bonæ: beatus vir. Vale. Ex Fonte bone. Die. xii. Nouembris. MDX.

Matthiæ Monacho Angelorum. LXXXVIII.

m Iratus ſum valde: datum te modo monialibus ſpiritualem patrē : mutata tam cito perſona patris procuratoris induiſſe perſonā. Exiſtimaui ego: cum ſis haud imperitus: cogitaſſe te illam ſapientis ſententiam: qua tibi aperte parentis munus præſcribit, dicēs. Filiæ tibi ſunt: noli hilarem faciem tuā ad illas oſtendere: ſed ſerua corpus illarum. Et tu inito vix demandato tibi a nobis munere, mollitus filiarū præcibus & lachrymis indulgentē adeo te illis exhibes atq; obſequentem: vt coneris me improbe cogere ad deſtruendum penitus, quæ per annos triginta ædificare, magno ſtudio & labore contendi. Petitis, ait apoſtolus: & nō accipitis: eo q; male petatis. Hoc & tibi modo eueniet. Et niſi te ſimplicitate potius q̄ malitia peccare certo ſcirem: non potuiſſem me continere: quin acrius inueherer contra te. Ortus, ait, concluſus fons ſignatus : ſoror mea ſponſa. Et tu contempta tot ſponſarum Chriſti cuſtodia: vt reſeretur is ortus, & pateat pro abbatiſſæ arbitrio, extorquere contendis a me? Reiicienda ſane petitio: & ſurdis auribus penitus audienda. Abſit itaq; a me : vt contra ſtatuta ordinis, contra canonicas eccleſiæ ſanctiones, aliquid illis permittam. Semel tantum tibi permitto: vt eas a cenſuris abſoluas: ſi promiſerint tibi, iuxta ritum cōmunem, ſe non amplius temere in id criminis relapſuras. Et de hoc ſatis impræſentia. Cæterum de quæſtore ſubſtituendo, nondum inii conſilium. Neq; enim hic adhuc a me cōmeatum petiit. Itaq; quem mihi confratrem tuum propoſuiſti, nec admito nec reiicio. Cum defuerit, qui id muneris exequatur: tunc de alio decernā. Alias tuas litteras non accæpi: quibus non reſponderim. Vale. Ex Fōte bono. Die. xvi. Nouēbris. MDX.

Lazaro SanMiniatēſi. LXXXIX.

e Sſe te mei memorem: ex litteris tuis quæ mihi hodie tandem redditæ ſunt, grate didici. Quāuis, vt ſcias, nulla tua aſſertione ac teſtimonio, vt ita de te crederem, indigebam. Iampridem enim pro cōperto habui : ex quo cæpiſti cancellarii munere fungi apud me: q̄ta me pietate fueris proſecutus, q̄to amore & q̄ vere filiali dilexeris. Itaq; nūq̄ mihi dubium fuit: etiam abſentem te ſeruaturū erga me in amore conſtantiam: neq; cōmiſſurū: vt aut lōgo temporis interuallo, aut magna quauis locorum diſtantia te aliq̄n mei caperet obliuio. Eo enim es ingenio, iis moribus ea modeſtia præditus: vt quem ſemel tibi cōciliaueris, non facile tibi memoria excidat. Biennium, & eo amplius fuiſti apud me: quo tēpore non modo accurate ac fideliter munus tuū executus es verumetiam adeo modeſta & grata extitit tua cum omni familia conſuetudo : vt ne vnus de te aliq̄n fuerit oblocutus: immo cum ſingulari tuæ probitatis ac virtutis cōmendatione: omnibus hinc abiens tui deſyderium reliqueris. Quāobrem tibi omni

no perſuadeas velim:me quoq; viciſſim te vel abſentem,proculq; agentem,per ſeuerantiſſime cōplecti : ac recordari tui ſæpius. Negocia Eremi,ſi qua in agro Flamineo,dum iſthic apud præfectū Caſtricarri fueris, occurrerint pertractan/da: tuæ curæ ac fidei,vti vltro poſtulas,demandabuntur. Tu quoq;,ſi qua in re noſtra opera indigueris:fiducialiter ages nobiſcum.Verum ingentes meo no/mine gratias ages Reuerendo Archipræſbitero Caſtricarri:q; elabi eius animo me nequaq̄ patiatur.Initam ſecum olim amicitiam,hactenus perſancte coluit: & licet de illo nihil meritus ſim:nunq̄ tñ eſt oblitus mei:iuxta quod ſcriptū meminit.Omni tempore diligit:qui amicus eſt.Ipſum meo nomine comiter ſalu/tabis:iucundâq; mihi eſſe religioſi ac pii patris de me recordationem atq; con/fabulationē,indicabis.Quem tecū opto bene valere.Ex Fonte bono.Die.xviii. Nouembris.MDX.

Nicolao Valorio.XC.

e X Priore Agnæ,Cācellario noſtro diſces:cur ipſum ad te miſerim.Admiſit in Eremum,pro quo ſupplicaturus venit tuæ magnitudini haud exiguū facinus.Cuius rei gratia nō modo a nobis eiectus eſt,ac ꝓcul relegatus: verꝫ etiam ab octouiris acerrime damnatus.Vagari coactus eſt per quinquēniū, magno ſuo incōmodo:ac domo,in qua iuuentutem ſuā conſumpſerat,per id tē/poris profugus:tot tantaq; pertulit aduerſa:vt merito mihi alterum Cayn,al/terumq; Lamech referre videatur.De his enim ſcriptū eſt. Septuplum vltio dabitur de Cayn:de Lamech vero ſeptuagieſſepties . Et quoniam nō ſumus ſaxa aut ſtipites:vt nō moueamur erga huiuſmodi miſeros miſericordia:& duri atq; inclæmentis hominis eſſe creditur:vt quis permittatur ſubire periculum capi/tis:oro te per pietatem:vt ſi fieri abſq; magiſtratus tui nota,& conſcientiæ ſcrupulo poteſt:reo huic te clæmentiorem exhibeas.Noſti:q̄ ſit periculoſa deſperatio.Et remittere iubemur iniurias vnuſquiſq; de cordibus noſtris.Qui ſuccurrere(inquit)perituro poteſt:ſi nō ſuccurrit, occidit. Vale. Ex Muſolea. Die.ii. De/cembris.MDX.

Matthiæ monacho Angelorum. XCI.

n On me pœnitet:q; te acerbioribus ac forte mordatioribus litteris cō/triſtauerim.Contriſtatus enim es ad ſalutem.Nam & medicorum po/tiones,quo amariores videntur languentibus,eo ſalubriores eſſe conſueuerunt. Et melle augeri bylis dicitur:quā rheubarbarum & abſynthium,atq; alia id ge/nus acriora minuunt & diſſoluunt.Haud ſecus in ſpiritualibus accidit : dicente apoſtolo.Omnis quidem diſciplina in præſenti videtur nō eſſe gaudii,ſed mœroris.Poſtea vero fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ.Tu quoq; hauſto acerbiore poculo paternæ repræhenſionis,videris non parꝫ ex eo profeciſſe:quemadmodum in epiſtolæ tuæ calce palam confiteris. Quod vero dubitas:ſuſpicaturos de te magnum aliquod flagitium:ſiqui lecturi ſunt litteras illas meas:abiice abs te iſtā curā,& cogitationes huiuſmodi torquentes cor tuū. Nō te de vlla incontinentia,nō de laſciuia,a qua ſemper(vt audio)abhorruiſti: ſed de nimia indulgentia facilitateq; redargui.Alioquin niſi de tua honeſtate & modeſtia bene ſenſiſſem:ne me putes tibi fuiſſe aſſenſurum : vt ſanctimonialiū tibi demandaretur cura.Indiget meo iudicio ſexus ille infirmior:auſteritate po/tius coerceri:q̄ deliniri obſequio. Nam ſi ei porrexeris manum:etiam brachiū

ad ſe trahere continuo elaborabunt. Occluſa ſint perpetuo monaſterii hoſtia: & honori monialium ac famæ virginum haud dubie conſulueris. Sufficiat propinquis earum: quæcunq; illæ fuerint: ad crates alloqui: quas duxerint viſitandas. Quod etiam q̃to rarius: tanto vtiq; vtilius fecerint. Neq; enim fieri poſſe arbitror: quin longa & frequens cum laicis confabulatio mentes illarum diſtrahat: & a contemplatione ſpiritualium animorum intentionem relaxet. Mulier innupta & virgo cogitare debet, quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Exequeris itaq; cum timore Domini munus tuum: & ſic te in eo geres: vt ſanis monitis tuis atq; conſiliis, vbi monaſterium me viſitare de more contigerit: regularem in eo vitam non ſolum conſeruatam, verumetiam longe auctam atq; honeſtatam inueniam. Vale. Ex Muſolea. Die. iii. Decembris. MDX.

Raymundo Procuratori. XCII.

h Eri vna cum breui apoſtolico, litteras tuas accæpi. Fuit mihi imprimis gratiſſimum ex iis intellexiſſe: ꝙ conualueris de infirmitate: quam in recenſcendis militibus Mutinæ contraxeras. Atq; vtinam fortis factus in bello, & eccleſiæ & nobis profuturus ſis. Eccleſiæ quidem ad euertenda caſtra exterorum: nobis vero, vt ordinis negocia propugnator ac defenſor tua opera & fide tuearis. Pro breui impetrato, tum Protectori colendiſſimo tum, tibi, cuius ingenio confectum eſt & ſedulitate abſolutum: ingentes gratias ago. Aggrediar conſtantius opus mihi iniunctum hoc telo & his armis munitus. Sit mihi Dominus a dextris: ne cõmouear aut propinquorum interpellatione aut amicorũ male conuentui illi conſulentium fraudulentis decæptionibus. Præſtolari nihilominus illas audio aduentum meum, non ſine ingenti pauore ac trepidatione. Nec diffido propterea: quin paruo negocio admiſſum crimen, illarum quæ cõmiſerunt voce cõuincendum ſit. Fiet poſtea quod inſpirauerit Dñs: quodq; expedire monaſterio illi indicauerimus. Quod vero imprecatum me meis fuiſſe interpretatus ſis: cum dixi: Diſſipet Dñs gentes: quæ bella volunt: primum quidẽ (vt aliquid tibi inuitus licet reſpondeam) nõ putaui ego, gentium appellatione etiam latinos atq; italos cenſeri: ſed gentium nomine babaras intelligi nationes: de qbus meminit apoſtolus dicens. Græcis & barbaris debitor ſum. Aliud etiam ſignificari per hoc vocabulum: & nõ ſemel legi. Sed de eius vi & ſignificatione tu videris. Sufficit mihi, purgaſſe me apud te de impietate in patriam: Quoniam ſi parum aduerti: cum de pſalmo adduxi verſiculum aduerſus gentes: nõ animus ſed lingua, quæ facile labitur in culpa fuit. Verum ꝙ affirmas: cõterraneos meos fuiſſe omniũ præſentium præteritorũq; maloꝝ cauſam: idq; tũ cupiditate occupandæ Italiæ: tum vt eiicerent Ducem Galliæ ciſalpinæ prouocare me videris: vt criminationi huic tuæ aliquid reſcribam. Quod tamẽ quo modeſtius mihi licuerit facturus ſum. Nolo enim hic exiſtimes: velle me meos obſtinatius tueri. Habent iudicem factorum ſuorum: qui non fallitur. Eſt nanq; & bonorum & malorum remunerator atq; vltor Deus. Non eſt meum ferre ſententiam e a de re: quæ mihi nõ conſtat: ꝙ vtiq;, vt tu aſſeris, cupiditate peccauerint. Quod autem ipſi fuerint eiectionis Ducis autorem: longe ego (quod bona tua venia dixerim) ate diſſentio. Legimus in diuinis eloquiis. Regnũ transferẽ

a gente

a gente in gentem:& cui voluerit Dominus,dabit illud.Daniel quoq; de deo te ſtatur.Sapientia inquiēs,& fortitudo eius ſunt:& ipſe mutat tempora & ætates: transfert regna atq; conſtituit.Et in pſalmo quotidie legitur.Hunc humiliat: & hunc exaltat:quia calix in manu Domini:vini meri plenus mixto. Frequēter ēt Iſraeli comminatur Dominus per prophetas:adductuq; ſe contra eos gentes.In ter cæteros Hieremias eximius prophetarum:Ecce(inquit)ego adduco ſuper vos gentem de longinquo Domus Iſrael,ait Dñs: gentem robuſtam : gentem antiquam:gentem cuius ignorabis linguam:& conteret ciuitates munitas tuas inquibus tu habes fiduciam gladio.Innumera ſunt ſacræ ſcripturæ teſtimonia: quibus liquido admonemur:deum eſſe qui deponit potentes de ſede:& exaltat humiles.Deſine itaq; Venetis aſſcribere diuina iudicia:quæ ſunt abyſſus multa. Non diſquiro modo eiecti illius merita:Non eſt hoc meum.Memini tamē:quo tempore illud imperium ſiue adeptus eſt,ſiue(vt palam vulgabatur)occupauit: grauiſſimos viros de illo vaticinatos fuiſſe:q̄ tantum piaculum in ſuos diuina aliquādo iuſtitia foret ſeuerius vindicatura. Sed quid argumētor apud te? Quid plura diſputo? Cum tibi q̄ mihi multo ſint iſta notiora.Dabis autem veniam:ſi liberius tecum loquor. Hoc facio cum Raymundo:quod cum pleriſq; aliis ne/quaq̄ præſumerem.Illud tñ paucis repeto:ne me vllo pacto opineris imprecatū meis fuiſſe:eoſq; cum gentibus annumerādos duxiſſe:quibus ſemper curæ fuit contra gentes pro conſeruatione fidei,magnis ſumptibus,multa ſanguinis effu ſione,bellum gerere:eaſq; procul ab Italia propulſare. Verum de hoc ſatis.Si tri ſtiora viſuri aut audituri ſumus:cum nō ſit malum in ciuitate,quod deus non fa ciat:æquo animo accipienda ſunt rectiſſima iudicia eius. Non enim ad exitium ſed ad ſalutem,infert nobis mala.Quis enim filius:quem non corripit pater? Si conuerſi ad eum fuerimus:muro ſuo inexpugnabili circuncinget nos: & armis ſuæ potentiæ proteget nos : in cuius manu eſt & poteſtas & imperium. Qui puſillo (inquit) animo eſtis : mente conualeſcite:me timete dicit Dominus: quia venio dirumpere iugum captiuitatis veſtræ. Si tamen accideret (quod auertat deus) vt inualeſcente bellorum procella,confugiendum tibi vt vereris eſſet in Eremum: non vſq;quaq; inutilem atq; immunitam elegeris manſio/nem.In monte ait ſaluum te fac.Monte nimirum:in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo:monte coagulato: monte pingui : monte deniq; , in quem vbi leuaueris oculos tuos,confeſtim veniet auxilium tibi. Vt tamen apertius te/cum agam:ſi neceſſe fuerit:tecum vel panē de modicis fortunis noſtris,quoad illæ ſuppetent,partiturus ſum.De compoſitionibus & aliis quæ ad Generalatū attinēt,nihil ſcribam.Præſtolabor quam pollicitus es lōgiorē epiſtolam tuam: ſimuletiam modo prolyxiorem cantionē deuitabo:ne tibi faſtidio futurus ſim. Vale.Ex Muſolea.Die.v.Decembris.MDX.

Thomæ Iuſtiniano.XCIII.

n On luti vt ſcribis tenacitas,negociorum vtiq; ſæcularium implicatio: ſed aliud potius vt opinor iuſtum impedimentum te retardauit atq; remoratum eſt:vt non potueris ad præfixum ac præſtitutū terminum reuerti. Gratulor tamen tibi magnopere:q̄ incolumis Balneum perueneris. Non es

veritus media hyeme aſperum iter arripere: atq; alpium iuga velle ſuperare: quoniam ſpiritus vbi vult, ſpirat: & ipſe accendit atq; inflamat quorum voluerit corda: vt contemnere intrepide audeant mundi huius proſpera: nec timere aduerſa. Mittimus ad te iumenta duo vt petiſti, apta vt ſperamus ad tranſitum alpium: mitimus cum iis ſatis peritos itineris duces. Si quid in equitando patieris incommodi: ſuccurrat tibi auguſtam & arduam eſſe viam: quæ ducit ad vitam. Tranſiuimus (inquit) per ignem & aquam: & deduxiſti nos in refrigerium. Et merito quidem. Si enim ſuſtinuerimus: & conregnabimus. Sit Dominus in itinere tuo: & angelus eius comitetur tecum: vt ſoſpes ad nos & bene valens atq; in ſancto propoſito optime confirmatus redeas. Quod eo facilius fore confidimus quoniam hinc citra alpes biduum totum tanta fuit cœli ſerenitas, tanta aeris temperies, ad hanc vſq; horam: vt non modo vernum nobis ſed æſtiuum potius tẽpus referre videatur. Vale. Ex Muſolea. Die. xiiii. Decẽbris. MDX.

Andreæ Priolo Veneto. XCIIII.

v Rget inſtat Euſebius frater: vt tandẽ rñdeã litteris tuis. Veteri viſus eſt: ne te ætatis gratia contemptui habuerim. Quaſi vero ſenectus annorum numero venerabilis ſit, non ſenſuum canitie. Quamobrem cum ea extent ingenii tui documenta: vt iuuenili ætate florens: & fere impubes adhuc multis ſenioribus præſtes: non debuit germanus tuus hoc ſuſpicari de me. Tribuo nimirum adoleſcentiæ tuæ: quoniam vt ex ſcriptis tuis percipere mihi licuit merito potes dicere. Super ſenes intellexi. Haud grauate igitur reſcribo ad te: non tam quia prior me prouocaſti: q̃ vt tuæ erga me ſatiſſaciam pietati. Quid vero modo ad te ſcribam, aliud potiſſimum non occurrit: niſi vt te tanq̃ filium cariſſimum moneam: ne deeſſe tibi metipſi velis. Ea es indole animi: iis litterarum rudimentis magis etiam q̃ pro ætate imbutus: vt nihil deſit tibi ad profectus maximos conſequendos: niſi perſeuerantia. Neq; ſolum eruditionem in te probo: verumetiam longe magis cum ea cõiunctam religionẽ. Quam facile ex carmine illo tuo, in laudẽ Beatiſſimæ virginis edito, in te deprehendi. Ad excolendum ingenium multa tibi ſuccurrebant argumẽta: in quibus te exercere potuiſti pro ætate. Verum tu ſupra ætatem ad altiora animo tendens: ei te totum dicare voluiſti: quæ futura eſſet tenerioris ætatis tuæ & lapſibus obnoxiæ, cuſtos ꝑpetua: cuius vnius vita cum omnium ſit diſciplina: tibi quoq; ſemper eſſet ꝓpoſita ad imitationis exemplum. Ei ſi te aſſidue cõmẽdaueris: non ſolum te ab omni turpitudine omnibuſq; flagitiis impollutum atq; incontaminatum ſeruabit: verũetiã religione integritate pudore cæteriſq; id genus virtutibus te ornatũ reddet: vt facile cum bonitate naturæ, tũ ipſius patrocinio rectam vitæ viam ſequaris. Beati ſiquidem immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Vale. Ex Muſolea. Die. xxi. Decembris. MDX.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Michaelis Murani. XCV.

p Vtaſti tu cõtẽpſiſſe me ob ætatẽ fratrem tuum: qm̃ minus tẽpeſtiue reſpõderim litteris eius. Nõ ſane recte iudicaſti. Iunior qdẽ eſt ætate: ſed doctrina ſed ſenſu canus: & multis iccirco maioribus natu præferendus. Ad mulieres ſæpius atq; adeo ad iuuenculas ſcribit Hieronymus. Et ego dedignabor

reſpondere

reſpondere adoleſcentulo:& modetato & graui? Falleris opinione. Quocirca nactus modo aliq̃tulũ ocii differendũ nequaq̃ duxi reſpóſum: vt vtrũq; veſtrũ alterum ſuſpitione alterum expectatione abſoluerem. Cupio nimirũ ego: vt is futurus ſit germanus tuus & talis ac tantus euadat:qualẽ mihi diuinat animus: ſi per ipſum non ſteterit. Bononiæ te fuiſſe: nudiuſquartus primum ex litteris tuis accæpi. Euaſiſti multa pericula in ea peregrinatione & in mari & in terra: vt cognoſceres monachum tam diu nauigare in portu: donec in ſuo perſeuerauerit monaſterio: & nuſq̃ nos tutos poſſe cóſiſtere: q̃diu peregrinamur a Dño. Erudimur aduerſis, dum ſumus in corpore: & admonemur fragilitatis humanæ. Si oía ſemp nobis ad votum fluerent in hoc ſæculo: facile nos caperet obliuio patriæ cœleſtis ac domus illius nó manu factæ in excelſis. Quare nó te pœniteat: q; ſubieris pericula: ſed lætare & age deo gratias: q; euaſeris. Rediturus ſum die craſtina in Fontem bonum: nó ſolum ad concelebrandum cum familia natiuitatis Dñicæ feſtum diem: inuitante me præſertim præter morem regionis cœli tẽperie: verumetiam vt inde me in Eremum conferam ad tradẽdum Iuſtiniano noſtro eremiticum habitum: quẽ expetit mirum immodum. Cogitaui mecum ſæpenumero: vnde hæc rei nouitas acciderit: vt Venetus nobilis patritius fruſtratis illis piſcatoriis retibus in hæc alpium aucupatoria retia inciderit. Niſi q; ſpiritus vbi vult ſpirat: vt a Dño factum eſſe iſtud non dubitemus. Iuſſiſſe ei ipſum non ambigo: vt egrederetur de domo ſua & de cognatione ſua: & veniret in terram quam ſibi eſſet monſtraturus. Obſecrandus eſt Dñs: qui eum ex lacunis illis expiſcari dignatus eſt: atq; in montes transferre: vt quem vocauit eundem & iuſtificet: & in arduo quod arripuit inſtituto confirmet. Quod nó temere fore confidimus: quando ad nos in Eremum a nemine impulſus ſed vltro venerit. Nam quod voluntate fit non neceſſitate: perſeuerantiam facile repromittit. Vale. Ex Muſolea. Die. xxii. Decembris. MDX.

Euſebio Priolo monacho Sancti Michaelis Murani. XCVI.

PEr triginta & eo amplius annos: quibus Eremo huic præeſſe paruitatem meam permittere dignatus eſt Dominus: nunq̃ accidit mihi: vt in ea peregerim natalis Dominici feſtum diem: præterq̃ modo. Et q̃uis alia potiſſimum cauſa me impulerit: vt ita facerem: tanta fuit præter morem cœli tẽperies: vt non niue non glacie impediti huc nudiuſtertius equites peruenerimus. Noluit Dominus fraudare pium deſyderium Iuſtiniani conterranei noſtri: cui vel breuis morula longiſſima videbatur temporis prorogatio: donec ſacræ huic militiæ aſſcriberetur: & in cœtum admitteretur eremitarum noſtrorum. Quod igitur fœlix & fauſtum ac ſalutare tum ipſi tum Eremo futurum optamus: heri in miſſa de aurora iucundus & hilaris habitum religionis de manibus noſtris accæpit: congaudentibus omnibus de huiuſmodi reuera mirabili hominis conuerſione: q; in delitiis enutritus arduum hoc atq; aſperum tum loci ſitu tũ vitæ auſteritate elegerit iſtitutũ. Bonã oẽs de eius perſeuerãtia cócæpimus ſpẽ. Nã & robuſto eſt corpore: & virili ætate: & nó ſolũ doctrina verũẽt prudẽtia & cóſilio præditus: & diu multũq; cogitauit ac reputauit ſecũ: qd eſſet facturus. Ad hæc nó amplius Thomã didimũ ideſt dubiũ ſed Paulũ mutato noie

ipſum placuit appellari:vt eius in aduerſis & ſæculi varietatibus emularet̃ cõſtã
tiam:qui plus cæteris apoſtolis,apoſtolorum minimus laborauit.Vocatũ eſt itaq;
ei nomen nouũ:quod olim os Dñi Saulo nominauit.Deniq; ne te multis deti/
neam:poteris rei ſeriem ex eius famulo harum latore:qui multa effuſiõe lachry
marũ oĩbus interfuit:minutius edoceri.Orabis cum reliqua familia Dñm ſal/
uatorem:vt ſicut diuinæ regenerationis quo die naſci dignatus eſt autor illi ex/
tit:ita ei & ĩmortalitatis ſit ipſe largitor.Vale.Ex Sacra noſtra Eremo.Die.xxvi.
Decembris.MDX.

Nicolao Valorio.XCVII.

d Iu expertus Caſentinatiũ mores:haud temere mandaui cancellario no
ſtro,vt te conueniret:& Maioris Eremi noſtræ negocium tuæ magni/
tudini cõmendaret.Calumniã inſons æquo animo perfert: contentus teſtimo/
nio conſcientiæ.Verum calũniæ additas minas nequaq̃ contẽnendas ducit.Vt
prudentia tua occurratur periculo:& improborum conatus atq; audacia cõpri/
matur:oro & obſecro.Degentẽ in ſolitudine,dicatũ deo,in vtrãq; aurẽ dormi/
re ſecurũ oportet:& vacare omni ſuſpitione ac metu.Licet enim q patiunt̃ pro
pter iuſtitiã,beati exiſtimentur: confeſſorumq; tñ cenſeri numero plures qui ve/
lint,iuuenio q̃ martyrũ.Et ipſi quoq; apoſtoli,anteq̃ ſpiritus Sancti fuiſſent re/
pletione confirmati:mortis ac tormentorum formidine,relicto Dño diffugerunt.
Rem ex latore intelliges:& pro tua ſapientia atq; erga nos caritate,qd expedie/
rit,decernes.Vale.Ex Fonte bono.Die.iii.Ianuarii.MDXI.

Nicolao Valorio.XCVIII.

r Edii heri veſperi ad Muſoleam:vt clæmentiore cœlo reliquũ hyemis
ſenex tranſigerẽ.Oblatus eſt mihi paulopoſt a villico noſtro calatus,
malis citreis ac medicis,quæ vulgo appellantur narantia:plenus.Redditæ ſunt
mihi quoq; pariter cum eodem munere abs te tranſmiſſo,iucundiſſimæ atq; hi
laritatis plenæ litteræ tuæ.Fuit mihi vtraq; res gratiſſima,q abs te erant,hoĩe
mei amantiſſimo:ſed litteræ longe gratiores.Et quidẽ de munere nihil reſcri/
bo:niſi q pro tua liberalitate,ſuperare me in omnibus contendis : neq; pateris
cõflare mecũ,vel in minimis rebus,debitũ perq̃ exiguũ.Dignũ certe fuit:qd nõ
paruitati meæ:ſed maximo cuiq; tranſmitteret̃.Precor Dñm:vt pro hac tua in
nos munificentia,retribuat p me tuæ magnitudini:& ſicut cedrus libani multi/
pliceris.Venio nũc ad litteras tuas:quas ego nequaq̃ nugis refertas(vt tu exiſti
mas) cẽſeo:ſed quæ & prudentiam & ingenii tui acumẽ imprimis præſeferãt.
Nã q homini illi,cũ legatione fungereris apud Regẽ,præſente oratore Veneto
facete repondiſti:nihil potuiſti accõmodatius,ad confudẽdam hoĩs temeritatẽ,
excogitare.Merito riſiſſe oẽs,qui aderãt,ſicut aſſeris,credo:ſed præter eũ,in quẽ
eiuſmodi telũ conieciſti.Vereris tu:ne huiuſmodi iocis offendar: qui nõ modo
ab honeſtate nõ ſunt alieni:verũetiã ædificationis pleni.Eluxit in te potius pro
bi ingenii lumen:qui barbari in noſtrates contumeliã,ſagaci reſponſo repreſſi/
ſti.Fuit enim iocus tuus libero hoĩe dignus:nõ ĩmodeſtus,nõ intẽperans,nõ illi
beralis, nõ obſcœnus:ſed ingenuus,elegãs,vrbanus,facetus.Callere te arbitror
gẽtis illius naturã lõge me melius:q inter eos aliq̃diu verſatus es.Ego q̃tũ au/
diui & legi:gentem illã auaritiæ maxime deditã:& auri eſſe cupidiſſimã intelli/

go.

go.Quãobrem merito,iactantē ſe,& nationē ſuam cæteris omnibus mendaci/
ter in liberalitate & elæmoſynis præferentē,argute atq; appoſite ſuperaſti: & ve
ritatis ſpiculo iocando confodiſti.Si tñ euangelicam præcæteris doctrinam ſer
uant:vt omni petenti tribuant:& pauperũ ſollicite curã gerant : non debuit ille
tuba canere ante ſe:neq; alios carpere,ac dedecore afficere.Imitari voluit publi
canũ de euangelio:gloriantē,ꝙ non eſſet,ſicut cæteri hominũ:& ꝙ decimas da
ret omniũ,quæ poſſidebat:cum vtiq; ſiniſtra iubeatur neſcire,quid faciat dexte
ra.Deniq; ſi ille vrbes atq; oppida inſigniora Italiæ:& tot ædes ſacras miro ope
re,& magna laicorũ impenſa exædificatas, fuiſſet contemplatus:ſi multitudinē
vtriuſq; ſexus,Deo ſeruientiũ,hoſtiatim quotidie mēdicantiũ victui neceſſaria:
ſi xenodochia pauperibus plena: in quibus omnibus Florentia tua nulli vrbium
cedit:ſi hæc inq̃ omnia diligentius ĩſpexiſſet:poſuiſſet fortaſſe cuſtodiã ori ſuo:
& oſtium circunſtantiæ labiis ſuis.Et ne longiorē protrahendo ſermonē ventu
rum ad te cãcellarium noſt rum diutius morer:qui alteras meas tibi redditurus
eſt litteras:dicam ſemel de homine:minora præſtãte,& maiora promitente:qđ
ſentio.Imitari voluit gallinaceũ gallũ:cuius eſt ꝓpriũ:male fodere,& bene can/
tare.Vale.Ex Muſolea.Die.iiii.Ianuarii.MDXI.

Ioanni Baptiſtæ Egnatio Sacerdoti:& Vincentio Quirino Veneto.XCIX.

e T veſtro & Iuſtiniani noſtri teſtimonio didici : q̃to ſtudio cupiatis re
ipſa præſtare,qđ iampridē animo cõcæpiſtis.Cœleſte hoc eſt munus:
non humanũ opus.Non facit taliter omni nationi.Ego (inquit) ſcio:
quos elegerim.Ago gratias deo:ꝙ nulla mihi incũbat amplius neceſſitas ad ex
citandos vos,atq; vrgēdos ad fugam ſæculi.Spõte curritis:nõ ſunt vobis ſubii/
cienda calcaria.Cum oportunũ tēpus aduenerit:ex eſtuariis illis ac paluſtri pla/
nitie in alpium ſummitatem ac in montes perenni abietum viriditate vernan/
tes,ducti a ſpiritu euolabitis.Spero ēt:haudquaq̃ diu vos eſſe paſſuros abeſſe a
Iuſtiniano præcurſore veſtro:qui media hyeme,ſuperata intrepide montiũ alti
tudine & niuibus obſita nõ eſt veritus ſecedere in Eremũ : vbi mutato habitu &
nomine quēadmodũ arbitror vos nõ latere indutus eſt nouũ hominē:q ſecun/
dum deũ creatus eſt,in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Tantum autem abfuit : vt
cunctabundus & quaſi inuitus accederet ad ſeruitutē dei:qđ vbi primũ huc ap/
plicuit:inſtãtiſſime atq; enixiſſime obſecrauerit nos:vt q̃to citius fieri poſſet ve
terem hominē deponeret.Quod & factũ eſt.Ipſo ſiquidē natiuitatis Dñicæ die
renatus cãdida de manibus noſtris accæpit veſtimēta . Fuit vere hæc mutatio
dexteræ excelſi:q & quos vult:& vnde vult:ad ſe trahit.Si opus fuerit:futuꝝ ne
dubitetis Iuſtinianũ(vt reliq oẽs deſint)ſtimulũ veſtrũ. Verſabit̃ añ oculos ve
ſtros die noctuq;.Hortabit̃ primo,vti ē ingenio mitiſſimus ſermone blãdo ac
verboꝝ lenocinio:excitabitq; vos ad ſui emulationē.Si minus cito ꝓfecerit: &
aliq̃tula ēt minus neceſſaria itercesſerit morula:ſuo itidē amicitiæ iure libere ca
ſtigabit.Hucuſq; ad ambos ſimul.Nũc ad te Egnati mihi eſt ſermo : te tñ allo/
quor ea tñ lege,vt Quirinus īter ſit. Vocaſtis me nouiſſima epiſtola vr̃a magiſtꝝ.
Nõ dico:Bene dicitis:ſum eteni.Neq;.n.vnq̃ publice docui.Quia tñ huiuſmo/
di me dignati eſtis prænomine:nõ diſſimulabo cũ altero veſtrũ:quid mihi ſug/

gerat animus. Allatam ad me per Iuſtinianũ oratiõem tuã Egnati : in Petiliani Principis funere habitã: magna ſane perlegi voluptate. Neſcio enim: an lima/tius quicq̃ atq; abſolutius a contẽporaneis noſtris editũ maioreq; verboꝝ luce, ac ſententiarũ pondere ante complures annos legerim. Nullã partẽ vitæ illius, nullas neq; priuatas neq; publicas viri illuſtris res obmiſiſti: quas non copioſe atq; ornate collegeris depinxeris ante oculos aſtantiũ poſueris. Gratam fuiſſe auditoribus laudatiõem tuã: & iudicatã dignam laude: ac plenã ingenii : & quæ merito ſit priſcis conferenda: ſatis mihi perſuadeo. At tñ, vt tandẽ apertius tecũ agã: ſi concioni ego interfuiſſem: non potuiſſem me continere: quin te aliqua in re liberius carperẽ: ac palã repræhenderem. Quid inquies illud eſt : in quo tibi non bene cõplacui? Hoc nimirum: ꝙ in tam prolixa actione: in tam graui & religioſo virorũ doctiſſimoꝝ conſeſſu: in æde ſacra, a Sacerdote habita: viſus es ſacræ ſcripturæ teſtimonia tanq̃ ſcopulos conſulto deuitare. Ad cumulũ vero (bona tua venia dixerim) huius erroris accedit: ꝙ nõ ſemel in eadem oratione, Mehercle, repetitũ inuenio. Adeo ne obſecro ſtudere eloquentiæ Sacerdotes debent: vt ſacræ paginæ ſermonẽ veluti incultiorẽ horrere videãtur? Nõne Deus ſciẽtiarũ Dñs eſt? Nõne eloquia Dñi eloquia caſta: argentũ igne examinatũ, probatũ terræ? purgatũ ſeptuplum? Euolui per tot annos quibus iam cõſenui multa & magna doctoꝝ eccleſiaſticorum volumina. Nuſq̃ in eis reperi vel ſemel, Mehercle. Niti adeo ſcrupuloſe gentiliũ libris contendimus: eoſq; in omnibus imitari atq; effingere: vt facile noſtros q̃uis eminentiſſimos atq; eruditiſſimos, cõtemptui habere videamur. Hoc q̃tum deceat ſacerdotẽ: admoneris Hieronymi exẽplo. Qui cũ nimio ſtudio Platoni & Ciceroni dies nocteſq; incumberet: accuſatus ꝙ Ciceronianus non Chriſtianus eſſet : cædi iuſſus a iudice, liuentes retulit ſcapulas. Crede mihi: quia ſi talẽ & tu incideres quæſtionẽ : male te inde poſſet vel claua illa ſua Hercules eripere. Legiſſe te arbitror in Malachia ꝓpheta. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã: & legem requirent ex ore eius: quia angelus Dñi exercituũ eſt. De hac ſcientia gloriabatur apoſtolus dicens. Et ſi imperitus ſermone: ſed non ſcientia. Qui, ſicut alibi teſtatur, nõ in ſublimitate ſermonis neq; in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis annunciabat teſtimoniũ Chriſti: ſed in oſtẽſione ſpiritus & virtutis. Et merito quidẽ. Viuus eſt enim ſermo Dei: & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hortor itaq; te pro mutua noſtra amicitia: vt concilies tibi diuini eloquii gratiã: quæ te ad vitã ædificet. Ingredere immenſum ſcripturaꝝ pelagus: quo tutior in portũ ſalutis peruehairs. Scripta tua cœleſti ſermone cõfirma: vt ſecurũ lectorẽ reddant : & a ſacerdote emanaſſe intelligantur. Vnum abs te peto: ne ægre feras monita mea: neq; temeritati aſſcribas: ꝙ libere tecum egerim. Sic enim ſoleo amicos. Quos (inquit) amo: arguo & caſtigo. Et ego ad te ſcribens: putaui me non ad alienũ penitus, ſed ad eum qui iam prope ſit factus iuris mei ſcripſiſſe. Deniq; ſi reſtitiſſe Paulus legitur in faciem Petri: eo ꝙ repræhenſibilis erat: quoniam gentiliter viuebat, cum eſſet iudæus: tu quoq; ſacerdos admitte piam a conſacerdote caſtigationem : quod Chriſtianus cum ſis & ſacris initiatus, gentiliter ſapere videaris, Quod te facturum haud dubie confido : cum ſis ſapiens. Scriptum

eſt enim.

eſt enim. Argue ſapientem:& diliget te. Item alibi. Qui acquieſcit increpationi/bus:poſſeſſor eſt cordis. Valete. Ex Muſolea. Die. viii. Ianuarii. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. C.

v Eritus ne mordatius arguerim compræſbyterum noſtrum: quãdo nõ longa mihi hucuſq; cum eo familiaritas interceſſit: vt noſſe hominis naturam potuerim:mitto ad te quam ad eum conſcripſi epiſtolam. Tu qui (vt arbitror) ipſum in cute noſti:vbi eam perlegeris ſaniorem feres ſententiã: vtrũ iudices æquo animo ſit illam vir doctiſſimus an grauiter admiſſurus. Legimus enim:ꝙ in multa ſapiẽtia multa ſit indignatio. Quamobrem ſignificabis quid ſentias. Neq; enim ego increpationis aculeos in illum erectos emiterem:ſi pun cturi ipſum eſſent ad indignationem. Cæterum gaudeo de alacri tua perſeuerantia:& ꝙ rigorem Eremi cõſtanti animo tolleres. Omnia (inqt Paulus) poſſum: in eo qui me confortat. Opto:vt ſit ipſe tibi ſemper a dextris:ne commouearis. Vale. Ex Muſolea. Die. xiii. Ianuarii. MDXI.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER DECIMVS.

Petrus Delphinus Generalis Camalduléſis. Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. Epiſtola. I.

a Vdio te non admodum moleſte ferre ſcæuitiam hyemis ac niuium rigorem. Nec mirum. Super niuẽ enim dealbatus per dei gratiam:nõ facile incõmodis cædit. Nos quoq; hic quotidiano eius deſcenſu obruimur:vt vel hac de cauſa Eremum nobis referat Muſolea. In hoc deterior eſt veſtra iſthic cõmoratio:ꝙ percalcanda eſt a vobis nix cum in templum conuenitis. Sed hoc habetis amplius nobis ſolatium, viriditatem abietum. Ea nanq; obiecta oculis, minus ebetari vidẽdi aciem atq; diſſolui exceſſu ac nimietate cã/doris ſinit. Quomodocunq; ſe res habeat: perfer inuictus atq; intrepidus duræ omnia & aſpera:per quæ itur addeum. Non timebis horrorem alpium, atq; al/gorem ſolitudinis, indutus nouũ hominẽ, & calore ſpiritus repletus. Fortitudo (inquit) & decor:indumentũ eius. Tu quoq; ſi veſtitus fueris duplicibus:non ti mebis a frigore niuis:nec gelida mõtium cacumina perhorreſces. Gratulor aũt tibi plurimum:ꝙ gratiorem indies ſolitudinem & ſilentium ſuauius ſentias. Neq;.n. latere te arbitror:quid per Eſaiã dixerit Dñs. Si reuertamini & quieſcatis: ſalui eritis. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Vale. Ex Muſolea. Die. xxiii. Ia/nuarii. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. II.

d Ici vix queat:ꝗ grate nunciũ excipiam:ferre te nõ ſolum patienti:verũ etiã præſenti & conſtanti atq; hilari animo incõmoda ſolitudinis ere/miticiq; propoſiti. A Domino factũ eſt iſtud:qui in via hac per quam ambulare cœpiſti, firmare dignat̃ greſſus tuos:nec terreri te loci aſperitate permittit. Nõ modo enim non perhorreſcere te arbitror ſitus iſtius rigorem: verum potius Danielis & ſociorum exemplo prouocare te ad benedicendũ deum ea omnia: quæ cõmorationem alpium inclæmentiorem reddunt. Vbi enim venti vehemẽtius obſtreperint ac ſcæuierint:& coortæ pcellæ largiores hymbres excuſſerit:

vbi obductæ cœlo nubes condiderint ſolem:& nebulæ ſpiſſiores Eremo inſede rint:vbi per concretam gelu glaciem pedes fueris ingreſſus:& cumulata vento nix ingredientem te fatigauerit:aliaq; id genus aſperiora dei amore pertuleris: continuo ſuccurrat tibi canticum illud:& cum tribus pueris in eam vocem læ tus erumpe. Sunt enim hæc omnia opera domini: grando nix glacies ſpiritus procellarum:quæ faciunt verbum eius. Et ſcis:quoniam opera eius vniuerſa bo na valde. Tecum itaq; illa omnia creatorem ſuum benedicant:vt tu quoq; bene dictus ſis a Domino,qui fecit cœlum & terram:& omnia,quæ cœli ambitu cō tinentur. Cæterum quæ ad conſeruationem ac libertatem Prioratus Eremi ſeu Generalatus pertinēt præpropere feſtinata conſilia ſicut parui eſſe momenti te cum ſentio:ita non obſtinate diſſentio nec repugno:quin eiuſmodi conſiliorum autoribus ſatiſfiat. Si prudenter excogitauerint: vt humano ingenio putent ſe euadere poſſe atq; eludere curialium laqueos:meminerint ſcriptum. Fruſtra iacī tur rete ante oculos pennatorum. Si vero quod magis probo in deo ſpem ſuam collocauerint: in cuius manu eſt & poteſtas & imperium: qui eſt adiutor in oportunitatibus:qui dixit,& facta ſunt:nequaq̄ fraudatum iri eos exiſtimo a de ſyderio ſuo. Benefacientes nō deficiant: & tempore ſuo metent non deficiētes. Ineant conſilia quicunq; voluerint Prioratus Eremi opprimendi:extinguēdiq; Generalatus Camaldulenſis:ac penitus delendi patrimonium Romualdi. Faci le occurrent aduerſariorum conatibus:audatiam debilitabunt: ſceleri reſiſtent: atq; in cœleſti confidentes præſidio gratulabundi & alacres dicturi ſunt. Bene dictus Dominus: qui nō dedit nos in captionem dentibus eorum. Quod vero maius aliquid de me in hac cauſa tibi repromittis:ad hoc tibi reſpondeo: duo decim eſſe horas diei:nec haberi poſſe pro comperto:quæ ſint futuræ in craſti num cogitationes cordis noſtri. Volūtati dei reſiſtere poteſt nemo. Eā vbi agno uero:haud repugnanter ſum obtemperaturus. Alioquin nemo miretur:nulli ab ſurdum videatur:ſi non fuero tranſgreſſus terminos:quos poſuerunt mihi pa tres mei. Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Iunuarii. MDXI.

Cardinali Soderino Protectori. III.

g Rauiter ſane ac permoleſte tuli:vbi ex litteris Prioris Scandalonis mā datarii noſtri,didici:non tam,ꝙ inuitis ac refugientibus oculis abs te viſus fuerit:ac ſurdis omnino auribus auditus:q̄ ꝙ te inuenerit vehementiſſi me cōmotum aduerſum me:qui ſemper optaui: vt pacate,& in ſumma animi tranquillitate vitam duceres. Durus mihi admodum viſus eſt ſermo dignatio nis tuæ: & longe ab illo diſſimilis atq; abhorrēs:quando proxima æſtate,apud Muſoleam, melle dulcior ex ore tuo fluebat oratio: quando in familiari contu bernio,diffuſa in labiis tuis gratia,nos tibi omnes arctius vinciebat. Botrus cy pri conuerſus eſt in amaritudinem vitis alienæ. Expectaui: vt racemos vuæ carperem:& ecce colligo lambruſcas. Quam ſit natura mitis,& ab iracundia longe aliena,Soderina domus: neminem latet:cum hoc ſpecimen clæmentiæ & manſuetudinis, omnes confiteantur peculiare eſſe gentis tuæ. Et re vera ne ſcio: an aliud quippiam in inclyto Principe germano tuo,ſplendidius eluceat. Vnde,oro,mi Domine hæc tanta commotio contra ſeruum tuum: vt non ſo

lum

lum me non exaudieris ſupplicantẽ pro negociis noſtræ ſacræ Eremi: verũetiã mãdatario noſtro minaciter ĩperaueris: ne alterius cuiuſq̃ fauoribus mãdata no ſtra exequeretur, interdicto ei, ad Datarium acceſſu: immo cópulſo Datario, ne quid pro me, ne quid pro Eremo expediret? Adduci nunq̃ potuiſſem: vt crede/ rem: tanti eſſe faciendum a Protectore munificẽtiſſimo ſacerdotiolum ordinis: vt etiam ſi ego illud te inuito contuliſſem: quod minime factum eſt: adeo mihi tui ſtudioſiſſimo, & in tua clæmentia confidenti, ſuccenſeres: vt mihi propterea intentares minas: niſi mea opera tuæ fuiſſet amplitudini reſtitutum. An excidit tibi (ſine me obſecro tecũ fiducialius loq) q̃ta liberalitate, pauloante, vltro mi/ hi obtuleris: q̃tacunq;, quæ multa ſunt, Camaldulẽſia poſſideres bona? Cogitaſ ſe te tũc arbitror illud de Actibus apoſtolorum. Beatius eſſe magis dare: q̃ acci pere. Pia ſane & religioſa cogitatio. Quis modo exiſtimaſſet: tanto tibi futurã ſcandalo, præſumptã a Vicario noſtro (ex quo ita nonnullis placet) abbatiolæ de Candiculis collationem? Si tibi debetur lege familiaritatis, aut iure alio, Ro/ mualdi hæreditas: non repugnamus. Modo ea tibi, per eius cui competit, trada tur poteſtatem. Non eſt hoc, vt noſti optime, profeſſionis meæ: non fidei, quam credito mihi ordini debeo. Quamobrem ſi meo nomine vtilitati ordinis fauo/ res tuos ſubduxeris: aut mihi immerenti aliquid intuleris incõmodi: expers cul pæ conſcientia ſuo ipſius gaudebit teſtimonio. Spero tamẽ: ꝙ vbi maturius co gitaueris, quid deceat Protectorem: non obliuiſceris miſereri: neq; continebis in ira tua miſericordias tuas. Cum iratus fueris: miſericordiæ recordaberis. Cor ripe me Dñe: ait Hieremias: verumtamen in iudicio, non in furore tuo. Si ita egerit mecum pietas tua: aut nũq̃ me corripies, vtpote nulla vnq̃ a me afficien dus iniuria: aut, ſi delatorum & ſuſſuronum malignitate deuitare non potuero apud te iniuriarum ſuſpitiones: facile perſpecta & cognita veritate, mecum eris in gratiam rediturus. Deniq; oro & obſecro: vt reliquias noſtri egentiſſimi ordi nis, quem protegendum ſuſcæpiſti, continua defenſione tuearis. Erit hoc tibi, cõ mendationi & gloriæ. Vale. Ex Muſolea. Die. v. Februarii. MDXI.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. IIII.

I Egi non ſemel apud poetam: non ſemper arcum tendere Apollinem. Idem nunc de tua pietate præſumens: remittendum duxi ad te Priorẽ Scandalonis, eiſdem de cauſis, quibus Bononiæ te conuenerat. Spopondi ei li/ bere & magna fiducia: hilariorem, ipſum, atq; clæmentiorem inuenturum Di/ gnationẽ tuam. Si quidem eſſes natura placabilis: neq; ſol occidere ſolitus eſſet ſuper iracundiam tuam. Opto magnopere: vt non fuerim ei falſus vates. Porro negocia noſtra ſi tibi digna exauditu viſa fuerint: vt fauoribus tuis eadem proſe quaris, oro & obſecro. Sin minus: vt illa iure ſuo amplitudo tua reiiciat, conten tus ero. Nõ ero modo longior: nec ea repetam: quæ prolixiore pauloante ad te conſcripſi epiſtola: perſuaſus te nunq̃ aut raro, pro Cardinalatus dignitate, eſſe non occupatiſſimum. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Martii. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. V.

g Ratulor tibi magnopere: ꝙ egreſſus de terra tua & de cognatiõe tua: relictiſq; omnibus quæ poſſidebas: ac pro nihilo habitis: ſolam librorꝫ

ſuppelle&ilem tibi reſeruaueris:eaq; ſit tibi pro diuitiis ac delitiis tuis. An non diuitiæ incomparabiles libri:in quibus ſunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapiētiæ abſconditi? An non delitiæ ſuper mel & fauum ſuauiores: quæ tibi cibū & potū ſpiritualem affatim ſumminiſtrāt: vnde & famem explere & ſitim pro arbitrio poſſis extinguere? Sic affecto tibi atq; ambulanti in via aſpera & cōfragoſa, erit lucerna pedibus tuis verbum Dei:& lumen ſemitis tuis. Omni tempore futura eſt tibi ſolatio diuina lux: meditanti in ea die ac nocte. Nunc ad latinos nunc ad græcos doctores conuerſus: atq; alternis oblectatus congreſſibus: vel vtiliſſi/me ac iucūdiſſime diſpones ocium. Lætor iccirco maiorem in modum tui gra/tia: factam fuiſſe Græcis tuis haud paruam ex aduētu Nazanzeni acceſſionem: & eo ſane magis lætor: q̄ præter opinionem meam ſolus non venerit: ſed qua/tuor illis quos ſignificaſti æque magnis viris comitatus venerit: vtiq; ſplendi/diſſimis Græciæ luminibus. Quod vero conſtanter paruifacias reliquas Eremi auſteritates atq; incōmoda: eſſe tamē recenti exemplo territus ſine timore non poſſis: ob colluctationes aduerſus ſpiritus tenebrarum harum: cum nihil aliud expetat Sathanas, qui circuit quærēs quem deuoret, q̄ cribrare ſicut triticum ſer uos Dei. Erit vt ſpero haud infructuoſus in te & in coeremitis reliq̄s timor iſte. Nam vrgere nos diabolum: & inſidiari ſine intermiſſione ſaluti noſtræ: vtpote qui perpetuum nobis indixerit bellum: neminem latet. Sed inuigilare propte/rea ſolicite admonemur: ne vllus ei aditus ad nos pateat culpa noſtra: ne magis noſtra deſidia q̄ inimici inſidiis atq; dolis in eius laqueos incidamus. Cœleſti ni mirum opus eſt munere: vt induti armatura Dei & virtute muniti ex alto, facile impetus nequiſſimorum hoſtium retundamus: ac fallaciſſimorum ſpirituū ten/diculas deuitemus. Sicut enim incautos & inermes facile proſternūt: ita ſupera ti a vigilantibus & bene inſtructis paruo negocio proſternuntur. Cadent (inq̄t) a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis. Tantum itaq; ab eſt: vt metuen di a nobis ſint: vt lætari potius in domino q̄ animis cōcidere nos oporteat: da tam nobis fuiſſe promerendi occaſionem. Sine congreſſione atq; certamine virtus ocio torpens nunq̄ conſequeretur victoriam. Militia eſt vita hominis ſu/per terram. Ita diſponente Deo: vt ſine vlla ſecuritatis requie iugiter dimicātes de vexatore humani generis atq; hoſte glorioſius triumphemus. Exerceat ſæui tiam q̄to violentius poteſt: virtute diuini nominis & ſigno crucis eius nequi/tia coercebitur. Habere non poteſt in nos poteſtatem: niſi ei datum fuerit deſu/per. Nam ſi flagellat aliq̄n atq; excruciat iuſtorum corpora ſicut de beato Iob atq; Antonio & aliis compluribus nouimus: audit continuo dicentem ſibi. Ve/rumtamen animam illius ſerua. Quāobrem ſi quando in quenq̄ ſe inſinuauerit atq; irrepſerit: nō iccirco debemus extimeſcere. Ad oratiōem ad ieiunium in hu militate cordis confugiendum eſt. Hoc enim genus demoniorum, Dominico teſtimonio, nō eiicitur: niſi in oratione & ieiunio. Imitandus eſt hac in re iuſtus ille: qui impugnatus a malignis ſpiritibus inuocato prius in auxilium Dño de ſe quoq; ipſo haud quaq̄ deſide atq; obdormiente, ſed repugnante fortiter ac vi gilāte dicebat. Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilitio: humiliabā in ieiunio animam meā: & oratio mea in ſinu meo conuertetur. Quo nimirum

alacrior

alacrior & promptior ingreſſurus quadrageſimam incraſtinum aggredi ieiunia iuxta Eremi obſeruationem debes: vt q̄longiſſime fieri poterit huiuſmodi voracíſſimi atq; immaniſſimi a grege iſto Dominico arceantur lupi. Pluribus tecum vtor: q̄ neceſſe ſit. Sed quoniam te diligo: ex abundantia cordis os loquitur. Vale. Ex Fonte bono. Die. iiii. Martii. MDXI.

Cardinali ſoderino protectori. VI.

s Cripturus modo dignationi tuæ: non reſpondebo ad ſingula: quæ nouiſſima tua epiſtola continentur: idq; de induſtria: partim ne occupatas aures tuas, minus neceſſario obtundam ſermone: partim vt euadam periculum, quod haud facile in multiloquio deuitari ſolet. Nam & ſi mihi cóplura obieceris: quorum me eſſe conſcium per dei gratiam minime agnoſco: malo tamẽ purgationem eorum, ſeruata moderatione, cóprimere: & tantum gaudere teſtimonio conſcientiæ: q̄ eadem apud te vel euidentiſſima veritate refellere. Scio enim, qui dixit. Cui honorem, honorẽ. In tua ſemper erit poteſtate, percutere me in maxillam: meum erit, præbere tibi & alterã: Et ne te multis morer: q̄tas poſſum tuæ amplitudini gratias ago: q; beatiſſimum Romualdum nobis reddideris: & veluti de exilio & captiuitate in patriam reduxeris: & graue ei ſeruitutis iugum dempſeris. Factum hoc tuum recens, re vera dignum Protectore, dignum re: tibi in perpetuum religionem omnem noſtrã fecit obnoxiam. Inter cætera ꝓmiſſa tua magnifica, nullum hoc gratius nobis nullum magnificentius nullum tibi glorioſius præſtare potuiſti. Obligaſti tibi præcæteris ſanctiſſimum ipſum patrem noſtrũ: cuius cum nobis reliquias atq; oſſa reſtitueris: dubitare non debes, futurum illum pro hac tua in ipſum pietate, perpetuum pro tua incolumitate interceſſorem apud deum. Quamobrẽ nó video: quomodo pro tam immortalibus tuis erga nos meritis ſatis cumulate gratias agam dignationi tuæ: victus vtiq; benefitii magnitudine. Spero autem nullum vnq̄ tẽpus futurum: quo huius tuæ in nos munificentiæ ac liberalitatis memoria & fama moriatur. Tanta eſt enim: vt nulla eam delere poſſit obliuio. Venio nunc ad Prioratus Eremi vnionem: quam tantopere videris expetere: vt plenius religionis conſulatur incrementis. Super hoc quid aliud tibi reſcribam non habeo: q̄ quod pro me Patauinus tibi proxima æſtate: cuius tibi apud Eremum perlegi epiſtolam: reſpondit epiſcopus. Cum enim talis ac tantus vir ille fuerit & doctrina & vita: vt dignus profecto ego nó ſim calciamenta eius ſoluere: nó auderem quicq̄ addere ad ea: quæ mihi pauloante q̄ vita decederet, vltima illa epiſtola ſignificauit: & tanq̄ teſtamento reliquit. Conſului poſt eius obitum peritiſſimos cóplures, q̄d facto opus eſſet: legi ego nó nulla ad rem facientia: quorum territus reſponſis atq; ſententiis obfirmaui animo: magis ſaluti meæ cóſulere: q̄ aliorum obſequi voluntati. Qui agit cótra conſcientiam: ædificat ad geennã. Porro permittẽte dei clæmentia, adhuc viuo. Fieripoteſt, vt cum xii ſint horæ diei: aliquando inſpiraturus ſit mihi Dñs: vt iuſta & rationabili de cauſa onus penitus generalatus excutiam. Interea ſi quibus diuturnior viſa fuerit huius rei expectatio: æquo animo ferant: Neq; ſcandalizentur: ſi nó tranſgredior terminos: quos mihi poſuerunt patres mei. Quod ſi in generalatu mihi decedere contigerit: erit Prote/

ctoris munus,hanc ordini atq; Eremo,ſuo patrocinio conſeruare immunitatẽ: ſicut hactenus per quingentos & eo amplius annos factum eſt:& ſicut in electione mea fecit Sanctiſſimæ memoriæ Pius tertius,tunc Protector ordinis:qui impetrato breui apoſtolico cuncta,quæ ad liberam electionem futura fuiſſent impedimento,facile propulſauit.Non eſt abbreuiata manus Domini: vt non poſſit ſaluare.In ditione eius cuncta ſunt poſita:& non eſt:qui poſſit reſiſtere eius voluntati.Vale.Ex Fonte bono.Die.xvi.Martii.MDXI.

Leonardo Contareno Sacerdoti.VII.

m Iſi continuo tuis incluſas litteras ad Iuſtinianum propinquum tuum & cariſſimum filium noſtrum. Eas autem nudiuſtertius accæpi. Gratularis mecum vocationi eius,atq;(vt ſcribis)capturæ.Re vera inopinata fuit captura hæc,& præter multorum expectationem:non dico propterea q; renuntiauerit ſæculo:id enim multis vſu euenit:ſed q; auſterius vitæ Eremiticæ elegerit inſtitutum.Quod nihilominus ſicut intrepido animo aggreſſus eſt:ita ad hanc vſq; diem de illius propoſiti rigore ne minimum quid relaxari paſſus eſt. Non ſitum altiſſimis obſitum niuibus:non hyemis inclæmẽtiam,quæ ſolito aſperior inhorruit: non frequentem in pane & aqua abſtinentiam:& alias Eremi obſeruationes veritus eſt. Exhibet ſe hilarem datorẽ:quem diligit deus:cui ſeipſum obtulit hoſtiam viuentem.Quamobrem merito congratularis mecũ de captura huiuſmodi.Siquidem pro miraculo habitũ eſt:q; fruſtratis piſcatoriis retibus in hæc aucupatoria noſtra inciderit.Legerat vir peritus:In monte ſaluum te fac. Orabit pro eius perſeuerantia pietas tua:vt egreſſus de terra ſua & de cognatione ſua:& oblitus populum ſuum & domum patris ſui:totum ſeſe ad cultum religionis inſtituat: & ſublatam crucem poſt Chriſtum conſtantiſſime perferat. Vale.Ex Fonte bono.Die.xvii.Martii.MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio.VIII.

p Rofecturus in craſtinum aut ad ſummũ perendie:vt viſitato Pratiueteris monaſterio conferam me Florentiam:nolui te inſalutato hinc abire. Optaueram ipſemet venire in Eremum:vt vel diem tecum & cum confratribus agerem. Quid me detinuerit:ſcitis.Itinera minus tuta ad equitandum libenter deuito:ne me temere periculis exponam:cum nõ ſit in me iuuenum robur.Spero te admiſſurũ excuſationem meã:neq; arbitraturum ita accidere obliuione tui.Vix enim aliquis inde ad nos deſcendit:quem non interrogem de te. Reſponſum ſemper gratiſſimum ab omnibus refero cõmendantibus perſeuerantiam tuam,atq; in duris & aſperis tollerãtiam.Nam vt ieiuniorum diſtrictionem:pſalmodiæ prolixitatem:ſilentii iugem fere obſeruationẽ prætercam:quæ omnia pro minimo duci abs te affirmant:mirantur multi lõge magis: q; cum in Eremo complura ſolito amplius acciderint aduerſa: ex quo te in ea obtuliſti hoſtiam Domino:nequaq̃ fueris ſcandalizatus in eis. Nam obrutam fuiſſe Eremum verno tẽpore tanta niuium vi:vt cellularum tecta a ſolo æquarent:recordari neminem fatentur. Earum tamen rigorem facile te calore fidei diſſoluiſſe: viſumq; fuiſſe te nõ perniuoſas ſemitas ſed per prata virentia Eremum perambulaſſe.Memoria noſtra auditum nõ eſſe:queq̃ ex incolis iſtis arreptitium fuiſſe,

& ſiue

& ſiue maligni ſpiritus infeſtatione ſiue inſania vexatũ. Et hoc nihilominus poſt aduentum tuum, in iſta ſolitudine nõ defuiſſe. Nonnullos etiam inconſtãtia perferendi iugum Domini, tuis te oculis conſpexiſſe, plurimum laborantes. Nec tamen iccirco motum te de gradu tuo fuiſſe: Quin potius quẽadmodum tunſionibus firmatur incus: & ſicut arbor altius demiſſis radicibus agitata ventis, nõ facile ſternitur: ita te immobilem perſtitiſſe. Hæc & his ſimilia a narrantibus relata mihi quotidie, ſingulari me affecerunt voluptate: atq; in maximam erexerunt ſpem, de tua in ea vocatione qua vocatus es, perſeuerantia & firmitate. Tentat (inquit) vos deus: ſi diligitis eum. Et de ſummo illo patriarcha legimus: ꝙ tentauerit deus Abraham. Iob quoq; ſingulare patientiæ exemplar: Beatus, ait, vir: qui corripitur a Domino. Imparatum te iſta inuenire nõ potuerunt: q & ætate & longo rerum vſu & lectione aſſidua, euenire talia potuiſſe antea præuideras. Porro iacula præuiſa minus feriunt. Quin immo ſicut es ingenio miti & facili ad miſericordiam: ſpero te compati mirum immodum imbecillitati infirmantium vexatorumq;: memoremq; eſſe Pauli admonentis. Conſyderãs, ait, te ipſum: ne & tu tenteris. Multi ſunt vocati: pauci vero electi. Contendendum propterea nobis eſt: vt ſimus ex paucis. Siquidẽ puſillus eſt grex: cui complacuit Domino dare hæreditatem. Scio te non indigere: vt hæc ſcripturarum ſacrarum teſtimonia ſuggerantur tibi: qui in eis ſine intermiſſione verſaris. Vt tamen eſſe te mihi curæ intelligas: eadẽ ſæpius tecũ repeto. Orabis ꝓ fœlici itu ac reditu nr̃o: vt angelus Dñi comitet᷑ nobiſcũ. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxvii. Martii. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. VIIII.

BEne ac prudenter conieciſti. Non aliis vtiq; de cauſis accerſire te nolui vt me inuiſeres: q̄ eiſdem quas ſcripſiſti. Creſcere te oportet in tẽplũ ſanctum in Domino, in habitaculum Dei. Quod ſi in his tuæ vocationis auſpitiis fuerit bene fundatum: q̄tacunq; vehementia vbi ſuperædificaueris flauerint venti, ac venerint flumina, impegerintq; in illud: nõ facile caſurum eſt. Quomodo enim cadere poteſt domus: quæ a ſummo opifice deo fabricata eſt: atq; ab ipſo inhabitata? Ad eum (inquit) veniemus: & manſionem apud eum faciemus. Dificultatis quoq; itineris habui rationem: quæ ſi mihi impedimento fuit, ne equo inſidens potuerim te cõuenire: q̄to tu laborioſius huc pedes deſcendiſſes? Verũ vt video flante mõ auſtro, cito canis de mõtibus humor liqueſcet: & aperiet nobis viam. Quod nequaq̄ fueris ſcandalizatus ex iis: quæ in Eremo poſt aduentũ tuũ acciderunt: ſed potius vexationi atq; infirmitati alioꝝ cõpaſſus: eſt hoc bonæ tuæ mentis ac fraternæ imprimis caritatis argumẽtum. Qui autem manet in caritate, in deo manet. Deus enim caritas eſt. Porro mirari non debemus: ſi nõ omnes iſthic perſeuerent: cum dicat apoſtolus. Non enim omniũ eſt fides. Qua mente vnuſquiſq; & quonam ſpiritu ducatur in Eremum: probari, niſi tẽtationibus nõ poteſt. Et reſiſtere tentationibus haud facile poſſe reor: q ſunt penitus diuinæ legis ignari. Tentatus ſiquidẽ Dominus in deſerto a diabolo: cum oĩa ei præſto eſſent armoꝝ ac tormẽtoꝝ genera ad proſternendum hoſtẽ: nullo alio vti voluit q̄ teſtimonio ſcripturarum: quibus neceſſario aduerſarius ceſſit. Quo magis compatiendum iſtis cenſeo: qui altiora ſe quærunt: & vnde

facile deiici habeant immuniti atq; inermes & imperiti omnino ſacri eloquii. Non inficior repiri etiam indoctos: qui in ſolitudine profecerint proficiantq;: ſed non ſine peculiari aliquo aut deuotionis aut humilitatis priuilegio, perſeuerare eos diutius in ea vocatione contentos opinor. Quamobrem ſcias nequaq̄ a me iuſſum fuiſſe Leonardum: vt Marthæ in Fōte bono munus ſuſciperet. Sed cum nō ſemel a me comeatum etiam importune petiiſſet: eo ꝙ ferre nō poſſe ſe diceret rigorem Eremi: neq; mea adhortatione perſuaderi potuerit: vt perſiſteret in Eremo: tunc oratus ab eo, vt eum alicubi collocarem: ſuaſi ei: vt hic remoraretur tantiſper donec reuertiſſem Florentia. Quod & grate accæpit. Heri aūt rogari me fecit: vt ipſum hinc dimitterem. Magna eſt tentationum vis: vbi mētem cœleſti deſtitutam præſidio impugnauerit. Qui confidunt in Domino: ſicut mons ſion. Si conſiſtant (inquit) aduerſum me caſtra: non timebit cor meū. Si exurgat aduerſum me prœlium: in hoc ego ſperabo. Et vnde quæſo tanta ſecuritas: tanta ſpes? Audiant inſtabiles mēte & corpore: qui tanq̄ naues abſq; gubernaculo circunferuntur omni vēto: audiant, inq̄: q̄d idē ipſe inferat. Vnā, ait, petii a Domino: hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Si & iſti penna leuiores hanc Beati huius emularentur perſeuerātiam: hanc a Domino requirerent: nō victi ſuccumberent: nō quærerent occaſionem vt diſcederent ab amico. Verum de his hactenus. Præterire autem ſilentio & hoc tecum nolo. Si ſcripturus poſthac ad me fueris: & a tergo inſcriptionem litterarum tuarum videro excedentem in epithetis modum: qui dedeceat paruitatem meam: non modo eas me non eſſe lecturum, tibi polliceor: ſed ne apertu rum quidē. Lauda (inquit) parce: vitupera parcius. Vale. Ex Fōte bono. Die. xxx. Martii. MDXI.

Nicolao Pitto Monacho. X.

INſtas oportune importune: & aliis ſuper alias litteris vrges: vt ſemota ac poſthabita ſacratioris huius ebdomadæ ratione, contendam Florentiam. Fore enim mea præſentia: vt attentata cœnobii Sancti Benedicti rapina, interciperetur: & de raptorum manibus facile eriperetur. Primum quidem abſit a me: vt quo tempore vacare ſtudioſius diuino cultui tenemur: equitare in oculis multorum cernamur. Monſtrandum ſiquidē me digito: atq; irreligioſitatis, ne dicam dementiæ notandum non dubitarem: ſi die ſancto paraſceues ingredi eques vrbem cōſpicerer. Huc accedit perpetua pluuia: quæ, vt alia defuiſſent, ſola me continuiſſet domi. Laudo in hoc Zelum tuum: licet non ſit ſecundum ſcientiam. Indigne tuliſti improbitatem falſorum fratrum: & non conſyderas, quæ per hos dies in eccleſiis paſſim legantur de capite noſtro: ꝙ a fratre traditus fuerit. Nam ꝙ frater Iudas fuerit: ipſe Dominus fatetur dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Contendunt iſti alieno ditari: neq; confundūtur Sacræ Eremi, velint nolint, legitimæ matris ſuæ violare iura: vt adulterino adhæreant capiti. Non aduertunt: neq; reminiſcuntur: quid apoſtolus dixerit: ꝙ q volunt diuites fieri: incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſyderia inutilia & nociua: quæ mergunt homines in interitum & perditionē. Radix enim omnium malorum, auaritia eſt: quam quidam appetentes, errauerunt a fide: & inſeruerūt ſe doloribus multis. Putas ne iſtos futuros ab hoc apo

ſtolo

ſtolico vaticinio immunes?Ne dubites : ꝙ cũ cupiditate immodica errauerint a fide contra immerentẽ patrem:& terga verterint matri ſuæ : multis ſint pro/pterea doloribus inſerendi. De huiuſmodi enim vindex & vltor eſt Dominns. Crede mihi,ſi ſeniori ac multa experto credis:vidiſſe me multa contra infideles miracula. Dices tu forſitã:quid ad te,ſi daturi ſunt impietatis ac rebellionis pœnas?Hanc interea tu facis iacturam:& ferendo recentem iniuriam,prouocas alterã.Primum ſane vltionem non expeto:niſi vt diſcant non inſurgere in caput ſuũ:neq; eius iuri derogare.Impunitas enim exceſſum:exceſſus auſum parit.Deinde,q̃tum ad me attinet,eiuſdẽ apoſtoli ſententiæ,& aduerſus litigantes increpationis,non ſum ĩmemor.Quare(inquit)nõ magis iniuriam accipitis? Quare nõ magis fraudẽ patimini?Et iteꝝ ad Hebreos ſcribens,eos laudat:ꝙ rapinã bonoꝝ ſuoꝝ cũ gaudio ſuſcæpiſſent. Veꝝ vlterius progredior: q̃ hic dies ſacer poſtulet.Corã paulopoſt,ſi placuerit Dño,plenius cõfabulabimur.Interĩ ꝓ iſtoꝝ obcæcatione,ad imitationẽ Saluatoris,deprecemur: vt ab hac ĩmanitate reſipi/ſcant,& gradum reuocent.Ne forte in tremẽda illa iudicii die,corã ſeueriſſimo iudice atq; cenſore obiiciatur eis:& acerrime accuſentur:(ſunt etenim tunc opera & actiones ſingulorum,in conſpectum omnium proferendæ)ꝙ in religione ſua,ſcandala ſeminauerint:& eam affecerint iniuriis:atq; dolos contra illam,ſi/cut nouacula acuta,fuerint meditati:ꝙ rapuerint aliena:ꝙ vim itulerint:ꝙ iniq; aduerſus eos operati ſint:quos imprimis tueri debuerunt. Vale.Ex Fonte bono.

Die.xviiii.Aprilis.MDXI.

Ioanni Cardinali De Medicis.XI.

a Bſente a curia protectore ordinis,ad quem potiſſimum me conferam: cuius imprimis opem implorem,pro negociis Eremi:nõ habeo:præter te,Domine pientiſſime.Oportune importune expetitus a me,non diſſimulas:non recuſas laborem.Superas ſemper poſtulantis improbitatem. Nam oc/curris potius indigentibus tuo patrocinio: q̃ fatigatus atq; affectus tedio,auer/tas faciem tuam ab eis. Referam paucis dignationi tuæ : quid modo cupiam. Laborante , probornm hominum inopia , religione noſtra:admiſſus eſt in ſacram noſtram Eremum patritius quidam Venetus conterraneus noſter:non latina ſolum,ſed etiam græca lingua,ſumme eruditus. Hunc nonnulli ipſius conciues & ſocii,atq; doctrina & eruditione haud impares,ſequi in Eremum decreuerunt.Et quoniam res iſta præter omnẽ meam & Eremitarum noſtrorum ac/cidit ſpem:& datum hoc optimum deſcendere a patre luminum non dubita/mus:quippe qui viſus eſt nobis ſuſcitaſſe de lapidibus filios Habraæ:optamus magnopere:vt tuæ amplitudinis interuentu,huius tanti profectus occaſio in ſacra noſtra Eremo,confirmetur ac roboretur.Cum igitur per conſtitutionem ordinis cautum ſit : ne quis pro eremita ponatur in dñica Eremo vel recipiatur: niſi ſacerdos fuerit:& per triẽnium in ordine ſteterit precor tum meo,tum Eremitarum nomine dignationem tuam:vt oraculo viue vocis a Pontifice impetres: vt liceat mihi eius autoritate apoſtolica,ad quatuor laicos in Eremum pro eremitis admittere:non obſtantibus eiuſdem eremi atq; Camaldulenſis ordinis conſtitutionibus. Vbi hoc feceris, Domine colẽdiſſime:nõ ſolum tam pio ope, ingẽs facta fuerit acceſſio ordini noſtro ſpiritualis incremẽti & gloriæ ; verum

etiam totidẽ tibi precatores apud deũ pro tua incolumitate acquiſieris. Et ego tibi ppea futurus ſum in immenſum obnoxius. Vale Florentiæ. Die. viii. Maii. MDXI.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Michaelis Murani. XII.

a D quem potiſſimum ex prælatis ſcribam, nõ intelligens: cum ignorẽ, qui & vbi fuerint ſubſtituti per capitulum: dirigendum ad te duxi fratrem Ioannẽ antonium: vt ſi opus fuerit, præſto ei ſis in exequendis mandatis noſtris. Niſi forte & te quoq; alicui cœnobio præfectũ inuenerit: ex iis dico: quæ hoc anno, partim ſponte oblata, partim rapto occupata, in ius veſtrum conceſſerunt. Quod ſi factum fuerit: nõ improbabo. Hoc tãtum te admonitum volo: ne tu quoq; cum aliis, ductus cupiditate & ambitione, ſis alieni appetens. Radix (inquit apoſtolus) omnium malorum cupiditas: quam quidã appetentes, errauerunt a fide: & inſeruerunt ſe doloribus multis. Si ego diſſimulans illatam Eremo iniuriam, & fraudatã eam doloſe fuiſſe iure ſuo: nõ dico cũ gaudio (nõ enim adeo perfectus ſum, ſicut ii, quos Paulus commendat) ſed patienter rapinam bonorum meorum ſuſcipio: erunt forte aliquando, qui in raptores inſurgant, qui ius ſuum recognoſcere nitantur. Non ſemper eſt idẽ rerum ſtatus. Deieciſti, ait, eos: dum alleuarentur. Mutantur tempora: ſuccedunt alii aliis, diuerſa ſentientes. Non omnes ſpoliari ſe iniuſte patiuntur: nec poſſeſſione locorum ſuorum p vim & fraudem detrudi. Non ſemper fraus fœlicẽ habet euentum. Fidẽ plerunq; ſibi in exiguis præſtruit: vt oblata poſtmodum occaſione, cumulatiore detrimento fallat. Legiſſe te arbitror in ſacro eloquio. Hæreditas, ad quã feſtinatꝰ in principio: in nouiſſimis benedictione carebit. Si feſtinatæ hoc hæreditati accidit: qd accidet fraudulenter aditæ? Quid eueniet violẽter occupatæ? Nolo dicere: quid mihi diuinet animus. Neq; enim vobis, niſi bene cupio. Sed vereor: ne malis conſiliis ſeducamini: & contempta ſanctiſſimi præſulis Patauini noſtri admonitione vix parum quid conſtringere vobis contingat: ſi multa ſimul cõplecti volueritis. Magno nimirum totius corporis veſtri periculo plus cibi potuſq; ſumitis atq; ex hauritis: q̃ concoqui in ſtomacho queat. Non ſemper appetentiæ, virtus digeſtionis reſpondet. Vnde abundantius infreni deſyderio indulgemus: inde facilius morbi erumpunt. Si creſcere & multiplicari deſyderatis: conſulo, vt creſcatis in tẽplum ſanctum in Dño, in habitaculum dei, in ſpiritu ſancto. Quod ſi cõtẽderitis creſcere p benefitiorum multorum aggregationẽ: vtrum bene conſulueritis reliquiis vitæ regularis documento vobis erit experientia. Verum de hoc ſatis. Scire cupio: quæ gerantur apud vos: an ſit vlla futuræ pacis & cõcordiæ ſpes inter diſſidentes Principes Vale Florẽtiæ. Die. xiii. Maii. MDXI.

Ambroſio Priori Angelorum. XIII.

p Oſtq̃ heri a me profectus es: allatæ ſunt mihi ex Eremo litteræ: gratiſſima quædam & cumulatiſſimo gaudio referta, nunciantes. Secreta eſſe cupiunt: quorum intereſt: iccirco non ea tibi apertius explico. Si euenerit, vt ſperatur: ac paulopoſt futurum expectatur: pingueſcẽt ſpecioſa deſerti: & exultatione colles illi Eremi accingentur. Miraculo nimirum digna res: a delicate viuentibus id experi genus vitæ: quæ & voluptatibus caret: & omnia quæ habentur in bonis, contemnit ac ſpernit. Ad ſolitudinem & rigorem alpium eos tranſire:

qui

q̄ diutius in foro & mediis vrbibus glorioſe verſati ſunt. Egredi deniq; de terra
ſua, & de cognatiõe ſua: & venire ĩ terrã quã nũq̄ videris: cuius vaſtitatẽ ac ſitũ ve
media æſtate ꝑhorreſcas: eſt hoc ſane opus dei: q, quos vult, viuificat: q ſcit, quos
elegerit. Dignet' ipſe ſua pietate, laborãti hominũ inopia ordini, ꝓuidere: cuius
ſolius ẽ, de lapidibus ſuſcitare filios Abrãæ. Cæterum excuſabis me apud cõem
patronũ: ſi minus videbor ſatiſfeciſſe officio meo. Nõ me ſinit podagra vexatus
alter pes, niſi moleſtiſſime, equitare. Si conari ſupra vires voluiſſem, vt ipm̃ cõ
uenirẽ: nõ tã mihi q̄ eius amplitudini grauis atq; incõmodus ꝑ cõplures dies ex
titiſſem. Quod mihi in Fõte bonũ remigrãti, haud dubie euentuꝝ nõ dubito. Be
ne enim mecũ aget': ſi vel ſacro Pentecoſtes, die celebrare mihi ibidem licuerit
Vale. Ex Camaldu. Florẽ. Die. xxviiii. Maii. MDXI. Euſebio Priolo Mona. XIIII.
Ecreta capituli cõgregationis nec ꝓbare mihi licet, neq; ĩprobare: cũ
d eidẽ minime interfueri. Si cõuenerũt bona mẽte, vt ꝓdeſſent æq; mẽ/
bris oĩbus: feciſſe illos, qđ potuerũt, neq̄q̄ dubito. Sin minus: qđ nõ fa
cile credo: miꝝ nõ eẽt, ſi nõ oĩbus ſatiſfecerint. Noſti monachoꝝ ſtudia: & eoꝝ p̄
cipue, q rebus p̄ſunt. Cogitar' eos arbitror p totũ annũ: quẽ capituli tp̃e humiliẽt:
quẽ exaltẽt: quẽ de loco ad locũ trãſferãt, quẽ ĩ loco cõfirmẽt. Si vobis hoc anno
datus eſt prælatus: paꝝ gratus & cœnobitis & ciuibus: feres æquo aĩo. Maiora
ſane incũbũt: quæ vrgẽt magis, Adſit Dñs & pius & miſericors: & fluctuãti eccle
ſiæ nauiculæ manũ porrigat pietatis ſuæ: nec vltra diutius obliuiſcat' plebis ſuæ,
a barbaris vexatæ. Diſſipare ſolus ipſe põt gẽtes: quæ bella volũt. Oremus aſſi/
due: & ĩploremus cœleſte auxiliũ: & humiliatis atq; cõtritis corde deeẽ nõ pote
rit. Inuocabitis (ĩq̃t) me & ego exaudiã vos: & reducã captiuitatẽ vr̃am de cũctis
locis. Mittimus vicariatũ Petro cornelio: tũ vt obſequar tibi & Mauroceno nr̃o:
tũ vt mihi quoq; ſatiſfaciã. Defecit erga me magna ex pte fides apud p̄latos cõ/
gregationis iſtius: adeo vt iuitus cogar, nõ credere me ipm̃ eis. De Cornelio nr̃o:
tm̃ cõfido, vt nõ poſſim ãplius. Moderate ac prudẽter exequat' vicariatus officiũ.
Iuſtinianus nr̃ adeo ſe ſtrenue gerit ĩ Eremo: vt mirẽt' oẽs cõſtãtiã eius deuotio
nẽ, humilitatẽ, caritatẽ, atq; reꝝ oĩum mũdanaꝝ cõtemptũ. Exẽplo eſt oĩbus reli
gionis & pietatis: nulliq; eſt in eremiticæ diſtrictionis obſeruatione ſecũdus. He
ri viſitaui Eremũ: & reppi Paulũ exultãtẽ ĩ Dño: & nõ tã ſpũ q̄ corpoꝛ optĩe valẽ
tem. Spo & alios ipm̃ paulopoſt in ſolitudinẽ hãc nr̃am cõſecuturos. Clariſſimo
viro Baptiſtæ Mauroceno, ꝓ delato ſibi magiſtratu gratulare meo noĩe: quẽ op/
to, vt in ingreſſu illius atq; egreſſu, fœlix fauſtuſq; ei futurus ſit: vt compoſitis Ita
liæ rebus, ad gubernacula reipu. ſe hoc tempore electũ fuiſſe congaudeat, Vale
Ex Fonte bono. Die. x. Iunii. MDXI. Petro Cornelio Monacho. XV.
m Emor tuæ erga me atq; ordinẽ fidei: cõſtitui te vicariũ noſtrũ: quẽad/
modũ ex patentibus litteris noſtris tibi cõſtabit. Geres ſollicite, & cũ ti
more Dñi, demãdatũ tibi munus: mecũq; laborabis in vinea hac noſtra: quæ ex
pectata, vt faceret vuas, ſpinas ꝓducit. Ne qñ a p̃re familias illud de cãticis cãti/
coꝝ obiiciat' tibi, q̄ poſitus cuſtos in vineis, vineã eius nõ cuſtodieris. Cæteꝝ in
tellexi, quæ ſcripſeris: nec reſpõdebo ad ſingula, tabellario præſtolãte. Tuũ erit
pati æquo aĩo: quæ decreto capituli geſta ſunt. Neq;.n. reuocari ſine ſcãdalo poſ
ſent, quæ facta ſunt, Vides mũdũ vniuerſum in maligno poſitũ eſſe: & incũbẽtia
vndiq; pericula. Tot tãtiſq; pulſamur bellis: tot impetimur inſidiis: vt niſi cari/

tas fraternitatis mãſerit in nobis:merito grauiora expectanda nobis ſint:nobis inq̃,q ſacerdotio fungimur:q exẽplo aliis eſſe debemus.Obitũ fratris tui moleſte tuli:præſertim qa a patria ꝓcul:& a cõſpectu ꝓpinquoꝝ deceſſerit. Sic tñ vixiſſe ipſum ſemp opinatus ſum:ob egregiã quã præſeferebat ĩdolẽ,ſingularẽq; in moribus modeſtiã:vt intrepidũ de hoc ſæculo migraſſe merito credi poſſit. Eius anima in pace obdormiat. Vale.Ex Fonte bono.Die.x.Iunii.MDXI.

Pualo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio.XVI.

c Vr p cõſtitutiones Eremi cãtus in tẽplo iſthic ꝓhibeatur:q paſſim frequentatᷣ in aliis religioſoꝝ locis:duæ mihi potiſſimũ cauſæ ſuccurrũt. Vna ob paucitatẽ eremitaꝝ ibidẽ cõmorãtiũ:altera ob arctiorẽ ieiuniorũ abſtinentiã:qua amplius corpora debilitantᷣ.Alioquin cur & ipſi a cõmuni reliquoꝝ omniũ vſu excipi ac ſegregari deberent:nõ intelligo.Nã ꝙ lugere magis expediat q̃ canere:nõ memini me vidiſſe ẽt ſummiſſa voce pſallẽtes ſuffundi lachrymis.Et nõ ſemp lugere nos oportet.Exultate(inquit)iuſti in Dño: rectos decet laudatio:cõfitemini Dño in cythara:in pſalterio decẽ cordaꝝ pſallite illi : cãtate ei cãticũ nouũ:bene pſallite ei in vociferatione. Huiuſmodi cantus plena eſt ſcripturaꝝ ſeries:vt ſupfluo mihi colligenda ſint plura eius teſtimonia:quibus apte cognoſcitᷣ:nõ mõ nõ ꝓhiberi nos canere:veꝝ ad canendũ potius ꝓuocari:idq; præcipue ĩ die ſolẽni cuiuſq; cœnobii.Sumite,ait,pſalmũ:& date tympanũ:pſalteriũ iucũdũ:cũ cythara:buccinate in neomenia tuba ĩn inſigni die ſolẽnitatis noſtræ.Neq; tamen iccirco oẽm cãtũ ꝓbo.Nõ.n.q laſciuiã excitet laudãdus eſt:ſed q occupatũ triſtitia ſpiritũ ſicut de ſaul legimus,demulcere poſſit ac delinire: nõ ĩnq̃ eũ q corrupta modulatione animũ ſoluat:ſed q ſalubri armonia ad cœleſtia inflamet.Veꝝ qd exiſtimẽ hac in re(id nãq; magis noſſe velle te arbitror)momenti eſſe:& vtrũ culpæ grauioris præuaricantes in Eremo rei efficiantᷣ:paucis accipe.Nõ oĩa quæ in regula cõtinentᷣ & itidẽ in cõſtitutionibus præcepta exiſtimãda eſſe:quoꝝ tranſgreſſores crimẽ admittãt quotiẽs negligãtur:tũ alii doctores,tũ Bernardus ipſe in libello ſuo de præcepto & diſpenſatione,manifeſtiſſime declarãt.Ad quẽ vt longiorẽ deuitẽ ſermonẽ te remittimus. Ego huiuſmodi ſcita Eremi:quæ nequaq̃ caritati & votis principalibus aduerſantur:mõ nõ obmitantᷣ excontẽptu:eius generis eſſe iudico : cũ qbus liceat facile diſpẽſari.Quæ vero ad caritatẽ ptinẽt:cũ ſint præcepta eius:q mãdauit,mãdata ſua coſtodiri nimis:inuiolabiliter obſeruãda nõ dubito.Quo magis miratus ſum p hos dies noua eremitaꝝ nroꝝ cõſilia:a caritate plurimũ abhorrẽtia. Quid.n.caritati magis cõtariũ q̃ vnita p quingentos & eo amplius annos,velle diſſoluere:& cõtẽptis fratribus ſuis Fõtis boni,q Romualdo autorᷣ tãdiu copulati vixerũt,ſibi ipſis tm̃ niti cõſulere?Cogitare de craſtino ꝓhibẽtᷣ:& ꝓuiderᷣ ſibi in lõginquũ tp̃s cõtendũt.Profeſſores pauptatis,nõ debẽt de cibo,de potu,de veſtimẽto,ſoliciti eſſe:ſed cõfidere in eo,q paſcit volatilia cœli.Iuſtus enĩ meus ex fide viuit.Nihil enĩ aliud indicãt,velle ſibi portionẽ reddituũ aſſignari,q hactenus cões fuerũt:q̃ infidelitatẽ & timorẽ.Sed timor nõ eſt in caritate.Si antiquos emularemur eremitas:q ĩ ſolitudinibus errãtes circuibãt ĩ melotis & ĩ pellibus caprinis,egẽtes ãguſtiati afflicti:nõ eſſent apud nos apotecæ reꝝ cõdẽdarũ:nõ veſtis ſeruata & ſupabũdãs:nõ ærariũ auri & argẽti:neq; aliud tale qppiã,qd carni ĩdulgeret:ſed oĩa forẽt apud nos ſpũali odorᷣ & fragrãtia repleta.Veꝝ nimiũ

progredior:

progredior:& vlterius q̃ inſtituerã.Hoc tantũ ſcias velim:ſcripſiſſe me qdẽ iſta ad te:ſed nequaq̃ de te.Noui enĩ zelũ tuũ & fidem:q vtiq; nõ reliquiſſes diuitias: niſi decreuiſſes in religione paup pauperẽ Chriſtũ ſequi:qñ merito potes dicere omni penitus timore ſublato.Quoniã tu Dñe,ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me. Itemq; cum apoſtolo.Mihi viuere Chriſtus eſt.Perge igitur:ſicut facis.Vale. Ex Fonte bono.Die.xxii.Iunii,MDXI.

Matthiæ Monacho. XVI.

d Vriorem te ſilice profecto exiſtimaſſem:ſi ad præces,nõ dico vt tu,tot mulierculaꝝ:ſed tot virginũ & ſponſaꝝ Chriſti emollitus nequaq̃ fuiſ/ ſes.Nihil abs te cõtẽdũt:quod cũ tuo eis dedecore exhibeas.Cãpũ lõge amplio rem tibi excolendũ offerũt:ex quo,ſi nõ neglexeris,vberrimos fructus pcipias: in quo facile prætioſam illã margaritã euãgelicã,cũ magna tua gloria inuenias. Accingere itaq; ad tã piũ opus:& laborem ne detrecta.Erit tecũ Dñs:vt nõ ina nis futurus ſit labor tuus.Quid enĩ fructuoſius:q̃ animaꝝ ſaluti conſulere? Si te autore,te duce,i ſancto illæ virginitatis ꝓpoſito fuerint cõfirmatæ:putas ne fru ſtratũ te iri earũdem ꝑ te orationũ fructu?Tu illas feruenti ac frequẽti adhorta/ tione ad cœleſtis patriæ deſyderiũ accendes.Illæ p te ſancto ſpiritu inflamatæ, vt inſeparabilis comes ſecum aliquando ſponſi ſui thalamũ ingrediaris,ſuppli/ ces deprecabunt̃,Tã ingenti excitatus remunerationis ſpe:hilari frõte petenti/ bus annuæ.Quod erit mihi pgratũ. Quod ad Principẽ ciuitatis,opus ptinet: admodũ ꝓbarẽ,vt tãdẽ abſolueret̃:ne & videret̃:cõteni tãti viri expectatio: & tibi aſſcribatur negligentiæ ob longiorem procraſtinationẽ.Vale.Ex Muſolea. Die.iii.Auguſti.MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio.XVIII.

X quo datus ſum Eremo Prior:nõnulla tũ in Eremo,tũ alibi,eiuſdem e Eremi ſumptibus fuerũt ædificata:atq; a fundamẽtis exſtructa. Nuſq̃ hactenus paſſus ſum,aut lapide nomẽ meũ incidi:aut delphinæ gẽtis ſignũ ſculpi.Quãobrẽ ſi hoc vſurpare nũq̃ libuit in iis quæ ꝓpriis redditibus loci fuerũt cõſtructa lõge minus debeo aſſenſum præbere: vt id in eis ſtructuris fiat,quæ aliena ĩpenſa & opibus erigunt̃. Si inciſæ lapide litteræ apparuerint: quæ cõſtructionis tp̃s indicẽt:ſatis ſupq; factũ arbitrabor. Itaq; noli mihi illud tribuere:cuius tu ꝑ tua in Eremũ pietate autor extiteris. Futurus cohæres Xp̃i, de patrimonii tui hæreditate cõſtruendas in Eremo cellulas vltro decreuiſti,fra terna vtiq; caritate impulſus:cũ ſcriptũ ſcias.Frater q adiuuat̃ a fratre,tanq̃ ciui tas munita.Neq; ſatis tibi feciſſe viſus es:ꝙ fratribus & coeremitis tuis cõſulue ris:niſi ẽt,iumentoꝝ,ædificato eis ſtabulo cõmodiſſimo,habuiſſes rõnẽ. Et hoc nihilominus ædificiũ ſpũali fructu penitus vacatuꝝ,minime opinor.Succurret enĩ tibi,cũ illud ingredi iumenta cõſpexeris:qd frequẽter in pſalmo repetis. Vt iumentũ factũ ſum apud te:& ego ſemp tecũ.Si qñ vero ipſum fueris ingreſſus: lõge tibi religioſior atq; deuotior ſubitura eſt recordatio,ſtabulũ ac præſepe cõ tẽplãti.In huiuſmodi,iqes,loco humili naſci olim dignatus ẽ q i cœlis regnat. Vale.Ex Fõte bono.Die.xiiii.Auguſti.MDXI.

Coſmæ Archiep̃o Floreñ.XIX.

Igna ẽ Cãdidi nr̃i erga me caritas & fides:qua me pſeuerãtiſſime hacte d nus ꝓſecutus eſt: vt nulla honeſta in re fraudetur a me deſyderio ſuo: agnoſcatq; ſe mihi ſemp vel ſuo merito cõmẽdatũ fore.Accedente ve/

ro cōmendatione dignationis tuæ cuius vota nunq̄ nō libentiſſime impleo: eo promptius illius petitionem admiſi: facturus lōge maiora, tui gratia: quem plurimum obſeruo & colo: cum fuero requiſitus. Et eſt mihi pergratū, noſſe: ipſum eſſe tibi q̄ cariſſimū: eiuſmodiq; illū exiſtimari abs te: q dignus ſit tanti præſulis patrocinio & fauore. Futuꝝ ipſum huius benefitii haudquaq̄ immemorem confido: cum per apoſtolum ſcriaptum ſciat. Et grati eſtote. Vale. Ex Fonte bono. Die. xx. Auguſti. MDXI.

Benincaſæ Priori Pratalis. XX.

i Ndigent moniales nō ſolum capellano bene morato, verūetiam corpore valenti ac robuſto: vt curare negocia monaſterii foris poſſit. Itaq; ſatiſfactuꝝ cū te minime dubitarem capellanatus muneri, expte vna: ex altera nō video, ſuppeditādas tibi vllo modo ſufficiēter vires. Scipione tibi opus eſt: cū vel in cubiculo tibi eſt deambulandū. Quæ crurū debilitas ſicuti Mariæ offitio obeſſe nō pōt: ita Marthæ plurimū aduerſat̃. Quāobrem cū hanc duplicem nequeas perſonā gerere: neq; viribus animi, pedes rn̄deant: grauādū nō eſt pauperculū monaſteriū, duoꝝ impenſa: vbi vnus vtrūq; munus poſſit implere. Grata mihi extitit lectio intimationis concilii futuri: quam ad me tuo interuentu Carolus notarius perlegēdam miſit. Egi gratias eidem per litteras: quas vna cū intimatione remitto ad te: cuius carmē eadē de re mihi fuit gratiſſimū. Vale. Ex Fōte bono. Die. xxvi. Auguſti. MDXI.

Vincentio Quirino Doctori. XXI.

i N articulo profectionis mulionis noſtri: quē ad deportādas in Eremū ſarcinulas tuas cū iumētis onerariis Rauenā mittimus: hanc ad te tumultuariā ſcribo epiſtolam. Quid te remoret̃ ac retardet: vt tam diu a nobis expectatus differas aduentū tuū: me penitus latet. Cogito nihilominus multa ac mecum quotidie reputo: quæ obſiſtere voto tuo immo & noſtro poſſint. Amor patriæ: propinquoꝝ affectus: vitæ ſeuerioris terror: haud facile ſinūt illecebris mūdi huius vale dicere. Inſtat quoq; malignus ille ſpiritus: inuidēs ꝓfectibus noſtris: & impedire nitit̃: ne tollamus crucē noſtrā: & efficiamur Chriſti diſcipuli. Sed patuo negocio ac labore hæc oīa ſuperat: q ſe cogitat eſſe moriturū. Quiq;(quod eſt vero verius) cōſyderat: qm̄ ſeruire deo regnare eſt. Egredere, ait Dn̄s, de terra tua & de cognatione tua: & veni in terrā, quā monſtrauero tibi. Quaſi difficile ſit hoc ſeruitutis dei regnū cōſequi iis: q manere apud ſuos elegerint. Et vide tu q ſapiēs es: ne forte de honore huius regni voluerit Saluator intelligi: cū dixit. Nō eſt ꝓpheta ſine honore: niſi in patria ſua. Veni itaq; mi Vincēti: nec te arduū eremitici ꝓpoſiti terreat inſtitutū. Cogita iugū Dn̄i ſuaue eē: & onus eius leue. Quod ſi mihi plene nō credis: crede vel Iuſtiniano tuo meo nr̄o: quē nō ſolū vitæ aſpioris ſeueritas nō fatigat: veꝝ ei potius vr̄ in delitiis viuere. Meminit nimiꝝ ſcriptū eē p apoſtolū: nō eē cōdignas paſſiones huius tēporis ad futurā gloriā. Et alibi: Si ſuſtinemus(inquit)& cōregnabimus. Præcide igitur funē: & catenā rūpe: ſi qua te iſthic alligatū detinet. Audi qd ſanctiſſimus dicat rex. Et funes extenderūt in laqueū: iuxta iter ſcandalū poſuetunt mihi. Huiuſmodi quæſo ſcandalū in hoc tuo itinere caue. Ambulare iā cœpiſti: funes in laqueū extentos deuita. A dextris erit tibi Dn̄s: ne commouearis. Atq; vt prōptius catenā abrūpas: ſi qua cū Petro apoſtolo in iſto ſæculari carcere vinctus teneris:

ad

ad memoriã reuoca ꝓpheticũ ſermonem. Si abſtuleris, ait, de medio tui catenã: orieť in tenebris lux tua: & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies: & reqem tibi dabit Dñs deus tuus ſemp: & implebit ſplendoribus aiam tuã: & oſſa tua liberabit. Et eris quaſi ortus irriguus: & ſicut fons aquaꝝ: cuius nõ deficient aquæ: & ædificabunť in te deſerta ſæculoꝝ. His & lõge pluribus alliceris ꝓmiſſionibus: vt auferas de medio tui catenã: & huc celerius te cõferas. Veni itaq; cũ ſociis tuis. Nã expectati venietis. Plura ſcribere volentem vrget mulio: in Eremo expectans. Vale cũ iis q itineris & ꝓpoſiti tui comites futuri ſunt. Exciderat mihi: qd ſignificare tibi decreuerã: anteq̃ litteras ad te daturus forẽ. Vbi venire cũ ſociis ad nos cõſtitueris: ſi reddideris nos certiores qñ venturus ſis: mittenda curabimus quo ipſe monueris tot iumẽta nr̃a: quotquot tibi & ſociis fuerit neceſſaria. Erũt quoq; cũ iumentis piti itineris duces: vt minore fatigatione animi & corporis, difficilem alpiũ tranſitũ ſuperetis. Tãtũmodo veni: & libera nos, tarditate aduentus tui ſuſpenſos: & videndi tui perq̃cupidos. Iterũ. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Auguſti. MDXI.

Petro Abbati Cyntorii. XXII.

a Mplector ſingulari affectione fidem tuã, Petre mi: debeoq; mirum in modum tuæ erga me pietati. Semper mecum & gaudere cũ gaudente & flere cum flente cõſueuiſti. Caritas iſta tua nunq̃ excidit: quia diligis me puro corde. Fugam mihi ſuades: & hortaris me ac prouocas ad vrbanam cõmorationem. Quaſi qui ignorem dictum ab apoſtolo. Periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine. Vtrobiq; inuenio ſpinas & tribulos: vtrobiq; labor & dolor. Vt clamare ad deum cogar. Quo ibo a ſpiritu tuo: & quo a facie tua fugiã? Nõ aliud te mecũ agere, videris mihi: cũ me ad vrbem trahere niteris ex ſolitudine: q̃ velle vrgere, vt ex ſartagine in ignem deſiliã. Queruntť ſortem ſuam multi: quibus neceſſario iniuncta eſt ciuitatũ cura: & ſolitudini inuident. Et tu mecũ expoſtulas: ꝙ datus eremitis pater, procul ab vrbibus habitem? Non facile adducor: vt tecum ſentiam: fidemq; hac in re magis tuã probo, q̃ (bona tua venia dixerim) iudiciũ. Quid aũt cupiam: ſatis ꝑ tua prudentia conücere te arbitror. Neq; enĩ ex horreo ſolitudinem: neq; vrbiũ tumultus requiro Delitiæ (inquit) meæ: eſſe cũ filiis hominũ: hominũ vtiq;, qui ab humanitate alieni non ſint. Verũ de his corã apertius. Reuerendiſſimo archipreſuli plurimũ debeo: nõ qa noſtra ei placeant, quæ ſcribo: facile enim amore, vt fit falli poteſt: neq; qm̃ me apud præſtãtes viros cõmendauit: noui enim ego optime imperfectum meum: ſed iccirco potius, ꝙ me diligere & amare iampridem dignatus eſt. Ipſi me enixius cõmendabis: quem nimiꝝ plurimi ſemper feci, facioq;. Adiit me heri aduerſarius tuus: qui futurus eſt harum lator. Non diſſimulaui cum eo, præſente Bernardo lãdino, ipſius cõtumaciã: hortatuſq; ſum, vt ſe abſolui curaret a cenſuræ obligatione: qua eſſet deuinctus. Factuꝝ ſe oĩa repromiſit: modo ei reſtitueres codicẽ dati & accæpti anteceſſoꝝ ſuoꝝ Prioꝝ. Qui apud te inutilis cum ſit: ſibi eſſet admodũ ꝓfuturus. Quod vt vltro facias, & abſq; vlla cõtentiõe: hortor & moneo. Cauſam aũt veſtrã remitto ad ſubſtitutũ cõſeruatorẽ ordinis: vt ipſo autore dirimatur lis: & confirmetur in vobis caritas. Quod erit mihi gratiſſimum. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxviii. Auguſti. MDXI.

Angelico Monacho. XXIII.

v Rgere non debes iuris peritum noſtrum: vt reſpõſum acceleret ſuper ea re de qua ipſum duxi cõſulendũ. Nã & illi continua nõ deſunt negocia: & ego ſanũ non feſtinatũ conſiliũ requiro. Itaq; ne inſtes apud eũ, vt mihi rñdeat: niſi cũ ipſi ꝑ occupationes cõmode licuerit: Mitto tibi procuratoriũ ſeu quæſtoriũ inſtrumentũ: vt exercere abſq; contradictione ac repulſa demandatũ tibi munus queas. Conſtitutus aũt ſup familiã iſtã: vt des illis cibũ in tpe: cogita frequẽter, oportere te eſſe nõ fidelẽ ſolũ, ſed ẽt prudentem: vt nemo de te merito queri poſſit. Aiunt magiſtratũ viꝝ oſtendere. Et tu noſti mores fratrũ: qui ſi nõ fuerint ſaturati, murmurabunt. Contra vero, cõfitebuntur tibi: cum benefeceris eis. Si qñ tñ, vti accidere ſolet, nõ ſuppetit: qđ ſtatim detur: memẽto ſcriptũ eſſe: Sermo bonus, ſuper datũ optimũ. Sic fiet: vt cũ bene miniſtraueris: gradũ bonũ acquiras: eriſq; oĩbus facile gratus. Exemplar intimationis lateranenſis futuri concilii velim ad me mittas. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxix. Augu ſti. MDXI.

Euſebio Priolo monacho Sancti Michaelis. XXIIII.

q Vod ægerrime tuleris obitũ clariſſimi patris tui: nihil miror. Nã & ipſe te ſemp paterno affectu arctius cõplexus eſt: & tu illũ, pro tua ſingulari pietate, ſumma (vt par fuit) veneratiõe atq; obſeruãtia es ꝓſecutus. Nõ ſumus ſtipites aut ſaxa: vt nõ moueamur carorũ deſyderio. Et eo acerbius ſentire cogimur vniuſcuiuſq; propinquoꝝ deceſſum: quo fuerit meritis ac virtute ĩſignior. Neq; enim doluiſſe te tm̃ arbitror ob mortẽ pr̃is: qm̃ caro & pr̃ tuus fuerit: veꝝ ꝓpea lõge magis: ꝙ tãta fuerit grauitate integritate religiõe fide atq; humanitate in oẽs: vt merito tot tãtiſq; cumulatus inſignibus, mœrente nõ ſolũ te, verum ẽt (vt ſcribis) vniuerſa ciuitate deceſſerit. Amiſiſti tu parentẽ optimũ atq; pientiſſimũ: cuius interdũ colloquio & cõgreſſu iucũdiſſime fruebaris. Sed longe maiorẽ fecit patria ipſa iacturã amiſſione ciuis nobiliſſimi atq; ornatiſſimi: ac de ipſa ꝑ omnẽ vitã ſuã adminiſtratiõe cõſilio opa q̃optime meriti. Quãobrem abſterge omnẽ lachrymũ ab oculis tuis: & deſine eũ flere: quẽ trãſlatũ in requiẽ & gloriã amiſiſſe queri non potes ſed præmiſiſſe. Erige animũ deiectũ ac mœrore oppreſſum: & lætare potius: ꝙ eiuſmodi parẽtis extiteris filius: q patritiæ gẽtis & inclytæ familiæ cũ fuerit: nõ minus fuit genere ĩter ſuos q̃ factis & animi probitate clarus. Neq; aſſcribas medicoꝝ imperitiæ: ꝙ defunctus ſit: cui cõſtituerat deus terminos, q præteriri nõ poterãt. Statutũ erat homini, ſemel mori. Sexagenarius hinc exiit: vt ſexageſimũ fructũ, pro bñ ac pie acta vita, a Dño percipiat. Quod mei amãs fuerit: ex eius cõgreſſione atq; ſermõe haud ſemel agnoui. Referat ei Dñs gr̃am pro me. Ego quoq; futurus ſum eius nequaq̃ immemor. Epiſtolas Patauini epi vna cũ litteris tuis accæpi. Vbi fuerint tranſcriptæ: remittentur ad te. Volumẽ tertiũ epiſtolaꝝ meaꝝ, cũ iſthuc deo ꝑmittẽte aduenero, mecũ ferã: vt cũ aliis duobus apud Sãctũ Michaelẽ cõſeruet᷑. Neq;. n. cõtentus forẽ: vt alio trãſferrent᷑: aut qſq; ſibi illa vẽdicaret. Si aliqbus feci rẽ gratã ꝙ Cornelio noſtro vicariatũ detuleri: nõ me pœnitet. Spero. n. ipm ita ſe in magiſtratu iſto eſſe geſtuꝝ: vt nõ ſim in eo neq; prudentiã, neq; fidẽ, neq; moderationẽ, deſyderaturus. Te quoq; nõ dubito, ſi qñ opus fuerit, præſto illi ſemp futuꝝ. Vt ĩpleatur: qđ dicitur. Frater qui adiuuatur a fratre: tanq̃ ciuitas munita. Vale. Ex Fonte bono

Die

m Oleſta ſane res eſt:æs retinere alienũ.Moleſta inquam creditori:q ſatis
ſibi fieri cupit:& ægre fert dilationẽ moleſta haud minus debitori: cui
præſertim nõ eſt ſoluẽdo:& a quo inuito exigi pecunia poſſit.Moleſta ẽt nõ parꝫ
iudici:q frequẽtius hiſce de cauſis ĩterpellat᷑ atq; obtundit᷑.Petit a me.D. Placi/
tus:& crebro,& inſtãter petit:vt ſicut ipſe ẽt cẽluris,te vrgẽte cõpulſus eſt paulo
ante tibi ſatiſfacere:ita quoq; cogaris & tu ſecũ debitũ diſſoluer᷑.Et ſi totũ mõ nõ
potes ẽt pte ſe fore cõtẽtũ repromiſit.Hortor itaq; te,ad leuãdũ hoc onere vtrũ
q; vrm:vt quã potes portionẽ,ei tribuas:ne ſit poſthac moleſtus nobis:dimitta
murq; ab eo ĩ pace:Nec obiiciat᷑ mihi:ꝙ ſim pſonaꝝ accæptor:qm̃ mitius tecũ
agã.Vale.Ex Fõte bono.Die.v.Septẽbris.MDXI. Papino Notario.XXVI.

Ratulor aduẽtui tuo in agrũ Caſentinatẽ.Factus.n.nobis ꝓpior ac vici
g nior,facilius ĩuiſere nos poteris:q te diligimus:cupimuſq;: vt tibi oĩa
optata cõtingãt.Cæteꝝ nollẽ:vt tibi amicitia nr̃a futura eẽt vel exiguo
detrimẽto.Cũ.n.neminẽ lateat:amari nos abs te haud vulgariter ob prætcritã
familiaritatẽ,quæ tibi fuit nobiſcũ:cũ apud me cancellarii munere fungebaris:
expectare iccirco potes,ſæpius tẽ a nobis,multoꝝ cõmẽdationibus præſertim
miſeroꝝ & inopũ,interpellatũ iri.Rogatus itaq; hodie:vt pro carcere iſthic de
tento,ob cõflatũ ab eo æs alienũ,te obſecrarẽ:reſtiti nõ ſemel.Victus tandẽ im/
portunitate deprecãtis: & eo magis,ꝙ aſſereret:traditũ mõ in cuſtodia,in ſum/
ma egeſtate,cũ vxore & filiis vitã ducere:nolui deeſſe petenti:quin tibi afflictũ
hominẽ cõmẽdarẽ.Ex aliis certius noſſe poteris,ipſius inopiã:Nã ego illũ ne/
quaq̃ noui.Prudens es:& mitis ingenio.Cognita re,decernes:q̃tũ ad te attinet
apud Magnificũ vicariũ:qđ iudicaueris expedire.Beatus(iqt) q ĩtelligit ſup egẽ
nũ & paupẽ.Vale.Ex Fõte bono.die.viii.Septẽ.MDXI.Raimũdo Procu.XXVII

On indiges apud me excuſatione,ob diuturnũ ſilentiũ.Neq;.n.me la/
n tet:q̃ ſis occupatiſſimus in exequẽdis mãdatis Põtificis.Nõ fuit ociũ,ſi
lẽtii cã:ſed negocioꝝ multitudo.Et q̃uis graue videat᷑ ſuſcipiẽti onus
offitii,diu illud poſſe ſuſtinere:qa tñ vbiq; deſunt fideles:gaudeo eã eẽ de te in
Romana curia exiſtimationẽ vt res maximi momẽti demãdent᷑ tibi.Quis.n.ei
credat:quẽ nequaq̃ fidelẽ arbitret᷑? Et a quo ſe falli poſſe dubitet?Itaq; admitto
excuſationẽ tuã vel tacẽte te:Lætatus ſum magnope(ſcit deus,qa nõ mẽtior):cõ
ualuiſſe Pontificẽ de infirmitate.Dñs cõſeruet eũ & viuificet eũ:vt fortis factus ĩ
bello caſtra euertat exteroꝝ:& ſchiſma ĩminẽs potenter diſſoluat.Vnus.n.Dñs:
vna fides.Qui aũt vnitatẽ oppugnãt:timeãt ĩprecationem apoſtoli.Vtinã(iqt)
abſcidãtur:q vos cõturbãt.Quod deſpare de pace nõnulla te cõpellãt: ego nihil
tale cogito.Subit tñ mõ animũ:qd ſit factura diuina maieſtas:ĩ cuius manu eſt
& poteſtas:& Imperiũ:vtꝝ ſcilicet ſcæuitura ſit in nos ꝓ meritis:an indulgen/
tia clæmenter vſura.Cũ cõſydero corruptiſſimũ viuendi morem:abuolaſſeq; pe
nitus de terra timorem dei:iuſtitiã:religonem fidem:tenent me anguſtiæ & ter
ror mihi vndiq; incutit᷑.Nõ me adeo terrent Galloꝝ minæ:nõ portenta recen/
tia tum globi ignei,tum lapidum tantæ magnitudinis:quibus pluiſſe in Gallia
ciſalpina ſignificaſti. Vtinã veniat Dominus ignem mittere in terrã: & velit vt

ardeat:Vt emolliantur tandem ſaxea diſſidentium chriſtianorum corda:& in lapides viuos conuerſi,ædificentur in domos ſpirituales.Si tibi per occupationes licet:nec,formidas itineris difficultatem:vt nos adeas,oro & obſecro. Excipieris a nobis haud magna cum re:ſed caritate multa. Nec te pœnitebit vidiſſe & allocutum fuiſſe conterraneum noſtrum:qui egreſſus de terra ſua & de cognatione ſua,elongauit fugiens:vt maneret in ſolitudine.Is ita ſe in nouitiatu hactenus geſſit:vt de eius perſeuerantia dubitet nemo.Speramus & alios non multo poſt ipſum ſecuturos.Iam enim præmiſerunt in Eremum ſarcinulas ſuas.Exultabunt horum aduentu ſpecioſa deſerti:& fluent colles iſti lac & mel.Sunt enim doctrina & litterarum ſtudiis inſignes : tam is qui eſt in Eremo : q̄ qui venturi ſunt.Vale.Ex Fonte bono.Die.xiiii.Septembris.MDXI.

Bernardo Oricellario.XXVIII.

CVm eſſem Arretii per hos dies:allatæ ſunt ad me ex Fonte bono vna cum proemio litteræ tuæ.Ocupatus tunc in negociis ordinis:quæ me eo ire compulerant:ſexto poſtq̄ Arretium adueneram die:reuerti in agrum Caſentinatem.Fatigatus ex itinere ſubſtiti ad muſoleam noſtram: vt aliq̄diu ibidē in ſeceſſu ſatis commodo requieſcerē.Miſi paulopoſt in Eremum proemium tuum ad Iuſtinianum noſtrum:vt petitioni tuæ ex parte ſatiſfacerē.Solus enim ex pluribus cōciuibus Venetis:quos breui præſto futuros ſpamus:morat̄ ī Eremo: & arduum illud atq; aſperum cōſtantiſſime inſtitutum ſeruat.Quid de proemio hiſtoriæ quam ſcripſiſti ſentiat:ex eiuſdem ꝓlixiore epiſtola quam dedit ad me facile intelliges:licet eo inuito ac repugnante,eius perlegēdæ tuæ nobilitati poteſtatem faciam. Quod cum feceris : remittes eam ad me:aut ſaltem quæſtori Camalduli noſtri Florentini tradi iubebis.Tu vero pro tua prudētia non moleſte feres:ſi ingenue ac libere ſententiam ſuam de tuo proemio ſignificauit mihi. Eremita eſt:& ſcrupuloſus.Die noctuq; in dei laudibus verſatur : & in lege eius ſine intermiſſione meditatur.Nunc latinos nunc græcos euoluit codices:quos ſecum in Eremum tranſferendos curauit:& poſthabita lectione gentilium,totū ſeſe ad ſcripturas diuinas & ſacra contulit eloquia.Scit enim ſcriptum eſſe.Deus ſcientiaꝝ Dn̄s eſt.Et alibi.Eloquia Domini,eloquia caſta:argentum igne examinatum.Vocatus in ſortem Dn̄i:recolit dixiſſe apoſtolum.Omnis ſermo malus de ore veſtro nō procedat.Et malus exiſtimari haud iniuria poteſt:q nō ædificat ad pietatem ad religionem ad fidē. Quos antea lectitare philoſophorum ac poetarum libros conſueuerat:nec aſpicere quidem illos modo patitur& reiecta penitus veteri achademia induit nouum hominem:qui ſecundum deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.Excubare decreuit per omnēvitam ſuam ad hoſtium tabernaculi:ac ſalutaria hæc & ſancta de vtroq; teſtamento,reiectis inutilioribus ac pernicioſioribus ſtudiis tota animi intentione complecti:quoniam quotidie pſalterium ex inſtituto eremitico repetens legit.Beati qui habitant in domo tua domine:in ſæcula ſæculorū laudabunt te.Et alio in loco.Beatus vir:quem tu erudieris Domine:& de lege tua docueris eū.Accipies itaq; grato animo noui eremitæ noſtri de ſcriptis tuis iuditium. Quod vero aggreſſus es opus,perfice.Licet enim meum non ſit de huiuſmodi iudicare : adſit modo

hiſtoriæ

hiſtoriæ tuæ fides:& ſingula, vti quæq; dicta geſtaq; fuerint, deſcribantur: ſpero lucubrationem hanc tuam, ob nitorem ſtili & elegantiam, omnibus gratiſſimã fore. Vale. Ex Muſolea. Die. xxvii. Septembris. MDXI.

Vincentio Quirino Doctori. XXVIIII.

R Epletus ſum gaudio heri veſperi: Vbi certior factus ſum: requiſiſſe te iumenta noſtra: vt vna cum ſociis in Eremum contenderes. Feci ſatis cõmunibus votis q̃libẽtiſſime: iuſſiq; ſummo mane iis, qui futuri erant duces itineris: vt abirent cum feſtinatione: atq; hinc ſeſe proriperent. Opto vt futurus ſit vobiſcum Dominus: & qui eſt via, ſine qua nemo venit ad patrẽ: ipſe dirigat pedes veſtros in viam pacis: ducatq; incolumes ad deſtinatam ſolitudinem. Det vobis cor omnibus: vt colatis eum: & faciatis eius voluntatem, corde magno & animo volenti: vt ingreſſi Eremum dicatis ſinguli. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eã. Succurrere forte vobis in itinere poterunt cogitationes variæ: & immiſſiones per angelos malos: quibus reſiſtite fortes in fide. Si enim terrere vos perrexerint propoſitis vobis Eremi difficultatibus: ſuccurrat vobis puer ille: qui antra deſerti teneris ſub annis ciuium turmas fugiens petiuit: ne leui ſaltem macalare vitam famine poſſet. Recordamini Heliæ & aliorum patrum: qui habitauerunt in montibus & in ſpeluncis & in cauernis terræ. Veniat vobis in mentem Saluatoris noſtri: qui non ſolum ſemel duci voluit in deſertum a Spiritu, vt tentaretur a diabolo: verumetiam ſæpiſſime, ſicut euangeliſtæ teſtantur, conferebat ſe cum diſſipulis in montes. Ciues hactenus fuiſtis vrbium: eritis poſthac honoratiores collium & montium ciues: ciues vtiq; ſanctorum & domeſtici dei: cui ſicut legitur beneplacitum eſt habitare in monte: in monte coagulato, in monte pingui. Spero ego in Domino: q vbi ſemel in Eremum aſcenderitis: & cœperitis ſubire iugum Domini: nõ vos illud moleſte & grauiter laturos: ſed cognituros re ipſa, quoniã ſuauis ẽ Dñs: & onus eius leue. Superfluo hæc a me vobis ſuggeri præſertim tibi Vincenti, qui diuina eloquia optime calles: nequaq̃ dubito. Sed quia te magnopere diligo: ex abundãtia cordis loquor. Retulit enim mihi Iuſtinianus noſter: reieciſſe te iampridẽ gentilium ſtudia, & libros pruriẽtes auribus: totumq; te dicaſſe diuinis atq; euãgelicis lectionibus. Meruiſti tu, hac in deum pietate ac religione vocari ab eo ad ſeruiendum ſibi. Admiſiſti conſilium eius & doctrinam vtiq; cœleſtẽ: quando ipſum audiebas dicentem. Non poteſtis deo ſeruire & mãmonæ. Et cũ per apoſtolum ſuum clamabat. Nolite diligere mundum: neq; ea quæ in mundo ſunt. Cognouiſti tu tandẽ: veram eſſe ſapiẽtis ſentẽtiã. Vanitas vanitatum: & omnia vanitas. Deniq; experimẽto didiciſti: nõ habere nos hic manentẽ ciuitatẽ ſed futuram inquirere. Quam vt promereamur: merito nobis oĩa dura & aſpera tolleranda ſunt. Quãuis nõ ſint condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã. Cupidus videndi tui, nõ bene mihi conſulo: cum prolixior tecum ſum. Quo enim longior fuerit epiſtola: eo diutius te ipſius lectio remorabitur venientem.

Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Septembris. MDXI.

Paulo Orlandino Abbati. XXX

N On noſtræ litteræ, vt tu putas, ſed ſpiritus qui viuificat: Venetos illos

noſtros a vobis in Eremum cōpulit demigrare. Vbi enim vult ſpirat. Ipſe mortificat:& viuificat. Ipſe eſt:qui reliquit ſibi ſeptemmilia virorum:qui non curuauerant genua ſua coram Baal. Idem ipſe coegit patritios iſtos conterraneos noſtros, leuare oculos ſuos in montes:& ad eos incolendos ſeſe conferre:vt remoti ab vrbanis delitiis deo vacent & curuent ei genua per ſingulas horas. Miſimus heri ad illos:quos iam aduениſſe Rauēnam arbitramur iumenta noſtra: vt inde ad nos ſe recipiant. Excipiemus eos fronte hilari: & magna ſane ſpe profectus ipſorrm, ac perſeuerantiæ in deſtinato vitæ arctioris propoſito. Mihi vero ex multis:quæ mecum Quirinus cōmunicaturus eſt, admodum (vt ſcribis) placitura:nihil referre gratius nihil expectatius poterit: q̄ ꝙ venerit ductus in deſertum a Spiritu, corde magno & animo volenti. Tuum erit ac cæterorum: qui cupiunt, vt benefaciat nobis deus, & meminerit teſtamēti ſui:orare pro nouoꝝ cōmilitonum iſtoꝝ aduētu:vt contra hoſtiles nequitias pugnaturi, diuino ſemꝑ ꝓtegātur auxilio:neqꝫ vllis impugnationibus cedāt. Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Septembris. MDXI.

Abbati Burgi. XXXI.

p Etiit a me Laurentius monachus:qui futurus eſt harum litterarum baiulus:vt ſe tibi cōmēdarem. Is cupit in cœnobium tuum admitti:& cōmorari tecum. Eſt idoneus ſatis, ad implendum monachi offitium. Bene legit: bene cantat. Et ſi quid ei mandaueris:ſpero ipſum ſemper paratum ad omnia & propenſum inuenies: Si indiges eius opera vt ipſum in cōtubernalem tuum recipias, hortor. Satiſfacturum eum ſpero, præſertim in diuino cultu, haud minus q̄ cæteri, qui ſunt apud te. Deniqꝫ ſi ſe modeſte atqꝫ obedienter geſſerit, vt cōfido:ſit tibi cōmendatus. Eris tu illi in patrem:& ipſe erit tibi in filium. Venerūt his diebus in Eremmum noſtri illi conterranei:de quibus, cum hic adeſſes locuti ſumus tecum. Orandus eſt Dominus:vt qui eos vocare dignatus eſt ad incolendam ſolitudinem:eoſdē in hoc arduo inſtituto, quod aggreſſuri ſunt, ſua pietate confirmet:vt futuræ ſint plantæ, quas vtiqꝫ plantauerit pater cœleſtis:nulla vnq̄ aduerſa tempeſtate ac procella eradicandæ. Vale. Ex Muſolea. Die. vi. Octobris. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. XXXII.

m Andaueram heri quæſtori noſtro:qui hodie rediturus erat in Fontem bonum:vt mitteret ad nos mulas, quibus in Fremo vos cōueniremus. Niſi obſtiterit pluuia:implebo votum meum. Scire & enim cupio:an grata fuerit noſtris, qui dudum aduenere, facies Eremi: An iucundus, pinguis ſoli crebris fontibus irrigati & hortulorum, olera & mites fructus edentium, cōſpectus. Fuerint ne oblectati Appennini cœlo, montium cæterorum (ſicut creditur) ſaluberrimo:iteqꝫ corona abietum, Eremum cingente: & proſpectu vicinarum ſyluarum:quæ in immenſum diffuſæ, proceras arbores & in eximiam altitudinem editas, alunt. Vtrum eis cordi fuerit templi ipſius ſitus:ac cellularum, & reliquarum officinarum diſtinctio. An iis econtrario viſa fuerit noſtra iſta confragoſa, & aſpera ac montuoſa regio, quam vaſtæ ab omni parte ſolitudines claudunt locus horroris:aſſuetis præſertim in celebritate atqꝫ in oculis ciuium vitam ducere. Spero nihilominus:ꝙ qui deſyderio Eremi vrbium tumultus, & inhabitantium frequētiam ac cotus reliquerunt:dixerint potius cum Hieronymo. Caſtrū

mihi

mihi carcer eſt:ſolitudo paradiſus. Meminiſſe illos facile credo, vocis olim ad
Arſeniū factæ diuinitus:cum ī medio palatio Principis verſaret̃. Fuge(inquit)
homines:& ſaluaberis. Porro non ignorant:anguſtam eſſe viam:quæ ducit ad
vitam. Non enim vere ſequitur Chriſtum:qui aliqua illectus mundana volupta
te, ad religionem ſe cōfert:vt in ea quærat varia animi laxamenta. Tollat(inqt)
crucem ſuam:& ſequatur me. Hæc diu cogitaſſe Vincentium & Sebaſtianum:
nequaq̄ dubito:atq; iccirco ſpretis omnibus ſæculi oblectamentis, honoribus,
dignitatibus ad humilitatem eremiticæ vitæ, atq; ad requiem animoꝝ & corpo
rum, ductos fuiſſe in deſertum a ſpiritu. Quem precor:vt ambos tecum in San
cta vocatione confirmet. Vale. Ex Muſolea. Die. vii. Octobris. MDXI.

Ioanni Cardinali de Medicis Legato. XXXIII.

V Bi primum vulgari cœpit: deſtinatum te fuiſſe a Pontifice legatum in
Flaminiam:ſane, vt debui, pro mea erga te ſingulari pietate magnope
re lætatus ſum. Cogitaui enim non tam honoris amplitudinem, quem meritis
tuis adeptus fores q̄ oblatam tuæ dignationi occaſionem : qua facile declarari
animi tui magnitudo prudentia bonitas poſſit. Nā cum ſummi ſacerdotis per/
ſonam geras:nō dubito te pro tua ſapientia intelligere, peculiare legationis mu
nus eſſe:eius dignitatem & decus animo ītrepido ſuſtinere. Quamobrem cum
inter patres tui ordinis ſemper fueris ab omnibus exiſtimatus ſummæ integri/
tatis religionis & iuſtitiæ vnicum exemplar:haud dubie mihi perſuadeo: te ita
in hoc magiſtratu geſturum:atq; eo conſilio & autoritate delatam tibi prouin//
tiam adminiſtaturum:vt facile ſis expectationi omnium ſatiſfacturus. Ita vt cō
fidenter dicas cum Paulo. Quādiu apoſtolus Chriſti ſum : miniſterium meum
honorificabo. Et hoc præſertim tumultuoſo chriſtianæ reipublicæ ſtatu:quādo
effuſa eſt cōtentio ſuper principes:& errare fecit eos in inuio & nō in via. Vtinā
futurus ſis tu Domine pientiſſime autor atq; interpres componendæ inter diſſi
dentes diſcordiæ atq; conciliādæ pacis:vt fiat tandem vnum ouile & vnus pa/
ſtor:Et conflatis gladiis in vomeres & lanceis in falces, nō exerceantur vltra ad
prœlium:Sed dormiamus:& nō ſit q exterreat. Hoc autem fore mihi t um tua
virtus tum mite ingenium repromittunt. Super quem enim requieſcit ſpiritus
Domini:niſi ſuper humilem & manſuetum? Impleat Dominus votum meum:
vt quod tacita cogitatione de te mecū reputo:re ipſa tibi præſtare cōtingat. Cæ
terum cōmendo tuæ amplitudini cœnobia & loca noſtri ordinis:in tuæ legatio
nis ditione ſita:& vt ſis illis in patronū atq; adiutorem in oportunitatibus oro
& obſecro. Vale. Ex Fonte bono. Die. xviiii. Octobris. MDXI.

Bernardino Bibiennenſi. XXXIIII.

R Eddidit mihi hodie Laurentius Phyſicus cōterraneus tuus epiſtolam:
quā, vt experimentum caperem tum ſtili, tum manus tuæ, ſcripſiſti ad
me. Satiſfeciſti tu mihi pleniſſime:& re vera magis q̄ pro ætate, q̄ pro expecta/
tione mea. Nam & coniunctam modeſtiæ grauitatem, in adoleſcente præſertim
nō potui non probare:& caracteres litterarum decori ſatis, & æquales, ac com/
mode exarati, mihi viſi ſunt. Aegre tuli:ꝙ cum mihi diu vicinus fueris: quando
vix duobus milibus paſſuum a noſtro ſeceſſu Caſentinate diſtat oppidū tuum:

tam tarde te nouerim. Neq; enim procul perquiſiſſem mihi cancellarium con/ducere: quem prope & in promptu habuiſſem. Verum data iam alteri fides: qui bienniũ olim functus eſt hoc munere apud me: nõ me ſinit ĩpreſentia cõuenire tecum. Si ſuperſtites aliq̃diu fuerimus: poterimus aliquãdo tibi, immo vtriq; noſtrum, obtemperare ac morem gerere. Impleat Dominus amborum vota: a quo eſt omne datum optimum. Cæterum quandocunq; nos adeũdos decreueris: viſuri te ſumus q̃libentiſſime. Tu vero feres æquo aĩo: ſi modo fraudaris deſyderio tuo, Cucurrit alter, te citius: & præripuit tibi ſcribæ offitium apud me. In meliorem partem, quicquid euenit, pro tua prudentia & moderatione accipies. Etiã abſq; noſtro cõtubernio, te diligam: ita exigentibus meritis tuis ac moribus. Interea litterarum ſtudiis incumbe, vt facis: & contende bene ac beate viuere. Sic enim fiet tibi: quod Timotheo ſcribens apoſtolus admonet. Nemo adoleſcentiã tuam contemnat. Quod nimirũ tũc accidit: cũ vita ipſa eruditioni & doctrinæ conuenire dignoſcitur. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Octobris. MDXI.

Petro Abbati Cynthorii. XXXV.

g Ratularis pro aſſumpto apud me vicario, abbate Fauentino: & merito gratularis. Frater (inquit) qui adiuuatur a fratre, tanq̃ ciuitas munita. Et nemo bene poteſt duobus Dñis ſeruire. Male enĩ poſſum conſulere familiæ moribus, & cuſtodiæ vitæ regularis: ſi implicari voluero negociis temporalibus: incumbere ſuppellectili: ſcrutari ſingula: & indignari ad quæq; perdita ſeu neglecta ſubſtantiolæ meæ. Feci itaq;: quod ille rex ægyptius: & conſtitui ſuper familiam meam vicarium & oeconomum fidelem atq; prudentem: vt det illi cibum in tempore. Partito inter nos adminiſtrationis onere: vterq; ſuum, minus graue ſentiet. Quando etiam placuerit Domino: vltra aliquid amplius forte facturus ſum: Si modo non defuerit modus: quo ſine meo ipſius periculo, & mihi & ordini prouideri decenter poſſit. Quirinus, cuius aduentui in Eremum cõgaudes adhuc febricula continua tentus lectulo iacet. Curam illius nulla in re negligimus. Cœlum fortaſſe immitius curationi eius aduerſatur. Quamuis longe eſſe conſueuerint febres autumnales. Dominus cõſeruet eum: & in priſtinã reſtituat valitudinem. Eſt ſane vir: quem maximi facimus: vtpote moribus & doctrina inſignem. Præbet tibi (vt video) plus negocii q̃ putaueris aduerſarius tuus. Et miror: q cum habeas iudicem (vti fama eſt) integerrimum: res adeo in lõgum producatur. Cõmendaui ei cauſam hanc veſtram, haud multo ante: præcatus, vt ſententiam ferret in fauorem eius: qui potioribus meritis fulciret: & ꝓ quo ius ſtaret. Superfluum arbitror, iterum (vt poſtulaſti) aures dignationis eius obtundere. Inſta tu oportune importune apud eũ: vt dirimat litem: nec te ſuſpenſum teneat. Melius eſt enim, vt dicitur ſemel ruere: q̃ ſemper pendere. Vale. Ex Fõte bono. Die. xxx. Octobris. MDXI.

Theophilo Abbati Balnei. XXXVI.

a Vdiuimus ab iis: qui Balneo profecti hac tranſierunt: venerabilem fratrem & conſacerdotem tuum naturæ conceſſiſſe. Fuit mihi nuncius ſane moleſtiſſimus: idq; potiſſimum tui gratia: quem arbitror male ſibi potuiſſe a luctu, & lachrymis temperare, ob tam inopinatum germani cariſſimi deſyderium. Neq; enim ſtipites aut ſaxa ſumus: vt non moueamur carorum de

ceſſu.

ceſſu. Fleuit, vt reliquos prætercam, Dominus Lazarum. Quod videntes q ade rant: ecce (inquit) quomodo amabat eum. Spero ego nihilominus: qui noui cõ ſtantiam & virtutem animi tui: non exceſſurum te gemituum & plorationis fi/ nes: qui tibi a ſacro præfixi ſunt eloquio. Fac, ait, luctum vno die vel duobus. Hoc te admiſſurum ſapientis conſilium, mihi perſuadet prudentia tua: teq; non adeo ob mœrorem deiiciendum animo: vt imperare dolori nec ſcias nec poſſis. Obiit frater: quem ſciebas natum fuiſſe mortalem. Siquidem ſtatutum eſt hominibus, ſemel mori. Nec eſt q querаris: nimium feſtinam & celerem tibi vi ſam fuiſſe migrationem eius: quando vnicuiq; a deo immortali mortis termini conſtituti ſunt: qui præteriri non poſſunt. Incerta & mille quotidie caſibus obno xia eſt vita noſtra. Anni (inquit) noſtri ſicut aranea meditabuntur. Quid enim fragilius ac velocius deficiens: q̃ annorum noſtrorum curricula: quæ merito ara nearum filis comparantur? Quamobrem ſi te ipſum collegeris: ac virum præ/ bueris: ages gratias deo: q talem tibi fratrem dederit: qui religioſam & bene inſtitutã vitam duxerit. De quo ſperare licet: q ſicut pie vixit, ita & pie mortuus ſit. Siquidem mortis qualitas, ex vitæ ratione pendere exiſtimanda eſt: & ex præ teritis vitæ actionibus ponderari debet. Nec ægrius feras: q adhuc potuerit ali/ quandiu ſuperſtes eſſe. Nam præterq̃ q nullus hac promiſſione naſcitur: diu in hoc ſæculo quis iudicabit cenſendum: in quo eſt aliquid extremum? Si non de/ ceſſiſſet mõ: erat paulopoſt naturæ ſatiſfacturus. Deniq; nõ recte lamẽtaris: q in portũ delatus, citius enauigauerit: nec ſit amplius vllius tẽpeſtatis pcellæq; picu lis expoſitus. Functus eſt ſacerdotio: & optulit incenſum dignum in odorem ſua uitatis Domino. Pro functo ſancte ac pie munere: fraudandum ipſum nequaq̃ putes corona iuſtitiæ: quẽ reddet illi Dominus iuſtus iudex. Erige itaq; animũ: & abſterge ſi tamen adhuc deflere (quod minime arbitror) nõ deſtitiſti: abſterge inquã, lachrymas ab oculis tuis: & gratulare potius germani tui gloriæ atq; im mortalitati: ad quam de hoc ſæculo neq̃ tranſlatus eſt. Præceſſit te in æternam requiem: vbi germana caritate aſſiſtat pro te ante Dominum: & p tua incolumi tate deprecetur. Tu quoq; viciſſim fratris ne immemor ſis: & pia illum ſemper recordatione ſinu mentis confoueas. Ora pro eius obitu aſſidue: & iube offerri ad altare immaculatam hoſtiam pro animæ ipſius requie: vt ſi quæ ei maculæ de terrenis contagiis adhæſerunt: Domini clæmentia penitus deleantur. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Nouembris. MDXI.

Alexandro Capellano Luci. XXXVII.

c Ommendaui abbatiſſæ neptem abbatis Vergareti: puellam vtiq; pu/ dentiſſimam, atq; integerrimam, & ſingulari honeſtate præditam: & apud me multorum relatione ac teſtimonio admodum cõmendatam. Adeo enĩ eam continenter vixiſſe affirmant: vt pudore & verecundia, ingentia ſibi pepere rit ornamẽta: nec inuentus ſit aliqñ: qui de illa ſiniſtrum aliquid aut impudicum fuerit ſuſpicatus. Opto itaq;: vt in monaſterium iſtud adoleſcentula pro voto ad mittat᷑: & pulſanti benigne aperiatur. Ita n. ſe inter moniales illas habituã cõfi/ do: vt oibus gratiſſima ſit futura eius cõueſario. Nec vereor: quin paulopoſt tu quoq; acceſſurus ſit teſtis vitæ ipſius cotinentiſſimæ: cognituruſq; facile: eſſe eã

merito annumerādā inter prudentes virgines: quæ accæptis lampadibus ſum
pſerunt oleum ſecum: vt ſponſo occurrerent. Deniq; ſit tibi cōmendata. Vale. Ex
Fonte bono. Die. v. Nouēbris. MDXI. Ambroſio Priori Angeloꝝ. XXXVIII.

Vdio Piſanum concilium (ſi tamen concilium dici debeat: quod inui/
a to ac repugnante Pontifice indictum eſt) Kalendis nouembribus in/
cohatum fuiſſe: ac præter quatuor Cardinales, multos etiam prælatos
tranſalpinos, & doctores complures eminentiſſimos, eo cōueniſſe. Cupio iccir/
co abs te fieri certior: an ita ſe res habeat. Neq; enim parui momenti exiſtiman/
da foret. Quid enim aliud ſonaret duplex curia: niſi vt diuideretur Chriſtus: ac
ſi acclamarent ptes: Ego quidem ſum Pauli: ego autem Appollo. Dñs qui odit
eccleſiam malignantium, conſulat eccleſiæ ſuæ ſanctæ: neq; permittat ſcindi tu/
nicam ſuam incōſutilem, & deſuper contextā per totum. Si inualuerit ſchiſma:
vt erigenda ſint duo altaria: vhæ mundo a ſcandalis. Significabis itaq; certi ali
quid: ſi quid comptum habueris. De interdicto quoq; ſcribes, quid ſentias: vtrū
elapſo termino ſuſpenſionis, cōtinuandum putas: an priuſq̄ elabatur terminus,
redituros iſtos in gratiā cum pōtifice arbitreris. Neq; enim præterire te iſta po
terunt: qui in media vrbe habitas: & habere te frequēter cum ciuibus primariis
colloquia nō dubito. Sunt nāq; iſta eiuſmodi: quæ nos quoq; in ſolitudine cōmo
rantes, ignorare minime oporteat. Siquidē vniuerſos tangunt: tam eos q̄ prope
ſunt: q̄ eos, qui procul. Vale. Ex Fonte bono. Die. vi. Nouembris. MDXI.

Nicolao Valorio. XXXVIIII.

v Ide quanta ſit mea erga te fiducia: q̄tum de tua humanitate præſumam.
Quotidie meo nomine requireris: vt in negociis, quibus præmor, me
cum ſis: & mecum labores. Et ego nihilominus, aliis ſuper alias interpellationi
bus, eſſe tibi moleſtus pgo. Hoꝝ nimiꝝ incōmodorū tuoꝝ (pace tua dixerim)
ipſe tibi autor es. Tanta enim caritate ſedulitate ſtudio, res amicorū & noſtras
precipue tractandas curandas atq; abſoluendas, pro tuo liberali ingenio ſuſci/
pis: vt parum interdum habeatur a poſtulātibus modeſtiæ ratio: quin te in dies
onerent magis. Cogitare te intelligunt: nō eſſe te tibi ſoli natum: verum pro ac
cæptis a Domino talentis negociari ſolicite: vt cum vſuris & fœnore illa ad mē
ſam numularii cœleſtis multiplicata reſtituas. Dabis itaq; veniam: ſi modo quo
q; aliquid tuæ magnitudini noui oneris imponendum conſtituerim. Quid cu/
piam: paucis accipe. Allatum eſt ad me per hos dies volumen: quod inſcribitur
Quincuplex pſalterium: Gallicum videlicet: Romanum: Hebraicum: vetus: &
conciliatum: cum expoſitione atq; emendatione cuiuſdam Iacabi Fabri Stapu
leñ: viri meo iuditio litteratiſſimi: & in diuino eloquio erudituſſimi. Et quoniā
impreſſum fuit hoc opus in Gallia, in cœuobio Sācti Germani, iuxta muros Pa
riſienſes: idq; biennio ante: atq;, vt audio, in Italia huiuſmodi exemplaria ægre
alicubi reperiuntur: non ſuccurrit mihi alius quiſpiam: per quem facilius ſpera/
uerim poſſe me fieri compotem voti mei: q̄ per te Valori humaniſſime. Siue enī
quia fuiſti alias orator apud Regem: ſiue ob iuge iſtius ciuitatis cum gallis co/
mertium: facile mihi perſuaſi, non defutuꝝ tuæ nobilitati modum: vt inde affe
ratur Florētiam meo nomine memoratum opus. Et quicquid erogatum fuerit,

tum

tum in eius emptionem tum in delationem ad te:libentiſſime ſatiſfaciam. Nec mireris:q tantifaciam librum iſtum. Nunq̃ enim legiſſe me memini cōmentaria in pſalterium:quæ mihi magis cordi fuerint. Multū ſane Fabro huic tribuo: quem accæpi adhuc viuere:& multa alia volumina edidiſſe: eſſeq non minus ſanctimonia,q̃ eruditione inſignem. Non te obtundam pluribus. Curaturū enim te ſpero negocium haud minore diligētia:q̃ ſi tuum foret. Vale. Ex Fonte bono Die.xvii. Nouembris. MDXI.

Benincaſæ Priori Pratalis. XL.

n On fuiſſe te veritum, admonere Principem:vt a preſſura cleri & impoſitionibus abſtineat:probo magnopere. Nam ſi etiam nō multum profeciſſe tua exhortatione, tibi acciderit:ſatis tibi fuerit, explicuiſſe partes tuas:neq diſſimulaſſe cum amico minus tuta apud deum, ipſius cōſilia. Nolite, ait tangere chriſtos meos. Quoniā, vt alibi dicitur, qui eos tetigerit: tanget pupillam oculi mei. Habent Florētini:vnde euidentiſſima petāt exempla:quibus etiam plurimum terreantur:ſi perſiſtentes in ſententia falcem obſtinatius miſerint in meſſem alienā. Nō ſunt facienda mala:vt veniant bona. Alioquin caueat ſibi, qui ſecus fecerit:ne ſuper eum rideatur a dicentibus. Ecce homo:qui nō poſuit deum adiutorem ſuum:ſed ſperauit in multitudine diuitiarum, nō dico ſuarum:ſed (quod longe periculoſius eſt) Dominicæ hereditatis. Spem auxilii ſui, & ſalutis ſuæ fidutiam, in deo collocet:non in abundantia tranſitoriarum opum rerumq labentium:qui vult fieri compos iuſti voti ſui. Itaq oſtendiſti amico tuo fidem:aperiens ei piculum, in quo verſatur:ſi vexare perrexerit, inuito pontifice, ſortem Domini. Signa ei & portenta:quæ pauloante Florētiæ, & in ipſius præſertim palatio, viſa ſunt:ingenue ſatis cōmemoraſti:quæ, ſiquis pacata mente conſyderet:haud temere territus cōtremiſcat. Quid enim nocturna illa fulmina, præter temporis huius rationem, totum fere palatium puagata:quid tria illa lilia, ſuper hoſtium palatii ſita, vnius ictu fulminis ſimul exuſta & concremata ſignificent ac portendant:non eſt meum explicare. Vnuſquiſq in ſuo ſenſu abundet. Ego, vt prodigia iſta bonum innuant, & non malum:vehementer cupio. Verum de his tecum modo:ſatis ſuperq. De interdicto nondū factus ſum certior: an Florentiæ obſeruetur. In Arretina dioceſi, vbiq apertis ianuis audio celebrari. Ego tamen ſcrupuloſior, nōdum id facere auſus ſum. Et licet trepidare me exiſtimem timore, vbi non ſit timor:quia tñ dies mali ſunt: præſtolabor tam diu, donec compertam habeam rei veritatem. Tuum præterea viuendi apud Fontem bonum, deſyderium: & erudiendi iuniores noſtros: non improbo. Vbi fuerint profeſſi: cogitabimus mature quid agendū fuerit: & pro tempore capiemus conſilium. Dominus autem quod bonum iudicauerit in oculis ſuis: faciat. Vale. Ex Fonte bono. Die.xviiii. Nouembris. MDXI.

Thomæ Strozio, Priori Sanctæ Mariæ ad Saxum. XLI.

s Atiſfeciſti tu mihi hodie pleniſſime binis litteris tuis, ad leuādum ſcrupulum īterdicti. Trepidabamus timore, vbi nō erat timor. Benedictus Deus:quo autore factum eſt, ne diutius verſaremur in tenebris:& præ ignorantia caligarent oculi noſtri. Agimus tuæ pietati gratias:pro ſua erga nos beniuolentia & fide. Monuiſti me de ſingulis:quæ ad rem pertinerēt:& quæ a pruribus

fide dignis,de eodem negocio accæperas,abunde & perſpicue mihi ſignificaſti. Atq;(vt ſcias)omnem mihi ex animo hæſitationem,lectis litteris tuis,ſublatã fuiſſe:iuſſi continuo,ne a campanarum pulſatione abſtinerent:atq; vt apertis ia nuis diuina offitia cantu cõſueto perſoluerent:& bene pſallerent domino in vociferatione,monachi & fratres noſtri.Reuera indecens & minus rationi conſentaneum videbať:vt ſontes & innoxii pari pœna multarentur.Satis etiam abſq; obſeruatione interdicti elanguerat feruor:atq; vt fœnum,areſacta fuerat deuotio:quando frequentatione diuini cultus,alacrius atq; vigilantius excitari poterat atq; accendi.Quid putas futurum fuiſſe:ſi intermiſſis diutius eccleſiaſticis cerimoniis,nullo expergefacti campanarum ſonitu,nulla pſalmodiæ prouocati dulcedine,multi deſidiæ indormiſſent?Merito itaq; repetam.Benedictus Deus: qui non permiſit nos tentari ſupra id,quod poſſumus: ſed fecit cum tentatione prouentum:vt poſſimus ſubſtinere.Vale.Ex Fonte bono.Die.xx.Nouẽ.MDXI.

Vincentio Quirino,Veneto.XLII.

e Xiſtimare me facile potes oblitum tui & ſocioꝝ,qui ſunt apud te: quãdo hactenus ex quo ad vineam iſtam mutandi cœli gratia te cõtuliſti neq; litteris neq; corporali acceſſu te viſitaui.Non ſic tamen ſe res habet. Solicitus ſemper fui pro te:vbi primum iacere cœpiſti ex febre:obſecrans dominum vt te nobis incolumen reſtitueret.Et gratias ago deo:q; ſicut mihi retulit cãcellarius noſter,qui te meo nomine adiit nudiuſquartus,haud parum cõtulerit tuæ valitudini mutatio iſta aeris ſalubrioris.Opto itaq;:vt eius benefitio ſedulo vtaris, ad morbum penitus vincendum.Quod celerius meo iuditio cõſequi poteris:ſi omnem ex animo triſtitiam eieceris:ac ſuperciliorum nubem ad hilaritatem iucunditatemq; conuerteris.Gaudete(inquit) in Dño ſemp:iterũ dico gaudete.Atq; alibi.Hilarem datorem diligit Deus.Forti animo ſuperãda ſunt oĩa: quibus præmimur,dum peregrinamur a Dño.Siquidem morbus animi,morbus corporis eſt.Spero autem hanc tuam ex Fonte bono ad vineam profectionem,nõ minus animo q̃ corpori mirifice collaturam. Quemadmodum enim cœli clæmentia ad recuperandas vires & corroboranda genua debilia tibi profuerit:ita quoq; vineæ proſpectus & ſiquando eam ſereno cœlo luſtrandam cẽſueris,conferre ſpiritui longe vtilius poterit.Subituram enim animum tuũ crebrius cogitationem puto:inuitari nos a domino ac patrefamilias illo cœleſti ad laborandum in vinea ſua:& ſiquos inuenerit ocioſos ac deſides,ab eodem durius increpari,& probris ac conuitiis affici.Quod tum ſuo iure audenter facit: tum vero iccirco liberius in nos inuehitur:q; magnam nobis pro opere mercedem repromittit.Adhæc vnumquenq; noſtrum ſuæ vineæ oportere eſſe cultorem:vt vere vitis palmites eſſe mereamur:vt in ea manentes,fructum plurimũ afferamus.Curandum eſſe propterea,ac dies nocteſq; ſolicite vigilandum:ne vinearum noſtrarum maceriæ deſtruantur:& vindemient eas,omnes,qui pretergrediuntur viam,ac feræ immanes depaſcantut illas atq; populentur. Hæc & alia huiuſmodi de ſcripturis diuinis ex contemplatione iſtius vineæ ad memoriam reuocantem,audire te mihi videor pſallentem ex corde,ac dicentem Domino,pro cuſtodia vineæ tuæ. Deus virtutum conuertere : reſpice de cœlo &

vide:

vide:& viſita vineam iſtam:& perfice eam quam plantauit dextera tua. Diutur/nior abſentia noſtra & paterna fidutia, vt eſſem modo tecum longior effecere. Tu vero qm̃ ad me viſitandum venire promiſiſti, caue: ne prius venias q̃ peni/tus fueris ex omni parte confirmatus: nequando (quod abſit) immatura viſitandi mei voluntas obſit valitudini. Paulum noſtrum & Sebaſtianum ſaluta ex me. Dominicũ quoq; ſalutis tuæ ſtudioſum hortare meo nomine: vt ſedulum ac fi/dele erga te miniſterium nequaq̃ intermittat. Vale. Ex Vinea Muſoleæ. Die. vlti/ma. Nouembris. MDXI.

Vincentio Quirino Veneto. XLIII.

q Vem mihi cõmendaſti ſcias non ſolum in Eremo & vtroq; noſtro Camaldulo verumetiam in pluribus aliis ordinis noſtri cœnobiis fuiſſe probatũ: & ab omnibus pro ingenio ſuo malo prauoq; idẽtidem reprobatum. Non ſum niſi fallor immitis: vt non omnibus compatiar: Sed cauendum eſt paſtori: ne vnius ouis morbidæ gratia totum gregem cõtaminet. Huiuſmodi pe/ſtilentes fratres procul arcendi ſunt: & tanq̃ membra putrida a corpore præci/dẽda. Non tamẽ idcirco improbamus clæmentem naturam tuã & ad miſericordiam facilem. Eſtote (inquit) miſericordes: ſicut & pater veſter cœleſtis miſeri/cors eſt. Ego vero in religione non pauca expertus ſic exiſtimo: ſummã eſſe pietatem in reiiciẽdis improbis, atq; contemptoribus vitæ regularis, & ſubdi recuſantibus, videri eſſe crudelẽ. Itaq; abeat in pace. Quod vero me alloqui cupias: viciſſim & ego eodem deſyderio tecum certo. Haud magno ſane locorum interuallo diuidimur: ſi diſtantiam itineris conſyderemus. Sin vero imbecillitatem corporis tui haud penitus ex mala valitudine confirmati perpẽdimus, & rigorem ſcæuientis hyemis ac ventorum vim: non paruum iter exiſtimari debet quod non ſine recidiuæ (quod abſit) periculo aggreſſurus fores. Quare hortor nobilitatem tuam: vt ſe domi tantiſper ſaltem contineat: donec ſerenior & pa/catior illuxerit dies. Si quidem opto te diutiſſime bene valere. Ex Muſolea. Die xviiii. Decembris. MDXI.

Guardiano Sancti Laurentii de Bibbiena. XLIIII.

r Etulit mihi, ſcedulæ huius lator: nup ſe abs te, & benigne fuiſſe auditũ: & hoſpitio excæptum, cõmodiſſime in iſto cœnobio pernoctaſſe. De/bere ſe plurimum fatetur tuæ pietati. Ducturus modo ſecum ſontem: cuius animã perdere ſathanas conatus eſt: noluit ſine mea iterata cõmendatio/ne te conuenire. Pauperes quidem ſunt: & aliena potius miſericordia indigẽtes: q̃ vt conferre multum in gazophilatium queant. Supplebit inopiæ defectui bona ex parte pœnitentia criminis: & quibus non ſuppetunt ad oblationem diui/tiæ: ſatiſfacient, vt ſpero ad contritionem lachrymæ. Cor enim contritum & humiliatum deus non deſpiciet. Neq; vero exigua eſt ſatiſfactionis pars, delicti admiſſi ac ppetrati ſceleris verecũdia. Sed hæc ſuperfluo tuæ Paternitati ſuggerũ/tur: quæ & prudens: & mitis eſt. Erunt tibi ambo commẽdati: vt caſtigati, & nõ mortificati, abs te in pace dimittantur. Vale. Ex Muſolea. Die. xxii. Decembris. MDXI.

Ioanni de Laterina Notario. XLV.

c Onuenit heri me gener tuus Puppienſis: redditq; mihi tuo nomine vna cũ humaniſſimis litteris libros duos: olĩ apud Fontẽ bonũ manu

tua exaratos atq; conſcriptos. Grata mihi fuerunt omnia: vtpote ab homine tum mei tum ſacræ noſtræ Eremi amantiſſimo profecta. Nec poſſum nõ commendare pium ac religioſum conſilium tuum: q vocatis a Domino ad ſempiternã vitam duobus filiis tuis conſtituere volueris hæredem ac participem facere laborum tuorum Deũ optimum maximum. Quem precabor: & vt idem mecum faciant Eremitas noſtros admonebo: vt pro temporali oblatione immortalem atq; indeficientem hæredites gloriã. Sicut pollicetur apoſtolus. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Chriſti. Erunt nihilominus apud me atq; eremitas libri quos miſiſti monumentum perpetuũ & ſingulare pignus amoris erga nos tui: pro quo haud ſane ignobili munere agimus gratias tuæ pietati. Si parum tibi officioſus viſus fuero ob tardiuſculam gratiarum actionem: hanc in mandatarium tuum culpam reiicies: qui poſt duorum menſium interuallum iuſſa tua impleuit. Vale. Ex Muſolea. Die. xxvii. Decembris. MDXI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. XLVI.

PRidie natalis Dñi rediit ad me abbas Balnei cũ Venetis noſtris: quos pauloante ierat viſitatum ad Vineam Eremitarum. Alliciente tunc ſereno & pacato cœlo decreuerãt pariter Florentiam petere. Subiecit calcaria ſpõte currentibus. D. Bernardus monachus Angelorum: quem hic apud me offenderunt. Quãuis autem interdicti gratia minus probarem illorum conſilium: nõ contendi tamen reuocare eos ab inſtituto itinere: inclinãte imprimis ad id Vincentio: qui celebritate vrbis illectus, ſemel eam videre cupiebat. Cogitaui præterea profuturam illi hanc profectionem: q viſis ibidem haud contemnendis cœnobiis noſtris pluris eſſet facturus Camaldulenſem ordinem: & conſpecta ſemel Florentia trãquilliore animo foret Eremum ingreſſurus. Deniq; nudiuſtertius hinc abierunt. Viſus eſt mihi Quirinus ipſe iucundior ſolito atq; hilarior: & in iis, quæ ad diuinum attinent cultum admodum propenſus: delectariq; in Domino. Ex eius affabili cõgreſſu deprehendi ſilentium eius præteritum ac circuncisũm parcũq; ſermonem nõ fuiſſe ingenii ſed morbi. Cæterum vt ſcias mecum nihil ſecretius cõmunicauit: quid ſibi eſſet animi. Cum abbate tamen familiariſſime conuerſatus: adeo vt præter natalis Dominici diem quẽ omnes pariter in ſacello noſtro cõcelebrauimus, horas canonicas ſimul dixerint: ſecreta cordis ſui magna fiducia illi aperuit. Deniq; in articulo profectionis ea mihi abbas retulit de bona & ſtabili Quirini mente: vt omnem prope deleuerim ex animo ſuſpitionem, metumq; ſuſtulerim: quin ſit in Eremo tecum victurus. Cur etiam tecum conferendum apertius non duxerit votum ſuum: vbi cauſam noueris ſpero non improbabis. Prudens eſt, ac timens Deum. Et nouit ſcriptum eſſe. Totũ ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens autem differt ac reſeruat impoſterum. Haud itaq; temere aut in contemptum tui quem maximi facit, id ab eo tecum diſſimulatũ putes. Hortor te iccirco: vt omnẽ ex animo ſcrupulũ ſi qs te interea ſtimulat & pũgit funditus euellas: & timorẽ ſi quẽ habes de reditu ipſius in Eremũ deponas. Eo. n. Florẽtiã ꝓfectus eſt animo: vt paucis poſt diebus ad optatã diu ſe recipiat ſolitudinẽ: quã præferri ab ipſo audio cæterarũ omniũ cõgregatio

num

num atq; ordinum inſtitutis. Vale. Ex Muſolea. Die. xxviii. Decembris. MDXI.

Vincentio Quirino Veneto. XLVII.

P Lacituram tibi Florentiam nunq̃ dubitaui. Eſt enim eiuſmodi ſi ædes ſacras ſi ꝓfanas ſi xenodochia & alias ſtructuras miro artificio ex ædificatas conſyderes: quæ ob ſui venuſtatem atq; elegantiam merito placere omnibus debeat. Quæ ſint ciuium iſtorum ingenia qui mores & ſtudia: ex illorum congreſſu facile potuiſti animaduertere. Quamobrem ſi a ciuitatis antiſtite & aliis tum religioſis tum primariis ciuibus officioſe habitus es, atq; humaniter accæptus: nō eſt ꝗ mei gratia id factum putes: ſed tuo merito. Nō enim es tu is: qui latere diu apud Florentinos potueris: cum ſuapte natura procul odorentur hominum præſtantiam: & ſapientibus atq; eruditis mirifice deferant. Porro ſi Camaldulenſes noſtri benigne te admiſerunt, hoſpitalitatem ſectantes quam omnibus debēt: impleuerunt pariter & munus ſuum & votum noſtrum. Verū vti ex parte arbitror: feciſti tu (qua es moderatione & modeſtia) magna de par uis. Vnum ſatis credo: non defuiſſe bonam erga te voluntatem. Non eſt improbanda ea (quam ſcribis) de cauſa diuturnior tua iſthic commoratio: vt bene cōfirmatus ex infirmitate ad nos redeas. Spero autem te non ſolum corporis confirmationem expetere: verumetiam frequenter Dauidicum vſurpare ſermonē. Redde (inquit) mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Et rurſum. Confirma hoc Deus: quod operatus es in nobis. Remittentur ad te iumenta ſtatuto tempore: ſicut petiſti. Sunt enim complures: qui ſingulari deſyderio præſtolantur reditum tuum: quorum memoria nunq̃ excidis: qui te ingenti proſequuntur pietate. De impoſita clero pecunia idem ſemper opinatus ſum: ꝗ Iulio ſuperſtite non foret exigenda. Durum eſt enim contra ſtimulum calcitrare. Solicitus fuit hic maximus ſacerdos pro conſeruanda immunitate eccleſiæ. Quo fit: vt non diffidam, futurum illum in Flaminia compotem voti ſui. Non enim in arcu neq; in haſta ſaluat Dominus. Indulgent Galli humani ingenii vitio ſpei ſuæ: & confidunt in virtute ſua. Chriſti Vicarius qui prœliatur prœlia Domini, confidentius ad bella procedit: ſperans fore: vt apprehendat arma & ſcutum: & exurgat in adiutorium ſibi. Quo tamen inclinatura ſit res: paulo poſt audietur. Dominus qnod bonum eſt in oculis ſuis faciat. Vale. Ex Muſolea Die. xvi. Ianuarii. MDXII.

Iordano Sabino. XLVIII.

S I inueniſti locum qui tibi admodum placeat: vtpote ad implenda vota tua bene accommodatum: agendæ ſunt non mihi qui te iſthuc miſi ſed Deo immortali gratiæ: quo inſpirante factum eſt: vt ad cœnobium quod tibi eſſet futurum gratum mitterere. Omne enim datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt: deſcendens a patre luminum. Aduētus meus Florentiam quem tantopere expetis non erit ante initium quadrageſimæ: quo expeditiore itinere minuſq; niuibus obſito ac cœlo etiam mitiore equitare mihi contingat. Habēda eſt enim mihi ætatis iam prouectæ ratio. Tuum erit interea periculum facere inſtituti monaſtici quod arrepturus es: & conſulere vires corporis: vtrum futuras illas pares exiſtimes ad perferendum religionis onus.

Eſt quidem iugum Domini ſuaue & onus eius leue. Contra vero ei qui ſpiritua/ li militiæ addictus eſt, non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed ad uerſus principes & poteſtates aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ. Quã obrem ne tibi perſuadeas illectus iugi Dominici ſuauitate fore facilem atq; pa/ catũ religionis inſtitutum: niſi ſtrenuus futurus ſis pugil: & bene loricatus atq; armatus diuino adiutorio hoſtes ſuperaueris. Militia eſt (inquit) vita hominis ſuper terram. Non coronabitur: niſi qui legitime certauerit. Non hæc ideo ad te ſcribo: vt te terream: ſed potius vt minus te feriant iacula longe ante præuiſa. Va le: Ex Muſolea. Die.xvii.Ianuarii.MDXII.

Antonio Putio Subdecano Floren.LIX.

r Ediit Vincentius noſter cum ſocio ad nos: rediit autem iucundus & læ tus: multis efferens laudibus vrbem iſtam & ſuburbana eius. Retulit autem imprimis: q̃ officioſe ac benigne tum religioſorum tum ciuium aſſiduus ſecum fuerit congreſſus. Nam vt de colendiſſimo archipræſule taceam: cuius er ga ſe humanitatem magnopere admiratus eſt: tantum ſe ſuæ pietati debere fate tur: vt non poſſit magis. Gratiſſima (inquit) fuit mihi Putii ſacerdotis optimi conuerſatio: ſuauiſſimum viri eruditi ac diſerti colloquium: admiranda & vere caholica concionatoris doctrina. Non dico ad gratiam comparandam: ſed lo/ quor pro veritate: Adoleſcentiam tuam tanq̃ alterius Timothei non modo non contemnit: ſed etiam maximi facit. Inſuper & me ſalutauit tuo nomi/ ne: & q̃ prompto fores animo in me ac ſacram noſtram Eremum, ſiqua in re tua opera indigeremus, pleno retulit ore. Pro qua re magnas tibi agimus gra/ tias. Et quoniam incidimus in tempora periculoſa: & ego libenter, ita ſuaden/ te ætate quieti indulgeo: ſi quid noui acciderit quod ſolitariæ vitæ noſtræ ad/ uerſaturum ſit: non alio q̃ te vtar interceſſore. Scio enim q̃tum poſſit autorita/ te & gratia patruus tuus, tibi affectione pater apud Pontificem. Apertius ſi opus fuerit rem tibi ſignificabit Quirimus noſter. Deniq; ſi me meoſq; a labore ven/ dicaueris: nos tibi q̃ cumulatiſſime obnoxios feceris. Vale. Ex Muſolea. Die vlti ma Ianuarii.MDXII.

Ambroſio Priori Angelorum.L.

r Euerſi ſunt heri conterranei noſtri Florentia: cuius conſpectus & reli/ gioſorum ac ciuium benigna conſuetudo plurimum eis cordi fuerunt. Hodie pranſi mecum ad Eremum ſe cõtulerunt. Viſi ſunt mihi bono animo vi tam illam ſolitariam expetere: adeo vt cogar de illorum perſeuerantia & profe ctu in religione optime ſperare. Sit illis a dextris Dñs ne commoueantur: & ſta tuat ſupra petram pedes eorum: vt ſint futuri aliquando columnæ ad ſubſten/ tandam Eremum, atq; ordinem totum fulciendum. Vocati a deo in ſolitudinẽ haud ita multo poſt indicabunt nobis: vtrũ ſicut fore cõfidimus fuerint vaſa ele/ ctiõis. Quod vero alteris lr̃is tuis me hortaris immo adiuras: vt velim eos con ſolari ac potius oẽs vos: ſcito ꝓponi mihi a vobis haud parui rẽ momẽti: & quæ mea ſolius potiſſimũ interſit. Nã & excutere mihi facile onus iãpridẽ humeris meis impoſitũ non licet: & ſi liceret excuſſionis modũ non ſatis tutũ inuenio: niſi gratiæ magis q̃ conſcientiæ voluero inſeruire. Lego ego & relego quotidie

perſcrutans

perſcrutans diligenter ſi forte alicubi ſe mihi aperuerit via: per quam vobis ob temperans ſecurus ingrediar: & nihil niſi confragoſum & aſperum niſi ſentibus ac ſpinis obſitum & quod pungat cor, mihi occurrit. Totiens vobiſcũ cõtuli negocium: tot citaui pro me teſtes magnos viros coram vobis: tot leges & iura eccleſiaſtica ſentẽtiæ & opinioni veſtræ aduerſantia vobis propoſita ſunt: & adhuc perſuaderi de rei veritate non potuiſtis. Mihi tantummodo conſuetudinem multorum obiicitis: & præ creſcendi cupiditate ad imitandos huius ſæculi mores me exhortamini: quos noſtis eo vſq; abiiſſe p deuia: vt pudeat referre. Meũ eſt aliis contemnentibus ſalutis meæ habere rationem: & tunc tandẽ vobis obſequi velle: cum omnis fuerit ſcrupulus de medio ſublatus. Interea oretur Dñs vt quod bonum eſt in oculis ſuis fiat: neq; me vel diem amplius vel horã præeſſe huic ordini ſinat: præter eius voluntatem. Verum de hoc hactenus. Anſelmum monachum ire in Eremum permiſi. Si nõ defuerit ei cella: admittetur ab Eremitis: qui modo multiplicati videntur ſuper numerũ. Sunt enim cũ his qui hodie aduenerunt vltra viginti. Quod vero & tu ſi fueris inde compulſus exire, in Eremo cellam ad habitandum cupias: nõ de futuros puto qui tibi ſuã cedant, futuri ipſi angulo contenti. In Fonte bono cubiculo nõ fraudaberis: ſi in ſuperiore domo repulſã patiere. Miror iſtos adhuc minime flecti: nec ſtatuiſſe a manifeſto errore cõuerti. Adaperiat Dñs corda eorum in lege ſua & in præceptis ſuis. Vale. Ex Muſolea. Die vltima Ianuarii. MDXII.

Vincentio Quirino Veneto. LI.

q Vas ad me nudiuſquartus dediſti, hodie mihi redditæ ſunt litteræ tuæ. Eis paucis reſponſum dabo. Primũ quidem nihil mihi ſignificare gratius potuiſti nihil optatius aut antiquius: q̃ q; exiſtens in Eremo pacatus & contentus viuas. Eſt enim hoc mihi argumentu potiſſimum: non ſolum te ad eam vocatum fuiſſe: verumetiam electum diuino munere vt illam incoleres. Beatus enim vir cuius eſt auxilium abs te: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit. Hæc illæ. Tu quoq; in loco iſto probationis poſitus, quietus nõ eſſes: niſi tibi præſidio eſſet Dñs: & ſemitas quibus ad ipſum contemplandum fruendumq; conſcenderes, in tuis precordiis conſtituiſſet. Sic faciat poſt hac miſericors & miſerator Dñs: in quo cõfidens tranſgredieris murũ: omneſq; ſuperabis difficultates: neq; cuiq̃ labori cedes. Quas vero ſcripſiſti ad Puteum noſtrum nõ vidi. Credo fuiſſe illas traditas monacho in Fonte bono: qui inde erat profecturus: vt eas cum noſtris ſimul deferret Florentiam. Cupio ne ſit futura ea in re neceſſaria eius opera: reuerſis preuaricatoribus ad cor. Si tamen ſecus acciderit: nullo commodiore vti potuimus interceſſore. Quod vero ipſe & alii complures iſtam expetant ſolitudinẽ: & iccirco nos hortaris: vt primo quoq; tẽpore ad conſtruenda in Eremo noua habitacula animũ diſponam: erit mihi ſemper iucundiſſimus eorum aduẽtus: quos ſolo Ieſu Chriſti amore affirmas ſæculum relicturos: & in Eremum ſeceſſuros. Licet autẽ par; ſuppetat nobis viriũ ad erigẽda iſthic de nouo ædificia: nõ diffidimus tñ de miſericordia Dei: qñ ſi quos ad icolẽdã Eremũ miſerit tecta illis decẽtia & panẽ ad mãducãdũ pſtiturus ſit. Veniãt mõ vocati ab eo: neq; de craſtino cogitẽt. Si non

potuerint amplioribus aut ornatioribus cellis admitti:erunt anguſtioribus at/
q; humilioribus contenti : emulatores eius effecti, quem fuerint ardore fidei
ſecuti. De quo legimus. Vulpes foueas habent &, volucres cœli nidos: fi//
lius autem hominis non habet: vbi caput ſuum reclinet. Cæterum mecum
ſemper fiducialiter pro arbitrio loqui poteris:immo ſiquid aliquando mecum
diſſimulaueris:vbi id reſciuero, ægerrime laturus ſum. Vbi præterea aliud ſuc/
currerit:propter quod te interceſſore apud Putium vti decreuero: vltro require
ris. Et forte haud ita multo poſt in negotio non exigui momēti te interpellabo.
Frater(inquit)qui adiuuatur a fratre tanq̄ ciuitas munita. Vale. Ex Muſolea. Die
iiii. Februarii. MDXII. Vincentio Quirino Nouitio. LII.

Vide quid mihi ſuccurrat de te cogitanti. Neq; enim magno interuallo ſubit mihi tui memoria: quando cura tui tanq̄ vnius ex ouibus meis iā ad me qualemcumq; paſtorem cœperit pertinere. Peracto mēſe Ianuario proxime elapſo continua fere ſerenitate atq; clæmentia: adeo vt commutaſſe cum aprili viſus ſit: ac vernam nobis temperiem retuliſſe: quaſi deinduſtria expectaſſe te apparuit nouus hic & quotidianus niuis deſcenſus: vt ſtatim in tuo ad Eremum reditu, ac in ipſius prope ingreſſu, hæc bona alpium incola tibi occurrerit: & veluti de tuo aduentu geſtiens, in amplexus tuos ruerit: ſuoq; te gaudens excæperit hoſpitio. Et quod ſermone non potuit, opere dixiſſe tibi viſa eſt. Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Quem ſeſe ore ferens? Quam forte pectore & armis: militari accinctus gladio ſuper fœmur ſuum? Exiſtimaſſe te quoq; reor: quaſi data tibi dextera ex ea audiſſe. Benedictus qui venit in nomine Domini. Putabunt fortaſſe alii factū iſtud tibi in iis tui ingreſſus auſpitiis ad tentationem fuiſſe: vt territus faciei Eremi aſperitate ac rigore cogitares cōtinuo pedem referre: & aliud cogi inire conſilium. Tentat (inquit) vos deus: ſi diligitis eū. Non negauerim & hoc iccirco potuiſſe accidere: q̄uis ego aliter ſentiam. Nam cum a puero philoſophiæ deditus optime noueris: momentaneum eſſe, quod in hac vita nos præmit: ſempiternum vero, quod in futura expectat: cogitare iſti potius debuerunt: ſuccurriſſe tibi tunc propheticum illud. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt. Non enim cum dulci flatu arridet ac multet fortuna: ſed cū malis & aduerſis premuntur ſeruiētes Deo: tunc maxime lætantur. Olim enim ore ſuo prædicere nobis dignatus eſt Dominus. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, quia ego vici mundum. Hæc te latuiſſe, minime arbitror. Quare vt ad niuem redeam: ſpero ego & confido: haud parum te ex ſolo illius conſpectu documenti percæpturum. Siquidem candore eius admoneberis: reminiſci frequenter oportere ſapientis, vbi dixit. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. Et cum pœnitente Dauid ſæpius repetes in orationibus tuis ad Dominum. Lauabis me: & ſuper niuem de albabor. Succurret quoq; tibi ex niuis albedine: non poſſe te transfigurari cum Chriſto, eiuſq; fieri gloriæ participem: niſi facta fuerint veſtimēta tua alba ſicut nix: neq; licere tibi agnū ſequi: niſi fueris amictus ſtola alba. Quāobrē ne moleſte feras: ſi ea diutius obſita fuerit Eremus: quæ gratulari aduētui tuo viſa eſt: & te ad ꝓficiendum in religione ꝓuocat & inuitat: dies & noctes cō

monefaciens

monefaciens te: vt abiecta penitus ſæcularium negociorum nigredine totum te ad iuſtitiam ad ſanctitatem ad innocentiam, qui eſt candor mentis, Zelo fer/uentis animi compares atq; inſtituas. Hæc tecum Vincenti cariſſime ex abun/dantia cordis: nó ꝙ te huiuſmodi allici parabolis cenſeam indigere. Neq; eni fo ueri eũ monitis atq; adhortationibus neceſſe eſt: quem diuini amoris flama ſuc/cendit. Remitto ad te pſalterium tuum cum fabri commentariis: vt quotidie ex inſtituto Eremi pſalmos ruminans, ſiquid minus caſtigatum ex eis tibi occurre rit, referre te ad ipſum queas. Mihi re vera admodum placuit. Ora vt ſicut mihi voluptati ita & vtilitati eius lectio fuerit: vt tibi qui ipſum mihi cõmodaſti cu/mulatius debeam: cui nihilominus gratias ago. Noſter, vt audio quem emendũ te conſulente in Gallia curaui: paulopoſt ad nos deferetur. Fueris tu autor: vt no ſtra bybliothecula hoc etiam decoretur volumine: & tanto lumine illuſtretur. Vale. Ex Muſolea. Die. vi. Februarii. MDXII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. LIII.

e Rit huic ſcedulæ incluſa epiſtola Putii noſtri: quæ delata eſt adme heri veſperi. Eá ad te mitto, vt videas q̃topere gaudeat de ingreſſu noſtro/rum in Eremum. Porro ſi nó aliud ipſi cogitaſtis de die, qua ad religionẽ admit tendi ſint: & de nominum commutatione: haud ab re exiſtimarem: vt in Dñica quinquageſimæ ideſt iubilei & remiſſionis peccatorum id fieret. Si enim cóſyde res eadem die occurrere hiſtoriam de Habraham: cuius ſingularis obediẽtia & fides paſſim prædicat̃: cui dixerat Dominus: egredere de terra tua & de cogna tione tua: & veni in terram quam monſtrauero tibi: Si aduertas miſſæ ipſius in troitum: Eſto mihi in Deum protectorem & in locum refugii: vt ſaluum me fa/cias, & reliqua: Si epiſtolam Pauli de caritate, ſi euangelium de vaticinio paſſio nis & reſurrectionis Saluatoris noſtri, & de fide illuminati cæci, qui continuo ſe cutus eſt Dominum, quæ in eadem miſſa recitantur, diligenter attẽdas: videbis ea omnia cóuenire huiuſmodi negocio: & apte conſpirare in vnum. Quid ꝙ ea dem die, Petri apoſtolorum principis cathedra: cuius ſunt verba illa. Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Et reſponſum muni ficentiſſimi Domini meruit accipere. Centuplum (inquit) tu & qui te fuerint imi tati accipietis: & vitam æternam poſſidebitis. Huius etiam cathedræ admone/mur celebritate: ne aliquando ab apoſtolicis regulis defitiamus: neq; ſedeamus in cathedra peſtilentiæ. Verum cum alia multa dici poſſint, quæ p voſmetipſos excogitare poteritis: vrgente tabellario ſilentio præteribo. Hoc tantum ſugge/ram tibi: optime quoq; Quirino congruere haud indecoram Petri appellatio/nem. Taceo de induſtria: cur ita ſentiam. Scire te nihilominus volo: me ex abun dantia cordis hæc pauca ſcripſiſſe. Tu vero quem arbitror eſſe Vincentii, tũ ve/teris amicitiæ, tum nouæ affinitatis iure, ſecretorum conſcium: ſcias velim: to/tum hoc negocium me tuo & illius penitus ac ſocii eius arbitrio ac voluntati re mittere: vt eligat vterq; & diem induendi nouum hominem, & nominum com mutationem: prout ſibi magis cordi fuerit tibiq;. Id enim ratum & gratum habiturus ſum: quod vobis, funiculo vtiq; triplici placuiſſe cognouero. Vale. Ex Muſolea. Die. xi. Februarii. MDXII.

Vincentio Quirino Veneto. LIIII.

Iſferre ſtatueram aliquid ad te ſcribere vſq; ad reditum meum in Fon/
d tem bonum:qui ſi placuerit Domino,paulopoſt futurus eſt. Habens
vero tabellarium fidum:præueniendum duxi ſcribendi offitium:& eo
quidem promptius:ꝙ me excitas & hortaris:vt frequentius ad te ſcribam. Be/
ne ac prudenter feciſti:ꝙ ſolari perrexeris cognatos atq; affines tuos per litte//
ras,de tua ab illis migratione,præſertim germanum tuum.Caro enim & frater
tuus eſt.Auiam quoq;, quã matre orbatus pro parente altera ſemp habuiſti,non
minus tua conſolatione indiguiſſe arbitror:vtpote & ſexu & ætate debiliorem.
Verum quod in hac re penitus nõ præſtabit ratio: diuturnitas tẽporis efficiet.
Sicut quidam ait.Hoc minuit luctus:mœſtaq; corda leuat.De ſpe multiplican
di iſthic gregis:& neceſſaria iccirco ouilis ampliatiõe:affectuoſe ſcribis. Et ego
nihil magis cupio:q̃ vt in montibus iſtis virentibus atq; vberrimis videam nu
meroſum gregem paſci:Qui ad operiendum lana:ad comedendum lacte abũ/
det:qui ſit futurus nõ tam ſibi q̃ aliis vſui.De me id tibi potes polliceri:quod de
optime affecto erga incolas Eremi.Erimus paulopoſt ſimul:& cognoſces aper
tius animum meum.Hoc autem potiſſimum cogito:in hoc confido:non miſſu
rum aliquem Dominum in iſtam ſolitudinem:cui non ſit de neceſſariis proui/
ſurus.Qui dat iumentis eſcam ipſorum:& feris præbet latibula:nondeſeret(mi
hi crede)ſeruos ſuos.Quod ſis paratus ſubire ad arbitrium noſtrum iugum
Domini : lætor mirum immodum. Placuit quoq; mihi plurimum: ꝙ gratum
tibi fuerit atq; accæptum conſilium noſtrum. Quadrare mihi ſatis viſa ſunt &
tempus & nomen:ad futuram ſæculi abrenunciationem tuã : propter eas quas
propinquo tuo ſignificaui rationes.Cæterum(quod magis iucunde accipio)cõ
mendo magnopere teſtimonium tuæ erga me voluntatis:cum in votis gerere
te aſſeras,mihi in omnibus velle obtemperare. Spero e diuerſo talem me fore
erga te dum vixero:vt queſturus nõ ſis de me aliquando : quicq̃ me tibi aſpius
ac durius indixiſſe.Futurus ſum ego(quoad permiſerit Dominus)ex offitio,ti/
bi in patrem:& tu ex religionis inſtituto,mihi in filium:& ex pietatis affectu,in
baculum ſenectutis noſtræ.Interea cõmenda,ſicut & nos facimus, vocationem
tuam Domino:vt depoſiturus poſt dies paucos comam,quæ mundi ſordes ſi/
gnificat:& induendus veſtimentis albis,quæ innocentiam præſeferunt : replea/
ris Spiritu Sancto: ſintq; futura præcordia tua,munda penitus : & non calcata
candidiora niue. Vale.Ex Muſolea.Die.xv.Februarii.MDXII.

Cardinali Volaterano.LV.

q Voniam deſyderare te nõ dubito profectum noſtri ordinis,& præci/
pue capitis eius:& a quo emanare facilius poteſt membrorum ſalus:ic
circo ſignificãdum duxi dignationi tuæ:induiſſe heri me in ſacra noſtra Eremo
nouicios duos,patritios Venetos:quorum alter hebraica,greca,& latina lingua
peritiſſimus,haud vulgaribus legationibus & magiſtratibus ĩ patria ſua functus
eſt. Viſæ ſunt abietes illæ oẽs,ne dũ incolæ Eremi geſtire præ gaudio atq; exul/
tare:ꝙ huiuſmodi revera magniviri ducti fuerint in deſertum a ſpũ.Mirati ſunt
vniuerſi,q hoc audierũt.Miratã audio Florentiã totã: apud quã iã percrebruerat
de illorũ aduentu:vtpote qui toto præterito menſe ibidẽ fuerant cõmorati. Quã
obrẽ

obrē cōicamus tecū profectū noſtrū: vt nobiſcū pariter læteris de acceſſione tā ta facta Eremo: agaſq; deo gratias, q; ſuſcitare dignatus ſit de lapidibus filio Abrahæ: Qui ſicut omnes vaticinãtur, labenti & cadenti religioni dorſum ſuppo nere, idonei ſint futuri. De tertio, & ipſo patritio: vtpote qui eſt Iuſtinianæ fami/ liæ, & litteras tam græcas q̄ latinas non mediocriter doctus: nihil repeto: qm̄ cum iam vltra annū vitam in Eremo ſingulari obſeruatione peregerit: latuiſſe non potuit eius aduentus amplitudinē tuā. Quoniam vero per conſtitutiones noſtras cauetur: vt admittendi in Eremum, attigerint. xxv. annum: & in ordine manſerint per triennium: & ſint ſacerdotes: nec licet Generali Priori Eremi in hoc diſpenſare: precor dignationē tuam tum meo tū eremitarum noſtrorum, & ipſorum trium nouitiorum nomine: vt fiat mihi per Pontificē poteſtas, tua in/ terceſſione derogandi his conſtitutionibus: nō ſolū pro his tribus verumetiam pro aliis: qui ſint iſtorum veſtigia ſecuturi. Noſti Domine colendiſſime labora/ re nos in toto ordine reddituū inopia, ob frequentes beneficiorum noſtrorum cōmendationes: verum multomagis hominum defectu. Alliciendi ſunt huiuſ/ modi, vt veniant in Eremum: nō pretextu conſtitutionum veteꝝ reiiciendi. Præ ſtolabimur optatā impetrationē tuam: quā maxime vtiliſſimā fore arbitramur. Vale: Ex Fōte bono. Die. xxiii. Februarii. MDXII. Euſebio Priolo monacho. LVI

n Imirum periti piſcatores eſtis vos: qui annatantes cœnobio veſtro pi ſces magnos & fluitantes in oculis veſtris, cōpræhendere nequiuiſtis. Renouate retia veſtra: & lacera atq; diſciſſa reficite. Videte q̄ ſint no/ ſtra veſtris meliora & integriora: q̄ ſimus in piſcando vobis fortunatiores: cum paruo temporis interuallo iactis adeo procul in illā ſalſuginem retibus tria cete grandia elapſa vobis e manibus cōcluſerimus: atq; in faſtigium alpium pertra/ xerimus. Sed nolo te exagitare acrius: quē arbitror rubore & confuſione perfun dēdum: vbi noueris factum. Dominica proxime preterita die, occurrente cathe dræ apoſtolicæ ſolēnitate admiſimus ad religionē in Eremo Quirinū & Geor gium: eoſq; candidis veſtimentis induimus, muratis vtriq; nominibus. Et Prio ri quidem eſt nomen Petro: alteri Hieronymo. Aderant complures tum mona chi tum laici: exultantes plurimum, & præ gaudio lachrymantes, ac deo agen/ tes gratias: qm̄ bonus quoniā in ſæculum miſericordia eius. Verū de hoc alias plenius. Scripſi ad te modo in re ſeria feſtiuior ac iocoſior: tum propter captu/ ram, quæ ab omnibus magna exiſtimata eſt: tum propter fœliciores patriæ ſuc ceſſus: recæptis vt audiui compluribus vrbibus: quæ in hoſtium venerant ditio nem. Opto vt de reliquis paulopoſt ita eueniat. Nunq̄ re vera deſperaui, ſecus fo re. Eſt enim calix Domini plenus mixto: qui modo humiliat, modo exaltat. Ca ſtigat filios pater: idq; ad ipſorum ſalutem. Difficile eſt in bonis operibus perſe uerare: ſi diutius abſuerit diſciplina. Iuſtus, ait quidā niſi frequenter fuerit admo/ nitus: per negligentiam euaneſcit. Prior fileti futurus harum lator ſit tibi cōmē/ datus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxv. Februarii. MDXII.

Nicolao Valorio Priori Libertatis. LVII.

t Anta eſt mea erga te pietas & fides: vt accæpto hodie promotiōis tuæ nuncio ſane iucundiſſimo, confeſtim me ad ſcribendum cōtulerim: vt

offitio meo ex parte litteris ſatiſfacerem. Quid enim mihi gratius atq; optatius ſignificari potuit: q̄ eum ad ſummum ſuæ ciuitatis magiſtratum euectum fuiſſe: qui & ſapientia ſciret: & bonitate vellet: ſuæ reipublicæ gubernacula ſanctiſſime adminiſtrare? Præeſſe te rebus voluit Dominus: cum nō ſit poteſtas niſi a Deo: hac potiſſimum tempeſtate: vt inter mundanas iſtas varietates atq; vndiq; ſcæuientes procellas non deeſſet: qui conſilio integritate prudentia, iuſtitiæ partes intrepide ac legitime tueretur. Hanc autem totam ciuitatem de tua magnitudine opinionem concæpiſſe audio. Et ego nimirum in conciuium tuorum ſententiam pedibus, vt aiunt, ac manibus venio: vt nō ſolum ſis exiſtimationi de te ſatiſfacturus: verumetiam cumulatiſſime eam ſuperaturus. Gratulor itaq; tibi Nicolae præſtantiſſime ob adeptū ſupremum hoc munus: quod vtinam, vti cupimus & ſperamus, fœlix tibi fauſtumq; futurū ſit. Rectus es ac timens Deum & recedens a malo: atq; in omnibus tibi delatis honoribus aſſuetus iuſte iudicare ꝓximo tuo. Non dubito idem te nunc quoq; in hoc bimeſtri magiſtratu prouiribus eſſe facturum: nec præpoſiturum gratiam humanam diuino timori. Porro vt noueris: meam erga te fiduciā: oro & obſecro, vt ſit tuæ magnitudini vniuerſus clerus cōmendatus: neq; ſinas rēpublicam iſtam inclytā malis claudicare cōſiliis. Cogita pro tua ſapientia cuius ſit momenti: falcem mittere in meſſem alienam: & tāgere Chriſtos Domini: & Petri patrimonium abinuitis poſſeſſoribus permittere extorqueri. Habes, ſicut accæpi collegas: optimos ac ꝓbos ciues: q facile meminerint: quod te geſtare in animo iugiter arbitror, prophetici teſtimonii. Beati (inquit) qui cuſtodiunt iudicium: & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Hæc tecum ex abundantia cordis ſilentio prætereunda nequaq̄ duxi. Es enim eiuſmodi: cui talia ſuperfluo ſuggerantur. Amicum abs te mihi commendatum, & ipſe viciſſim quæſtori meo commendaui: quem ſpero fore compotem voti ſui. Vale. Ex Fonte bono. Die prima Martii. MDXII.

Euſebio Priolo Monacho Sancti Michaelis Murani. LVIII.

a Vdita Brixiæ ſtrage: ꝙ cū eam primo impetu & irruptione cæpiſſent hoſtes: non modo armatos ac ſe defendentes, verumetiam imbellem atq; inermē (adeo exarſerant animis) multitudinem trucidauerint: quando etiā infantibus ac puellis minime pepercerunt: conſternatus ſum aio: & defecit ſpiritus meus. Lætatus fueram pauloante, factam fuiſſe denuo eam vrbem ditionis venetæ: & cito q̄tum gaudium, quo mœrore cōmutatum eſt? Sed quoniam iuditia dei abyſſus multa: humiliemus illi animas noſtras, orantes ac deprecantes ne in perpetuum obliuiſcatur nos. Incōſtans fragilis & lubricus humanarum rerum ſtatus nō adeo nos frangat: quin de dei miſericordia confidamus. Eſt enim pius & clæmens: qui vbi flagellauerit, qua ei menſura placuerit: miſericordiæ recordabitur. Non in arcu, neq; in haſta ſaluat Dominus. Vbi decreuerit: ab vno mille: & a duobus decem milia fugabuntur. Incertus bellorum exitus quo fine claudendus ſit, cōſtare nobis nō poteſt. Itaq; benefacientes non deficiamus: vt tē pore ſuo metamus non deficientes. Hoc potiſſimum ſacrifitio placabitur deus. Hoc armorum genere hoſtes expugnabuntur. Hoc inq̄ cōciues noſtri antiquū recipient ſtatum: & poſt auſteritatem vini, ſentiēt infuſam a Samaritano cæleſti

vulneribus

vulneribus ſuis olei molitudinem. Quod vtinam, quemadmodum in votis gerimus ſimus propediem audituri. Vale. Ex Fonte bono. Die. iii. Martii. MDXII.

Petro Quirino Eremitæ Nouitio. LVIIII.

c Onfuſio hæc temporum, & menſium prope cómutatio, indicare mihi videtur cóſuſum impræſentiarum ac perturbatum Chriſtianorum diſſidentium ſtatum: ac ſcæuientes & varias bellorum procellas: vt elementa quoq; ipſa conqueri & lamentari tantam Chriſtianæ reipublicæ vaſtitatem atq; immanitatem videantur. Quid enim crudelius ac truculentius audiri hoc tempore potuit: q̄ illud de pſalmo pauloante impletum eſſe vaticinium: Populum tuum domine humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt: viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. Quo fit: vt melius iccirco nobiſcum agi non temere exiſtimem, qui alpes niuoſas incolimus: q̄ cum iis qui in vrbibus habitant: q; minus frequenter huiuſmodi perturbationum ſæcularium nuncii moleſtiſſimi ad nos perferuntur: & auditione quotidianorum malorum rarius vexamur. Ingredere (inquit) Eſaias in petram: abſcondere infoſſa humo. Nam præterq̄ q; petra Chriſtus eſt: & foſſa itidem humus de quo ſcriptum eſt: Foderunt manus meas & pedes meos: in cuius præſidio ſecuri requieſcimus: ingredi etiam in petram haud abſurde poteſt intelligi: cum quis intrat in cubiculum ſuum: & ibi quaſi abſconditur in foſſa humo: cum clauſo hoſtio, ne videat minentes ſæculi tempeſtates, orat patrem ſuum. Hoc te facere & ſi minime verear: obeſſe tamē non poteſt, ſi aliquando ex abundantia caritatis per me tibi ad ĩmemoriam reuocetur. Ora itaq; & implora ſæpius pietatem Dei: vt accenſum iampridem in Italia bellorum & contentionum inter principes incendiũ dignetur extinguere. Si forte piis placatus precibus iubeat conflari gladios in vomeres, & lanceas in falces: vt non exerceantur vltra ad prœlium. Cupidiſſimum viſitandi tui: ne ad te venerim non modo quotidianus niuium deſcenſus, verum etiã rigidum atq; inhorreſcens magiſq̄ pro verno tempore cœlũ, ꝑ hos dies ꝓhibuit. Temperiē aeris ac tranquillitatem proxime elapſi Ianuarii, quam ſumus admirati: horridius ſolito ver nouum facile compenſat: vt permutaſſe cũ Martio credi poſſit. Saluta familiam iſtam, & præcipue cónouitios tuos, verbis meis & cũ eis ora pro me. Vale. Ex Fonte bono. Die. v. Martii. MDXII.

Petro Quirino, Eremitæ Nouitio. LX.

n On alia magis de cauſa te inuiſere cupiebam: q̄ vt explorarem coram, quomodo hãc nouam militiam ferres: cui nuꝑ aſſcriptus es. Ago Deo gratias: q; ex litteris tuis heri haud dubie coniecturam cæpi, tantũ te in hoc tuo tirocinio profeciſſe: vt cum veteranis etiam militibus merito comparari queas. Audire te mihi videor, gratulabundum & prægaudio exultantem, dicere. Benedictus Dñs Deus meus: qui docet manus meas ad prœlium: & digitos meos ad bellum. Eſt enim Dominus vir pugnator: omnipotens nomen illi: qui currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Non itaq; miror: q; tam breui, plurimum roboris in hac ſpirituali congreſſione adeptus ſis: & conſtantiã exercitati in certamine præteferas: qui talem ac tantũ habueris præceptorē. Beatus (inquit) homo: quem tu erudieris Domine. Perge, vt cœpiſti: & ſequere cum

apoſtolo: ſi quomodo comprehendas in quo comprehenſus es a Chriſto Ieſu. Non te angat magnopere periculum ſchiſmatis. Succurrat tibi promiſſio illa Dominica, vicario ſuo ſponte facta. Cum enim prædixiſſet Petro & apoſtolis: Ecce Sathan expetiuit, vt cribraret vos ſicut triticum: cõtinuo intulit. Ego autẽ pro te rogaui Petre: vt non deficiat fides tua. Habentes indubitatum Pontificẽ & iam pridem ab vniuerſali eccleſia admiſſum, contemnamus penitus ſchiſmaticos: qui tunicam Saluatoris inconſutilem ſcindere moliuntur. Quod me hortaris: vt vtar in te poteſtate præcipiendi: cum ſis futurus ſemper ad obtemperãdum promptus & facilis: habeo gratiam huic tuæ piæ menti. Scias tamen plus fuiſſe hactenus moris mei, benigne requirere a meis q̃ ſi quid volui, ab eis imperio extorquere. Non dominantes, ait, in clero. Ne tamen fruſtra me prouocaſſe ad exerendam imperii poteſtatem videaris: caue ne vnq̃ poſthac ſeruum te meum nomines. Conſerui enim ſumus ſub vno Domino: cui hodie inuitati ad nocturnas laudes diximus. Ploremus corã Domino: qui fecit nos. Et alibi vnus Dominus: vna fides: vnum baptiſma. In omni offitio ſemper tibi modus placeat. Impoſita, vt ſcias, a Florentinis pecunia minime exigetur. Inſuper abſolutio ab interdicto hac quam ingreſſi hodie ſumus ebdomada expectatur. Hoc vicarius noſter reuerſus Florentia nobis retulit. Pro bono iſto nuncio, eſto memor mei in orationibus cum commilitonibus tuis. Vale. Ex Fonte bono. Die. vii. Martii. MDXII.

Coſmo de Patiis: Archiepiſcopo Florentino. LXI.

IOannes Ortinianus cõuerſus: quem mihi cõmendauit Dignatio tua: diutiſſime extra Eremum, immo etiam extra ordinem, vitam duxit. Quomodo autem ordinate, ac ſecundum inſtitutum regulæ, in priuato vixerit: nos penitus latet. Aſſuetus viuere ꝑ arbitrio: & ſubdi neſcius: miror quomodo ingraueſcẽte ætate, & habitudine corporis preſſus, redire in Eremũ cupiat: qui iunior atq; robuſtior, eius non valuit rigorem perferre. Per triginta & duos annos, quibus Eremo indigne præfui, ſatis ſuperq; expertus ſum: paucorum admodum fuiſſe in Eremitica obſeruatione perſeuerantiam. Multi fuere ad eam vocati: pauci vero ducti in deſertum a ſpiritu. Iccirco nõ facilis cuiq; petenti ingreſſus patet. Probate (inquit) ſpiritus: an ex deo ſint. Nõ ſum tamen is: qui Ortiniano, præter inſtabilitatem atq; incõſtantiam, crimen aliquod obiiciã. Semper autem ſtudui admittere in Eremum: qui Eremitis neq̃q̃ ſcãdalo eſſet futurus. Vbi aliq̃diu de aliquo periculum fecere: optime norũt, quid de illo ſperare liceat. Iturus ſum paulopoſt, vbi primum altitudo niuium permiſerit, ad reuiſendos eremitas noſtros: & cõmunicabo cum iis Ioannis votum & cõmendationem haud vulgarem pro eo tuæ pietatis. Scio ab iis dandum mihi hoc reſpõſum: nullam ſupereſſe in Eremo vacuam cellam: cum ego noſtram vni ex eis ceſſerim. Sed ſi nihil aliud excuſationis adduxerint: aut cõmendato iſti tuo obiecetint: ſperare facile poterit, haud ita multo poſt, fore cõpotem voti ſui. Neq; enĩ paruifacturos cõmendationem tam optimi Antiſtitis arbitror: quando noui de familia noſtra neminem: qui non ſumme te, vna mecum reuereatur & colat. Cæterum Quirinum tuum, meum, noſtrum, reuiſere, ſi nõ ante, in celebritate Sanctiſſimi Patris Benedicti, mihi eſt animus. Implebo mandatum tuæ Dignatio-

nis,

nis,& antea per internuncium,& poſtea vberius coram. Non dubito futuram ei ſalutationem tuam, iucundiſſimam:& gratiſſimumbeniuolentiæ teſtimonium. Vt pro te oret: ſuperfluo admonendum puto: cuius tantam agnoui obſeruantiã & pietatem erga te: vt memoria te illi excidere nunq̃ exiſtimẽ. Deuouit ſe ipſum Domino, corde magno,& animo volenti: fertq́ʒ, vt audio, hanc nouam militiã,& vaſtitatem Eremi, atqʒ inclæmentiam cœli, lætus & alacer: proficiens indies, de virtute in virtutem: atqʒ ad perfectionis cõtendens faſtigium. Tu quoqʒ optime pater orabis viciſſim pro filio, tibi deditiſſimo: vt quod cœleſti inſpiratione aggreſſus eſt inſtitutum, ſeuerum vtiqʒ,& arduum: fœlici itidem pſeuerantia cõpleat. Porro nobilitatam, vt ſcribis, Eremum noſtram ipſius gratia : hoc tecum omnes ſentiunt. Quin & pro miraculo habetur ab omnibus: vt tam magni piſces, in æſtuariis ac vadis illis Venetis in natantes, potuerint Eremi retibus comprehendi. Vtinam horum exemplo irretiendi ſint & alii : vt gaudium noſtrum ſit plenum. Vale. Ex Fonte bono. Die. xii. Martii. MDXII.

Nicolao Cardinali de Fliſco. LXII.

c Oontuli aliquid Bononiæ cum dignatione tua, de malis atqʒ improbis moribus illius: quẽ præfeceras abbatiæ Anglarienſi, tibi impræſentiarum cõmendatæ. Hũc audio, ſicut turpiſſime in abbatia ſe geſſerat: ita totius oppidi illius ſcandalo ſeſe inde proripuiſſe: nulla neqʒ honoris, neqʒ exiſtimationis ſuæ, neqʒ habitus, quẽ multis ſceleribus fœdauit, habita ratiõe. Semẽ Chanaã & nõ iuda & inueteratus dierũ malorũ, nõ alia potiſſimũ de cauſa ab oppidanis illis tã diu tolleratus eſt: q̃ ꝙ iuniores ſecum habuit monachos, vita & honeſtate ſenes, ac nulla vel exigua infamia notatos. Credo nimirum non potuiſſe impurum ac contaminatum ſenem, tam moderatam ferre iuniorum & contubernalium ſuorum conuerſationem: quorum vitæ continentiſſimæ exemplo, ipſius quotidie arguebatur turpitudo. Verum, ſicut ait apoſtolus, infidelis ſi diſcedit: diſcedat. Atqʒ vtinam vel ſero compunctus, redeat præuaricator ad cor: ne forte, ſi reſipiſcere ac pœnitere diſtulerit, theſaurizet ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iuditii Dei: qui reddet vnicuiqʒ, ſecundum opera eius. Commendo autem tuæ amplitudini familiam illam tuam Anglarienſem:& præcipue. D. Iacobum Caſentinatem: a me a puero educatum in hoc noſtro monaſterio. Eſt ſane monachus ingenii mitiſſimi,& optimi nominis ac famæ. Hic per annos quatuor curam geſſit animarum: quæ ſunt abbatiæ illi ſubiectæ, Tanta vero continentia & moderatione inter ſæculares vtriuſqʒ ſexus hactenus verſatus eſt: vt iccirco ab omnibus ſumme diligatur atqʒ cõmendetur. Si eidem curam & adminiſtrationem temporalium quoqʒ demãdaueris: nõ dubito, quin ſit tibi futurus fidelis ſeruus & prudens. Nec ſubitura ſit aliquando pœnitentia dignationem tuam: ſi ipſum ſuper familiam tuam conſtitueris. Alioquin abſit a me: qui te magnopere obſeruo & colo: vt ſciens ac prudens de aliquo abs te præficiẽdo adeo liberum teſtimonium ferrem: qui non eſſet re ipſa tuæ per omnia voluntati ſatiſfacturus. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiiii. Martii. MDXII.

Ioanni Archiepiſcopo Seneñ. LXIII.

a Diit heri me Troylus ciuis Senenſis cum filio: quem admitti ad religio

nem precabatur, vtpote eius rei maxime cupidum. Reddidit præterea cōmme/
datitias tuæ Dignationis litteras: cui tum ſui merito, tum patrui ſanctiſſimi me
moria male negare aliquid poteram. Reſpondi ei nihilominus: multiplicatam
eſſe familiam noſtram: tam in Eremo q̄ in Fonte bono, ſuper numerum. Datā
aliis etiam fidem, vt recipiantur: nec poſſe ob cellularum defectū admitti: quas
neceſſario ædificare hoc anno me oportebit, præter tēpli noſtri extructionem:
cuius iacta ſunt tantummodo fundamenta. Huc accedit impoſita mihi & clero
vniuerſo pecunia, nondū tamen exacta: quæ ſi perſoluenda nobis fuerit, grauati
profecto erimus ſupra vires. Hæc paucis cenſui cōmemoranda tuæ pietati: vt
intelligeret, meæ erga ſe optimæ voluntati, q̄ta obſiſterent atq; repugnarent.
Spero, te pro tua benignitate facile admiſſurum excuſationem meam. Conſului
tamen Troylum, quid ageret: ne filius ſuo penitus deſyderio fruſtraretur. Vale:
Ex Fōte bono. Die. xv. Martii. MDXII. Thimotheo monacho. LXIIII.

n On ſum modo ad ſingula prolixioris epiſtolæ tuæ capita reſpōſurus.
Summatim complectar: quod mihi neceſſarium viſum fuerit. Male ſe
res habet Thimothee: qñ a capite diſſident membra. Noſſe te arbitror: q̄ta in
cōmoda inferre diſcordia conſueuerit: q̄tas ſtrages. Legiſti celebre illud Genti/
lis elogium. Concordia paruæ res creſcunt: diſcordia maximæ dilabuntur. Pa/
tientia omnibus neceſſaria eſt: vt in pace viuatur. Alter (inquit) alterius onera
portate. In multis enim offendimus omnes. Sine patiētia quo ibimus: quos pe
temus receſſus: vbi promittere nobis animorū tranquillitatem valeamus? Etiā
ſi ſoli fuerimus: non defuturam perturbationum materiam atq; occaſionem pu
ta. Alioquin mallem ego, & ſatius profecto ducerem, emigrare cum gratia: q̄ cū
iurgio reſidere. Quid enim deterius, quid magis aduerſum euenire nobis pōt:
q̄ vocatos ad requiem, tanq̄ in fluctuoſo ac tēpeſtuoſo ſalo ſemper agitari atq;
vexari? Eſto ſint in homine quæcūq; ſignificaſti. Tu cui plura a Dño credita ſunt
talenta: inſtrue iuxta apoſtolicum præceptum huiuſmodi in ſpiritu lenitatis:
conſyderans teipſum ne & tu tenteris. Nondum expertus, q̄ti ſit momenti q̄ti
ponderis paſtorale officium: ne feras facile de paſtoribus ſententiam: non eos
iudices: non eos damnes. Habent & ipſi iudicem ſuum: cui reddituri ſunt ratio/
nem villicationis ſuæ. Ferre te oportet iugum: cui ſemel humeros ſubieciſti. Po/
ſuiſti (inquit) tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita no
ſtra. Non poteris a quoq̄ argui: ſi cognitus fueris parere prælato tuo, quicunq;
ſit ille. Si quid forte: vt fit, inclæmentius in te inuectus fuerit: ignoſcere potius
ei debes, q̄ truci & præferuida ira in illum inſurgere. Obtemperando atq; obſe/
cūdado impetū eius facilius emollies: q̄ repugnando ac reſitendo. Si ſic feceris
(quod vt facias hortamur) non modo ſub vmbra, vt petiſti, alarum mearum:
verum (quod longe deſyderabilius eſt) ſub protectione cœleſti ſecurus ac tutus
viues. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvi. Martii. MDXII.

Nicolao Valorio Priori Libertatis Florentiæ. LXV.

q Vam ſim tibi in immēſum obnoxius: qui quotidie abs te nouis officiis
vincor: vel ex hoc vno perpendi atq; agnoſci liquido poteſt: q; librū
mihi ſane optatiſſimum, e Gallia vſq; deferendum meo nomine curaſti. Cogito
mecum,

mecum,quid domi & in patria pro me faceres:qui foris & tam procul adeo fideliter & accurate mea es executus negocia:& ſtudioſe poſtulata impleſti. Non iſta profecto mihi præſtares:niſi me caritate non ficta diligeres. Det Dominus tuæ magnitudini,quam ego non poſſum,retributionem cumulatam & cum fœnore. Ago itaq; tibi gratias extoto corde:optoq; vt perſoluendi aliquādo mihi facultas detur:cui nunq̄ voluntas defutura eſt. Interea hoc tuum benefitium redigam in rationarium reliquorum:quæ tuæ beneficētiæ ac liberalitati debere me fateor. Pecuniam ſicut mihi ſignificatum eſt,ad Nicolaum Pittum monachum miſi. Tanti.n.monuit fuiſſe emptum librum:dignum re vera pretio longe maiore. Spero autem me ex eius lectione haud exiguam percæpturum voluptatē. Quātumcunq; profecero : id omne tuæ Magnitudini accæptum feram . Cæterum fuit mihi admodum gratum: ꝙ inito ſtatim magiſtratu iſto reuocatum fuerit exigendæ a clero pecuniæ decretum. Oſtendiſti vna cum clariſſimis collegis tuis innocentiam religionem fidem. Siquidem præponendum cenſuiſtis cōmodis temporalibus timorem Dñi:Qui nimirum cum in omnes æternam habeat poteſtatē:nunq̄ impune cōtēnitur. Qui honorificauerit me(inquit)glorificabo eum:Qui autem contempſerint me,erunt ignobiles . Oportuno ſatis tēpore voluit Dominus vt præ eſſes rebus: vt tua prudentia & conſilio minus recte de republica ſentiētibus obſiſteres:& opponeres te murū pro domo Dei: ne impie violaretur,atq; diriperetur. Pro hac tua in eum pietate , magnam tibi haud dubie relaturus eſt gratiam. Sicut ſcriptum eſt. Timenti Deum non occurrent mala : ſed in tentatione cōſeruabit illum:& liberabit a malis. Vale. Ex Fōte bono. Die.xviiii.Martii.MDXII. Thomæ Priori Sanctæ Mariæ ad Saxū.LXVI.

f Viſti tu primus Reuerende pater:qui mihi ſuſpēſionem interdicti Florentini nunciaſti. Agimus gratias huic tuæ erga nos fidei ac diligētiæ: qua nos communis lætitiæ participem facere dignatus es. Mirabar ſane,& condolebam ciuitati,plenæ populo:ꝙ in proxima celebritate paſchali nō eſſet permittenda tanta virorum ac mulierum multitudo cōſurgere cū Chriſto: ſi priuari eam ſacris altaris myſteriis,& cæna Dominica accidiſſet. Non eſt paſſus Dominus innocentem multitudinem diutius tanto mœrore opprimi. Sed ſicut eſt pius atq; indulgens pater,fecit cum tentatione prouentum: nec permiſit paucorum culpa,mulctari pariter innoxios,atq; a peccato inobedientiæ immunes. Lætetur itaq; Florentia:& conuentum faciant omnes,qui diligunt eam: & gaudeant in lætitia,qui in triſtitia fuerūt. Orandum eſt interea:vt anteq̄ ſuſpēſionis elabatur terminus:eorum,qui rebus præſunt emoliantur corda;ne velint obſtinatius eccleſiaſticis priuari ſuffragiis:& tot ſacras ædes,diuino cultui dicatas,diutius occludi permittere. Audio iniiſſe pauloante ſummum magiſtratum Florentinum viros clariſſimos atq; optimos. Quo fit:vt plurimum confidam: donec reipublicæ præfuerint,eiuſmodi illos excogitaturos conſilium: quo penitus interdictum a ciuitate in futurum tollatur. Quod re vera ſummopere optādum eſt. Vale. Ex Fonte bono. Die.xxiiii.Martii.MDXII.

Raymundo Procuratori.LXVII.

n On ſum paſſus,vt ſine mea ſalutatione quiſq̄ noſtrum veniret ad te

Fauentiam. Scribere plenius mihi erat animus: niſi futurus litterarum lator inſtaret vt dimittatur: quoniam aurora eſt: & ego vt celeriter eat redeatq; opus habeo. Monita tua ſancta & pia fuere mihi gratiſſima. Vtinam mihi ſuppeterent vires: nec deeſſent quæ mihi tribuis merita: ſicut adeſt voluntas bona. Niterer profecto explicare pro virili portiuncula partes meas. Futurus minimus inter tot clariſſimos patres, & indignus eorum cōſeſſu, implebo votis, quod viribus non potuero. Fidem mecum afferam & religioſum Zelum. Et quoniā de Moyſe feciſti mentionem: vtinam mererer audire a Domino. Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecū. Sed quando huic ſpei peccata mea aduerſantur: orabo Dominū, vt ſua pietate & clæmentia det mihi & velle & poſſe pro bona voluntate. Si iueris Romam: erit mihi iucundiſſimus cōſpectus tuus. Vale. Ex Fonte bono. Die. vi. Aprilis. MDXII.

Nicolao Valorio. LXVIII.

i Turus in vrbem paulopoſt obedientia impulſus: vt interſim, ſicut teneor, Lateranenſi concilio, iampridem indicto: non video, cui & fideliori, & propenſiori in nos patrono res noſtras iſthic cōmendem, q̄ tibi. Cupiebam poſt reſurrectionis ſolēnia in palatio te cōuenire: & cum tua Magnitudine longiorem ſermonem producere. Sed reuocat me apoſtolus: qui admonēs ait. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit. Inſtat terminus celebrandi conuentus: & parere coactus maiorum imperio detrectare non debeo laborē itineris: qui pro eccleſia ſancta catholica, quecunq; etiam vel incumbentia & manifeſta vitæ pericula, niſi repugnāte conſcientia, non poſſum deuitare. Conſulere me nihilominus ætati oportet: vt iter non curſoris in morem, nimium feſtinato, ſed cōmode perficiam. Erunt itaq; negocia noſtra tuæ pietati cōmendata: ſi qua occurrerint, nobis abſentibus, quæ tua ope & patrocinio indigeant. Ex abundātia cordis ſcribo: quod re vera noui ſuperfluo tibi ſuggeri. Quis enī calcaria iumento ſubiiciat, ſponte currenti? Cæterum orabis pro peregrinatione hac noſtra: vt non ſolum reuiſere nos mutuo incolumes ac beneualentes poſſimus: verumetiam de reformata eccleſia, & pace ei reddita, ſublato pernitioſo ſchiſmate, congratulemur. Difficilia occurrunt tempora: ne ſperare facile hoc nobis liceat. Sed non eſt abbreuiata manus Domini: vt non poſſit ſaluare: in cuius manu ſunt omnium poteſtates: & omnium iura regnorum. Vale. Ex Fonte bono, Die. x. Aprilis. MDVII.

Nicolao Cardinali de Fliſco. LXIX.

p Oenitet me magnopere: q aliquando tibi Hieronymum cōmendauerim. Homines ſumus: facile ab iis decipimur, qui veniunt ad nos in veſtimētis ouium. Nam ſicut ait propheta. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile: & quis cognoſcet illud? Venerat ad nos, nobis omnino icognitus: optimā ac religioſam præſeferens voluntatem. Viſus eſt nobis & ſermōe & corporis ſpecie, homo frugi & vir virtutis: de quo merito ſperare liceret, vt eſſet futurus in noſtro ordine columna firma & ſtabilis. Sed fallaces ſunt ſpes noſtræ: & concæptiones inanes. Sicut. n. cōſpiratiōe hominū & cōſenſu multa nobis cōmoda & bona proueniūt: ita nullū eſt tam deteſtabile malū, quod non homini ab hoie inferatur. Egerrime fero, quam dignatio tua huius intrinſecus Lupi rapacis improbitate & dolo fecit iacturam. Beneficiis abs te deuinctus reddidit

tibi

tibi pro bono malum:& conſtitutus ſuper familiam tuam malæ adminiſtratio/nis reum ſe fecit:vt iuſte ipſum cõpulſurus ſis ad reddendam rationẽ villicationis ſuæ.Quamobrẽ mitto ad tuam Amplitudinem patentes quas requiſiuit literas:vt cõprehenſus,quod aſportauit rapuitq; reſtituat:& cõdignas pro ſcelere admiſſo luat pœnas.Et forte caſtigatus reſipiſcet aliqñ.Sicut ſcriptũ eſt.Etenim (inquit) non ſinere diutius peccatores ex ſententia agere:ſed ſtatim vltionẽ adhibere:magni beneſitii indicium eſt.Cæterum Dñe colendiſſime ingentes tuæ pietati gratias ago:ꝙ exorari te a nobis pro Iacobo monacho intercedentibus tam benigne permiſeris.Spero & cõfido ipſum ea fide atq; integritate negocia Anglarenſia tuo nomine tractaturum:vt nulla dignationem tuã ſubitura ſit pœnitentia:ꝙ ei rerum tuarum demandaueris curam.Potero hac de eius cum ſit homo,falli opinione.Sed ſi non a ſuo inſtituto atq; a ſe ipſo defecerit: ſpondeo pro ipſo,non ſecus q̃ ſcripſi,eſſe facturum.Vale.Ex Fonte bono.Die.x.Aprilis. MDXII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ.LXX.

n Ollem videri,ſi fieri poſſet,inconſtans & leuis in decretis meis:vt eſſet in me,eſt & non.Legi tamen aliqñ in decretorum volumine.In malis promiſſis,rumpe fidem:& in turpi voto muta decretum.Obtuliſti te mihi:ſicut pius filius ſuo genitori:& gratias ago tuæ pietati.Et ego nihil magis cupio : q̃ vt mecum ſis & mecum labores. Audi nihilominus mutationis ſentẽtiæ meæ cauſas:q̃uis non omnes impreſentia enarrabo.Quãti ſis nominis cum conno/uitiis tuis,tum in tota Etruria,tum vel maxime apud Florentinos, tam laicos, q̃ Deo dicatos:ego melius te noui.Nec mirum.Cogito ego:quod facile dictu/ri ſint:qui te in curia cognouerint.Nimirum hæc mihi verba ſuccurrũt. Hui tã cito ſolitarius:& qui ferebatur ductus in deſertum a ſpiritu:curialis effectus eſt? Noui.n.mores hominum:& q̃ ſint oẽs fere procliuiores ad male iudicandum. Atq;,vt ſcias me iſta nequaq̃ confingere:iã ex Florentia(quod maxime miror: niſi ꝙ nihil eſt fama velocius)ſignificatum eſt mihi:ſubmurmurare cœpiſſe nõ nullos,qui audierunt:& quidem viros magnæ autoritatis atq; exiſtimatiõis: ac tui ſtudioſiſſimos.Es autem tu eiuſmodi : qui ſcandalizare neminem & velis & debeas.Accipe & aliud:quod non me commouet minus. Secuti ſunt te in Ere/mum conterranei tui:non dubito quin bono animo & ſancto deſyderio. Putas ne propterea defuturas eis tentationũ ſuggeſtiones?Quod ſi te abſente,vti ex/pertus in hmõi facile arbitror fore:ita acciderit:cũ quo,obſecro,ſuas cõmunicaturi ſunt cogitationes?ad quoꝝ opẽ confugiẽt,qui eos amice conſolentur: & tẽtatis remedia & fomenta ſcripturaꝝ exhibeant?Plura ſcripturus,reuocor a ſacriſta,& cãpanarũ ſono:vt me ad miſſaꝝ ſolẽnia præparem.Spero te pro tua prudentia,non moleſte laturum quæ fidenter ſcripſi:cum ſis etiam mitis ingenio, & ad parendum promptus.Vale.Ex Fonte bono.Die.xi.Aprilis.MDXII.

Petro Quirino Eremitæ.LXXI.

e X quo diſceſſi ex Fonte bono:ne litterã qdẽ hactenus papiro impreſſi vexata tumore ac dolore dextera.Sed & nunc quoq; nutante ac nõ pe/nitus exvalitudine confirmata manu ſcribo ad te.Quod parũ moderate atq; inconſyderate(vt ais) ſcripſiſſe te mihi dudũ fatearis;ac icirco a me veniã petis:

ego id nimio potius Zelo tribuo. Admonemur quidem eſſe ſpiritu feruētes: qđ ſemper optandum eſt. Cauēdum nihilominus cenſeo: ne excedere in eo videamur: ne forte ab alio qui nos minus nouit exiſtimemur contra apoſtoli monita peregrinari in feruore. Non me pœnitet: reuocatum me fuiſſe ex itinere nō a ſociis vt putaſti, ſed proprio ac ſaniori iuditio: veniſſeq; in hanc vrbem: vbi (ſicut mihi rationabiliter perſuaſerā) nō eſſent defutura recta conſilia & maiorꝝ exempla. Noli (inquit) niti prudentiæ tuæ: neq; plus ſapere q̄ oporteat, ſed ſapere ad ſobrietatē. Hic affirmatur infeſtū eſſe agrum Romanū: atq; iccirco itus & reditus omnino tutus eſſe nequaq̄ exiſtimatur. Mouere hinc adhuc audet nemo: vt Romā petat: Vrſinis iter occupantibus ac tranſeuntes depredantibus. Conſulat Dn̄s eccleſiæ ſuæ: & ne mergatur Petri nauicula tantis fluctibus agitata: imperet ventis & mari: vt fiat tranquillitas magna. Ex lazaro ipſo quid Romæ egerit coram intelliges. Egre enim ſcribens non ero prolixior. Tantūmodo de Pitto totiens mihi abs te cōmendato hoc tibi ſuadeo: vt eius reditum in Eremū maioris Eremitarū partis decreto relinquas. Debet nobis curæ eſſe Pitti ſalus: ſed & pax Eremi non eſt contēnenda. Liberius tibi reſpondeo ſuper iis: quorū longus rerum vſus: & quinquaginta annorum experientia me fecere peritum. Probo ingenium tuū mite atq; ad miſericordiam propenſum & facile. Verum ego qui noui q̄to labore ædificetur: ruinam timeo. Vnus ait ædificans: & alter deſtruēs: quæ vtilitas in vtriſq;? Vale cū cōmilitonibus & familia omni: & pro nobis ora, Florētiæ. Die. xxviii. Aprilis. MDXII. Raymūdo Procuratori. LXXII.

L Aetificaſti heri me litteris tuis: & graui mole preſſum animum leuaſti. Ago gratias fidei & diligentiæ tuæ: q̄ nō fueris immemor noſtri: ſed cito me ſcrupulo & perplexitate liberaueris. Exequar conſiliū Dn̄i colendiſſimi, tuūq;: & haud ita multo poſt reuertar in Fontem bonum: vbi & cōmodius & ſalubrius æſtiuo tpe habito. Præſtolabor ibidem tātiſper: donec tuis aut Reuereñ. Protectoris litteris factus fuero certior, qñ mihi in vrbē veniendum ſit. Nollem ego inobedientiæ argui, pro qua paratus ſum in carcerē & in mortē ire. Nollē etiā immatura feſtinatione, quæ ſolet eſſe improuida & cæca, inſimulari imprudentiæ: aut videri plus ſapere voluiſſe, q̄ oportuerit. Iucūdiſſime accæpi, Vulterrani noſtri reſtaurationem, ac optimam, quā de eius ſalute concæpiſti, ſpē. Orat a nobis pro eius incolumitate quotidie. Velit Dn̄s: ne in hoc periculoſo eccleſiæ ſtatu atq; nutante, columna hæc porphiretica iaceat: quæ erecta, ad quodcunq; immēſum onus ſuſtentandū, potens & valida ſit futura. Gratiſſime accæpi ſalutationē eius: cui vt me iterum atq; iterꝝ cōmendes, oro & obſecra. Tui vt ſim memor, nō ſum admonendus. Neq;.n. dilecto abs te tantopere, excidere facile atq; elabi ex animo potes. Scribo adhuc manu infirma, & non plene confirmata ex valitudine. Eris itaq; modo cōpēdioſior epiſtola cōtētus. Vale. Florētiæ. Die vltima. Apri. MDXII. Petro Quirino, & Paulo Iuſti. Eremi. Noui. LXXIII

n On poſſum nō rn̄dere vel manu inualida lr̄is vr̄is: qbus in arripiēdo ſeu cōtinuādo Romā verſus itinerꝫ, a cæteris oībus, quotquot mecū hac de re ſermonē habuerūt penitus diſſētitis. Doleo nimiꝝ vr̄i grã: q̄ ī trāq̄litate ſolitudis cōmorātes adeo æſtuetis cogitatiōū fluctib⁹: & ī portu agitemini elatio

nibus

nibus maris. Nec tamen penitus miror tentari vos in deſerto: ad imitationem & ſimilitudinem Saluatoris. Diſplicet tamen mihi tentationis genus: quodadmodum periculoſum exiſtimo. Cogito ego ægerrime ferre aduerſarium qui circuit quærens quem deuoret, ſeceſſiſſe vos in Eremum: vt in ſilentio & ſpe iuxta propheticum vaticinium, eſſet ſalus veſtra. Prætextu pietatis turbatur quies veſtra: vt non ſemel atq; iterum ſuffecerit vobis ſuggerere quid ſentiatis: niſi frequentius & prolyxiori ſcriptione, obfirmato in ſententia animo, idipſum mecũ duxeritis repetendũ. Improbauit adhuc nemo præter vos conſilium meum: nemo non laudauit non hortatus eſt: ne manifeſto me atq; adhuc minus neceſſario periculo exponerẽ. Qui amat (inquit) periculum: in illo peribit. An excidit vobis, quid monuerit Dñs? Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliã. Petrus Roma, Paulus Damaſco ſummiſſus in ſporta p murum aufugerunt: vt euaderent perſequentium manus. Iccirco horum alterũ, aliter ſentientes compeſcendos cenſuiſſe arbitror. Chariſſimi, ait, nolite peregrinari in feruore: qui ad tentationem vobis ſit. Cur non particulatim reſpondeam ad ea: quæ ſcripſiſtis: coram ſi placuerit Dño intelligetis. Legetis interea exemplar litteraꝝ Procuratoris noſtri, ſecretarii protectoris ordinis, & eiuſdẽ iuſſione conſcriptaꝝ. Si vobis ſatiſfecerint, bene erit. Sin minus, mihi ſciatis illas ſatiſfacere. Deniq; qñcũq; opus fuerit: admonitus a ꝓtectore & alioꝝ maiorum meorũ excitatus exẽplis nõ parcam labori itineris: non habebo ætatis prouectæ non imbecillitatis corpuſculi rationẽ. Paucos intra dies ſtatuã, vtꝝ hic aut in Fõte bono expectãda nobis ſit ſignificatio Reuerẽdiſſimi Vulterrani, de noſtro in vrbem acceſſu. Orate, vt in hoc & in omnibus fiat volũtas Domini. Valete. Florẽtiæ. Kalendis Maiis. MDXII.

Raymundo procuratori. LXXIIII.

n On potui abs te quicq̃ per hos dies gratius accipere: q̃ q; Reuerẽdiſſimi Dñi Protectoris conſilium mihi aperueris, de acceſſu meo ad lateranenſe concilium. Fuit nobis ꝓ oraculo: adeo vt ſublato penitus ſcrupulo & angore animi, rediturus ſim poſt dies paucos in domũ Fõtis boni, vnde exieram. Ibi deuitabimus in alpibus æſtus vrbanos: & familiæ curã geremus. Vbi oportunum tẽpus aduenerit: parebo nutibus Dñi colendiſſimi. Interea vti polliceris non ſines mihi eſſe incognita, quæ his primis ſeſſionibus tractabunt. Benefeciſti: q; me de triduano indicto omnibus ieiunio admonueris: cũ id me omnino lateret. Vtinã eos fructus pariat: quos de Niniuitis legimus. Si forte cõuerſi ad dñm in toto corde noſtro, in ieiunio & fletu & plãtu vim faciamus dño: atq; ipſum placabilẽ exorabilẽq; reddamus. Opto ſummopere: vt futura in craſtinũ ſacræ Lateraneñ. ſynodi prima ſeſſio q̃ fœliciſſimis auſpiciis incohet: & in nomine Sanctæ Trinitatis primus iſte re edificãdæ ac reformandæ eccleſiæ iaciat lapis: lapis inq̃ ille angularis, per quẽ fiant vtraq; vnũ: & diſſidẽtes inuicẽ, ad pacem & concordiam reuocentur. Vale. Florentiæ. Die. ii. Maii. MDXII.

Petro Quirino Eremitæ Nouitio. LXXV.

d E morte Andreæ monachi: quem tu martyrem eſſe cõtendis: ego ita ſentio. Duo eſſe martyrii genera, cum non ſemel legerim:

vnum quo pro chriſtiana cõfeſſione vitam preſentem vltro perſecutorum gla/
diis exponimus:alterum quo in aduerſis patientiam in animo æquanimiter cõ
ſeruamus:de primo ferre ſententiam haud temere audeo:quãdo nullum adhuc
teſtem habeam:qua animi virtute,qua fidei conſtantia,& quod maioris momẽ
ti eſt,qua de cauſa fuerit occiſus.Si quidem cauſa,non gladius facit martyrem.
Si vero alterius martyrii genus conſyderaueris:quod de Andrea nemini q̃ mi/
hi certius conſtare auſim affirmare:in hanc pedibus & manibus ſententiam ve
nio:ipſum meritiſſime martyrii dignum titulo eſſe exiſtimandum . Noui enim
hominem intus & in cute:vtiq; integerrimum & mẽte & corpore.Hic ſemper
Zelo Zelatus eſt pro domo Dñi:& omnem ſine intermiſſiõe laſciuiam abhor/
rens,quam ſemel in teneriori ætate hoſtiam ſanctam obtulit Deo eandem incõ
taminatam diuino adiutus præſidio conſeruauit. Quot vero labores pro reli/
gione pertulerit:quot patrum iuſſu peregrinationes ſuſcæperit:q̃to ſtudio con/
tenderit Camaldulenſem ordinem tam in ſpiritualibus q̃ in temporalibus ædi/
ficare atq; augere:palam omnibus eſt.Hac de cauſa ipſum vere fuiſſe martyrẽ,
non dubitauerim affirmare. Quis enim illo in obſeruatione regulari rigidior?
quis in aduerſis tollerantior?quis in infirmitatibus quas grauiſſimas paſſus eſt
patientior?Plus itaq; currit in certamine confeſſor huiuſmodi ſuſtinens(& hoc
pluris ego martyrium facio)q̃ martyr ictum ſufferẽs mucrone fundens ſangui/
nem.Hoc enim momẽtaneũ eſt:illud vero diuturnum continuũq; martyrium.
Quamobrem ſine ferro martyrem fuiſſe Andream noſtrũ,facile opinor & ſen/
tio.An vero quatuor confoſſus vulneribus,& nudus incubiculo repertus,a graſ/
ſatoribus & impiis interemptus,aſſerendus ſit martyr:ſint alii iudices. Optime
tñ ſperandũ eſſe,ipſum in pace in idipſum dormire & requieſcere:abſq; vlla re/
pugnãtia contendo:ita mihi pollicente eius vita innocẽter peracta.Bonũ certa
men certauit:curſum cõſumauit:fidem ſeruauit.Affuiſſe illi in extremis Dñm:&
reddidiſſe illi coronã iuſtitiæ ac mercedem laborũ:quiſq; nimirũ pie ac religio
ſe crediderit.Vale.Florẽ.Die.iii.Maii.MDXII.Mariano Cuccino Procu.LXXV.

m Onuit me colẽdiſſimus Protector binis Raymundi ſecretarii ipſius lit
teris:nõ eſſe neceſſarium:vt hac æſtate me Romã ad conciliũ conferã:
poſſeq; differri acceſſum meũ in vrbẽ vſq; ad autumnũ, abſq; vllo di/
ſcrimine ac detrimento rerum tẽporalium atq; conſcientiæ ſtimulo:nec referre
ſi non interfuiſſem initio cõcilii.Admiſi conſilium libentiſſime:quando præſer/
tim idem facere prælatos fere omnes externos videã.Magno re vera periculo
hoc æſtiuo tẽpore iam ætate prouectus,huiuſmodi arripiebam iter.Non tñ pro
pterea deſtitiſſem implere munus meũ:ſi excuſari aliquo pacto non potuiſſet di
latio:accedente præſertim Protectoris ſuaſione,& multoꝝ prælatorum exem/
plo.Quãobrẽ ne aliq̃ mei gratia iacturã facias:ædes tuas,quas mihi paraueras
ꝓ tuo arbitrio aliis locabis.Vbi inſtare terminus veniendi cœperit: quẽ mihi ſi/
gnificatuꝝ ꝑmiſit Reuerẽ.Protector:curabimus pauloante ꝓuideri nobis.Inte/
rea largiente Dño,quieſcemus in Fonte bono:& puriore illo fruemur cœlo. Si
aliud emerſerit,vt accelerãdũ fuerit iter:ero ſemp ad parẽdũ Iulii Põtificis,ſan/

ctiſſimus

ctiſſimi Dñi noſtri iuſſis paratus. Vtinam in ſpiritu ſancto congregata Lateranenſis ſynodus id boni perficiat: quod tamdiu in votis gerit: vt deformata plurimum eccleſia, patrum conſiliis reformetur. Quod cũ factum fuerit: tunc ſperare merito nobis licebit illam, quam mundus dare non poteſt pacem: & iratus ac prouocatus peccatis noſtris Dominus miſericordiæ recordabit. Pacatã eſſe nunc vrbem: & ciuile excitatum bellum, omnino ſedatum: nemo non probat. Honor, ait, eſt homini: qui ſeparat ſe a cõtentionibus. Et omne regnum in ſeipſum diuiſum, deſolabitur. Poterat illa ſeditio, ſi non celerius fuiſſet extincta, magnum excitare incendium. Non permiſit Dñs: cui icciirco agendæ ſunt gratiæ. Cæterum vt ad ſalarium tuũ veniã: mittimus tibi trigintaquinq; nummos aureos re vera mutuo accæptos. Si quid reſidui tibi debemus: remittes nobis datum & acceptum particulatim exaratũ: & conabimur tibi ſatiſfacere. Interea ne ægre tuleris reuocationem procurationis tuæ. Neq; enim alia de cauſa reuocandum te duximus: niſi ob præmentes nos intollerãdos ſumptus, atq; ingens alienum æs. Quãti ſemper fecerim fidem & amorẽ erga me tuum: ſpero te non ignorare. Fuiſti mihi ſemp cariſſumus: & propterea ægerrime hoc facio. Tu noſti optime: qũo coactus alium procuratorem elegerim. Admittes, oro, excuſationem meam abſq; vlla tuæ erga me caritatis antiquæ imminutiõe. Nam & ego erga te idem ſum ſemper futurus. Litteras his incluſas deferes ad Pandulphum cognomento della caſa, menſarium: & ipſe tibi memoratã numerabit pecuniã. Vale. Florentiæ. Die. vii. Maii. MDXII.

Magdalenæ Abbatiſſæ Sancti Petri de Luco. LXXVII.

r Etulit heri nobis venerabilis frater abbas Fauen̄. Vicarius noſter: qui miſſus a nobis præfuerat electioni tuæ: q̃ta ſororum concordia, cooperante ſpiritu ſancto, ad huius abbatiſſatus dignitatẽ fueris electa. Fuit nobis nuncius mirũimmodum gratus: & qui facile dolorem ex obitu venerabilis Scolaſticæ conceptum abſterſerit. Sperant omnes, ſpero ego imprimis, qui per tot annos noui mores & vitam tuam: & q̃ta integritate ac prudentia fueris inter ſanctimoniales iſtas a tuo religionis ingreſſu cõuerſata: q̃toq; Dei timore ac Zelo predita extiteris: talem te futuram in adminiſtratione ſacri huius monaſterii: vt non modo æquatura ſis cæteras quæ te præceſſerũt matres fæminas vtiq; grauiſſimas atq; prudentiſſimas, verumetiam opitulãte diuina clæmentia q̃ cumulatiſſime ſuperatura. Quæ vero te facere oporteat in gubernanda familia, non es a me admonenda. Habuiſti priuata & ſubdita magiſtram ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti regulam: eam longe magis prælata cæteris frequenter euolues: illam ſtudioſe conſules: illius ſequeris in oĩbus magiſteriũ: cuius ſeruandæ olim profeſſa es votũ. Sic enim agens errare non facile poteris: Quin potius futura eris ſororibus & filiabus tuis lucerna: dum quod eis imperaueris, prior ipſa feceris: ſicut hactenus fuit moris tui: Et illæ promptius mãdata tua impleturæ ſunt: cũ te viderint nõ dominari in eis ſed formã factã gregis. Sit itaq; tecũ Dñs: nec te ſinat declinare ad dexteram ſiue ad ſiniſtram. Sit tibi adiutor in oportunitatibus: vt cum bene miniſtraueris, gradum bonum acquiras: & cum dies conſu

mationis tuæ aduenerit, de te ipſa dicere confidenter valeas, Bonum certamen certaui: curſum conſumaui: fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Quamobrem cõfirmatam per vicarium noſtrum nuper electionẽ tuã, nos quoq; approbamus cõmendamus & ratã habemus non ſecus ac ſi ipſi præſentes fuiſſemus. Orantes Dominum & obſecrantes: vt ſacro iſti virgineo cætui diuina imprimis & noſtræ quoq; paruitatis benedictione munita diu ac fœliciter præſis. Vale cum familia omni: quã ſalutabis meo nomine: & vt pro nobis oret admonebis. Ex Fonte bono. Die. xxv. Maii. MDXII.

Diffinitoribus capituli Congregationis. LXXVIII.

r Eſtituta nuper eccleſiæ Flaminia gauiſus ſum valde: tum ob liberatã a barbaris regionem: tum ob exhibitam vobis propterea cõmoditatẽ celebrandi capituli apud Fauentiam. Non eſt paſſus Dñs priuari vos annuo cõuentu veſtro: ne gigneret vobis ſcrupulum intermiſſum capitulum: ad quod ex priuilegio apoſtolico videmini obligati. Conueniẽtes itaq; in vnum hortamur vos & obſecramus in Dño: vt cum timore & tremore congregationis indigentiæ conſulatis: & vacui perturbationibus ſoliciti ſeruetis vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Præficiantur monaſteriis: quos maturo conſilio iudicaueritis aptiores ac fideliores. Nec ſit inter vos: qui ſtudio quietis ſubducat humeros impoſito ſibi adminiſtrationis oneri. Atq; vtinam non ſibi magiſq̃ aliis in contrarium ſentientibus anno preterito credidiſſet: qui manibus impiorum trucidatus occubuit. Non eſſet fortaſſe modo priuata veſtra congregatio illo membro: quo potiſſimum indigebat. Nemo itaq; priuati ſui cõmodi ſed publici habeat rationem: nemini ſit contemptui obedientia: nullus obſtinate iugum reiiciat. Ne qñ obiiciatur ei qui eiuſmodi fuerit propheticum illud. Ruina hæc ſub manu tua. Quo maior eſt cœnobiorum numerus: eo nobis difficilior incumbit prouidendi ratio: quem cuiq; illorum vtilius & cõuenientius præficiatis. Sit vobis curæ præcæteris ærarium veſtrum, abbatia vtiq; Claſſenſis: vt ei deferatur ipſius adminiſtratio, qui ſit fidelis & prudens futurus. Monachi quoq; priuati pro locorum qualitate diſtribuantur: & vt decreto veſtro pareant cõpellantur. Sicut enim nõ omnia membra eundem actum habent: ita non omnes vbiq; apte congruunt. Alius in vrbibus alius in ſolitariis magis locis proficit. Nemo tñ ſuo ſenſu ducatur: ſed ex vobis omnes pẽdeant, Quicquid ſtatueritis: ei ſtetur. Quod egreſſum fuerit verbum de ore veſtro: ne exierit vacuum contendite. Sic enim & autoritatem magiſtratus ſeruabitis: & erit obediẽtiæ locus. Studioſus admodum & cupidus profectuũ veſtrorum: vt non ſolũ benefitiorum numero verũetiã & longe magis vitæ merito indies creſcatis ac multiplicemini: ſcripſi vobis ex abundãtia cordis. Veſtrũ erit quæ ſuggeſſimus pio aĩo admittere: atq; vt opere perficiãtur prouiribus conari. Quod facile futurũ nõ dubito: ſi iuſtitiã in domicilio pectorum veſtrorum cõſtitueritis: & nihil a vobis cõtra pietatis iura vti cõfido geſtũ fuerit. Cæterum ſignificamus vobis: renũciaſſe his diebus colendiſſimũ Cardinalẽ de Fliſco abbatiæ Anglariẽſi: & vt audio libere & abſq; vllis pactiõibus: ſuffectũq; in abbatẽ fuiſſe. D. Stephanũ monahũ noſtri ordinis ac doctorẽ: q morabatur

Romæ. Optamus: vt cæteris commendatariis præſul hic religioſiſſimus vi/am munierit: vt eius prouocati exemplo, reſtituant quæ ſunt Dei, Deo. Valete. Ex Fonte bono. Die. vii. Iunii. MDXII.

Benincaſæ Priori Pratalis. LXXVIII.

n Vnq̃ iſtos magnifeci: qui humano ingenio & ſyderum perſcrutatione volunt videri conſcii futurorum euentuum: & conantur ea prædicere, quæ pater cœleſtis poſuit in ſua poteſtate. Quãobrem non me terruit Lucas cum ſuis philoſophiæ ſtudioſis: qui tot miranda proximo Septembri ex ſignis cœli vaticinantur fore. Ambulant iſti in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Audi Hieremiam admonentem. Iuxta vias ait gentium nolite diſcere: & a ſi/gnis cœli nolite metuere. Eſaias quoq; inducit Dominũ loquẽtem. Ego ſum (inquit) Dominus: faciens omnia: extendens cœlos ſolus: ſtabiliens terram & nullus mecum: irrita faciens ſigna diuinorum: & ariolos in furorem vertens: con/uertens ſapientes retrorſum: & ſcientiam eorum ſtultã faciens. His ego prophetis & vere philoſophiæ ſectatoribus, plenam fidem exhibeo: qui Deo pleni, gentilitio ritu cõtempto verum totius naturæ principem non Saturnum & Iouem & alia huiuſmodi monſtra coluerunt. His & tu plurimum tribue: hos venerare & obſerua: qui non ſibi honorem Dei vendicare auſi ſunt: apud quem ſolum eſſe cognouerunt futurorum notitiam: aut apud eos, quibus ſuæ maieſtati pla/cuit reuelare. Vale. Ex Fonte bono. Die. vii. Iunii. MDXII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ Nouitio. LXXIX.

c Ontulerunt heri mecũ duo nouitii noſtri, cõmilitones tui (vt de reli/quis Eremitis ſileam) conſilium tuum ſuper reſtrictione vitæ Eremiticæ. Non improbaui ex iis complura: vti ex ipſis potuiſti intelligere. Nam & cir/cumdari muro ac circumcingi eremũ nemo poteſt reprehẽdere: qñ (vt ita fiat) lege & conſtitutione loci permittitur. Velle autem nouo inſtituto cauere: nequis ſub anathemate (apoſtolica autoritate confirmato) ſepta Eremi egredi queat: durus mihi admodum ſermo viſus eſt. Noſti mi Paule vulgo & vere dici. Nõ om/ne qd lucet, aurum eſſe. Veniunt aliquando in religioſorum mentes & præcipue parum expertorum, ſub prætextu boni immiſſiones per angelos malos. Vt merito de eis illud apoſtoli referri poſſit. Habent Zelum: ſed non ſecundum ſcien/tiam. Quales vero ſint cogitationes iſtæ: q̃ periculoſæ q̃ ſuſpectæ de occulta & latente aduerſarii noſtri fraude qui circuit quærens, quẽ deuoret: de vulpium il/larum inſidiis & dolo: quæ demoliri conantur vineas animarum noſtrarum: ſi hactenus te latuit ob defectum forte iſthic idoneorum eruditorum: ne te pigeat impoſterum duos inter cæteros qui plurimi ſunt apud te magiſtros ſtudioſius conuenire. Hieronymum, inq̃ ſanctitate æque ac doctrina eminentiſſimum: & canis habentem opertum caput: cui te vel ob longum rerũ vſum atq; experientiam merito deferre oporteat. Hic ſiquidem ſicut magnis effert laudibus ſolita/riam vitam: ita ediuerſo pluribus in locis ſcriptorum ſuorum eiuſdem detegit pericula. Atq; vt non magno negocio huius rei tibi pateat ſumma: lege ipſius Hieronymi poſtremam epiſtolæ ad Demetriadem partem: & quam ad Ru/ſticum monachum deſcripſit epiſtolam: cuius initium eſt. Nihil Chriſtia/no fœlicius. Alterum tibi ſuadeo præceptorem Bernardum Sanctiſſimum: qui

& ipſe optime calluit monachorum ac Eremitarum mores & ſtudia. Huius ſi opuſcula euolueris, ac imprimis expoſitionem ſuper cantica canticorum: facile tibi conſtabit, quid de nimia ſentiat ſolitudine. Et ne operoſius tibi totum volumen hac de cauſa percurrendum ſit: ad diſcernendas malignorum ſpirituũ tendiculas & varia tentationum genera: perlege ſaltem hos paucos ex pluribus ſermones: videlicet. xxxiii. xlviiii. lxiiii. lxv. &. lxx. Scio te vtrũq; doctorum iſtorum maximi facere. Si eorum admiſeris hortamenta & conſilia: ſiſtes fortaſſe pauliſper gradum huius vehementioris curſus tui: & ratione cogente, a nimio reuocatus ſolitudinis deſyderio, non adeo exhorrendũ putabis conſpectum hominum: qui tibi ſoli natum nõ eſſe, debes cogitare. Deniq; illum vitæ ſolitariæ ſtudioſum emulari contendes: qui cum elongaſſet fugiens, & maneret in ſolitudine: ſuperſtitioſum tamen & periculoſum deuitans receſſum poſtmodum confeſſus eſt: ſe ad euadẽdam cordis exaltationem atq; oculorum elationem, nequaq̃ ambulaſſe in magnis neq; in mirabilibus ſuper ſe. Ne quid nimis: ait pater ſanctiſſimus in regula: nedum nimis cupit eradere eruginem frangatur vas. Habẽda eſt infirmorum ratio: ne nimietate rei alicuius opprimantur. Hoc ſi feceris vti ſpero & cõfido: cum ſis mitiore & placabiliore ingenio: & tutius & fœlicius viues. Volens tantũmodo tibi ſuggerere: qui tibi in rebus dubiis, ne a recto calle ac tramite deuiares, eſſent deligendi conſultores ac duces: neſcio quomodo fui prolyxior: q̃ mihi fuerat animus. Hoc fecit caritas: qua te paterno affectu cõplector. Vale. Ex Fonte bono. Die. xiii. Iunii. MDXII.

Ioanni Cardinali de Medicis legato Flaminiæ. LXXX.

S Icut ex captura Dignationis tuæ plurimum fueram contriſtatus: ita re vera ex liberatione eiuſdem mirumimmodum gaudio repletus ſum. Benedixitq; ꝓpterea anima mea Dño: & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius: qui non permiſit tentans te diutius: atq; in captiuitatem longius abduci: ſed fecit pro ſua clæmentia cum tentatione prouentum: & contrito venantiũ laqueo non eſt paſſus dari te amplius in captionem dentibus corũ. Præſto fuit tibi cœleſte auxilium: quoniã nouit Dominus pios de tẽtatione eripere. Et quis te pius magis, ac mitior? Quo nimirum factum eſt, vt ſemper ſperauerim, te celerius e Gallorum manibus in priſtinam vendicatum iri libertatem: ac reſtituẽdum in gradum priſtinum. Benedictus Deus: quo autore nõ ſum fruſtratus ſpe mea: ſed haud magno temporis interuallo reſumere te voluit longe maiore q̃ antea gloriam: & cõmuni omnium applauſu, interceptam a ſacrilegis legationem tuam. Vidiſti paulopoſt vltionem eius quam in te immerentem atq; innoxium exercuerant impietatis: fuſis fugatiſq; in conſpectu tuo hoſtibus: & tot tecum (quod pro miraculo habitum eſt) recæptis cõcaptiuis. Precor Dominum: vt quemadmodum pro conſeruatione eccleſiaſticæ dignitatis multos labores ac pericula intrepide ſubire non formidaſti: ita mutato in melius rerũ ſtatu, perfungi tibi fœliciter liceat demandato tuæ Dignationi legatiõis munere: & præteritas animi curas ac ſolicitudines, continua tranquilitatis ſerie ac perpetua pace penſare. Vale. Ex Fonte bono. Die. xvii. Iunii. MDXII.

Paulo Genuenſi monacho. LXXXI.

Si te

Si te errati tui pœnitet : ſicut prolixiore indicaſti epiſtola : eſt qđ & ego plurimum gaudeam:& tibi imprimis magnopere expediat.Nã ſi gaudent in cœlis angeli ſuper vno peccatore pœnitentiam agente: & nos oportet illorum gaudium emulari.Quod vero tibi id vtile ac ſalutare futurum ſit:apoſtolus demonſtrat.Ore,ait,confeſſio fit ad ſalutem.Audi etiam alium fa/tentem crimen ſuum.Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.Nec immerito quidem.Initium enim ſalutis eſt cognitio & notitia peccatorum:atq; illorum manifeſtatio.Etenim vul/nus,quod tegitur,curari nequit.Iccirco precepit cœleſtis medicus leproſis : vt oſtenderent ſe ſacerdotibus.Tuum erit contẽdere totis viribus:vt vera iſta tua pœnitentia fuiſſe agnoſcatur.Quod tunc nimirũ perſpicue præteferes : ſi præ/terita plangenda iterum non cõmiſeris.Diſſimulat Dominus peccata hominũ propter pœnitẽtiam:ſi modo quem pœnitet,ex corde omnino pœniteat. Si reuertamini,ait propheta,& quieſcatis: Salui eritis.Paulus quoq; hortatur dicẽs. Deponite vos ſecundũ priſtinam conuerſationem veſtram veterem hominem: qui corrumpitur ſecundum deſyderia erroris:renouamini autem ſpiritu mẽtis veſtræ.Huiuſmodi teſtimoniis ſcatẽt diuina eloquia:quibus facile repromittiẽ peccatoribus venia:ſi mores in melius decreuerint cõmutare:& a peccatis quæ admiſerint recedere:præſertim ſi pro iis etiam per contriti cordis iuge ſacrifi/cium ſatiſfacere non neglexerint.Sacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non deſpiciet.Ipſe nãq; animaduertens im/becillitatem noſtram:aperire ſua voluit clæmentia nobis portũ ſalutis: vt vul/neribus noſtris ſpiritualibus medicina pœnitentiæ ſubueniret . Tu quoq; ſi ab omni via mala prohibueris pedes tuos:& eripueris te penitus noxiæ ſeruituti: ac præteritas culpas vita meliore & ſanctiore correxeris:Dei pariter & hominũ promereberis gratiam:audieſq; vna cum Dauid pœnitente,verba bona verba conſolatoria.Dominus tranſtulit peccatum tuũ a te.Vale.Ex Muſolea.Die.xxii. Iunii.MDXII.

Petro Quirino Eremitæ Nouitio.LXXXII.

Perſeuerare in ſententia connouitium tuum : vt iterum Pontificis di/ſpenſatio clarius imploretur ſui gratia:non multũ miror.Vehemẽtius enim animo inſident cogitationes:quas ſub prætextu boni nitimur approbare. De eius bona mente nihil dubito.Vter autem noſtrum rectius ſenſerit: tẽpus & ratio indicabunt.Malui ego ſemper,in ipſis præſertim ingreſſus mei ad religionem auſpitiis,alieno gubernari iuditio & magiſterio erudiri:illud ſæpiſſime de ſcripturis diuinis mecum reputans & magnopere formidans. Eſt via (inquit) quæ videtur homini iuſta:& eius nouiſſima deducũt ad mortem. Et apoſtolus hoc aduertens iccirco admonet eos:quibus contigit prælatorum arbitrio viuere.Obedite,ait,præpoſitis veſtris:& ſubiacete eis:ipſi enim peruigilãt quaſi pro vobis rationem reddituri. Super hoc quicquid tua interceſſione & opera factũ fuerit:non egre ferã.Siue enim ſacerdotio initiatus: ſiue profeſſus dumtaxat in Eremo victurus ſit:parũ mea intereſt.Habet forte aliquid ſecretius:quo vt hoc adeo conſtanter cupiat merito impellatur.Nemo enim ſcit hominum quæ ſunt hominis:niſi ſpiritus homnis qui eſt in ipſo.Penetrare in huiuſmodi cogitatio/

num alienarum receſſus eius ſolius eſt:qui ſcrutatur renes & corda.Quem præ/
cor ex animo:vt ſicut illum vocauit ad incolendam Eremum:ita eundem a va
riis tentationum inſidiis gratiæ ſuæ fauore ac præſidio tueatur.Vnum opto: ne
mihi vllo modo ſuccenſeat:ꝙ non facile cum eo ſentiam.Non eſt meum:aliud
ore proferre:aliud archano cordis contegere.Remitto ad te,quæ annotaſti,ca/
pitula.Ea omnia comprobamus.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxvi.Iunii.MDXII.

Benedicto Mutinenſi Abbati Sancti Michaelis Murani. LXXXIII.

Monui ex officio meo immo impellente caritate,patres capituli per lit
teras mei Vicarias de omnibus iis:quæ mea intereſſe arbitratus ſum:
quæq; ad cõmodum congregationis ſpectare videbantur.Satis aperte ſignifica
ui de futura prælatorum electione:neq; in parabolis locutus ſum eis:ſed palam
tanq̃ peritus nauta futuram præuidens tempeſtatem vt ſcopulum quendam de
uitarent annuntiaui.Et cũ reliqua omnia pericula caute ac prudenter euaſerint:
illiſa eſt tantũmodo atq; impacta præmonſtrato a me ſcopulo, ac gurgite pene
hauſta,illorum nauis.Satiſfeci ego conſcientiæ meæ:vtrum & illi ſuæ: viderint
ipſi.Approbo nihilominus electionem de te & Priore Sancti Mathiæ factam:
vt de reliquis ſileam:quæ & ipſe mihi admodum placuerunt.Prior Sancti Bene
dicti aliquandiu obſtinatior apparuit.Tandem victus hortamentis alioꝝ onus
ſubiit ſibi impoſitum.Si perſtitiſſet diutius in ſententia : me vtiq; ad impatien/
tiã prouocaſſet.Quo enim ipſum inter paucos affectuoſius dilexi : eo acerbius
in eum inuectus fuiſſem.Tu vero ad locum profeſſionis tue deſtinatus,atq; illi
merito præfectus,miniſterium tuũ imple:& curam illius habe:vt cum bene ad
miniſtraueris:gradum bonum acquiras.Vale.Ex Fonte bono.Die vltima Iunii.
MDXII.

Bernardo Nouitio.LXXXIIII.

Ex prolixioribus litteris tuis & longa quærimonia aduerſus calumnia/
torem tuum facile animaduerti:difficile eſſe, vt cum iniuria cõueniat
patientia.Excanduiſti ad obiecta intemperantius:q̃ Chriſtianum hominem ne
dum religioni dicatum deceat.Sufficere tibi debuit teſtimonium conſcientiæ:
mentitum fuiſſe criminatorem tuum.Tu vero econtrario grauius æquo habui/
ſti illatam tibi falſo calumniam.Precuſſi in maxillam,præbere iubemur percuſ/
ſori & alteram.Et alibi nobis dicitur.Omnis indignatio & ira tollatur a vobis.
Quamobrem non ſano cõſilio vltionem expetiſti de proximo tuo:cum ſcriptũ
ſit.Mihi vindictam:& ego retribuam:dicit Dominus . Verum quoniam multũ
intereſt:vtrum repentino motu animi,an conſulte aliquid proferas: eo leuiorẽ
culpam tuam exiſtimo:quo præter opinionem in laqueũ linguæ iniquæ incau
tius incidiſti.Præmeditata enim ac præuiſa minus lædunt.Hinc fit: vt credam,
te paulopoſt pœnituiſſe:ꝙ non tibi ipſi continentius imperaueris . Finis enim
iræ,initium eſſe pœnitentiæ conſueuit.Si expectaſſes poſt ſignificatam tibi ma/
ledici contumeliam:vt primus ille concitati animi & æſtuantis bilis feruor relã
gueſceret:non te modo(ſicut reor) dictorum pœniteret. Itaq; cum ira conſilio
careat:& equo infreni ſimilis ſit:vt eam in futurum deuites pro viribus: & hor/
tor & moneo.Ira enim viri,iuſtitiam Dei non operatur.Etvt de poetis,quorum
ſtudioſus videris fuiſſe,aliquid inferam:ſuccurrat tibi Horatianũ illud.Ira bre/

uis

uis furor eſt. Animum rege: qui niſi paret imperat: hunc frenis hunc tu cópeſce cathena. Vale. Ex Fonte bono. Die. vii. Iulii. MDXII.

Petro Quirino Nouitio Eremi. LXXXV.

P Ermiſſi a nobis: idq; ex indulgentia magiſq̃ ex imperio: vt ad petitionem dudum hoſpitum veſtrorũ importune efflagitantiũ implendam, iretis & vos viciſſim ad eos: ſatiſfeciſtis meo iuditio menſura bona & conferta illorum votis: hoſpitati apud eos vltra triduum. Miratus ſum heri veſperi eorũ qui vos reduxerunt in Eremum recens conſilium: vt conuentus ſui nomine vobis preſentibus a me iterum enixe impetrare contenderint de veſtro paulopoſt ad eos reditu: & eo quidem animo, vt turmatim ad Auerniã pariter concederetis. Quãtum diſtet a mendicante eremitica inſtitutio: q̃ diuerſa ſint ſtudia vtriuſq;: ipſis facile appellationibus edocemini. Nollem ego ſub prætextu caritatis, ipſorum vos exemplis allici: vt quod ii ex inſtituto profeſſiõis ſuæ faciũt: vos contra morem & obſeruationem loci emulari eos videremini. Scandalizare illi neminem poſſunt: ſi frequenter domo exeant: ſi vicos & vrbes perambulent: ſi hoſtiatim neceſſaria victui mendicant. Id genus vitæ ſemel elegerũt. Vos aũt qui inſolitudinem ſeceſſiſtis: qui non Marthæ, vt illi ſed eius ſororis propoſito viuere conſtituiſtis: cauete obſecro, ne grauitati ac ſtabilitati eremiticæ macula inferatur. Si qui veſtrum inuiſere Auerniam expetunt: non deerit facultas, qua honeſte & abſq; vlla Eremi nota, vota illorum impleantur. Nondum reuerſos in Eremum, redire denuo ad ſe vos concupiſcunt. Quod & ſi abeis religioſo Zelo fieri non dubitem: verendum tñ ne de eis in hoc negocio dici queat. Habent Zelum: ſed non ſecundum ſcientiam. Taceo: q non ab re conſyderare vos oporteat monita ſapientis. Subtrahe, ait, pedẽ a domo proximi tui: ne forte ſaciatus oderit te. Scitis: q̃ nõ ſemper in eodẽ ſtatu permaneat humana mẽs. Quod hodie placuit: cras faſtidimus. Neq; ꝓpterea caritas fraternitatis reiiciatur a vobis. Cũ vos adierint ipſi: officioſe ſuſcipiantur: pateatq; aduentantibus hoſtium: & tanq̃ Chriſti viſcera foueantur: vtpote veri paupertatis ſectatores. Tantũmodo frequentiore veſtro ad eos acceſſu ne grauentur: cum elemoſynis viuant: ne detur aliis murmurãdi occaſio. Si remiſſionibus aliquis veſtrum vti voluerit: non vos preterit: quos pateant vobis Eremi receſſus, tum alibi, tum in agro Caſentinate. In iis de vobis ſcandalizabitur nemo. Vt ita fiat: & hortor & moneo. Scribo Eremitis omnibus: ſed tibi tantũ litteræ diriguntur, vt eos ipſe meis verbis cõmonefacias. Vale. Ex Fonte bono. Die. xi. Iulii. MDXII.

Angelico monacho. LXXXVI.

t Imere ſibi haud temere arbitror, qui iſthic rebus præſunt: ſi Põtifex tãto exercitu Florẽtia eſt trãſiturus. Reuera magni ſunt Iulii ſucceſſus: & maiora molitur in dies. Si non eſſet cum illo is: cuius Vicarius eſt: non poterat facere quicq̃. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Quis enim tam facile Italia exterminaſſet Gallos, qui eam occupauerant: niſi Dominus fortis & potens, Dñs potens in prœlio? Ferrariæ olim princeps, in captiuitate nunc Romæ detentus, incidit in foueam, quam fecit. Meminiſſe nunc tandẽ exiſtimandus eſt: q̃tam Rauennæ cladẽ intulerit: q̃tam aliis vrbibus & locis va/

ſtationem atq; direptionem. Venetos ingenti odio perſecutus, eoꝝ modo op*a*
Principatu deiectus eſt: cognoſcitq; impræſentia, rerum omnium eſſe viciſſitu/
dines. Confiſus in protectione Gallorum experientia ipſa perſpicue edocetur:
Maledictũ eſſe hominem qui confidit in homine: & ponit carnem brachiũ ſuũ.
Cæterum deeſſe non debent iſthic cõiector es: qui deiectum viuenti nudiuſter/
tius campanile Sanctæ Crucis, cum magna tecti ipſius ædis ruina, & totius fe/
re chori oppreſſione atq; confractione, variis interpretentur ſententiis: & quid
factum inopinatum portendat, pro ſuo quiſq; captu diiudicẽt. Plus enim caſum
q̃ eius iacturam: quatuormilibus aureis nummis (vt ſcribis vulgo exiſtimari) re
ſarciendam: penſitare nunc plurimos cenſeo. Bene cum fratribus illis actum eſt:
ſi neminem eorum tempeſtas illa tam ſcæua, interdiu exorta cõminuit. Vale. Ex
Fonte bono. Die. xvii. Iulii. MDXII. Abbati Balnei. LXXXVII.

g Auiſus ſum valde: liberatum te tandem fuiſſe diuturna febre. Supereſt
modo: vt & animus & corpus vigorem ſuum ac priſtinas recipiant vi
res. Quod vt diligenter cures: hortamur. Cauenda eſt enim recidiua per abſtinẽ
tiam a rebus ſanitati aduerſantibus: donec in priſtinũ ſtatum te reſtitutum ſenſe
ris: & afflictum vigiliis ac longa inedia corpus robur ſuum recuperauerit. Om/
nem itaq; cuſtodiam tibi exhibeas. Eſto tu tibi medicus: & a fructibus, quibus
abundat autumnus, abſtineas. Vuam & ficus procul aſpicias per dies aliquot: do
nec optime fueris confirmatus: neq; earum capiaris dulcedine: etiam ſi alter ca
lathus prophetæ tibi offeratur: quæ habebat ficus bonas nimis: ſicut ſolent eſſe
ficus primi temporis. Ex abundantia cordis loquor: qm̃ ſanum te eſſe cupio. Cæ
terum maiores mihi gratias agis quã pro meritis noſtris. Communia ſunt tibi
mecũ omnia: quæ poſſideo. Huius rei periculum ſemper facies ꝓ arbitrio. Do
lui non potuiſſe te præ valitudine intereſſe profeſſioni quinq; nouitiorũ noſtro
rum in Eremo. Fuit enim res pro loco miraculo digna: vt dici merito potuerit:
quia ſterilis peperit plurimos. Nec minus, vt ſcias prompto & alacri animo ꝓ/
feſſi ſunt: qui canonicum probationis tempus immaturitate præueniendũ cen/
ſuerunt: ac precoces fructus obtulerunt Deo in odorem ſuauitatis: q̃ qui pluri/
bus menſibus nouitiatus annum exceſſerant. Orabis pro illorum fœlici perſeue
rantia: vt quod vltro polliciti ſunt intrepide perficiant: nequando miſſa ad ara/
trum manu irruentibus tentationum procellis retro (quod abſit) reſpiciant. Va
le. Ex Muſolea. Die. xxi. Augu. MDXII. Spei Abbatiſſæ Muratarum. LXXXVIII.

Aſſuetus ſcribere latino ſermone: & exemplo Hieronymi ſanctiſſimi
a prouocatus: qui non ſolum virginibus, ſed etiam viduis & coniugatis
latine ſcribebat: non reſpondeo lingua vernacula litteris tuis. Quod
eo potiſſimũ conſilio faciendum cenſui: vt ſi quibus infuturum legere placuerit
epiſtolas noſtras: agnoſcant perſpicue, q̃ti fecerim ſacrum Muratarum collegiũ:
q̃táq; repoſuerim ſenectuti meæ ſpem: in ſuffragio precum & obſecrationum
illarum. Et primum quidem doleo: non fuiſſe vos pro tranſmiſſo ad ædificatio
nẽ veſtram munere contentas: vt referretur nobis gratia ſola orationum veſtra
rum vſura: vltra quam a vobis, quæ paupertatem profeſſæ eſtis & arctius cuſto
ditis nihil aliud cupimus. Eam tantum remunerationem, ſi quid mihi debere

vos

vos arbitramini, inſtantiſſime poſcimus: vt ingreſſæ cubiculum ſpōſi veſtri, illi meam cōmendetis imbecillitatem. Non oportuit vos veſtro ſumptu & incōmodo, alio me impartiri munere: ſed tantum ſpiritualibus ſpiritualia compenſare. Satis de me eſtis bene meritæ o virgines ſacræ: quaꝝ meritis & precibus (ita nimirum de vobis ſentio) a quatuor annis citra mihi vitam prorogatā putē. Eſt tamen quod de veſtro munere dulcoris pleno altius cogitem. Miſiſſe vos vtiq; illud: vt ſpirituale aliquid myſtice innuatis. Siue enim ſignificandum duxeritis: fuiſſe vobis ſaccaro dulciora Putii noſtri eloquia: immo Dñi per os eius prolata: ſiue vt ego dulcedine illius admonerer: Nihil eſſe dulcius (vt ſcriptura teſtatur) q̄ reſpicere in mandatis Domini: vtrāq; ſignificationem perq̄iucunde amplector. Guſtate (inquit) & videte: qm̄ ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo. Et alibi. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quā abſcondiſti timentibus te. Quod vero imitari poſſe cupias Abbatiſſa honoranda eremitaꝝ noſtrorum vitā: ac depoſita gubernationis ſarcina priuatam ac ſolitariam vitā ducere: nihil miror. Ita enim natura cōparatum eſt hominibus: vt nati ad laborem quietē tamen omnes cupiant. Laudauit Dominus Mariam: q̄ vni intenderet contemplationi. Non tamen improbauit ſororem: q̄ ſolicita eſſet: & turbaretur erga plurima: vt ipſi Domino miniſtraret. Et apoſtoli transſigurato in mō te Domino capti viſionis illius & gloriæ dulcedine: bonum eſſe vt ibi manerent confitebantur: atq; vt fieri illic permitteret tria tabernacula cōtendebant. Quod ſane ſi factum fuiſſet: male conſultum foret noſtræ redemptioni per eū: qui venerat vt mortem noſtrā moriendo deſtrueret: & ſaluaret quod perierat. Effundēdus erat prius agni illius immaculati ſanguis pro peccatis noſtris: vt nos rediméret ab omni iniquitate: & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operū. Et apoſtoli ſi in eo loco, torrente licet voluptatis cœleſtis potati, iugiter permanſiſſent: nō fuiſſent glorioſa martyrii palma poſtea coronati. At graue eſſe affirmabis adminiſtrationis onus: cum ſit ars artium regimen animarum. Sed ſi omnes hunc laborem detrectauerint: quæ erit Dominici gregis cura? Nonne ſi defuerit diligens cuſtodia: continuo luporum morſibus erit expoſitus? Quamobrem ſi nimium premi te ſentis: omnem ſolicitudinem tuā proiice in eum, qui tibi onus impoſuit. Ipſi enim cura eſt de nobis: qui non permittit nos tentari ſupra vires. Sed facit cum tentatione prouentum: vt poſſimus ſuſtinere. Cogita hortari nos ab apoſtolo: vt ambulemus vocatione, qua vocati ſumus: Te quoq; haud temere Spem vocitari: quæ in Dño ſperans non infirmaberis. Etiam in ſolitudine, quā optare videris, non deſunt tentationum occaſiones. Periculis, ait, in ciuitate: periculis in ſolitudine. Vbiq; labor & dolor: qm̄ militia eſt vita hominis ſuper terram. Hic nobis pugnandum eſt: vt alibi coronemur. Si enim ſuſtinuerimus: & conregnabimus. Elegit te Dñs: non vt habitare te faceret ſterilem in domo: ſed matrem filiarum lætantem. Voluit, vt præeſſes tātæ tāq; dilectæ a Deo multitudini: quarum audio eſſe cor vnum & animā vnā: adeo vt fragrantia & odor ſanctimoniæ ſacri iſtius cœtus ad vltimas vſq; Chriſtianorum terras peruenerit. Perge itaq; vt facis: & creditarum tuæ curæ ſanctimonialium verbo & exemplo regimen patienter exhibe: vt cum bene miniſtra-

ueris,gradum bonũ acquiras.Cæterũ Putio noſtro preconi Dei altiſſimi : cuius cõmorationi in eremo pie inuidere viſa es:nullum vitæ genus cõuenire minus arbitror q̃ ſolitariæ.Alioquin merito illi obiiceretur:ꝙ traditum ſibi talentũ defodiſſet in terram. Fungitur munere apoſtolico : in multitudine verſari ipſum oportet.Imperatũ eſt ei a Dño per prophetã & apoſtolum:ne taceat.Clama (inquit)ne ceſſes:quaſi tuba exalta vocẽ tua.Apoſtolus autem Paulus Prædica verbũ:inſta oportune,importune argue,obſecra,increpa,in omni patiẽtia & doctrina.Non ſibi ipſi tantũ natus:procul eſſe debet a ſolitudine.Recreari tñ in ea aliquãdiu ipſum decuit:vt roboratis per quietem corporis viribus,acrior ac vehementior ad euangelizandũ aſſurgeret.Quãq̃ ego de ipſo ſic opinor: ꝙ ſi quãdo ad emulationem præcurſoris Domini,eremum incolendã eligeret:& antra deſerti petere conſtitueret:non dubitarem ituros ad illum populos multos:vt audirent vocem clamantis in deſerto.Parate viam Domini:rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri.Solatio ingenti ipſum vobis eſſe non dubito ad perferendum æquo animo iugum Domini:ad excitanda atq; in flãmanda in amorẽ Sponſi & Saluatoris ſui Ieſu Chriſti virginum corda.Quãuis enim ita inſtitutæ ſitis:vt parum indigere vos arbitremur aliena exhortatione:nõ poteſtis tamen nihil proficere ex auditu verbi Dei.Nam licet ſitis ortus concluſus,fons ſignatus,& muro inexpugnabili circuncinctus:prodeſt tñ mirũimmodum, ad arcendas ab ouili veſtro inuiſibiles feras,canum hoc eſt prædicatorũ latratus.An nõ murus inexpugnabilis eſt,& iugi cuſtodia munitus:perpetua ſacri iſtius cœnobii pſalmodia? Vt merito vos Muratæ iccirco vocemini:de quibus per prophẽtam olim vaticinatum puto.Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die & tota nocte in perpetuũ non tacebunt.Quis enim negauerit: eſſe vos cœleſtis Hieruſalem filias ? Exceſſi,vt video,modum epiſtolæ : ita impellente caritate,quæ modum non habet.Et nollem prolyxiore ſermone,aut matrem a filiarum cura diutius auertere:aut filias ſanctimoniales a ſtudio contemplationis reuocare.Vnum tantum repeto:vt memores mei ſitis in oratiõibus veſtris: obſecrantes Dominũ:Ne proiiciat me in tempore ſenectutis:cum defeceritvirtus mea,ne derelinquat me.Vale.Ex Fonte bono.Die.xxii.Auguſti. MDXII.

Petro Quirino Eremitæ Nouitio.LXXXIX.

m Irari deſineres mi Petre,non deeſſe aliquando de Eremitarum cætu qui preuaricetur : ſi reuocares ad memoriam ſcripturarum ſanctarum exempla.Induodenario apoſtolorum numero,vnus ex eis diabolus meruit appellari.Ex ſeptem ab apoſtolis electis diaconibus,vnus extitit hereſiarcha.Et vt altius repetam,ex duobus primi parentis filiis alter alterum occidit. Ex tribus fratribus qui ingreſſi ſunt in archã,duo electi,tertius in patrẽ impius reprobus fuit.Vis vt aliquid maius afferam?Et in angelis ſuis Dñs reperit prauitatẽ.Quãobrem ſi dehoneſtari Eremum putas vnius falſi & improbi fratris prauitate: & propterea ægrefers inuſtam loco iſti maculam:longe egrius te ferre oporteret illatam cœlo iniuriam.Sed quando humana ſunt iſta:non te turbent aliena flagitia.Nimis prætioſum & ſingulare indultum fuiſſet noſtræ huic Eremo priuilegium : ſi in ea peccare poſſet nemo : & quilibet in eam admiſſus futurus fo-

ret ἀναμάρτητος. Cuius ſit momenti præuaricantes impunitos dimittere: audi prophetam dicentem. Quia dimiſiſti virum dignum morte: erit anima tua pro anima illius. Et alius quidam. Religio, ait, munda & immaculata hæc eſt: facere iudicium & iuſtitiam: & ſolicite ambulare cũ Deo ſuo. Vale. Ex Fonte bono. Die xxv. Auguſti. MDXII.

Paulo Orlandino Priori Angelorum & Vicario. CX.

POſteaq̃ a me digreſſus es: binas abs te accæpi litteras. Quarum prioribus non reſpondi: quoniam indicaſti per eas, eſſe te Florentia paulo poſt profecturum: & in iis non maioris res momenti continebantur: vt neceſſario fuerit reſpondendũ. Poſterioribus modo reſpõdeo. Et primo quidem ægerrime tuli nuncium de obitu Venerabilis fratris noſtri Ambroſii Prioris Angelorum. Is enim licet diu ægritudine incurabili laborauerit: vt optata & accerſita pene morte deceſſiſſe credendus ſit: cui viuere Chriſtus eſſet, & mori lucrum: fuit tamen vir probus & moderatus inter vos, & iuſtitiæ continens, atq; haud contemnendæ in congregatione autoritatis. Secutus eſt exiguo interuallo Andream cariſſimum fratrem ſuum: & cum quo viuens cõiunctiſſime verſatus eſt: non eſt paſſus abeo ſeparari diutius. Sperare licet fuiſſe illum ad eas cæleſtes nuptias admiſſum: qui abſq; vlla criminis nota ita ſemper innocenter vixit: vt cæteris confratribus fuerit monaſticæ cõuerſationis exẽplar. In pace in idipſum dormiat & requieſcat: ac pro eo alium ſubſtituat Dominus: qui inter vos eius vices gerat. Quod vero tu fueris in Priorem iſtius cœnobii ſuffectus: ſcis hoc noſtrum quoq; fuiſſe conſilium. Præſentiſſimo & accõmodato remedio prouiſum eſt loci iſtius indigentiæ. Curam itaq; illius habe: neq; propterea Vicariatus officium deſere: donec quod in parabolis de Mutinenſi infirmante & languente locutus es, palam factum fuerit. Eius nimirum aduerſam valitudinem moleſte accæpi: vtpote qui non ſine magna veſtra immo cõmuni totius religionis iactura demigrarit. Verum huiuſmodi terminis, qui præteriri non poſſunt, cum eo peruenerimus parendum eſt: & illi obtemperandum, qui eos conſtituit. Et beati qui parati erunt, occurrere illi. De imminenti patriæ iſti periculo nos quoq; ſuſpenſi ſumus. Precamur quotidie Dominũ: vt eam illæſam conſeruare dignetur. Cogito ego ſæpius noſtra hæc in quæ incidimus tẽpora: & video totã Chriſtianam rempu. non Italiam ſolam fuiſſe vexatam. Erudire nos vult per contraria deus: vt qui in tranquillitate & fœlici rerum ſtatu, obliti ſumus gubernatoris: in tempeſtate & procella ipſius adiutorium atq; auxiliũ imploremus. In hac vita nobis cum erumnarum & perſecutionum varietate luctandum eſt: ſi cupimus futuram promereri. Vt non temere per poetam dictum ſit. Dicimus autem hos quoq; fœlices: qui ferre incõmoda vitæ: nec iactare iugũ vita didicere magiſtra. Deus bene vertat. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxvi. Auguſti. MDXII.

Ioanni Cardinali de Medicis. XCI.

REſtitutum te fuiſſe tandem in patriam optatiſſimam, atq; admiſſum in proprias ædes: idq; ſingulari tua tuorũq; gloria & honorificentia: maxime lætor. Non enim dubito voluptate inenarrabili tuam Amplitudinem Florentiã introiſſe: vbi natus vbi educatus olim fuiſti. Neq; enim temere per poetam dicitur. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos ducit: & immemores

non ſinit eſſe ſui.Et credi merito poteſt:eo te maiore atq; abundantiore gaudio in ingreſſu vrbis fuiſſe repletum:quo tardius & longiore poſtliminio eam tibi reuiſere contigit.Permiſit te Dominus abeſſe diutius:vt poſt tot annorũ inter/uallum reuerſus,vberiore nunc lætitia fruereris.Nam poſt longam maris agitationem,lætiores in portum deuehimur.Et quẽadmodum ei,qui ex ægritudine & diutino morbo conualuit,bona valitudo iucundior eſſe conſueuit:q̃ qui nũq̃ infirmus iacuit:ita omnia longo tẽpore deſyderata longe amplius oblectant,q̃ quæ ſine intermiſſione aſſidue poſſedimus.Sit itaq; fauſtus & fœlix hic reditus tuus Dñe pientiſſime:ſit tibi & patriæ,ſicut extitit optatiſſimus,ita & ſalutaris. Cuſtodiat Dominus introitum tuum & exitum tuum:ex hoc nunc & vſq; in ſæ/culum:vt reformato in melius Florentinarum rerum ſtatu,in pace in idipſum dormias & requieſcas.Cæterum cõmendo tuæ Dignationi conciues iſtos tuos, populumq; vniuerſum.Si qui ſunt:qui aliqua fortaſſe olim te iniuria affecerint: cum ſis adeo mitis ingenio, vt nihil ad tuam manſuetudinem addi poſſit : oẽs pro tuo more benigne amplexaberis:reddeſq; pro malo bonum.Fuiſti ſemper ĩ omnes humanus affabilis comis. Hac tua ingenita lenitate atq; clæmẽtia cognoſcent facile omnes:caram tibi eſſe ipſorum ſalutẽ.Hinc fiet:vt nemo vnus reperiendus ſit,cuius non extet ſuum erga te meritum:qui non ſe tuæ pietati fateatur obnoxium,memoria tuorum benefitiorum ſempiterna.Roborat́ etenim clæmentia thronus.Et ſuper argentum & aurũ,bona gratia.Vale.Ex Fonte bo/no.Die.iii.Septembris.MDXII.

Paulo Orlandino Priori Angelorum.XCII.

Diit me Petrus Bibbieneñ. monachus tuus. Miratus,q; ſine litteris &
a ſolus me conueniſſet:didici continuo ab eo cauſam profectionis ſuæ. Improbaui primo quod feciſſet:& corripui cõſilium eius.Viſus eſt cõ/pungi plurimum:& facti pœnitere:ſpopondítq; continuo,ſe mihi in omnibus obtemperaturum.Noſti Prior mobilia & inconſtantia eſſe adoleſcentulorũ in/genia:& trahi violentius ad ea,quæ cupiant:cũ eſſe in illis ſenilis grauitas non facile reperiatur.Trahit ſua quẽq; voluptas.Nimium diſcendi ſtudioſus,ad cõ/parandã ſibi librorum ſuppellectilem adiecit animum:& fortaſſe vehementius q̃ oportuit.Decæptus librorum,non alicuius incõtinentiæ aut turpitudinis cupiditate:facilius meretur veniam.Non excuſo peccatum,ſed intentiõem delin/quentis:qua ſupramodum ad libros appoſuit cor.Licet aũt adoleſcentium peccatis non ſemper ignoſcendum ſit:(quis enim filius,quem nõ corripit pater?) conſyderanda nihilominus caſtigandorum ingenia exiſtimo: quemadmodum & pater Beatiſſimus admonet in regula:vbi qualis eſſe abbas debeat accuratiſſime deſcribit.Apoſtolus quoq; Paulus,Argue(inquit) obſecra increpa: in omni patientia & doctrina.Alius ſeueritate alius blãdimentis,ad meliorem profectũ dirigitur.Cuius ſit iſte ingenii quam indolem præſeferat:longe me melius no/ſti.Mihi ſemper ſupra ætatem & acutus,& ornatus virtutibus,& optimæ ſpei plenus(niſi me ipſe fallit)viſus eſt.Et de huiuſmodi ſcriptum reor.Plus proficit correctio apud prudentem:q̃ centum plagæ apud ſtultum.Verum cui hæc ſcribo?Calles tu iſta optime:cum ſis & prudẽtiſſimus,& eruditiſſimus.Vnum hor/tor:vt ſit tibi iunior iſte cõmendatus:mitiuſq; cum ipſo agas:ſi ſe tibi,ſicut no/

bis recæpit,humiliauerit.Memẽto Oneſimi ab apoſtolo Philemoni,tanq̃ ſua vi
ſcera cõmendati. Forſitan enim & hic ideo diſceſſit ad horam a te vt in æternũ
illum reciperes,non iam vt inobedientem ſed vt chariſſimum filium:qui facile
futurus ſit baculus ſenectutis tuæ. Ex Priore Camalduli,aut Sancti Bñdicti,aper
tius intelliges:quid cupiam. Vale cũ familia omni. Ex Fonte bono. Die. vii. Se/
ptembris.MDXII.

Thomæ Eremitæ.XCIII.

n On temere admonet Paulus:vt probentur ſpiritus,an ex Deo ſint.De
lectamur aduentãrium multitudine. Et nõ aduertimus,multitudinem
ſæpiſſime eſſe ſeditionum & confuſionũ matrẽ : paucitatem vero diſciplinæ &
concordiæ magiſtram. Vt merito teſtatus ſit Dñs. Vbi duo vel tres congregati
fuerint in nomine meo:ibi ego ſum in medio eorum. Noui ego ſatis iſtorũ cœ/
nobiatarum mores : qui vbi ſemel clauſtra monaſterioꝝ ſuorum fregerint:con
tinuo fiunt inſtabilitati obnoxii:nec deeſſe illis poteſt frequẽs vagandi materia.
Non eſt noſtrũ Dominari huiuſmodi ingeniis:quæ ſeu ignorantia, quam maxi
me arbitror ſolitariis aduerſari,ſiue(quod magis arbitror) defectu deuotionis
& ſpiritus,admodũ ſunt hoc tẽpore mobilia. Vbi de lannea camiſia & ſcapulari
pro veſtiendo nouitio prouidero:veniã ad vos:Quod ſpero fore intra triduũ.
Tunc faciam ſicut monuiſti:& inde mecum Romualdinum reducam in Fontẽ
bonum:ne vnus multoꝝ quietem perturbet. Si reuerterit alter de quo ſcripſiſti:
facile nobis erit & ipſum inde amouere. Non probamus hanc veſtram diſſimu
lationem ac timorẽ:vt formidetis indicare mihi:qui ſint in Eremo:qui ad pro/
bationem vndiq; admiſſi non ſe inſtituto illi atq; eremiticæ ſeueritati accõmo/
dent. Paucis diebus agnoſci poſſe reor ac deprehendi:qui recte incedãt: & quo
quiſq; animo in ſolitudinẽ acceſſerit. Trepidatis interdũ timore : vbi non eſt ti/
mor. Quod vt caueatis poſt hac:hortor & moneo. Si non eritis multi:memen/
tote poetici ſermonis. Pauci quos æquus amauit Iuppiter : aut ardens euexit ad
æthera virtus. Et ne pro more meo a ſacro eloquio diſcedam:Puſillus eſt grex:
cui complacuit Dño dare hereditatem. Vale cũ reliqua familia. Ex Fonte bono
Die.xi.Septembris.MDXII.

Petro Quirino Eremitæ.XCIIII.

h Ortatus es me per litteras:vt impetrare contenderem a legato colen/
diſſimo diſpenſationem ſuper eſu carnium in Eremo: qñcunq; accide/
ret vt Eremitæ infirmarentur. Exhorrui fateor huiuſmodi conſiliũ tuũ:tam alie
nus nimirum ab hac opinione,q̃ diſtat ortus ab occidẽte. Fui enim ſemper pro
penſior ad conſeruanda inſtituta ordinis:quæ in eius ingreſſu reperi : q̃ ad im/
mutanda:& præcipue indeterius. Ne tranſgrediaris(inquit) terminos:quos ti/
bi poſuerũt patres tui. Audiui iampridem a ſenioribus:delatas aliqñ a laicis car
nes coctas occulte ĩ Eremũ:eaſq; haud ita multo poſt,mane vtiq; ſequẽtis diei,
repertas fuiſſe ſcatere vermibus. Si qñ futurum eſt hoc:vt poſt quingentos & eo
amplius annos:admittenda ſit ab Eremitis talis præuaricatio:obſecro ego Do
minum:vt fiat tantũ pax in diebus meis:neuñq̃ mihi imputari queat:ꝙ fuerim
huiuſcemodi eremiticæ relaxationis autor. Quod ſi tibi indecens videtur: vt vi
uentes in Eremo extra Eremũ mori cõpellantur:cogita bonis & in deo collocã
tibus ſpem ſuam vndecunq; patere aditũ in cœlũ. Abiice,oro,abs te iſtam curã:

neq; mihi tã male promereri de noſtra Eremo ſuadeas: vt cuius honoris ſemp a me ꝓ viribus habita eſt ratio: me iterprete hæc illi tãta inferatᷓ macula. Locus in quo ſtas, terra ſancta eſt. Illius incolæ ſicut abſtinere tenentur a carnalibus deſideriis quæ militãt aduerſus animã: ita ẽt ab eſu carniũ: nec par eſt auſteriorem profeſſis vitã eis conformari: q indulgent vitæ laxiori. Percurre Sanctoꝝ vitas: & videbis multos extra domos ſuas a ſæculo demigraſſe. Vt de cæteris ſileã: colẽdiſſimus Cardinalis noſter Gerardus quem merito inter cœlicolas nunc verſari cenſuerim, nõne in hoſpitio apud Interãnã me præſente fœliciſſime deceſſit? Ambroſius Angeloꝝ prior, vir bonus, nõne pauloante fauentiæ obiit diem ſuũ? Obſeruationẽ itaq; tot ſæculoꝝ tanta religione tã diſtricto rigore hactenus cõtinuatã maximi faciendã duco: nec permitti ac diſpẽſari eſum carniũ in Eremo poſſe confido: abſq; ingenti noſtri ordinis ſcãdalo & murmuratione. Ego ſi mihi id in Eremo iſta (qđ abſit) attentare contingeret: etiã ad mortẽ egrotanti: ſcripturæ illius teſtimonio terreret plurimum. Adhuc eſcæ eorũ erãt in ore ipſorũ: & ira Dei aſcendit ſuper eos. Vale. Ex monaſterio. Sãcti Benedicti. Dei. xi. Octobris. MDXII.

Petro Quirino Eremitæ. XCV.

a Pprobat Legatus colendiſſimus decretũ celebrãdi capituli: quod nos quoq; ꝓbamus: ſi modo canonice atq; oportũe id fiat. Præſentia ipſius ſemp mihi futura eſt iocundiſſima atq; optatiſſima. Alterius pro eo nõ ſic. Multa mihi bona futura proponis: magnũ me adeptuꝝ honorẽ, ingens gaudiũ & quietẽ ſenectuti meæ repromittis: idq; multoꝝ fauoribus qui cõgruo tpe impẽdent operã ſuã. Cupio quidẽ ego bona illa: de qbus ſcriptum eſt. Credo videre bona Dñi in terra viuentiũ. Honorẽ quoq; gaudiũ & quietẽ nõ recuſarẽ: ſed ſi ea imperfecto meo elargiri dignaretur Dñs: nõ humani fauores ac mortaliũ ſtudia. Gloria (inquit) & honore coronaſti eũ Dñe. Et alibi. Gaudebit cor veſtrum: & gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis. Et rurſum dicit aliqs, quietẽ deſyderans. In pace in idipſum, dormiã & requieſcã. Hortor itaq; te Petre, hortor cæteros coeremitas tuos: vt ſi quid a me cupitis, qđ vobis quod religioni qđ mihi vlui futurum ſit: diuino potius cõſilio & ope, q̃ humano auxilio ac iuditio nitamini. Nihil (inquit) ſoliciti ſitis: ſed in oĩ oratione petitiones vr̃æ innoteſcant apud deũ. Sic. n. fiet: vt pax dei, quæ exuperat omnẽ ſenſum, cuſtodiat corda vr̃a & intelligentias veſtras. Et ſi quidẽ petieritis qđ rectũ fuerit: nõ fraudabimini ab eo. Sin vero exorare nõ potueritis: nõ ſcãdalizabimini: & oĩa in meliorẽ partẽ accipietis. Omnẽ, ait, ſolicitudinem veſtrã proiicientes in eũ: qm̃ ipſi cura eſt de vobis. Et vt cõfidentius iactetis cogitatũ veſtrũ in Dño, & nõ in filiis hominũ quibus nõ eſt ſalus: ſuccurrat vobis illud de Actibus apoſtoloꝝ. Si eſt (inquit) conſilium hoc aut opus ex hoibus: diſſoluetur. Si vero ex Deo eſt: nõ poteritis diſſoluere: ne forte & deo repugnare videamini. Generale capitulũ poſt reſurrectionem Dñicam, congruo tpe atq; vſitato celebrabitur. Si præueniẽdũ curaueritis: cauendũ vobis eſt, ne feſtinatio cõſiliis veſtris obſit. Tpibus medicina valet: data tpe proſunt: Et data nõ apto tpe vina nocẽt. Quãobrem cũ prope ſit iam Dñs: abiicite tantiſper iſtas curas & cogitationes, donec venerit. Quiete agatis hos pauculos dies: vt deuotius excipiatis aduentũ Saluatoris noſtri. Cui ſit honor &

gloria

gloria in ſempiternū. Vale. Ex Muſolea. Die. xvi. Decembris. MDXII.

Ioanni Cardinali de Medicis legato. XCVI.

m Irentur qui voluerint arguāt me improbitatis atq; impudentiæ: ꝙ audeam tibi mitiſſime ac leniſſime Dñe etiā eos cōmēdare qui tibi aliqñ & clariſſimæ Domui tuæ aduerſari viſi ſunt. Non puto me poſſe errare apud Dignatioem tuā: vbi tibi p me proponitur materia: daturq; occaſio exercendæ clementiæ ac miſerationis tuæ. In iis te operibus atq; actiōibus verſari oportet: ad quæ te natura effinxit. Multa ſunt monumēta indulgentiæ ac miſericordiæ tuæ adeo vt nullus vnq̄ te placauerit inimicus (qd fecerūt multi) qui vllas in tuo aīo pientiſſimo ſimultatis & odii reliquias reſediſſe animaduerterit. Quin potius occurrere calamitoſis ac ſupplicibus conſueuiſti: ēt qui male de te fuiſſent meriti. Cogitare te ſemp arbitror Saluatoris teſtimoniū. Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur. Et alibi. Diligite (inquit) inimicos veſtros: & benefacite iis qui oderunt vos. Noſti Dñe mi: pauloante Baſiliū abbatē extra agrum Florentinū fuiſſe in annū relegatū. Admiſit patienter imperiū exilii: paruit abſq; contradictione ſublimiori poteſtati: extra fines præfixo ſibi termino receſſit. Sed nō propterea nūc ad te ſcribo: vt ab exilio ipſum reuocare digneris: quanq̄ pro ſingulari illi futurū eſſet beneficio ſi redire ad gubernandā familiam ſuā permitteretur. Aliud eſt qd pro Baſilio afflicto ac iacente peto: ne priuari ipſum abbatia Sancti Fœlicis ſinas: quā meo interuentu olim ei liberaliſſime cōdonaſti. Audio ſi quidem neſcio quorū factione tentari: vt præter exiliū etiā ſuis benefitiis abrogetur. Triſtitia itaq; ſuper triſtitiā repletus: rogauit me impenſius, vt ſe tuæ amplitudini cōmendarē. Vno eodēq; tpe duplici exagitatus incōmodo: ſeſe tibi ſuppliciſſime cōmendat: vt ſi vtrūq; modo nō meretur, vel alterū tua clæmētia & benignitate conſequatur. Fodere non valet: mēdicare erubeſcit. Si extorrē extra patriam vagari ipſum neceſſe fuerit: vt priuatus redditibus ſuis, cogitare de craſtino cōpellendus ſit: miſerā profecto (quod ſpero te minime paſſurum) ducturus eſt vitam. Vale. Ex Muſolea. Die. vltima. Decembris. MDXII.

Cardinali de Medicis legato. XCVII.

i Nuitatus benigne, & quidē binis lr̄is, vt Florentiā me cōferā: eo ꝙ parata ſit dignatio tua nr̄a cōponere negocia: vereor ne (qd abſit) aſcribatur contēptui, diuturnior dilatio mea: cū ſemp mihi animus fuerit, qm̄ ita debeo, in momēto, in ictu oculi, obſequi tibi Dño meo. Sed qm̄ arbitror, ſignificari iſthic quotidie: quæ ſit mō apud nos cœli inclæmentia: cōpenſante Februario ventoꝝ ac niuiū ſcæuitia & horrore, proxime preteritæ hyemis trāquillitatē: ad mittēdā facile huius morulæ excuſationē cōfido. Habituꝝ te nō dubito ſenectutis meæ rōnem: ne nimia & incōſulta feſtinatiōe, efœtū atq; exhauſtū corpuſculū minus neceſſario detrimentū patiat᷑. Si de re tuæ amplitudinis ageret᷑: nulli incōmodo ac piculo parcerē: nullus hyemis rigor, nulla ab eqtatiōe deterreret tēpeſtas: qn ꝓtinus iumenta cōſcenderē. Veꝝ qñ meoꝝ negocioꝝ cā reqror: maiore vtiq; fidutia videor mihi ꝓrogare aduentū meū. Volui nihilominus decies hinc mouere, vt venirē: & ī dies ſcæuire acrius apud nos ꝓcellaꝝ vis hactenus non deſtitit. Excuſationē meā admittas, oro, Dñe clementiſſime: neq; vllo pacto cōtumatiæ ac neglectui īputes tarditatē meā, ſed tpi: & ætatem tecū reputes ſer/

uuli ſui minus idoneā,ad pferenda itinerū incōmoda.Iunior fui : & enim ſenui.
Vale.Ex Fonte bono.Die.xvi.Februarii.MDXIII. Mathiæ Suppriori. XCVIII.

Arcat eis Deus:q fuerūt autores:vt nouiſſime mouerem ex Fōte bono.
p Quieſcebā apud vos cōtētus ſatis atq; icolumis.Vbi vero īde pfectus ſum:ſiue ob eqtatiōem,quæ mihi eſt moleſtiſſima pp ſeniū:ſiue ob ſcæuientes ī itinere pcellas,quæ multū aduerſatæ ſūt nobis:vexari cœpi dolore pedis dextri:adeo vt nec egredi cubiculū nedū celebrare mihi liceat. Ferimus tñ æquo aīo iuditia dei:ſine cuius nutu nec foliū ex arbore decidit.Et vt ſcias itineris nñi ſeriem:ſabbato refecti cibo potuq; apud moniales nñas:cū ſupueniſſent viſitatores ordīs:ne illis īpedimento eſſemus:coacti ſumus minus cōgruo tpe pp ſequentē Dñicā diem inde abiř:venimuſq; veſpi ad Scām Margaritā de Borſellis.Exceepti p benigne hoſpitio a Sacerdotibus Cōmēdatarii Capellanis qeuimus ibi eadem nocte:furente vento & tāta cœli īclæmentia obniuiū etiā deſcenſum:vt mane īde pficiſci volentibus abblata fuerit nobis potās. Prāſi itaq; poſt horaꝝ duaꝝ ſpaciū eqtare decreuimus:venimuſq; veſperi eadem ventoꝝ vi ad cœnobiū Scí Bñdicti.Sequenti nocte Iulius Pontifex Maximus cōceſſit naturæ. Quis eſt.n.hō q viuat,& nō videbit mortem?Nocte altera hora octaua allatus eſt nūcius mortis Legato colen.q cōtinuo orto iā ſole Florentia diſceſſit:vt Romā magnis itineribus peteret.Quē cū alloq nō potuerimus:fruſtra diſceſſimus ex Fōte bono.Cæteꝝ moneo vos:vt oret̄ quotidie ab oībus pro electiōe futuri noui Pōtificis:vt is cōcordibus Cardinaliū animis & votis in paſtorem gregis Dñici pficiat̄: q ſit verbo & explo curā illius ſalubriter habiturus:q paſcere magis q̄ paſci ſtudeat:nō ipſius lana opiri ac lacte nutriri cōtendat.Orate in ſup:vt podagra liberer:ne diutius arcear ab altaris officio.De captura aliquot ciuiū,& ſumpto iā de qbuſdā vltimo ſupplicio,nihil ſcribo.Tñ orate:vt pacata ſit ciuitas:& in pace viuat̄.Bernardū nequaq̄ ducimus iteꝝ admittendū iu Fōtē bonū: ne vna ouis morbida cōtaminet totū gregem.Vale & familiā ſaluta verbis meis
Ex Camal.Florenti.Die.xxv.Fe.MDXIII. Mathiæ Suppriori.XCIX.

n Imiū es delicatus:q ferre me vel ānuentem petitiōi tuæ vix æquo aīo potueris:& grauiores ac mordatiores exiſtimaueris lřas meas.Sufficere tibi debuit:q; exoraueris,q; extorſeris.Detegi oportuit germanicā illā īprobā q; inſtātiā tuā in poſtulādo:q̄ adeo me vrges,cū aliqd ex affectu petis:vt velim nolim ſit tibi mos gerendus.Si cōmodari tibi tres panes nequeūt aut negant̄ tibi:nūq̄ a pulſatiōe deſiſtis.Tādiu ad hoſtiū pſtrepis:dōec vel vnū accipias.Quā obrem ſi meo cōſenſui rñdere tibi viſa nō eſt litteraꝝ meaꝝ cōſueta lenitas atq; humanitas:tibi īputa nō meo ingenio.Et re vera neſcio: cuius alterius pfratre illo depcatiōem admiſiſſem.Petitis(iqt) & nō accipitis:eo q; male petatis. Tu vero q morbidæ pecudis miſertus es,& tā pio affectu illā mihi cōmendaſti:curā illius habe:vt ſi fieri poterit nō mō reliq̄s minime inficiat:veꝝ & ipſa tuo paſtorali in eā ſtudio ac diligentia,expurgata penitus ſanie atq; putredine,priſtinā recipiat ſanitatem.Quod celebrādas curaueris exeqas p defūcto Pōtifice:& miſſas poſtmodū de ſpū Scō p ſucceſſoris electiōe:admodū cōmendamus.Satiſfactū eſt.n.canōicis ſanctiōibus:& argui negligentiæ nō poteſtis.Licet.n.hæc agētes qd debuimus,fecimus:nō eſt tñ paꝝ hoc tpe īplere munus ſuū. Nā ī multis

offendimus

offendimus oẽs. Bñ præterea facis & opus dignũ laude: q̀ iuniores monachos in cã
tu exerceas. Cãtare ait pr̃ ſcũs in regula, aut legere nõ p̃ſumat: niſi q̃ ædificet audien/
tes. Quãto altius cæteris iſthic collocatus es: tãto te decet ꝑ oĩbus ſtudioſius vigila/
re. Argue obſecra increpa ĩ oĩ patientia & doctrina: vt ſtudeãt cõcordiæ nõ tã vocũ q̃
moꝝ. Semẽ iace. Si in bonã terrã ceciderit: lucratus eris frẽs tuos. Si ĩpetroſã & ſen/
tibus plenã: eris tu a culpa ĩmunis. Nõ ſum paſſus hac hyeme frigus vehementius, q̃
ex quo Florẽtiã veni: & ppea pede laboro diutius: cũ reſolui nequeat hoc aſpiore cœ
lo tumor. Melius tñ habeo p Dei gr̃ia: quẽ ꝑ me oẽs orabitis. Suggere quæſtori meo
nomnie, ne differat pecuniam mittere addiſſoluendum æs alienum. Vale. Florentiæ
Die. x. Martii. MDXIII.   Iuliano Medici. C.

d   Ato nobis Põtifice Maximo ſecũdũ cor Dñi atq̃ itidẽ ſecũdũ cormeũ Iuliãe
clariſſime: gratulor totis viſceribus magnitudini tuæ. Licet. n. merito pri/
mas tibi tãtæ lætitiæ ptes vendicas: qa caro & frater eius es: ſcias tñ in cõi hoc gau/
dio haud multũ abs te diſtare puitatẽ meã: qñ añ cõplures annos frĩ piẽtiſſimo, nũc
vero Dño vniuerſoꝝ, fidelẽ meã dedicaui ſeruitutẽ. Opto vt diuinitus electus in pa/
ſtorẽ gregis Dñici eã illius curã gerat: quã oẽs aĩo cõcæperũt: vt haud temere Cardi/
nalis olim de Medicis facile futurus ſit totius Chriſtianæ rei publicæ lãguentis medi
cina. Dñs cõſeruet eũ, & viuificet eũ, & beatũ faciat eũ ĩ terra: vt diutiſſime ac fœliciſ
ſime præſit ſanctiſſimus atq̃ beatiſſimus pater. Vale. Floren. Die. xii. Martii. MDXIII.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER VNDECIMVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldulenſis. Leoni Papæ Decimo. Epiſtola. I.

Eatiſſime ac Sanctiſſime Pr̃, poſt pedũ oſcula beatoꝝ. Quãto ex/
cæperim gaudio q̃ ĩcredibili exultatiõe nũciũ optatiſſimũ glorio
b   ſæ atq̃ cæleſtis ꝑmotionis tuæ Papa Beatiſſime: ſpo te nõ ĩdigere
lr̃aꝝ teſtimonio: q noſti antiq̃ meã erga te ac fideliſſime ad hãc vſ
q̃ diẽ continuatã ſeruitutẽ. Tenebræ erãt, hora vtiq̃ noctis tertia:
cũ irruperũt in cubiculũ nũcii. Sed mihi cõtinuo viſa eſt nox ſicut
dies illuminari. Bñdictus Deus: q bñdictionẽ omniũ gentiũ dedit tibi: & teſtamentũ
ſuũ cõfirmauit ſup caput tuũ: Qui ĩ fide & lenitate tua ſãctũ te fecit: & elegit te ex oĩ
carne. Bñdictus, ĩq̃, Deus: cuius clæmẽtia factũ eſt: vt datus ſit nobis paſtor bonus: q
diſſipati ac dilacerati gregis Dñici pia ſolicitudine curã gerat: q̃ vexato diſcordiis ac
bellis cõtrito bñdicat populo ſuo in pace: q̃ iudicet orbẽ terræ in æqtate, & populos
in veritate ſua. Indigebat nimiꝝ eccleſia Dei tali capite tanto Principe ac Duce: quo
ſubnixa atq̃ adminiſtrata fœliciora indies caperet incremẽta. Fuiſti ſemp vita & mo
ribus integer: mitis & humilis corde: vt merito te adapicẽ apoſtolatus diuina euexe
rit pietas. Sup quẽ, ait, reqeſcet ſpũs meus: niſi ſup humilẽ & mãſuetũ & tremẽtã ſer/
mones meos? Cogitãs quæ acciderũt hoc ãno tuæ ſanctitati: cõſydero q̃ bonus ſit Iſ
rael deus iis q̃ recto ſunt corde. Pauloañ pene abductus in ſeruitutẽ mox cœleſti mu
nere miraculoſe ereptus es: vt fieres paulopoſt ſeruus ſeruoꝝ Dei: & vniuerſalis pater
ac Dñs. Impleta eſt in te ſcriptura dicens. Gloriã p̃cedit hũilitas. Vocatus eras prius
in partẽ ſolicitudinis adminiſtrãdæ eccleſiæ: Vocatus mõ es ĩ plenitudinẽ ptãtis. La
boraſti p multos ãnos in remigando: nũc adclauũ nauiculæ ſuæ poſuit te Dñs. Spant
oẽs: nõ defuturũ p gubernatoris ſapiẽtiã & ſtudiũ: q̃n fœlici flãte deſup aura, poſt mul

tas tempeſtates ac procellas,in portũ tutiſſimũ deducatur. Parcat obſecro,meæ te/ meritati ſanctitas tua:q̃ in his primis auſpitiis promotionis ipſius auſus ſim eã in/ terpellare litteris. Non potui me pro meo olim more cõtinere: quin ad te ſcriberẽ: in tua potiſſimum confiſus pietate.Neq;.n.mihi perſuadeo,fore te alium in ſede ma ieſtatis tuæ:q̃ fueris hactenus aliis inferioribus dignitatibus ornatus. In humilitate enim ſolium tuũ iuxta Eſaiæ vaticiniũ,ſublatũ eſt.Podagra impeditus nõ valui corã implere officium meũ.Vbi primum cõualuero:veniam q̃ libentiſſime ad adorandã ſacra veſtigia pedũ tuorum.Valeat pro voto fœliciſſime Beatitudo tua: cui me ſup/ plex ac proſtratus commendo.Florentiæ.Die.xiii.Martii.MDXIII.

Mathiæ Germano Suppriori Fontis boni.II.

r Iſus dolore miſcebitur:& extrema gaudii luctus occupat. Nihil verius.Læ tati ſumus dudũ ob promotionem Pontificis nobis notiſſimi.Et ecce pau/ lopoſt nuncio moleſtiſſimo triſtati ſumus propter obitũ Domni Benedicti Mutinẽ. abbatis Sancti Michaelis Murani.Neq;.n.poſſumus nõ angi:cũ indies minui nume rus monachorum noſtrorũ videatur:& eorum præſertim qui videbantur columnæ eſſe.Scis quot hoc anno in cõgregatione ex primariis deceſſerint.Cũ quibus ſicut be ne actum puto:q̃ tranſierint ad immortalitatẽ:ita cũ religione male:quæ huiuſmo/ di adiumentis atq; adminiculis fulta ſuſtentabatur.Nunc vero eiſdẽ deſtituta ruinam minat̃.Paucos re vera Benedictos habemus in noſtro ordine.Noſti tu optime:qua/ lis fuerit Mutinenſis iſte:q̃to in religionẽ Zelo ſuccenſus:q̃ rari exempli in obſerua tione regulæ:q̃ pius q̃ pacificus q̃ integer q̃ timẽs Deum.Magnã nimirum fecimus iacturam eius amiſſione.Sic tamen placuit Dño:quẽ orabitis pro anima ipſius. Ora bitis inſuper: vt pro defunctis hoc anno quinq; de primoribus ſuſcitare dignetur de lapidibus filios Habraæ.Vale,& familiam ſaluta ex me.Florentiæ. Die.xxviii. Mar/ tii.MDXIII.

Lazaro Scribæ.III.

v Era caritas nunq̃ excidit.Profectus a me in regionem longinquam, non es tamen immemor noſtri:nec vllo locorũ interuallo quo diſtas a nobis aut vlla temporis intermiſſione fieri potuit: vt te noſtri caperet obliuio. Paria nimirũ & ego tecum facio.Nam & abſentem te,ac procul agentẽ,æque diligo:ac ſi apud nos eſſes:habita imprimis ratione tuæ haud vulgaris erga me fidei,ac beniuolentiæ ſin/ gularis.Quod mihi bene cupias:& vt ab omnibus moleſtiis vacem : nihil dubito. Et re vera hoc ipſum requirit ætas iam prouectior : vt eos , qui mihi ſuperſunt dies tranſigam : quo tranquillius fieri poſſit.Sed mare hoc nauigantibusnon de ſunt frequentes procellæ ac tempeſtates:ita vt ſæpe numero nobis eueniat clama/ re cum apoſtolis.Domine ſalua nos:perimus.Fluctus iſti qui hoc anno(vt bene no/ ſti) ſuper me tranſierunt,nõdum penitus ſedati ſunt:rebus adhuc in priſtinum ſtatũ minime reſtitutis.Minus tamẽ intumeſcunt.Nam & humiliari ex iſtis quidã cœpit: & tum verbo tum ſcripto fateri peccatum ſuum.Det ei Dñs ac reliquis ſanã prorſus mentem:ne aliquando recidiuam patiantur.Ituri paulopoſt in vrbem ſumus: ſi per/ miſerit Dominus.Orabis : vt proſperum futurum ſit iter noſtrum. Cæterum,au/ dio,cœlum iſtud Volaterranum parum tibi conducere:vtpote qui intra paucos mẽ ſes quos ibidem peregiſti,bis ægrotaueris.Ego ſic exiſtimo: nihil eſſe in hoc mũdo præferendũ ſanitati,& bonæ corporis habitudini.Quo mihi diuitiæ:ſi nõ permitti/ tis vti?Hoc poeta.De noſtris vero,Melius,ait quidam,eſt modicũ iuſto:ſuper diui/

tias peccatoꝝ multas. Siquidem haudab re etiam dici pōt. Melius eſt modicum ſano ſuper diuitias infirmorum multas. Hortor itaq; te: vt ſoſpitati tuæ conſulas: cogitãs tecum ſcripturæ diuinæ teſtimonium: Meliorẽ eſſe canem viuum, leone mortuo. Vale. Ex Muſolea. Die. xxvi. Septẽbris. MDXIII. Petro Quirino Eremitæ. V.

e T coram & litteris, idem ſæpius mecum repetis: dolere te ex corde, ꝙ ad indignationem me prouocaueris: pœnitereq; te aſſeris plurimum præteritorum. Polliceris adhæc, multum mutatus ab illo, qui hoc anno fuiſti, futurum te mihi obſequentiſſimum atq; pientiſſimum filium: modo perſpicue noueris, me tecum in gratiam rediiſſe. Imitatores Dei nos eſſe, admonet Paulus: & ambulare in dilectione. Ego vero, qui dominicam imitari doctrinã cupio, ſcriptum de illo reminiſcens: Cor contritum & humiliatũ Deus non deſpicies: nec poſſum nec debeo tecum ſecus agere. Itaq; admitto pœnitentiam tuam: & grate accipio hanc tuam erga me animĩ cõmutationem. Confirmet Dominus quod operari in nobis cœpit: vt idipſum dicamus omnes: & non ſint in nobis ſchiſmata. De Iunipera ita ſentio: ꝙ ſi æquæ litteris ac preſentia tua & alloquio poſſet ei ſatiſfieri: litteris cum illa ageres: Quod difficile fore arbitror. Itaq; de acceſſu tuo ad eam tu cogita: & ſi expedire aut neceſſarium eſſe iudicaueris adfirmandũ nouitiæ animum, vt eo te cõferas: iter arripies pro arbitrio. Cupio admodũ: vt ſuperatis diuina opitulante gratia tentationibus, viriliter agat: & confortetur cor eius: & ſuſtineat Dominum. Virtus. n. boni operis, perſeuerãtia. Siue autem per litteras ſeu coram: ipſam meo nomine ſalutabis. Vale. Ex Fõte bono. Die iii. Octobris. MDXIII. Leoni Papæ Decimo. VI.

b Eatiſſime Pater: poſt pedum oſcula beatorum. Prorogata vltra menſem proxima ſeſſione ſi placet Sanctitati tuæ: vt habita ætatis meæ ratione Florentiam redeam aut Camaldulũ: anteq̃ inhorreſcat hyems: feceris rem gratiſſimam ſeruo tuo. Sin minus: paratus ſum parere mandatis tuæ Beatitudinis: cuius ſemper fui ſtudioſiſſimus. Precor autem maieſtatem tuam: vt mihi dignetur benedicere vel abſenti: vt tua Sanctiſſima benedictione munitus tutior ac lætior reuertar in domũ meã, vnde exiui. Valeat q̃ fœliciſſime Sanctitas tua: Romæ. Die. vii. Nouẽ. MDXIII.

Antonio Cardinali de Monte. VII.

p Oſteaq̃ heri profectus ſum abs te: cogitaui mecum ſtudioſius: q̃ ſapienter q̃ fideliter perſuadere mihi cõtendiſſes: ne ante futurã proxime ſeſſionem ex vrbe diſcederẽ. Agnoui perſpicue verum eſſe, quod per Salomonẽ dictum eſt. Verba ſapientium, quaſi ſtimuli: & tanq̃ claui in altum defixi. Itaq; perſuaſus hortamentis, ac ſermone rationis pleno Dignationis tuæ: admittendũ cenſui tam ſanum tam fidele conſilium. Spero. n. fore: vt nõ propterea, aliquid mihi aduerſi eueniat: ſi vota impleuero maiorum meorũ. Quin potius, ſi ſecus feciſſem: metuendum mihi merito fuerat ſupplitium: quod paſſuros inobedientes ſacro denuntiatur eloquio. Seruus (inquit) ſciens voluntatem Domini ſui: & non faciens: plagis vapulabit multis. Ad hæc ſi mihi etiam vel manifeſtum propter obedientiam immineret periculum: illud mihi apoſtolicum ſuccurrit decretum. Melius eſt, ait, ſi voluntas Dei velit pati: q̃ malefacientes. Itaq; ſignificandum duxi tuæ amplitudini hanc mutationem cõſilii mei. Velit Dominus: vt per eam & debito meo & maiorũ meorum deſyderio aliqua ex parte ſatiſfaciam. Vale. Romæ. Die. x. Nouembris. MDVIII.

Leoni Papæ Decimo. VIII.

l Egi litteras tuas Pater Sancte: quibus permittere adeo benigne dignatus es ſeruo tuo reditũ in Hetruriã. Pro qua ſane erga me facilitate atq; indulgentia, immenſas. T. San. gratias ago. Quia vero ex eiſdem liquido aĩaduerti: cupere te, vt interſim futuræ menſe proximo ſacri cõcilii ſeſſioni: atq; interea conſultationibus & decretis cõgregationis, cui me indignũ cooptandum putaſti; mutaui cõtinuo ſentẽtiã. Itaq; iure meritoq; cõmodis meis oĩbus præferendũ cenſui pium ac religioſum votũ. T. Bea. qñ haud ſecus reſponſum eius accæpi, q̃ oraculũ e cœlo miſſum. Licet. n. vltro tam indulgentiſſimo Principi obedire in oĩbus mihi eſt animus: terreor nihilominus ſcripturæ ſanctæ cõminatione. Seruus, ait, ſciens voluntatẽ Dñi ſui & non faciens, plagis vapulabit multis. Vtinam is eſſem, quem tu arbitraris Pater Beatiſſime: vt vel aliqua ex parte poſſet opera mea eccleſiæ vtilitatibus inſeruire. Sẽtio. n. vires ingenii meí, q̃ ſint exiguæ: & cũ ſim monachoꝝ minimus: agnoſco vix me aliud præſtare illi poſſe preter bonã voluntatem: Hanc mihi nunq̃ defuiſſe confiteor: nec defuturã ſpero. Valeat Sancti. T. q̃ fœliciſſime: ad cuius ſacroſancta veſtigia, vexatam ſeruuli tui canitiem, atq; in admodum turpem redactã ſeruitutem, pronus & ſupplex cõmendo. Romæ. Die. xx. Nouẽ. MDXIII. Leoni Papæ Decimo. IX.

q Voniam ob multiplices & continuas occupationes San. tuæ recitare mihi corã non licuit lucubratiunculam: quã pro delato ei diuinitus ſummo præſulatu edideram: iccirco exẽplar eius ad illam trãſmittendũ putaui. Scio equidẽ dixiſſe apoſtolũ. Qui præeſt: in ſolicitudine. Et de te imprimis p Eſaiam prophetã dictum arbitror. Et clamauit (inquit) vt leo. Super ſpeculã Dñi ego ſum ſtans iugiter per diẽ: & ſuper cuſtodiam meã ego ſum ſtans totis noctibus. Credi propterea merito poteſt: raro accidere, vt vel ad horam vaces. Si qñ tamen pauxillulũ tuæ Beati. ſuperfuerit ocii: vt illam, aut per ſemetipſam legere, aut legentẽ quẽpiam audire dignetur: futura eſt ei in teſtimoniũ meæ erga ſe antiquæ fidei, obſeruãtiæ, pietatis: & continuatæ hactenus officioſiſſimæ ſeruitutis. Vale Pater Beatiſſime. Romæ. Die. xxv. Nouembris. MDXIII. Antonio Cardinali de Monte. X.

e Cce homo: quem tibi perpetuæ ſeruitutis feciſti obnoxium. Cupiens venerari coram tuam amplitudinem: eiq; pro accæpto ſingulari beneficio, gratias agere: noluit ſine meis litteris te conuenire. Argue: obſecra: increpa: prout tuæ ſapientiæ viſum fuerit expedire. Multum enim ipſum tua caſtigatione profecturũ nõ dubito. Non. n. eſt adeo obtuſi ingenii: vt cum iis illum cẽſendum putem: de quibus meminit propheta. Aure audietis: & non intelligetis. Recondet imis præcordiis monita dignationis tuæ: futuruſq; eſt eorum memor, dum ſui memor fuerit. Fatetur. n. ſe tibi vitam debere: qui per te parenti redditus a quo procul fuerat relegatus: reuocatum ſe ab inferis ad vitam procul dubio arbitratur: atq; hoc totũ tuæ pietati accæptũ fert. Vale. Romæ. Die. xxviii. Decẽbris. MDXIII. Iulio Cardinali de Medicis. XI.

c Vr nõ ſatiſfecerim officio meo erga tuã amplitudinẽ: vt profecturus in craſtinũ, non te prius cõuenerim: ex harũ latore noſſe poteris. Et oro atq; obſecro: vt admittas excuſationẽ meã: tibiq; perſuadeas: eſſe me tui ſtudioſiſſimũ: futurũq; ſemper, dũ vixero. Reſtitutus benignitate Pontificis in domos noſtras: quas mihi fratrum quorũdã malignitas eripuerat: redeo, tanq̃ alter Dauid pulſus regno a filio

ad

ad reſumendā denuo illaꝝ poſſeſſionē: vbi ſi quid me vis pro te facere: paratum m ſemper inuenies, ad exequenda oīa: quæ mihi duxeris iniungēda. Tuus erit, quid op tes, explorare labor: mihi iuſſa capeſſere fas erit. Vale: & vt me Pontifici pientiſſimo cōmendare digneris, ſupplex peto. Romæ. Die. xv. Ianuarii. MDVIIII.

Iulio Cardinali de Medicis. XII.

a Gnoui heri ex litteris abbatis Sancti Clæmētis: q̄ benigne admiſerit Dignatio tua excuſationē meā: ꝗ profecturus Roma non te conuenerim: & abſq̧ tua benedictione diſceſſerim. Ago immenſas gratias tuæ pietati: quæ ſe mihi ſeruulo ſuo adeo humanū atq̧ affabilem exhibet. Memor es ſcripturæ admonentis. Quāto maior es: humilia te in omnibus. Et alibi. Diſcite, ait Dn̄s, a me: qa mitis ſum & humilis corde. Propterea in humilitate ſoliū tuū ſublatū ac ſublimatū eſt. Futurus ſum ego ſempet tui obſeruantiſſimus: iſq̧ erit ſine intermiſſiōe meus erga tuā amplitudinē animus: vt nunq̄ ſis deſyderaturus fidem meam. Vale. Florentiæ. Die. v. Februarii. MDXIIII. Franciſco Soderino Cardinali Vulterrano Protectori. XIII.

p Erlectis hodie dignationis tuæ litteris: venit mihi in mentē, non eſſe te cū iis annumerandū: qui ſicut heri ex Euangelio audiuimus in tpe tentationis recedūt. Quin potius ediuerſo, cū pugna nr̄a nō eſſet piculoſa, ſubiratior mihi haud temere viſus es. Vbi vero certamen inualuit: & p vim decertari cōtra ſeruū tuū agnouiſti: motus pietate apprehendiſti arma & ſcutū: & exurrexiſti in adiutoriū mihi aduerſus crudeles atq̧ immanes hoſtes noſtros. Miles veteranus es: & aſſuetus virtutis tuæ propugnaculis inimicoꝝ ac bellatorū conatus reprimere. Ago immenſas tuæ & Sāцti Vitalis amplitudini gratias: qui ꝑ me pariter patrociniū apud San. D. N. accerrime ſuſcæpiſtis. Si fuerint (inqt) duo: fouebuntur mutuo. Nec minores mihi agēdæ ſunt gratiæ Pōtifici clementiſſimo: apud quē nō eſtis vr̄o pro me interuentu fraudati. Dn̄s cōſeruet eū: & viuiacet eū: & beatum faciat eū in terra. Vt opus qđ cœptū eſt pro reſtitutione mea in priſtinū ius perficias Domine colendiſſime: oro & obſecro. Vale. Floren. Die. xx. Februarii. MDXIIII. Iulio Cardinali de Medicis. XIIII.

a Dhuc patere mihi aditus ad Pōtificēnō potuit: ob magnoꝝ viroꝝ acceſſum: q illū ſine intermiſſiōe interpellāt. Si fieri poſſet: vt ego quoq̧ licet tātillus ad ſacra ipſius deoſculāda veſtigia admitterer, tuæ Dignationis interuētu: eſſet mih ſupramodū gratū. Nō ſum futurus ꝓlixior in explicādo negocia. Vigeſima horæ ps mihi ſatiſfaciet. Cōtēdo hoc abs te magna fiducia dn̄e colē. tū qa libēter oī petenti te tribuis: tū qa, familiaris cū ſis San. D. N. noſti melius ac certius tp̄s & horā: qn̄ me habeam propterea in palatiū recipere. Commendo me tuæ amplitudini. Vale. Romæ Dei. xii. Maii. MDXIIII. Petro Quirino Eremitæ. XV.

s Icut permoleſte accæpi inopinatum nuncium malæ valitudinis tuæ: ita laudaui plurimum ꝗ religioſe ac ſapienter in eius vexatione atq̧ periculo gratias deo egeris: cui depoſitum reddere ſi ita ei placuiſſet paratus fores. Fidelis re vera ſermo, & omni accæptione dignus. Sed ſperare licet: ꝗ quemadmodum tibi medicoꝝ atq̧ aſtantium non deeſſe offitia ſignificaſti: ſic nō defuturum iacenti auxilium de Sancto: quin haud ita multo poſt auditurus ſis dicentem. Surge & ambula. In eius enī manu eſt oī morboꝝ genere laborātes ſolo verbo atq̧ vno mo

mento incolumes reddere. Orationum ſuffragia ſicut petiſti per me & alios mea ad hortatione acceſſura ſunt tibi: ſi forte (vt confido) non merita noſtra, ſed fides tua te ſaluum faciat. Vtinam dignetur illas admittere longanimis & multũ miſericors Dominus: qui hortari atq; excitare dignatus eſt dicens. Petite: & accipietis. Cæterũ pro me quæſo ne ſolicitus ſis: quin potius de me abige abs te penitus omnem curam. Noſſe te arbitror ingenium & naturam meã: haud quaq̃ (niſi fallor) immitiorem ac ſcæuiorem & iniuriarum admodũ memorem. Incũbe tu omni ſtudio curationi tuæ: & me ſemper habiturũ patrem pientiſſimũ ne vereare: qñ emulari pro mea imbecillitate illum ſtudeo qui omnipotentiam ſuã parcendo maxime & miſerando manifeſtat. Vale. Ex monaſterio Sancti Benedicti. Die. xxvii. Auguſti. MDXIIII.

Zanobio Acciaiolo ordinis prædicatorum. XVI.

n On potuit ſalubrius atq; etiam conuenientius meo iuditio conſilium capi: ad ſubleuandũ Quirinũ infirmum: q̃ vt conueheretur in Quirinalem collem. Conferret illi mite ac purgatum cœlum: conferet ſedulum miniſterium veſtrum conſpectuſq; iucũdiſſimus: conferet etiã non nihil recordatio nominis loci. Iuſſus. n. olim egredi de domo patris ſui cogitabit: haud ab re ſibi peregre profecto contigiſſe: vt hoſpitio a Quirinalibus recæptus ſit: apud quos haud minus cõmode ægrotans iaceret q̃ in parentũ domo: vbi ea de ſe haberetur cura, vt nullum domeſticorũ propinquorũq; caritatis obſequium deſyderaret. Videre. n. mihi videor conuentum iſtum totum adeo officioſe ac ſolicite infirmo preſto eſſe: vt non modo ipſius recreãdi ac reficiendi gratia turbemini circa plurima: verumetiam parentum eius carnalium, ſi forent ſuperſtites, facile ſuperetis affectum. Benedicti vos a Domino, quem ſpero cumulatiorem vobis pro hoc miſericordiæ opere gratiam relaturum. De ſtatu infirmi quem accurate perſcripſiſti hoc ſentio: non parum emolumẽti ipſum percæpiſſe ex loci mutatione: quando non amplius patiatur vomitum ac ſputum ſanguinis. Confidere licet idem fore propediem de febricula & indignatione ſtomachi: idq; benefitio illius medici: qui non manibus & medicamento aliquo, ſed iuſſione & verbo ſanat: & fideli veſtro continuatoq; miniſterio. Salutabis ipſum meo nomine: atq; vt bono ſit animo & in cœlum erecto hortabere. Hic pro eo ſine intermiſſione oratur: quemadmodum alteris meis ad illum litteris me recæpi facturum. Tu quoq; vna cum cæteris illis patribus, idem oro pro me facies. Vale. Ex Sancto Benedicto Die. vltimo. Auguſti. MDXIIII.

Zanobio Acciaiolo ordinis prædicatorum. XVII.

n Ihil deeſſe Quirino ægrotanti quod ad percurandam attinet malam valitudinem: pro comperto ſemper habui: ex quo præſertim ad vos deferri ſe fecit. Quis enim apud vos non cõmode hoſpitaretur, aut infirmus iaceret: qui caritatis ardore flagratis? Laborare vos circa illum videre videor & corpore & ſpiritu: aſſiſtentes ei nõ tã manuũ obſequio q̃ verborũ officio: ſuggerentes nimirũ illi verba bona verba conſolatoria. His. n. magis interdum recreatur ac reficitur ægrotantis animus: quam curatorum fomentis. Quod ſtudioſe me admones de ſtatu ipſius: bene facis: & habeo gratiam. Speramus ipſum non diffidere de miſericordia Dei: & patientiſſime ferre factam ſuper ſe manum Domini. Beatus enim vir: qui corripitur a Deo. Ego (vt ſcias) mecum reputans: quæ de infirmitate

minutius

minutius ſignicaſti:nõ diſſentio abs te:qm̃ prudenter coniicere viſus es. Sed quando non eſt abbreuiata manus Dñi: nõ deerimus nos quotidianis orationibus vos piis miniſteriis atq; officiis preſto eſſe laboranti: ſi forte ipſum non ad ſecundum tan/tum priſtinæ valitudinis ſtatum verumetiam ad primum reuocare dignetur. Tar/dius reſpondeo: quia nudiuſtertius cum eſſem profecturus Fauentia allatæ ſunt ad me litteræ tuæ. Si ſcribendũ duxeris ad me poſt hac: diriges litteras Venetias. Tri/duo.n.poſt ingreſſurus ſum mare:vt eo enauigem. Imperet Dñs ventis:vt proſpera ſit futura nauigatio noſtra. Vale:& infirmum meo nomine iube bono eſſe animo. Ra uennæ. Die.xxiii. Septem. MDXIIII. Petro Lando Oratori Veneto. XVIII.

P Ercæpta Romæ & cognita ex mutuis congreſſibus humanitas & benigni/tas nobilitatis tuæ, præbet mihi fiduciã cõmendandi tibi negocia ordinis: & præſertim huius cœnobii Sancti Michaelis Murani: in quo ab adoleſcentia mea educatus atq; inſtitutus cõplures peregi annos. Diligo nimiq; vel parietes loci ipſius nedum fratres ac filios meos in eo cõmorantes:cum quibus nõ poſſum non gaude/re gaudentibus, neq; non flere cum flentibus. Ab aliquot annis vltra, lætari ſemp cõ/tigit mihi tũ ſpũalibus tũ tpalibus eoũ pfectibus atq; incremẽtis. Modo vero in hoc recenti aduentu meo, triſtatus ſum valde ob imminutionem prouentuũ propter bel lorum ſcæuitiam, & conſequenter diuini cultus. Paucos etenim reperi:& illos æger/rime vitam ducentes. Et nouit prudentia tua:merito rugire onagrum, cũ non habue rit herbam. Cõpaſſus Dñs ſeruis ſuis:præſto eis eſſe dignatus eſt. Tetigit.n. cor cuiuſ dam cõciuis tui:qui vltro illos conueniens, optulit eis ſacerdotium in Vincẽtina dio ceſi ſitum:nõ ſolum vbertate prouentuũ, ac ſoli feracitate, verum ſitus etiam amœni tate inſigne. Rei ſeriem ex latore plenius diſces. Precamur itaq; Magnitudinem tuã: vt poſthabitis pauxillulum publicis negociis, vniendo memorato benefitio totis vi ribus pro tua pietate contendas. Vbi operam fœliciter nauaueris:erimus tibi in ſem piternum obnoxii:atq; id omne Lando autori accæptum feremus. Vale. Ex Mona/ſterio Sancti Michaelis Murani. Die.xxvii. Octoris. MDXIIII.

Iacobo Priori Oppitergino. XIX.

S Exto poſtq̃ Venetiis mouimus die peruenimus Rauennam. Accidit nobis: quod in prouerbio dicitur. Haud minus expendere parcum q̃ largum. Po tuimus cõducere nauiculam nautarum peritorum:quorum diligentia facile intra tri duum huc applicuiſſemus. Et neſcio cuius conſilio vnus quidam nobis oblatus eſt parum huius nauigationis gnarus:quo duce duplicati ſunt dies. Sit tamen benedi/ctus Deus:cuius gratia enauigauimus incolumes:ſuperatis quotidie fere nouis incõ modis & minime expectatis:quæ nequaq̃ duximus recenſenda. Euitauimus quidem maris pericula, ſed non fluminum:quæ etiam Paulus ſe gloriatur euaſiſſe. Cæterum contulimus rem cum abbate Claſſeñ.qui admodum probauit conſilium noſtrum: hortatus & ipſe nos ad perſeuerandum in ſententia. Inſuper ſpopondit continuo ſe pro viribus conaturum:ne deeſſet domui profeſſionis ſuæ:ad quam potiſſimũ ne/gocium pertineret. Siquidẽ foret inde & honorẽ & cõmodũ cõſecutura. Optime ve/ro de tua prõpta volũtate ac ſtudio ad hãc ſuſcipiendã ꝓuintiã ædificatus eſt:adeo vt te magnope cõmendauerit:& tuã erga cõmunẽ matrẽ extulerit fidem. Intellexit.n. ex nobis:te nõ ſolũ operã tuã fuiſſe pollicitũ pficiendo opi:veꝝẽt opem & auxiliũ vltro allatuꝝ. Nec paꝝ meo iuditio ĩpm cõmouiſti exemplo tuo:q̃uis pſeipm bñ aiatũ. Ex

eius litteris certius noſces: vtq; hoc deſyderio tecũ certet. Cupit admodũ celatũ hoc eſſe hoibus: pſertĩ vicinioribus illis monaſteriis ordinis: idq; pfecto nõ temere. Tecũ negociũ hoc agere cõſtituit: & hũc currũ pariter trahere. Ex abbate. S. Michaelis reliqua diſces. Quãtũ ad me attinet: ſeruatuq; me fidẽ, ne vereare. Vnũ meo iuditio curãdũ eſt: ne pſens hic deſtinati opis feruor ſinat lõgiore intermiſſiõe elãgueſcere. Alioqn nõ facile reaccendet. Quicqd euenerit: ego in bonã ptem ſum acceapturus. Dñs quod bonũ fuerit in oculis ſuis faciat. Vale. Rauẽ. Die. prima. Decembris. MDXIIII.

Cardinali Sanctorum Quatuor. XX.

m Onachus quidã, Antonius noie, educatus a me in Fõte bono: & in diaconatu cõſtitutus: pmoueri ad ſacerdotiũ cupit in anno. iii. &. xx. ætatis ſuæ. Cupit aũt (q̃tũ ex eo didici) nõ ãbitiõe ĩpulſus, ſed miſeratiõe ac pietate erga ppinquos ſuos. Habet. n. mrẽm viduã, ſeniorẽ & paupem: habet ſorores ſex ptim maritis traditas, ptim nubiles: egentiſſimas fere oẽs. Cõſyderat ppea, nõ poſſe alia rõne ſe illaq; indigentiæ opitulari: niſi ſacerdotio fungat. Sic. n. aliqd ſe adeptuq; emolumenti cõſideret ex elemoſynis: quæ p quotidianã miſſaq; celebrationẽ puenire ſacerdotibus ſolent. Et qm̃ optat Dñicũ ĩplere mãdatũ: honorare vtiq; prẽm & matrẽ: nõ iuxta morẽ phariſeoq;, q dicebãt: Munus, qdcunq; eſt ex me, tibi pderit: ſed ope & veritate: orauit me ĩpenſius: vt nr̃a apud te qui es pater mĩaq;, interceſſione fieret cõpos voti ſui, Neq;. n. ignorat: qua ſis in oẽs, & pcipue in paupes clæmentia. Hac de cã ego quoq; me moratum monachũ tuæ ãplitudini cõmendãdũ duxi: vt pie vtriq; parenti ſubueniret Defuncto qdem hoſtiaq; oblationibus: viuenti, elemoſynaq; largitionibus. Quod vt apud Sancti. D. noſtri tuo pio interuentu obtineat: rogo & obſecro. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. xviii. Ianuarii. MDXV.

Lazaro Sanminiatenſi. XXI.

a Ccæpi heri vna cũ ſuaui tuo munere ſuauiores litteras tuas: vtpote ſingularis beniuolentiæ & fidei plenas. Quid. n. expſſius ad indicãdũ flagrãtẽ erga me haud vulgari caritate aĩum tuũ: q̃ q; mei memoriã iugiter ſerues: atq;, vt verbis tuis vtar imaginem meã ex adamãte puriſſimo imis affixã pcordiis ſine intermiſſione tecũ geras? Ago tibi ppea ingentes gratias. Quod fueris lætatus ob reditũ meũ ĩ Hetruriã: veritus, ne ſyrenoq; blãdimentis morari in patria cogerer: ſcias pculdubio, nõ defuiſſe quotidianas tũ monachoq; tũ ppinquoq; & primarioq; ciuiũ exhortationes: q a me cõtenderint, ne Venetiis diſcederẽ. Inuitabat ẽt me dulcis amor priæ: vt hortãtibus atq; obſecrantibus obtemparẽ. Ait. n. qdã. Neſcio qua natale ſolũ dulcedine cũctos Ducit: & ĩmemores nõ ſinit eſſe ſui. Cogi ad hæc videbar inhorreſcente iã hyeme, ne inde abirẽ: cõſulente pſertim ita Saluatore nr̃o. Videte (inqt:) ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Alia quoq; cõplura me ĩpellebãt ad manendũ. Sed q̃ eo aĩo ierã vt redirẽ: nullis potui blandimentis irretiri vt ibidẽ detinerer. Cõtriſtatos nimiq; ob meã pfectiõẽ plurimos reliq. Quin ẽt ſcãdalizati fuiſſent magnope: niſi eis ſpem reditus dediſſem. De Quirini obitu in Romana curia, pie ſentis: orãdũ eſſe Dñm p eius reqe ac pace: quã licet ipſe viuens aliis ademiſſet. Scripſit ad me nihilo minus litteras cũ ægrotare cœpiſſet, humilitatis & pœnitentiæ plenas: quibus a me de iniuriis pteritis multa ſummiſſione & reuerentia veniã petebat. Reſpondi ei beniguiſſime, ne pro me foret ſolicitus: qui lõge añ illi peperciſſem: pollicitus inſuper me precaturũ p ipſius incolumitate, ſicut p lr̃as obſecrauerat: hortatuſq; ſum, vt æquo aĩo ferret ſcãm ſup ſe manũ Dñi. In pace in idipſum dormiat & reqeſcat. Pro trãſmiſſo aũt

ſo aũt

ſo aūt munere hæſito:qd ſcribā:Vtrū tibi grās agā,ꝙ liberaliter mecū egeris:an te reprehendā,ꝙ nō me pmitras excutere manus iuxta ꝓphetæ cōſiliū ab oī munere.Verū qm̄ venturū te ad nos ꝓpediem ſcribis:corā & mihi & tibi ſatiſfaciā. Hoc tm̄ moneo:vt in futurū parcas tibi & familiolæ tuæ.Sic.n.faciens cōſules etiā mihi:cui prorogari vitam eiſdē litteris tuis ex animo deprecaris.Scriptū etnim nouimus.Qui odit munera,viuet.Interea referat Dn̄s tuæ humanitati pro me cumulatā gratiam.Vale.Ex Sancto Bn̄dicto.Die.xx.Ianuarii.MDXV.

Bernardino Fauentino monacho.XXII.

m Oleſte tuli nunciū malæ valitudinis abbatis tui:præſertim,vt ſcribis, piculoſæ.Eius nanq; generis morbo laborat:quo nō multi ſolent euadere.Quin imo paucorū dierū īteruallo īterimere pleureſis cōſueuit.Reddit me ēt ſuſpectū magis,hæc iopinata abbatis īfirmitas:ne(qđ auertat Dn̄s)vltima ſit futura:frequētiū p̄teritarū īfirmitatū ipſius rō:iuxta illud.Multiplicatæ ſunt infirmitates eorū:poſtea accelerauerūt.Sed qn̄ ſtat ſua cuiq; dies:ſi nōdū venerit hora eius:p̄nti quoq; egritudine liberabit̄.Nō eſt.n.abbreuiata manus Dn̄i: vt nō poſſit ſaluare:cū ꝓrogauerit Ezechiæ Regi vitā quindecī annis.Quo fit: vt nequaq̄ deſpantes recupandæ ſalutis cœleſte quotidie ꝑ eo īploremus auxiliū. Cæterū biduo poſtq̄ accæpi lr̄as tuas,ſupuenit quæſtor Claſſenſis: ſignificauitq; nobis reſignaſſe ſibi abbatē bn̄fitiū ſuū:vt in ius cōgregatiōis cederet.Fuit hoc inditiū haud vulgaris ipſius erga ordinem fidei. Debet ei re vera cōgregatio plurimū:vt ſi ſupuixerit cogēda ſit habere rōnem referēdæ illi gratiæ.Expectamus fieri certiores de euentu valitudinis:q vtinā fœlix ſit futurus.Vale:& propinqui tui valitudinē cura quādiligentiſſime.Ex Scō Bn̄dicto.Die. xxx.Ianua. MDXV.

Iulio Cardinali de Medicis.XXIII.

d Efuncto p hos dies Venerabili fratre nr̄o abbate.S.Hypoliti:nūciatū eſt mihi,captā fuiſſe dignatiōis tuæ noīe abbatiæ poſſeſſiōē:q̄uis prius cōgregatiōis nr̄æ noīe vigore priuilegii a Leone Pōtifice īdulti,idip̄m factū fuiſſet.Cōfiteor ingenue Dn̄e pietiſſime:optaſſe me eiuſdē cœnobii libertatē.Nectn̄ ſubtreebo veritatē:dixiſſe me cōtinuo.Q đ ſi cōmēdādū alicui fuiſſet:n̄ potuiſſe cōmēdari p̄lato,& Cardi. potiſſimū:q mihi & religiōi nr̄æ futurus eſſet gratior tua āplitudine:idq; ob tuā īgenitā & vere mediceā liberalitatem,religiōi ac timori dei cōiūctā.Erit mihi pgratū:ſi qđ aīo ac mente cōcæpi, euētu cōprobet̄.Scio te p̄cæteris tui ordīs deferī Pōtifici:q tāta benignitate priuilegia nobis cōceſſit: īmo te quoq; cū Magnifico Iuliano,coopatorem extitiſſe:vt cōcederent̄ a Pontifice.Precor ſupplex:ne patiaris,hāc mō īexpectatā ordini egentiſſimo iacturā fieri:vt cū ſit de nobis Sciſſimus Pōtifex priuilegiorū īdultor optīe meritus : tu quoq; Cardinalis & Antiſtes religioſiſſimus,eorūdem conſeruator de nobis itidem merearis.Beatius etiā eſſe dicitur:magis dare q̄ accipere.Vale.Ex Sancto Bn̄dicto.Die.xii.Feb.MDXII.

Marino Geor.Orato.Veneto.XXIIII.

d Atū te fuiſſe Lando oratori apud Pōtificem a Senatu nr̄o Veneto ſuc ceſſorē;gaudeo plurimū.Sicut.n.is ꝑ ſua benignitate negocia religionis nr̄e ſedulis ac piis fauoribus ꝓſecutus eſt:ita haut minus facturā nobilitatem tuā mihi pſuadeo.Quāobrē magna fiducia tibi cōmendādā cenſui cām Iunipe ræ Sfortiæ filiæ nr̄æ,ac tecū ꝓpinquitate cōiunctæ:Quæ cōtēpta ſæculi vanita

te elegit abiecta eſſe in domo Dei ſui:magiſq̄ habitare ĩ tabernaculis peccatoꝝ. Et relicta vidua poſt mortem viri ſui Principis Piſauri & filioꝝ:veluti fœmina cõtinentiſſima ſecũdas adhuc iunior exhorruit nuptias. Viuit nũc in monaſterio ſcimonialiũ nr̃i ordinis tãta regularis vitæ obſeruatiõe:vt virginũ cœtui ſociata facta ſit oĩbus deuotiõis cõtinentiæ atq; hũilitatis exẽplar: nihilq; penitus qđ ſapiat ſæculũ præſeferat. Viſitaui eã in trãſitu hac hyeme:dũ redirem Venetiis. Retulit mihi nimiꝝ Annã illã viduã de euãgelio. Cupit ea plurimũ ad profeſſionẽ admitti:nec alia ad eã intercedit ꝓfeſſiõis dilatio:niſi q; de credito dotis ſuæ diſponere nõ permittit᷑ ꝓ arbitrio:qñ eã adhuc exigere nõ valuit. Rem optime noſti. Vt eã clæmentiæ pontificiæ oportuno tpe cõmẽdes:tũ ipſius tũ meo noĩe impenſius oro & obſecro Magnitudinem tuã. Sic.n.faciens implebis nõ verbo ſed facto apoſtolicũ præceptũ. Honora(inqt)viduas:quæ veræ viduæ ſunt. Vale. Ex Sancto Bñdicto. Die.xxii. Martii. MDXV. Samueli Nouitio Eremi. XXV.

s Ignificaſti mihi diſticho vno mutationem noĩs tui. Leonardus olim: nũc Samuel appellaris. Credo te hoc iccirco feciſſe: vt indicares mihi factã mutatiõem vitæ tuæ in id genus vitæ:quo totos nos offerimus Deo hoſtiã viuentem ſanctã Deo placentem. Sicut.n.ex ſcriptura Sacra cõiicio: Samuel poſtulatus a Dño interpretat᷑. Et vocauit(inqt mater) nomen eius Samuel:eo q; a Dño poſtulaſſet eũ. Tu quoq; noſſe debes: Samuelem ꝓphetã, vbi primũ ablactatus eſt dicatũ fuiſſe a parentibus Dño. Vt ipſum emulari cõtendas impenſius hortor. Nã quemadmodũ ipſe a cunabulis cõſecratus Deo integerrimã vitã duxit:adeo vt obiici ei a nemine potuerit:q; aliquem calũniatus fuiſſet: aut te oppſſiſſet:q;q; de manu alicuius munus accæpiſſet:ſic & tu ei p oĩa te conformes atq; accõmodes:vt nõ tã noĩs appellatione q̄ moꝝ ſimilitudine vitæq; inſtitutione tanq̄ alter Samuel videaris. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die.xxiiii. Martii. MDXV. Theophilo Abbati Balnei. XXVI.

e X lr̃is quas ad abbatẽ Poplenæ dediſti, facile cognoui: quo ĩ ſtatu ĩmo quo in piculo ĩpreſentiaꝝ verſeris. Iccirco illud mihi ſtatim ſuccurrit ſapientis elogiũ. Qui amat piculũ:in illo peribit. Quod tñ ꝓcul abs te ſit: ſicut futuꝝ ſpero. Siquidem p̄uidiſſe te illud tanq̄ in ſpecula conſtitutus ſatis liquido demonſtras. Ego nimirum nunq̄ in te deſyderaui prudentiam. Qui conſulere aliis recte cõſueuiſti:caue ne minus ſanis cõſiliis incaute acqeſcas. Quot p dies ſingulos decipiantur ambitione & appetitu ſaliendi ad altiora:habes præoculis multoꝝ exẽpla. Quæ de induſtria prætermitto:ne in ſuggillationem cuiuſq̄ illa videar recenſere. Et tñ pro cõperto habemus:q; quo eſt gradus altior: eo caſus grauior. Nõ dãno neq; vitupero eccleſiaſticas dignitates:ſed ĩ eis manifeſta pericula hoc præſertim tpe plurimũ reformido. Qui in nauicula ad clauũ adminiſtrandæ alicuius dignitatis conſtitutus eſt: vereri cõpellitur elationes maris & tempeſtates ac procellas:quin potius proclamare ad Dominum. Salua nos: perimus. Animaduertens ego pauloante iſta:reieci conſtantiſſime oblatum mihi gradũ & locũ celſiorem. Quis.n.non eum improbet:qui cũ habeat in poteſtate ambulãdi per plana:vltro eligat per abrupta & aſpera montiũ cũ labore & fatigatione quotidie ingredi? Appetãt q voluerint ſublimiores ptãtes & cõſequenter diuitias ampliores. Mihi ſemp magis cordi fuerit:qđ per Salomonẽ proba-

tur.

tur.Melius eſt(inquit)parũ cũ timore Dñi:q̃ theſauri magni & inſatiabiles.Por ro tecum reputa frater mi:cuius ſit momẽti detuliſſe te a tenero habitũ Camal dulenſem:amictũ fuiſſe tandiu ſtola candida:& modo appropinquãte ſenio vel le hunc candorẽ in obſcuriorẽ aliquẽ colorem permutare.Non ignoras ſcriptũ eſſe.Omni tẽpore ſint veſtimenta tua cãdida.Et quotidie decãtamus: ꝙ Sancti omnes amicti ſtolis albis ſequuntur agnũ quocũq; ierit.Loquar tecũ ea fidutia: qua ſemper conſueui.Nec.n.decet me ſecus tecũ facere.Fratres enim ſumus. Ca uendũ eſt tibi:ne male conſuluiſſe videaris ſaluti tuæ:ſi depoſueris indumentũ ſequentiũ Saluatorẽ.Hæc ad te vrgente caritate,& ſtimulante conſcientia cen/ ſui cõſcribẽda.Opto propterea vt grato animo quæ ſcripſi accipias:nec tibi ſer mo noſter durus videatur.Nam re vera ſi in cõtrariam ſententiã ſcripſiſſem: nõ tu dilectus a me ſed decæptus potius,& cui fodiſſem foueã,merito exiſtimãdus fores. Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.vltima.Martii.MDXV.

Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum.XXVII.

r Equiſiuit a me per internunciũ Dignatio tua:vt cum olim fuerit colẽ diſſimus Patriarcha Mapheus Gerardus anteceſſor tuus in noſtro Ca/ maldulenſi ordine profeſſus:atq; in cœnobio Sancti Michaelis Murani multos vixerit annos:ſummatim ti ſignificem quicquid de vita & moribus eius agno/ ſcerem.Ego vero vt ſcias cũ occaſiõe generalatus diutiſſime abeſſe mihi Vene/ tiis contigerit:proculq; ab eo per multũ tẽporis in Etruria vitã duxerim: haud plene mihi videor poſſe me piiſſimis votis tuis ſatiſfacere. Sed qñ totius vitæ eius ſeriem pp abſentiã meã deſcribere certius nequeo:præſertim qũo ſe in præ ſulatu tot annoꝝ geſſerit:duo tm̃ tẽpora cõplectar:qbus domeſticus eius fui:& familiari ipſius conturbernio vſus ſum.In iis quæ fuerit vita pr̃is nr̃i qui mores ac ſtudia fidele teſtimoniũ perhibebo Dignationi tuæ:ac de ipſius integritate & ſanctimõia,quæ mihi modo ſuccurrerint religioſe ac vere cõmemorabo. Si qui dẽ ab eo ad religionẽ admiſſus:quo tp̃e ipſe huic monaſterio præerat:annis ſex ſub eius magiſterio iſtitutus atq; educatus ſum.Deinde poſt adeptũ Patriarcha tũ:quo ſenatus Venetus ſuis ſuffragiis digniſſimũ Mapheũ iudicauit:cũ promo tus ad Cardinalatũ iturus in vrbẽ foret:pſuaſus ego ab amicis cõueni ip̃m Ro/ mæ:fuiq; apud illũ vſq; ad exremũ vitæ eius diẽ.Itaq; vt ab eo tp̃e incipiã: quo primũ ſub eius diſciplina inſtituẽdus me ad cœnobiũ cõtuli:p̃fuerat abbas Sctĩ Michaelis monaſterio ãnos ſexdecĩ.Erat.n.tũc vetus loci cõſuetudo:vt ppetuus abbatibus magiſtratus demãdaret̃.Quãtũ vero ĩ religiõe priuatus fuerit mona chus:nõ ſatis noui.Niſi ꝙ iã adoleſcẽtiã exceſſiſſe,atq; adultus & vir factus e ſæ culo vocatus ferebat̃.Vt iccirco merito exiſtimãdũ ſit:ipſum maturo cõſilio hoc p̃cipue monaſteriũ elegiſſe:vt eo feruẽtius redderet altiſſimo vota ſua:quo diſtri ctius iſtituti monaſtici in illo propoſitũ ſeruabat̃:idq; potiſſimũ cura & diligen tia pr̃is optimi atq; ĩtegerrimi Pauli Venerii abbatis:q ſingulari religiõe ac pie/ tate p ſeptẽ & quinquaginta annos in adminiſtratione loci pſeuerauit.Huius tã ti viri prouocatus exemplo Girardus adeo conſtanti greſſu illius ſemper veſti/ gia ſequenda putauit:vt poſt Pauli obitũ in locũ eius ſubrogatus:nõ ſolũ cõſer/ uandũ eundẽ vitæ rigorẽ quẽ inuenerat:verũ et augendũ decreuerit. Referebãt

mihi tunc ſeniores monaſterii:ipſum ſine intermiſione ſtudioſiſſimũ fuiſſe mo/naſticæ obſeruationis:ſemperq; eundem ſe exhibuiſſe in cuſtodia regulæ: neq; aliqñ ab ea ſiue ad dextrã ſiue ad ſiniſtrã declinaſſe:quẽadmodũ & ego progreſ/ſu tẽporis experimento cognoui. Nihil enim adeo in illo admiratus ſum:q̃ per ſeuerantiã ipſius haud minus in rebus exiguis:& quæ ad cerimonias tãtum or/dinis pertinerent:q̃ in reliquis quæ maioris forent difficultatis ac momenti. Si quis eũ in choro imprimis & refectorio ac monachorum congreſſu cõtempla/tus fuiſſet:nihil eo in moribus elegantius merito fateretur. Age vero in iis:quæ potiora exiſtimantur in religione & grauiora ac laborum plena: vtpote vigiliæ ieiunia ſilentiũ ſolitudo & cætera id genus:quis oro Mapheo vigilãtior: qui ne vna quidem nocte diuino cultui in templo defuit? Media nocte tunc ad matuti/nam ſynaxin per totũ anni circulum, ſiue æſtate ſiue hyeme ſurgebatur: cũ ipſe aut primus ſemper aut inter primos conueniret. Abſtinentiam in eodẽ laudare cibiq; ac potus parcitatem ſuperfluũ duco:quando ieiuniorum obſeruatorẽ ac/curatiorẽ & delitiarum contemptorẽ parem illi nouerim neminem. Nunq̃ reve ra vidi aliquẽ:qui vino partius vteretur. In veſtitu ſordes vitauit: nullũ tamen vnq̃ veſtimentũ luxu cõſpicuum detulit. Sacræ ſcripturæ lectione delectatus aſ ſidue orationi vacabat. Et hic ei ſemp mos fuit: vt poſt vigilias nocturnas aliis abeuntibus ſolus ipſe in choro aliquãdiu remaneret. Sermo ei fuit parcus & gra uis:ſemperq; ab omni leuitate abhorrẽs. Scienſq; in multiloquio nõ deeſſe pec/catum:cauebat prouiribus prolixiores confabulatiões. Iccirco ſtudioſe ſe in cel lula continebat. Nec inde facile egrediebatur:niſi cum ei ex officio rebus mona ſterii conſulendũ foret. Conabatur pater optimus magis facto q̃ verbo ad bene ſancteq; viuendũ prouocare filios ſuos:caſtigãs quotidie corpus ſuum & in ſer uitutem redigens. Miſericordiam vero & pietatem ac elemoſynarum largitio/nem in eo quis digne ſatis laudibus efferat? Erat ipſe robuſto quidem ac vege/to corpore:& qui rariſſime mala aliqua valitudine corriperetur. Neſcio tamen an aliũ agnouerim:qui illo extiterit erga infirmos debileſq; clæmentior. Quos nimirum & crebra viſitatione ſolabatur: & omni fouebat miniſterio caritatis. Egenos & inopes aut aliqua calamitate oppreſſos pro reddituũ mediocritate promptiſſime ſubleuabat. Quem erga pauperes affectum nunq̃ ipſum etiam in Patriarchatu exuiſſe affirmant. Verum de iis quæ in Oliuolenſi dignitate geſ ſit:non defuturos dignationi tuæ certiores ac veriores teſtes arbitror. Neq;.n. facile potuit latere lucerna ſuper candelabrũ poſita. Hoc tantũ dixerim:ꝙ quo/tienſcunq; contigit mihi patriam reuiſere:adiui illum ſæpius: neq; deprehendi aliquando apud ipſum:quod non ſanctiſſimi præſulis religionem modeſtiã hu militatem benignitatẽ præſeferret. Neminem de eo referẽtem audiui: niſi quæ cunq; vera quæcunq; pudica quæcunq; iuſta quæcunq; ſancta quæcunq; amabi lia quæcunq; bonæ famæ:Niſi inq̃ quæcunq; de optimo antiſtite ſancto inno/cente impolluto & ſegregato a peccatoribus relatu digna viderent̃. Venio nũc ad explicanda nouiſſima iuſti huius:& ad cõmemorãdam eius dormitionem: quæ profecto vitæ ipſius pie atq; innocenter actæ optime reſpondiſſe iudican/da eſt. Defuncto Innocentio octauo Pontifice Maximo accerſitus eſt Romam

Reuerendiſſimus

Reuerendiſſimus Patriarcha a Sacro Cardinalium collegio. Si quidem antē an/nos aliquot ad Cardineam promotus ſecreto dignitatem: poſt mortem Pontifi cis Cardinalis publice declaratus eſt. Interfuturus electioni noui paſtoris: ſuaden te Illuſtriſimo Dominio cū feſtinatione iter arripuit. Inſecutus ſum ipſum conti nuo: admonitus per litteras Venetiis allatas vt ita facerē ſicut prædixi: eo q̃ ad hoc me Dominium hortaretur: vt ipſum in Vrbem deducerē. Et ne ſuperfluo lō giorem recenſeam hyſtoriam: quando ad rem noſtram minime attineat: quo/modo videlicet honorifice a Reuerēdiſſimis Cardinalibus fuerit exceptus: iuſ/ſuſq; ſedere cum principibus & tenere ſolium gloriæ: ſuffecto in locum defuncti Alexandro Sexto Pontifice: paucis interiectis diebus accæpto ab eodem Pontifi ce comeatu redire ad Oliuolenſem eccleſiam ſuam cōſtituit. Siquidem conſide rata Venetæ ciuitatis amplitudine populoq; multiplicato ſuper numerum: arbi/tratus eſt paſtor bonus haud minus ſua intereſſe gregis ſui curam reſumere: q̃ in vrbe reſidere. Profectus Roma octauo idus Septembris, anno ſalutis. MDXCII. ſequenti die vexari dyſenteria cœpit. Et cum ſiue fatigatione longioris viæ ſeu agitatione ſellæ geſtatoriæ qua parum cōmode portabatur ſenex ac plenus die/rum ſiſti profluuiū haud facile poſſet: vltra Interānam progredi nobis nō licuit. Accerſiti ſunt continuo medici tres. Quos benigne contēplatus animo intrepi/do exhortatus eſt: vt ſi agnoſcerent infirmitatē eam eſſe ad mortē: ſibi aperte de nunciarent: Quoniam ſi aduenisſet hora ſua qua ſtatutū eſſet homini ſemel mo/ri: q̃ libentiſſime demigraret. Cōmendabat ſeipſum Dño & moleſtias ægritudi/nis ferens patientiſſime nihil de terrenis cogitans nihil loquens ſed erecto tau/tū auimo in cœlū nihil magis videbatur expetere: q̃ trāſire ad immortalitatem. Tandem animaduertens ſe viriOus corporis indies magis deſtitui: expetiit cō/feſſorē pridie eius diei, quæ illi futura erat nouiſſima. Poſtulauit deinde a me: vt ſequenti die cōmunicandū ſe curarē: tanq̃ prænoſceret diſſolutionē ſui corporis imminere: & velocem fore depoſitiōem tabernaculi ſui. Igitur poſtera die, quæ erat quartadecima eius menſis vtiq; exaltationi Crucis Dominicæ dedicata: ce/lebrata ſummo mane in cubiculo eius miſſa: de manibus meis Sacroſanctam eucharistiam ſingulari deuotione percæpit. Poſt meridiem appropinquante vi/tæ termino dari ſibi extremam voluit vnctionem: vt cunctis eccleſiaſticis ſacra/mentis munitus confidentius decederet. Quod & factum eſt: eodem ipſo no/biſcum ſummiſſa voce reſpondente ad omnia: quæ a miniſtro vnctionis dice/bantur. Et vt certius nouerit pietas tua: ad vltimum vſq; ſpiritum infirmum ſeniorem ſenſu optimo viguiſſe: eadem fere hora qua erat migraturus, ſuper/ueniens Roma Secretarius Oratoris Veneti ab eo ad lectulum admiſſus eſt: & cum ipſo aliquandiu congreſſus. Miratum ſe poſtea nobis retulit: quod ad propoſitum omnibus reſpondiſſet. Deniq; egreſſo ſecretario ingreſſi ſu/mus cubiculum. Vbi ego aſſiſtens propius iacenti patri licet quantum me viuens dilexiſſet non ignorarem, etiam nouiſſima illa ſui exitus hora exper/tus ſum. Nam cum ſupinus iaceret: ad me conuerſus admoto ad collum me/um brachio ſuo tanquam vltimum vale dicens deoſculatus eſt me. Eodem fere

momento cum iam deficere videretur:accerſitis diuerſorum ordinum religioſis qui erant in atrio domus:ac lectulum circũſiſtentibus : & pro fœlici iacẽtis migratione nobiſcum deprecantibus:ipſumq; Deo cõmendantibus de more:dormiuit in pace.Reliquit nimirũ nobis magnũ ſui deſyderium: quibus nihilominus bene moriendi normã præſcripſit.Obiit aũt ſicut aſſerebant propinqui eius ſeptimo atq; octogeſimo ætatis ſuæ anno.Corpus eius ex Interamna vrbe Venetias delatũ:exhibitis prius ſolẽnibus exequiis apud Sanctũ Petrũ ſepulturæ traditum eſt.Hæc habui Domine colendiſime:quæ de optimo patre noſtro,olim huius cœnobii Sancti Michaelis abbati:poſtea patriæ noſtræ Antiſtite anteceſſore tuo:nouiſſime vero ad Cardinalatus dignitatem aſſumpto:Mapheo inq Girardo patritio Veneto: cenſui cõſcribenda.Erit mihi pergratum:ſi aliqua ex parte ſatiſfecero tuæ pietati.Sin minus quod plurimum vereor tibi ipſi imputabis: qui ſcriptori minime idoneo Patriarchæ vita eminentiſſimi,qui in diebus ſuis placuit Deo:& inuentus eſt iuſtus merita litteris tradenda mandaſti:& ſupra vires eius onus impoſuiſti.Vale.Ex Monaſterio Sancti Michaelis Murani.Die.xx. Nouembris.MDXV.

Mathiæ monacho Angelorum.XXVIII.

a Llicis me ſermone blãdo cõtra Germanorũ morẽ ad reditũ in Etruriã: nulla habita ætatis ac tpis ratione.Exponere me vis periculo nauigationis & incomodo itineris rigẽte adhuc hyeme:& tuo indulgens deſyderio nõ aduertis:q̃ ſit parũ prudens petitio tua.Cardinalis colendiſſimus de Monte quẽ in viſitatione teſtaris deprehendiſſe te:plurimũ mihi affici:ante cõplures annos cœpit me ſupra merita diligere:& ego viciſſim ipſius amplitudinẽ ſtudioſius obſeruaui & colui.Is mihi non ſolũ verbo verumetiã facto laboranti atq; vexato, præſto fuit:aſtititq; mihi a dextris,ne cõmouerer:vtiq; adiutor in opportunitatibus in tribulatione.Referat ei Dñs gratiam pro me.Obiicis mihi diuturniorẽ in patria cõmorationem:& ꝙ conuenientius nõ vbi genitus ſed vbi honoratus ſum degerem:præſertim cum habeã cõmodiſſimas in Etruria manſiones.Et nõ cogitas:ꝙ cum duo ſint cõgregationis capita:vno interdicto mihi ex eis alterũ merito inhabitandũ elegerim.Patriã quidẽ diligo : ſed ordinata caritate.Miror ꝙ oblitus videaris:q̃ aſſiduus q̃ conſtans fuerim per tot annos in incolendis alpibus:vt excidiſſe mihi patriã omnino crediderint multi. Non recte itaq; iudicaſti:obiiciens mihi amorem patriæ & nimiũ affectum. Pœniteat te ſententiæ iniquæ:mulctandũ alioquin pœna grauiore niſi reſipueris.Si abbatiſſa perſoluerit collectam:reſtituetur ei cũ venero nõ ſine fœnore. Interea oret pro me cum ſacro illo monialium cœtu:quas ſalutabis meo noĩe. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.xxvi.Ianuarii.MDXVI.

Iacobo Priori Oppitergii.XXIX.

a Llicis me vt peracta Reſurrectionis ſolẽnitate Oppitergium veniam: eo ꝙ ſterni curaueris partem clauſtri:per quam ſit futura gratior & abſq; pedum offenſione deambulatio. Ego vero ſi per rudera & ſaxa atq; incompoſitos lateres mihi iſthic ingrediendum foret:nunquam non contentus ac lubens Sanctum Martinum reuiſerem. Verum ſicut te monui his diebus deſtinatum iampridem in Etruriam iter reuocare abſq; fractæ fidei nota non valens : decreui poſt octauam ingredi mare vt eo redeam:

ſatiſfacturus

ſatiſfacturus hac æſtate multorum votis qui me cupiũt. Tu interea meſſis ac vin demiæ tẽpore ſolito more neceſſario incumbes operi: vt reuerſus quemadmo dum mihi eſt animus proximo autũno ſi placuerit Deo poſſim ad te reuiſendũ incolumis concedere: inueniamq; horrea tua frumento repleta & vino torcula ria redundantia ac pomis arbores onuſtas & lacte ac melle domũ manantem. Prudentes vero fuiſtis. Qui quaſi præuideritis futuram tempeſtatẽ operuiſtis pa uimentũ paleis: ne recens ſtratum niue quæ vitari non poterat paulopoſt lede retur atq; dehiſceret. Orabis: vt eamus & redeamus bene valentes: & itineris ac nauigationis incommoda minus moleſta ſentiamus. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xviii. Martii. MDXVI. Zachariæ Mauroceno. XXX.

d Iſtuli de induſtria reſpondere litteris tuis: ſperãs fore vt paulopoſt chy ragra liberarer: quo tibi gratiores forent (queãdmodum plurimis vſue nenit) litteræ noſtræ manu propria conſcriptæ. Procedente vero longius cura tione non ſum paſſus prorogare vlterius reſponſum. Accipies itaq; epiſtolã no ſtram alio excipiente dictatam: vt parcã interea fatigatis aduerſa valitudine digi tis. Dabis autem veniã: ſi liberius tecũ agam. Nollem te videri Maurocene mi in ſcriptis tuis tibimetipſi diſſidere: ne imputari tibi queat: ꝙ ſit in te eſt & non. Quod cauendũ monet Apoſtolus. Fateris primum ingenue: & fateris quod ve riſſimũ eſt: Quod cum me viſitatũ veniſſes dixerim tibi per iocũ: oraſſe te Do minũ, vt ægrotarem ne abirẽ in Etruriam. Et continuo perſuadere mihi longo niteris ſermone: ne ſuſpicer vllo modo te id feciſſe: quod ego ſubridens protuli. Ego quidem arbitror: nõ improbari abs te penitus: vt cũ amicis iocemur aliqñ ad animorũ relaxationem. Præſertim ſi vitata prorſus in temperantia memine rimus verecundiæ: fueritq; ingenuus ac liberalis iocus: atq; ab omni obſcœni tate ac turpitudine alienus. Et qd eſt aliud obſecro iocus: q̃ ſermo ab aío diſſen tiens: & contrarium penitus ſignificans q̃ verba ipſa indicent ore prolata? Quo circa abiice funditus huiuſmodi ex animo ſolicitudinẽ: & quam ſemel veriſſime protuliſti ſententiã tua aſſertione confirma: neq; verearis vllã eſſe apud me de re huiuſmodi ſuſpitionem. Alioquin procul nimirũ a veritate diſceſſeris. Cæterum de te ita ſentio: ꝙ me diligas caritate non ficta: nihilq; a me tui gratia meo incõ modo expetendũ ducas. Qui potius debeo tibi viciſſim plurimũ: ꝙ ita pro tua benignitate oblecteris mea conſuetudine atq; congreſſu: vt nequeas non ægre ferre longiorem abſentiã meam. Times inſuper mihi ob prouectiorem ætatẽ: ne quid mihi aduerſi accideret ob pericula & difficultates itineris: præſertim cũ mihi eſſent ſuperandæ alpes: nec poſſet ſeniori eſſe nõ moleſta equitationis agi tatio. Quod expertus didici. A dño factum eſt iſtud: ne deſtinatũ aío iter arripe rẽ: qm̃ illud minime ſaluti meæ hoc tpe expedire cognouerit. Sic opinor: pror ſus ita ſentio. Tu vero ſi qd peccaſti falſo aliqd de me ſuſpicatus: iterata ad deũ prece, vt reſtituar priſtinæ valitudini, errorẽ cõpenſa: idq; ppea imprimis: ne ab eccleſiæ atq; altaris officio diutius arceamur. Vale. Et nos vt facis ama. Ex Sãcto Micha. Murani. Die. iii. Maii. MDXVI. Marino Sanuto Veneto. XXXI.

n On me ſinit infirmitas mea qua adhuc vexor: pluribus reſcribere ad te: & ſermone longiore paria tecũ agere. Cõtendi tñ pviribus aliqd reſpõ

dere:ne dilato nimium reſponſo comtemptui mihi fuiſſe epiſtolam tuam ſuſpi/
careris: quæ mihi ob ſui ornatum atq; venuſtatem fuit iucũdiſſima . Voluiſſem
autẽ Sanute mi:vt ſicut me Prior cõuenire dignatus es,vt præuenires me in be/
nedictionibus dulcedinis:ſicut prior me prouocaſti ad ſcribendum:ita in aliam
ad me ſententiam litteras dediſſes.Quemadmodum enim ille mihi lõge gratio
res extitiſſent:ita eas effuſius ꝓbare potuiſſem atq; extollere. Plenæ ſunt ſiquidẽ
ingenio:plenæ eruditione:plenæ facundia:& quæ te nequaq̃ degenerare a ma/
ioribus tuis viris vtiq; clariſſimis atq; eloquentiſſimis liq̃do præſeferant.Quid
tñ eſt:quid inq̃ illud eſt quod facere voluiſti?Siccine cum amico agitur:vt cuius
inſeruire cõmodis,cui bene eſſe optare plurimum debueras:eius ſalutem in di/
ſcrimen adduxeris?Tota fere epiſtolæ tuæ ſerie nihil aliud moliris : in hoc ſolo
vis ingenii tui extenditur:hoc vnum conaris:vt laudes immerẽtem:& indignũ
præconiorum obruas mole.Quẽ obſecro me tantillũ facis?Niſi re vera me plecta
epiſtola tua cõtinuo ad teſtimoniũ cõſcientiæ retuliſſem:& pauonũ in morẽ ad
pedũ inquinamẽta oculos cõieciſſem:tot delinitus laudũ blãdimentis tanto ex/
ceſſu ſuauiſſimæ laudationis viri præſertim laudati & probi circumuentus:faci/
le nimirum aliquã contrahere elationis culpam potui:vel ſaltem animi vt fit ti/
tillatione etiam renitens ac repugnans labi.Homo enim ſum:& nihil a me hu/
mani alienum exiſtimari poteſt . Et tu non ignoras : neſcio quo vel naturæ vel
imbecillitatis humanæ inſtinctu trahi oẽs ſtudio laudis:cũ raro in homine tãta
reperiatur humilitas:quæ dulcedine gloriæ nõ tangatur.In religione ſcola vtiq;
humilitatis die noctuq; verſantes conamur opitulante Dei gratia malis ſugge/
ſtionibus,quæ quotidie blande irrepunt reluctari:& huiuſmodi tela incaute nos
hinc inde impetentia clypeo fidei retundere.Hortante præſertim nos Paulo ne
efficiamur inanis gloriæ cupidi·Et tu Marine mi voluiſti ſup aſtra ponere ſoliũ
meum.Nauiganti in portu ſuſcitaſti fluctus atq; elatiores maris . Deplorantem
peccata ſua manifeſto piculo expoſuiſti:vt paũlopoſt dicturus forẽ.Quia eleuãs
alliſiſti me.Scio te hoc nõ eo aĩo feciſſe:vt me tãto diſcrimini obiiceres.Sed aut
nimia decæptus erga me beniuolẽtia:aut forte(q̃d magis mihi pſuadeo cũ ſis &
ingenio & circũſpectione præditus)vt caute inſinuares mihi:nõ ſane qualis fo/
rem:ſed qualẽ potius me eſſe oporteret.Quod ſi ita eſt:facilius damus veniã ad
miſſo errori.Suadeo nihilominus hortor & ꝓiure initæ dudum mecũ amicitiæ
moneo præſtantiam tuam:ne impoſterum paruitatẽ noſtrã talibus epiſtolis aggre
diatur.Turpe eſt viro ſapiẽti decipi ac falli.Quod ſi in opiniõe pſiſtẽs decæptus
tu poſthac fueris:ego de me ipſo nõ fallar.Succurrat tibi de diuino eloquio: q̃d
de homine teſtetur.Quid eſt(inquit)homo:quia magnificas eũ ? Vtiq; repletus
multis miſeriis:q quaſi flos egreditur & cõteritur:& fugit velut vmbra:& nunq̃
in eodẽ ſtatu pmanet.Admonemur ppea p quẽdã ſapientẽ:Ne laudemus hoĩem
in vita ſua. Et merito q̃dem,nõ.n.laudamus nautas ac ſulcãtes mare:niſi cũ ſupa
tis ꝑcellis ac tẽpeſtatibus ꝓſpa nauigatiõe ĩ portũ puenerit.Sic nimirum &nos de
cet:ſi qñ nobis libuerit cõmẽdare amicos :laudare illos poſt obitũ: p̃dicare de eis
poſt cõſumationẽ.Tũc.n.ſine piculo ſi ita ꝓmeruerit extolli poterũt:qũ nullis fu
turi ſũt tẽtatiõibus obnoxii.Vade ergo &tu fac ſimilr.Neq; alicuius fama mouea

ris:

tis:quæ ſæpius iuxta diui Hieronymi ſententiam in vtranq; partem mentitur. Vale Sanute egregie:& me vt facis,ama. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxvi. Maii. MDXVI.

Iacobo Priori Oppitergino. XXXII.

q Rrixia tandem recæpta eſt abſq; oppugnatione:idq; nudiuſtertius hora tertiadecima. Excæpti ſunt noſtri in vrbem magnis tripudiis:occurrente illis multitudine virorum ac mulierum. Petierunt veniam rebelles illi primarii flexis genibus coram clariſſimo viro Andrea Gritto:quã de conſenſu Senatus iſtius accæperunt: ſeruatis ſibi facultatibus ſuis & fortunis oĩbus. Heri excæptus eſt diu expectatus nuntius ingenti totius ciuitatis lætitiæ ſignificatione. Faueat Dominus cœptis: vt reliquiæ tam grauis belli eodem tenore conſumentur. Magno me affecit dolore heri & hodie vexatio ſiniſtræ manus præter omnẽ expectationem. Leuius tamen aliquantulum me habeo mitigato paulum dolore. Viſitat nos oriens ex alto:& ne ſui obliuiſcamur, vellit aliquãdo nobis aures. Vt feramus æquo animo quæcunq; illi placuerint:nec deficiamus in tribulationibus:ora. Ioannes Frãciſcus cubicularius noſter eſt mihi impræſentiarum perquãneceſſarius. Vbi conualuero de infirmitate:veniemus ambo ad te viſendum Vale. Ex Monaſterio Sancti Michaelis Murani. Die. xxviii. Maii. MDXVI.

Leonardo Lauretano Principi Venetiarum. XXXII.

c Vm mecum reputo ſtatũ ſublimitatis tuæ:illud mihi de ſacro eloquio haud incongrue ſuccurrit. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et alibi. Si fuerimus ſocii tribulationum:erimus & conſolationum. Non defuiſſe tibi per hos cõplures annos continui fere mœroris materiam tam graui vtiq; & infeſta bellorũ tempeſtate iactato:nec potuiſſe te præcæteris nõ indoluiſſe aduerſam rerum publicarum vicem: qui præcæteris inter tuos ſublimatus es:& de quo merito in capite libri ſcriptum eſt:ſatis mecum recogito Princeps Illuſtriſſime. Sed quia ſcriptum eſt:Non vidi iuſtum derelictum:ecce impræſentiarum factã videmus apud te mutatiõem dexteræ excelſi. Diſcuti iã cœpit angoris & ſolicitudinis nebula:recæpta pauloante Brixia oppido nimirum nobiliſſimo:idq;(quod miraculum euidens præſeferat)ne intorto quidem alicui capillo:ſed integro atq; illæſo penitus conſeruato exercitu. Huc accedit ſpes progreſſus in dies fœliciorum euentuum:quibus venerabilem ſanctamq; canitiem tuam haud ita multopoſt lætificandam ſpero & cõfido. Sed de his alias plenius. Quid illud Princeps optime:quod heſterna die peculiari tibi nouo vtiq; & inuſitato hactenus priuilegio elargitus eſt Dominus:nõne dignum memoria ſempiterna? Quid quæſo fœlicius atq; optatius contingere Serenitati tuæ potuit: q̃ vt primogenito tuo viro integerrimo imagini profecto tuæ, & per oĩa nõ ſolum mores patrios verumẽt liniamẽta corporis referẽti:totius ꝑpe frequẽtiſſimi Senatus cõſenſu dignitas ſupremæ iſti tuæ ꝓxima heſterno comitio demãdaret? Gratulor itaq; tibi Lauretane Princeps:gratulor clariſſimo filio gratulor cõi vtriuſq; gloriæ pariq; amborũ lætitiæ. Vt futura ſit recẽs hæc filii ꝓmotio fœlix fauſtaq; & vobis & patriæ: obnixe diuinam depræcabimur maieſtatẽ. Vt ſicut nõ eſt poteſtas niſi a deo: ita illã dignet̃ glorioſo reꝝ ſucceſſu ꝑpetuis tẽporibus ſecundare. Oportuerat ſane

me non ſcripto ſed verbo coram gratulari prolyxius dignationi tuæ. Sed impe ditus podagra& chiragra pariter,quo fit vt de more manu ꝓpria ſcribere nõ po tuerim & adire te ipſe nõ ſinor.Excuſationẽ meã oro admittas tu,& religione te cum certans nouus Sancti Marci procurator magnificus Laurentius filius tuus: quibus me & religionem noſtram Camaldulenſem enixe cõmendo. Vale Prin/ ceps inclyte.Ex Sancto Michaele Murani.Die.ii.Iunii.MDXVI.

Iacobo Priori Oppitergii.XXXIII.

q Vod intentus ſis modo reponendis frugibus meſſe vrgente:& ꝓpter/ ea tardior fueris in reſcribendo:accipio excuſationem. Tempus enim ſpargendi:& tempus colligendi.Spero te vberiores fructus percæpturum, atq; impleturũ horrea.Sic.n.audio fuiſſe hoc anno vbiq; copioſas ſegetes:atq; agros fertiles lõge plus attuliſſe q̃ accæperint.Agendæ ſunt deo gratiæ:qui dat oĩbus affluenter & non improperat.Aduentus meus ad te erit futurus ad præſcriptum tibi a Priore terminum.Interea æſtus qui vehementiſſimi ſunt mitiores fient: & cubicularius noſter,quem miſi heri ad Eremum,ob dilatam mihi ab Eremitis portionem penſionis,vt ſpero redierit.Veniſſe hoc anno celerius omnia ob in/ gentem ac iugem æſtatis feruorem:lætandum nobis eſt:præſertim cum etiam fœlícius venerint.Humída nunc ſolſtitia optare audio agricolas:& tamẽ adeo inualuit æſtus ac ſerenitas:vt rediiſſe Eliæ tempora videantur:quando illo orã/ te clauſum eſt cœlum.Oretur Dominus:vt mittat pluuiam temporaneam & ſe rotínam ſuper terram: vt quod reliquum eſt frugum ad ruſticorum alimenta oportunum non depereat.Structuræ præterea monaſterii & pingendis parieti/ bus dare te operam ſcribis.Quod nimirum valde ꝓbo. Quid enim honeſtius religioſo homini eſſe poteſt:q̃ fideliter bona eccleſiæ ſuæ curæ traditæ,diſpen/ ſare:vt & ipſe cõmode habitet:& hoſpitibus ſuperuenientibus decenter conſu/ lat?Quid autem turpius de profeſſo paupertatem dici poteſt:q̃ ꝙ pecuniam ha beat repoſitam in ſudario:& quã erogãdam vtiliter accæperat in arca occluſam detineat?Perge itaq; vt facis:vt cum nõ defeceris benefaciens:tempore ſuo me/ tas. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.xvii.Iulii.MDXVI.

Iacobo Priori Oppitergii.XXXIIII.

s Poliata ſunt hoc anno Venetiis multa fanorum ſacraria: multumq; ex eis argenti & auri a ſacrilegis & impuris hominibus aſportatum.Edo cti atq; admoniti aliorum iactura nõ ſine ſuſpitione eramus & nos:ne quid eiuſ modi aliquando nobis accideret.Trepidauimus ſane timore:vbi erat timor:da tumq; eſt propterea monacho ſeniori negocium:vt quotidie calices in veſtiariũ deferret:vno tantum relicto in ſacrario propter miſſam ad primam: ne differri mane contingeret.Meum quoq; calicem ibidem relinquebam parcens miniſtro rum labori:haud admodum veritus vt ſacrarium adeo munitum facile effrin/ geretur. Secus tamen accidit. Siquidem nocte proxima ab impiis & ſceleratis direptum ac violatum eſt:ablato inde vtroq; calice,tapetibus tribus,auleis me/ lioribus duobus. Reliqua dimiſerunt. Facta eſt iactura circiter aureorum quin/ quaginta. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames? Quãta rapina/ rum ac predæ cupiditate feruent ſerũturq; predatores atq; direptores iſti:quãdo

nec

nec vaſis ſacratioribus parcunt? Miſeri, & ad laqueum vltro tendentes neq; co/
gitantes: q̄ ſeuera aīaduerſione ſe de talibus ſceleribus vindicet iuſtus & rectus
Dn̄s. De meo ad te aduentu fies certior paulopoſt. Neq;.n. diebus feſtis cōſcende
re nauiculā mihi eſt aīus. Niſi aliud occurrerit impedimenti: prima & vigeſima
ꝓxime futuri menſis dies, ſatis itineri accōmodata nobis videtur. Velit Dn̄s: vt
læti & incolumes ad te veniamus. Vale. Ex Sācto Michaele Murani. Die. xxix. Iu
lii. MDXVI.

Ioanni Franciſco de Balneo Cubiculario noſtro. XXXV.

s Ignificaſti mihi ex vrbe Florētia: nō potuiſſe te quicq̄ a debitoribus no
ſtris exigere. Differre te ꝓpterea reditū neceſſario: ne ſi veneris vacuus:
inanis fuerit labor peregrinationis tuæ. Elapſus eſt iampridem ſolutio
nis terminus: nec improbitatis nos arguere poſſunt: q; eos ad ſatiſfaciendum tē
peſtiuius vrgeamus. Fiūt vt vides noſtra patientia negligentiores. Si ſubiicere/
mus eis calcaria quæ apud nos ſunt: dataq; nobis a ſede apoſtolica vteremur po
teſtate: fortaſſe minus nos haberēt cōtēptui: ac maturius cōtenderent æs alienū
diſſoluere. Si nō ꝑcurrerēt: ſaltē ad præfixū eis terminū præſtoforēt: vt nō ſemp
meo ſumptu & incōmodo debitā mihi, quā tanti faciunt pecuniā extorquere ne/
ceſſariū eſſet. Abire poſt auꝝ, nec ſperare in pecuniæ theſauris, nequaq̄ mihi vi/
deor: ſi dari mihi ſuo tēpore ſtudeo portionē: quæ me cōtingit. Viuēdum nobis
eſt de marſupio noſtro: ne quem in religione grauemus vel minimo quadrāte.
Quod vero nimium tibi abfuiſſe videaris: ac redire ad nos q̄ maxime cupias:
nihil dubito. Verum ex quo non tua culpa, iſta intercedit dilatio: ferenda eſt vtri
q; noſtrum æquo animo. Tu tantum cura, vt ſoſpes redeas: ne tam obſtinato
tam ingenti tam intollerabili æſtu lædaris. Erit tn̄ mihi ꝑgratū: ſi redieris anteq̄
Oppitergiū me cōferā: vt eamus ſimul. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die
xiii. Auguſti. MDXVI.

Theophilo de Balneo Epiſcopo Driuaſteñ. XXXVI.

h Abitus īmutatio parū tibi obeſſe potuit exterius ſua nigredine: q vt ex
litteris tuis ꝑcipere mihi licuit, Camalduleñ. cādorē interius cōſeruaſti.
Hoc ſane maximi facio: ſiquidē Deus intuet̄ cor. Oportuit bene de tua
dignatione merito Cardinali colēdiſſimo, nec minus prudētiſſimo te morē ge/
rere: & illi exigua in re obtēperare: q tibi eſt in lōge maiore atq; digniore obſecu
tus. Moribus cādidus nigredinē illuſtrabis. Et dicere conſequēter poterit pietas
tua. Nigra ſum: ſed formoſa. Opto ego magnope: vt ꝓmotio hæc tua ad digni/
tatem ſublimiorē fœlix tibi & fauſta ſit futura. Ex quo enim oleum ſanctæ vnctio
nis Dei ſup te eſt: nō ꝑmittes cōtaminari ſanctuariū eius. Quod nimirū ita fore:
& tua mihi religio, ac ſingularis prudētia litteraturæ cōiūcta facile repromittūt.
Salutationē meā, p cubiculariū nr̄m tibi factā, gratā tibi fuiſſe nō dubito. Amaſti
me hactenus caritate nō ficta: ego quoq; ſemp paria tecū feci. Precaris, vt veniā
ad vos: futuꝝ pollicēs nō ſolū gratū multis aduētū meū veꝝ ēt vtilē. Mēſe Octo
bri ſi placuerit Dn̄o Venetiis mouebimus: iuitis licet ac diſſuadētibus ꝓpinqs at
q; amicis oībus. Orabit dignatio tua p nr̄a īcolumitate: vt læti ac ſoſpites mutuo
fruamur alloqo & cōſpectu: nec me frāgat itineris aſpītas. Iunior fui: etenī ſenui.
Abiit florida ætas: & nūc annoꝝ ꝑmor mole. Sūt mihi haud dubie grauia itinera
lōgiora. Si fuero tuis & alioꝝ nos diligētiū ꝑcū ſuffragiis fultus: nō me grauabit

admodum ſuſceptæ peregrinationis labor. Quí vero ſit futurus tantus aduen/tus mei in Etruriam fructus: quãtum pollicetur pietas tua: nequaq̃ video. Niſi q̄ implebuntur multorum vota: qui me intueri ac reuiſere deſyderant. Cæterum ſicut libenter admitto oblationem tuæ erga me fidei atq; operæ: ita ſeruitutis penitus reiicio. Non improbamus: q̄ adepta dignitate epiſcopatus te geras ſummiſſius. Sed cum iis: qui aut maiores te ſunt aut certe cum paribus. Fuiſti aliquando generalatui Camalduleſi ſubiectus. Nunc vero antiſtes factus atq; apoſtolorum̨ ſucceſſor: ſeruire mihi nullo pacto debes: cui Dei miſeratione fuiſti pauloante prælatus. Seruabis mecũ poſthac pſonæ tuæ decorum̨: q ætate quidẽ maior te ſum: ſed nõ dignitate ſed nõ meritis. Vtar nihilominus dignationis tuæ opa: cũ mihi opus fuerit. Vtere & tu viciſſim mea. Vale. Ex Sãcto Martino apud Oppitergium. Die. xxiii. Auguſti. MDXVI.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. XXXVII.

h Odie mihi redditæ ſunt litteræ tuæ: quas ad me dederas xxii præteriti menſis die. Si tardius accæperis, qd petiſti: nõ mihi imputabis. Vtrum vero tale ſit opuſculum noſtrũ: vt merito abs te fuerit expetendum: tu videris. Vnum, oro: vt cures ne pereat: aut ab aliquo intercipiatur. Siquidẽ alia duo exẽplaria ex quibus alterum Petro Soderino Vexillifero olim Florentino, alterum Antonio Putio Canonico cõmodata, hactenus mihi reſtituta nõ ſunt. Et erãt illa manu mea conſcripta. Si tua opera vel vnum ex iis rediret ad me: eſſem tibi obligatus. Oſtendes libellum, quibus ipſe volueris: modo illum legendum nequaq̃ eis permittas: qui ſunt ex parte Hieronymi: de ſæcularibus loquor: ne eo perlecto, ſcandalizentur. Vtere nihilominus illo pro arbitrio: ſi cõducere negocio aliqua in te ipſum exiſtimaueris. Quod habeo: hoc tibi do. Cæterum̨ inſcriptio venerabilis Fratris eſſe tibi moleſta nõ debet: qñ ita Eremitis inſcribi cõſueuerit. Non erraui hoc faciens: præſertim cum non ſis amplius nouitius in Eremo: vt tanq̃ iuniori, ſcribere vel impreſentiarum̨ debeã tibi. Dilecto in Chriſto filio &c. Errasti tu longe magis: ímo ſolus erraſti: qui te ſeruum Dei, ſeruũ meum te nominas. Conſeruum rectius dixiſſes. Ego nunq̃ appetii dominari in clero, atq; in noſtro ordine. Omnes arbitratus ſum ſiue filios ſiue fratres. Qui vero ſeruos habere dignoſcitur: dominus eſt. Tuã itaq; vero Domino exhibe ſeruitutem: & ſerua perſonæ tuæ decorum. Scriptũ eſt. Vnus dominus: vna fides. Deniq; dilectionem ego omnium erga me veram cupio: ſeruitutem minime. Non reſpondeo ad ſingula: quæ binis litteris tuis continẽtur: ne retardetur futurus litterarum lator: præſertim cũ haud ita multo poſt ſim in Etruriã, ſi placuerit altiſſimo, reditu rus. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xii. Septembris, MDXVI.

Benincaſæ Priori Pratalis. XXXVIII.

n On permíſit infirmitas tua vt me conuenires: quoniam ſatiſfecit offitioſo animo bona voluntas. Et ego tam grate admitto hãc tuam erga me pietatem: ac ſi veniſſes. Tu vero cura valitudinem tuam: & imbecillitati corpuſculi maturius conſule. Sic enim facilius poteris prodeſſe q̃plurimis: qui tuæ ſunt curæ ſubiecti. Quod ſi interpellatus aſſiduis præcibus dominus exorari ſe non permiſerit: vt te priſtinæ reſtituat ſanitati: caue ne indigneris: ne moleſte feras:

ras:ne cótra ipſum iraſcaris.Scit ipſe:quid nobis expediat.Viſitatio ipſius cuſtodiat ſpiritum tuum:& gratias ei age,ꝙ memor ſit tui.Vexari te ſinit in hoc ſæculo:vt in futuro paulopoſt cóſoleris.Neq; enim iudicat bis in idipſum. Quid cupiant noſtri illi de me:non nihil accæpi.Quid tu quoq; horteris & conſulas:intelligo.Non improbamus zelum & fidem tuam:quibus me ad reditum excitas. Magis tamen probaremus:vt conſultius penſitares:vtrum e re mea reditus iſte futurus ſit.Non enim ſic aliis nos prouidere oportet:vt noſtra ipſorum negligēda ſit cura.Emeritus ſenex qui per quatuor & quinquaginta annos traxit vcunq; iugum Domini,Paulo indulgentius ac remiſſius viuere ſinendus eſt : ne labore nimio imbecillis ſenectus obruatur.Non ſubduxi vltro humeros oneri : vt oēs nouerunt.Ex quo illud aliena opera mihi excutiendum fuit:diuino nutu hoc mihi benefitium procuratum puto:vt in pace in idipſum dormirem & requieſcerem:& tot tantiſq; moleſtiſſimis curis ac perturbationibus excuſatius vacarem. Potens eſt Deus preſto eſſe Fonti bono:vt fluant inde ſicut olim aquæ viuæ:neq; diutius appareat conuerſus in ciſternas diſſipatas,quæ continere non valent aquas.Si quid ibidem vt cómemoraſti in epiſtola boni egimus:quod deo accæptum & hominibus gratum atq; probatum extiterit:id omne diuinæ clæmentiæ accæptum ferimus:qui dedit nobis & velle & poſſe pro bona voluntate. Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.xxiiii.Decembris.MDXVI.

Paulo Orlandino Abbati Sancti Michaelis Murani. XXXVIIII.

e Xpetis præſentiam noſtram:& cupis vt redeam,vnde pauloante diſceſſeram.Gratum eſt nobis deſyderium tuum,& pius affectus.Verū ſi modo tibi obtemperandum exiſtimarem:ſcandalizarentur hic multi:ꝙ cum huc expectatus aduenerim,tam cito eis terga vertiſſem.Vulgo ſi quidem aiunt.Non dicitur veniſſe:qui nó ſtetit.Veniā tñ,ſi placuerit Domino,oportuno tempore.Prohibet me modo ne hinc moueam,vt alia minime deeſſent,hiemis rigor : qui ſenioribus imprimis aduerſať.Nam calor oſſa reliquit. Quod ex ſeniore illo Rege potes coniicere:qui cum operiretur veſtibus non calefiebat.Et de petro legitur:ꝙ erat ſtans & calefaciēs ſe.Interea hic manentes ſatiſſaciemus vtcunq; ciſalpinis iſtis noſtris:ne videar illorum erga nos paruifacere beniuolentiam.Somnia tua perlegi:& per latorem fidelem Iuſtiniano ſequenti die cum litteris tranſmiſi.Quid ego ſentiam:non indiges vt ſcribam tibi.Nam philoſophiæ ſtudioſus cum hactenus fueris:legiſſe te arbitror:quid Ariſtoteles de ſomno & vigilia quid Cicero de diuinatione ſentiant.Apparuiſſe in ſomnis Angelos nó ſemel legimus,Et Iob:Terrebis(inquit)me per ſomnia.Verum ex reuelatione aut ex illuſione illa veniant ii æſtiment ac perpendant:quorum incertos ſomnos nocturna imago exagitat.Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.ii.Ianuarii.MDXVII.

Euſebio Priolo monacho Sancti Michaelis Murani.XL.

e Xpectari me ab amicis & neceſſariis facile credo . Nam qui ægerrimē tulerunt profectionem & diſceſſum meū:eos conſequenter optare reditum meum non dubito.Annuat Dominus cómunibus votis: vt deſtinato tempore id nobis per valitudinem liceat:& ea facilitate reuertamur ad vos qua huc venimus.Veronæ receptio per alios mihi prius nunciata oppleuit me gaudio

ſingulari. Expectantes expectauimus Dominum:& intẽdit nobis:& pro ſua clæmentia exaudiuit preces ſeruorum ſuorum: vt tandem benedixerit populo ſuo ĩ pace. Excitatum tot annoꝝ incendium Veronæ defectione: vt de aliis vrbibus taceam: non humani cruoris effuſio, ſed patientia noſtrorum atq; prudentia extinxit. Merito collachrymaſſe illos præ gaudio ſcribis: vbi primum nuncius recuperatæ tam præclaræ vrbis Venetias allatus eſt. Propitius ſit nobis dominus: vt recæptarum pauloante vrbium firma poſthac ſit futura & perpetua poſſeſſio: ꝓculq; arceãtur hoſtes a finibus eaꝝ: vt pacis ac victoriæ bonis diutiſſime perfrui nobis liceat. Legatos. xii. Veronenſes benigne a ſenatu auditos ſpero. Datã ſiquidem omnibus veniam accæpi. Non poterit non prodeſſe impoſterum hæc ſenatus indulgentia. Nam huiuſcemodi blandimenta populo illi exhibita concordẽ ac fidelem Veneto nomini ciuitatem tenebunt. Maximam factam fuiſſe nouiſſime Turcorum ſtragem: etiam Florentiæ per hos dies nunciatũ eſt. Non eſt paſſus diutius Dominus gentem illam proſpere bellum gerere: ne victoria tumidi ſuper populum ſuum malignarent conſiliũ:& cogitarent aduerſus ſanctos ſuos. Diſſipauit gentem: quæ bella voluit: Extulit eam pauloante: vt mox vehementius allideret:& pene ad internitionem deleret. Agẽdæ ſunt propterea ĩmortali Deo gratiæ. Deſiiſſe magiſtratus creari pecunia: probo. Sicut enim afflicta diuturno bello republica non indecens fuit eiuſdem pecuniæ mutuatio: ita modo confecta pace recto iuditio reuocatam arbitror. Ceſſante vt dicitur cauſa: ceſſare debet effectus. Contarenum & Cornelium propinquum noſtrum: quorum me nomine ſalutaſti: meo viciſſim reſaluta. Alteri eorũ etiam gratulare: ob ductam in matrimonium coniugem. Cõſeneſcant ambo pariter in Dño:& videant filios filioꝝ ſuoꝝ. Vale. Ex monaſterio Sancti Benedicti. Die. xxii. Februarii. MDXVii.

Paulo Orlandino Abbati Sancti Michaelis Murani. XLI.

d Oleo ſiquid aduerſi me abſente vobis accidit: propter quod coacti fueritis deſyderio mei affici: ac meam optare præſentiam. Scribis enim ſi affuiſſem potuiſſe me obſiſtere ne quid accidiſſet. Idem tecũ ſentit Vicarius congregationis. Quid tamen illud fuerit: non contulit mecum:& ego non ſum curioſius ſciſcitatus. Tantummodo mecum reputo: neceſſe eſſe vt veniant ſcandala. Circuit enim aduerſarius quærens: quem deuoret. Candidi omnes habitu ſumus: cucullati omnes: ſed aliquando moribus diſpares. In veſtimentis (inquit) ouium: lupi rapaces. Benefacis tu in aduerſis agere Deo gratias. Sic enim faciet cum tentatione prouentum: vt poſſis ſuſtinere. Et reuera cogitanti mihi ſtatum vniuerſum noſtri ordinis:& mẽbra huius corporis ſingula conſyderanti: ingẽs ſe mœroris nebula obiicit. Non tamen iccirco probamus conſilium tuum: vt decreueris tibi ipſi ſoli viuere:& ſubducere humeros debilitatæ congregationi. Si enim quæ floruiſſe aliquando apparuit nimium cito cõſenuit: quomodo quæſo ſuſtentari per ſe ipſam poterit: niſi adminiculo gubernantium fulciatur? Reliqui mihi (inquit) ſeptem milia virorum: qui non curuauerunt genua coram Baal. Si non defuerit inter vos pax & animorum coniunctio: ſi procul exulauerit ambitio & dominandi libido: præſto erit piis mentibus Dñs:& futurus pax veſtra faciet vtraq; vnum. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ego

ſum

ſum in medio eorum:dicit Dñs. Quãobrẽ ſuadeo hortor & moneo:vt in turpi voto mutes decretum:ne forte aliquando exprobretur tibi ſi vires tuas ſubtraxeris labenti ordini. Ruina hæc ſub manu tua. Noui ego complures ex vobis : qui ſi volueritis adminiſtrandæ congregationi æquitate & fide animum intendere/ & in ea omnem veſtram curam cogitationem operam poſthabitis priuatis cõmodis & affectibus ponere:idonei proculdubio ſitis futuri ad illam ſuſtentand/ atq; erigendam. Propterea iterum moneo:ne deſperes ꝓpter ignauiam:ſed totum te dedas & conferas ad conſulendum cõmuni vtilitati. Id enim eſt munus tuum & aliorum:ad quod arctiſſime tenemini:non velle ocio contabeſcere. Litteras tuas nondum miſi in Eremum defectu tabellarii. Si voluerit Paulus diſſoluere propoſitas a te haud faciles quæſtiones:non epiſtola ſed volumine indigebit. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. xxiiii. Februarii. MDXVII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. XLII.

P Robo admodum:ꝙ in nouo Orlandini propoſito mecum ſenſeris. Reſpondi enim ei ingenue ac libere:haud quaq̃ illum ſanum cæpiſſe conſilium:neq; impenſius improbare quod decreuiſſet. Siquidem non eſſet hominis probi ac religioſi timentis deum ſubducere humeros oneri:quod neceſſario ferendum eſſet:& vacare velle ignauiæ & ocio cũ religionis detrimento ac euidenti periculo ne laberetur in præceps:vt merito auditurus foret ab exprobrãtibus. Ruina hæc ſub manu tua. Si quid profecero:agnoſcam paulopoſt. Tuum erit:ad quem litteræ ipſius diriguntur:liberius increpare hominem male ſentiẽtem. Imitari forſitan vult ꝓphetam:qui fugerat a facie Domini:qui periclitante naui dormiebat ſopore graui. Sed caueat ne & ſibi idem eueniat:vt demergatur in profundum maris:ſeroq; ipſum pœniteat detrectaſſe laborem ꝓ ſuo ordine: pro quo etiam vitam ipſam tenetur exponere. Sed de Orlandino ſatis. Ad te enĩ præcipue hoc ſpectat negotium:cum quo ipſe cõmunicauit conſilium. Quod vero me econtrario laudes:vtpote qui laborauerim ab adoleſcentia in vinea Domini:& propterea meritis plenus ſim diſceſſurus e ſæculo:vtrum ſim huiuſmodi elogio dignus tu videris. Si mihi tantũmodo ſuffragatura ſunt merita mea: vbi dormitionis tempus aduenerit:male nimirum agetur mecũ. Quãobrẽ orãdũ potius arbitror:vt cũ defecerit virtus mea ꝓpitius eſſe dignetˀ peccatis meis Dñs:neq; mihi ꝓ meritis retribuat. Reliquũ vitæ meæ qđ ĩgraueſcẽte ĩ dies magis ſenecta & ꝑmẽte ægritudĩe qetẽ magis q̃ fatigationẽ poſtulat:paꝝ poterit ꝓdeſſe cõmodis & vtilitati ordinis. Tuo magis & alioꝝ de cõgregatiõe:qui florẽte eſtis ætate & ingenio polletis, vtatur miniſterio. Cauendum eſt autẽ tibi imprimis:ne nimium oblectatus ocio illo eremitico aliqnando onus excutias : & veſtigia Orlandini ſequi velle videaris, quæ tantopere improbaſti: vt diſſidere tecum ipſe atq; a veritate longe aberrare exiſtimeris:dicaturq; de te. Quod feſtucam in oculo fratris tui videris?in tuo non videris neq; conſideraueris trabem. Aegre tuli malam Maioris valitudinem. Spero tamẽ nõ de futuꝝ per vos:quin omni conatu & ſtudio infirmi ſenioris habeatur cura. Quod vt fiat hortamur. Prolixitas diuinorum offitiorum & priuata pſalmodia præter nonnullorum ad me acceſſum magnam ſibi diei partem vendicat:vt nequiuerim reſpõdere affe/

ctu plenis litteris Petri noui coeremitæ tui filii noſtri cariſſimi atq; honorãdi fratris: vrgente præſertim tabellario conuerſo noſtro. Non differam tamen reſponſum. Ipſum interea ſalutabis meo nomine. Vale cũ familia omni & Hieronymũ ac reliquos iube ſaluere ex me: Ex Sancto Benedicto. Die. x. Martii. MDXVII.

Petro Brixieñ. Eremitæ. XLIII.

V Bi primum didici: ſtatuiſſe te tranſire ad arctiorem vitam: & ex caſſineſi velle fieri Camaldulenſem: & q̃ prompto animo ductus fuiſſes in deſertum a ſpiritu: conciliaſti tu continuo beniuolentiam meam: & amare te tunc licet antea ignotum cœpi. Retulerat enim mihi Iuſtinianus tui ſtudioſus: qualis fores tum moribus tum eruditione. Benedixi propterea Dominum: quem & precatus ſum pro te: vt non deficeret fides tua. Sed ſicut ipſe indui te voluit decorẽ & candidum habitum: ita indueret te virtute: ac muro ſuo in expugnabili circũcingeret mentem tuam. Accæpta vero nudiuſtertius epiſtola tua atq; perlecta: ſcito te longe arctius me tibi deuinxiſſe. Noui enim per illam: q̃topere me diligeres: ſupra etiam merita obſeruares. Nam non amari a me plurimum nequaq̃ potes: tam vehementer tam pie tam affectuoſe me diligens. Ego (inquit) diligentes me diligo. Et vtiq; natura ita cõparatum eſt: vt amanti vicem reddamus. Deniq; vt ſcias: non permittam: vt in hoc conciliato dudum mutuo amore, & modo ſuiauiſſimis litteris tuis confirmato, aliquando abs te vincar. Quod videre me cupias: & hoc mihi certiſſime perſuadeo. Siquidem & ego quoq; hoc deſyderio tecum certo. Spero non defuturas occaſiones: quibus mutuo fruamur conſpectu atq; alloquio. Dedicatus es ſolitudini. Haud ab re futurũ erit: ſi quando ob negocia ordinis ad tempus inde exieris. Dicas licet: Bonum eſt nos hic eſſe: gratum eſt nobis ociari in Eremo: vernantium abietũ perpetuus nobis arridet aſpectus: remoti a ſæculo paradiſum delitiarũ incolimus: vbi cõmodius diuina meditemur: & ſapiamus, quæ ſurſum ſunt non quæ ſuper terram: licet inq̃ in his & aliis pluribus magna ſit in Eremo bene viuendi cõmoditas: quam minime paruifaciendam duco: imo etiam conſtantiſſime retinendam: ea eſt tamen adminiſtrandæ religionis conditio: vt cogantur eremitæ exire ad opus miniſterii ſibi iniuncti: vt parieti inclinato & maceriæ depulſæ opem ferant. Hoc exigit caritas: vt priuatis cõmodis publica præferamus: ne nobis ipſis tantum nati videamur. Verum quoniam addixiſti te mihi in filium (nam ſeruum penitus reſpuo: cum ſim conſeruus tuus & fratrum tuorum) non præteribo ſilentio: quod paterno iure debeo mihi tecum vendicare. Quis enim filius: quẽ non corripit pater? Legiſſe te arbitror: quod per quendam ſapientem ſcriptum eſt. Lauda (inquit) parce: vitupera parcius. Tu vero adeo effuſe tot tantiſq; laudibus me affeciſti: vt pluribus certe ac maioribus non potueris. Imperfectum meum nõdum viderũt oculi tui: quod nihilominus optime mihi cognitum eſt. Quid eſt quæſo homo: quia magnificas eum? Indulſiſti nimium affectibus: & blãdior fuiſti q̃ eremitam grauem & eruditum decuit. Forte reſpondebis, te hæc icirco ſcripſiſſe: q ea Paulo referente audieris: quando me alias minime agnouiſſes. Sed bona vtriuſq; veſtrum venia dixerim: nec tu facile credere: nec ille me apud te debuit imerẽtem cõmendare. Meminiſſe magis ipſum oportuit æquiuoci ſui Pauli: & illum emulari:

lari:

lari:qui coapoſtolo ſuo Petro in faciem reſtitit:eo ꝙ reprehenſibilis videretur. An nõ ego reprehenſibilis?Cum ſcriptum ſit.In multis offendimus omnes.Cæterum produco longius epiſtolam q̃ ſacratiores hi dies poſtulent:in quibus ſolito diutius diuino cultui obligamur. Tuũ erit poſthac Petre cariſſime laudibus parcere.Et ſi initam mecum gratiam augeri in dies cumulatius optas:eſto mihi apud deum ꝓ laudatore præcator aſſiduus:ne proiiciat me in tempore ſenectutis. Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.xi.Martii.MDXVII.

Euſebio Priolo monacho Sancti Michaelis Murani.XLIIII.

POſtremis litteris tuis non niſi mala & aduerſa nuntiaſti : quoniam re vera dies mali ſunt. Succurrit mihi in his mundanis præſſuris dixiſſe olim Dominum per apoſtolum.Quos amo:arguo & caſtigo. Et alius quidam ex prophetis teſtatur dicens. Ingrediatur putredo in oſſibus meis : & ſubter me ſcateat:vt requieſcam in die tribulationis: & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.Admonemur præſentibus malis:vt futura bona cogitemus:neq̧ iccirco laſſemur a meditatione cœleſtium.Tribulatio ait & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.Nihil ꝑfecto verius.Cum enim dulci flatu mulcet & arridet nobis ſecunda fortuna:minus ac rarius ſubit menti noſtræ Dei recordatio.Cum vero aduerſi caſus & anguſtiæ premunt:tunc ad illum confugimus:offerrimus illi hoſtiam ſalutarem:& vt in tribulatiõe dilatare nobis dignetur impenſius obſecramus. Reputo mecum aliquando deuotum præfecti triremium animum:qui quaſi præuiderit futuram tam ſæuam tempeſtatem:& tantum ſibi in ea nauigatione imminere periculi : ſingulis ſextis feriis ad Sanctum Michaelem conueniẽs,miſſam in ſacello crucis reuerenter audiebat. Quo fit vt exiſtimem:in ea procella triremem eius euaſiſſe: ac in Cyprum delatam fuiſſe: ipſo incolumi & nautis omnibus:cum ex altera marinis fluctibus obruta vix pauci admodum fuerint ſuperſtites.Iuditia Dei abyſus multa.Agẽdæ ſunt ei gratiæ: ꝙ ex duabus ſeruauerit alteram:faciens cum tentatione prouentum.Idem de Nicoloſa naui a piratis expoliata ſentio:facta tantũmodo mercium iactura:& ipſa nautis ſaluis redire permiſſa. Grauior enim fuiſſet hominum q̃ rerum amiſſio. De furto candelabroꝝ argenteorum cum cæteris,quæ ſignificaſti plurimum doleo:& eo magis doleo ꝙ ſuſpicamini:a fure domeſtico illatum fuiſſe tantum dãnum:coniuncto vtiq̧ cum detrimento ſacrilegii domeſtici dedecore.Vnde orta ſit de Paulo conuerſo ſuſpitio,viro vtiq̧ moderato & probo:minime intelligo. Nam eam indolẽ præſeferebat,ſic vixerat in ſæculo:vt non niſi euidentibus certiſq̧ inditiis,tanti debuerit ſceleris reus putari. Dignetur Dominus veritatem detegere:& autorem facinoris quicunq̧ ſit ille in lucem proferre.Non eſt parui facienda monaſterii prætioſæ ſuppellectilis imminutio:ſed longe ego pluris facio propinquorum & coniugis imprimis teſtatoris ſcandalum. Sed quando ita accidit:ſuperanda:omnis fortuna ferendo eſt.Obſeſſus iuxta Gazam ab iſmaelitis Turchus,mœrore animum non parum leuauit.Non enim poteſt non obeſſe Chriſtianis barbaroꝝ immanium proſperitas:vt merito propterea de illoꝝ interitu gaudeamus.Profecturus hinc ad dies paucos,vt ad vos redeã:nõ ero longior:cũ multa occurrãt ſcribẽda.Oret interea ꝓ fœlici nr̃o itinere,& cõgrega/

ionis ſtatu. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. xxx. Martii. MDXVII.

Benincaſæ Priori Pratalis. XLV.

S Cire cupis, quomodo me habeã: qua ſim corporis habitudine. Si dixero, bona: contradicet mihi pedũ debilitas, haud penitus percurata. Si mala: mẽtiri faciam, quotquot me intuentur: quorũ aſſertione, renouata creditur, vt aquilæ, iuuentus mea. Scito itaq;: me neq; infirmũ omnino, neq; ſanum vſq; quaq; dici poſſe. Siquidem ſenectus ipſa infirmitas eſt. Conuenio tamen adhuc in eccleſiam die noctuq;: neq; graue mihi aut moleſtum ſentio ieiunium: ita largiente Dño, quo deſerente fatigamur: quo præſente firmamur. Eſt enim ipſe ſalus noſtra: & firmamentũ noſtrum. Quod me videre deſyderes in Fonte bono: ſcias hoc tempore impleri non poſſe votum tuũ. Alio mihi eſt iter neceſſario dirigendũ. Spero nihilominus, viſurum me aliquando domos illas noſtras: in quibus conſenui: & dimidium ætatis conſumpſi. In arbitrio Dei poſitum eſt: vt præbeatur mihi occaſio perficiendi, quod opto. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. vltima. Martii. MDXVII.

Paulo Orlandino Abbati Carcerum. XLVI.

C Ontẽdiſti longiore epiſtola adducere me in ſententiã tuã: nec potuiſti. Protuliſti multa & in vnũ conieciſti teſtimonia: tum ex philoſophia tũ ex ſcriptura ſacra: quæ aſtipulari videantur opinioni tuæ. Sed nõ propterea perſuaſus ego ſum, vt cedã tibi: cum ſit maior argumentationibus tuis omnibus caritas. Patrocinante illa mihi qui deus eſt: nõ timebo quid ediuerſo vel litteratiſſimus locutus mihi fuerit homo: Quin potius reiicio penitus aſſertiões tuas: præferens conſtanti animo non ſolũ ignauæ & inerti, ſed ocioſæ etiam & ſeipſa fruẽti vitæ, laborioſã & pluribus iſeruientẽ. Petre (inqt) amas me? paſce oues meas. Et coapoſtolus eius cuius nomen geris: cupit anathema fieri a Chriſto pro fratribus ſuis. Et tu putas deſertione ouium aut fatigatus difficultate illarum paſcẽdarum, tibi ipſi tutius conſulturus: ſi tibi poſthac tantum vixeris? Non coronabitur: niſi qui legitime certauerit. Habens talentum repoſitũ in ſudario reprehenditur: q̃ nihil eo ſuperlucratus fuerit. Et probari a me poſſe putas nouum conſilium tuũ: vt expedire tibi arbitreris: ſi tibi ſolum natus fueris: ſi nulla re ſolicitus te ipſo contentus tantum, in aliquo ſeceſſu tanq̃ relegatus vitã duxeris? Ego aũt ſic exiſtimo: non continuo te tibi eſſe victurum, ſi nemini vixeris. Quin potius arguet te conſcientia tua: q̃ non fueris imitatus euangelicum Samaritanum: qui impellente caritate deſcendit de ſinu patris: vt hominẽ perditum redimeret: ac ouem centeſimã quæ errauerat, ſacris impoſitã humeris reportaret ad gregem. Scio te hæc & alia huiuſmodi non latere: & iccirco multa prætereo de induſtria. Hoc tantum dixerim: Congregationem noſtrã columnis indigere, quibus fulciatur. Alioquin ingens illi video periculum imminere ne deſoletur: niſi ad concordiam & vnionem redierit. Vno fere menſe bis viſitatum eſt monaſteriũ Angelorum: nõ ſine multorum admiratione. Atq; vtinam vel ſic bene ipſius reformationi fuerit conſultũ. Nõnulla tamẽ per Vicarium & eremitas autoritate apoſtolica conſtituta ſunt: quæ ſi fuerint obſeruata non poterit inanis atq; irrita exiſtimari repetita viſitatio: cui etiam interfuit Vicarius Archiepiſcopi, homo ſane & natura mitis & timoratus, & noſtro ordini optime affectus. Nihil obfuit eius

præſentia

præſentia ad comprimendos animorum motus : benignitate magiſq̄ poteſtate vtrãq; partem ad caritatem non fictã & veram fraternitatem alliciens. Ex Vicario Congregationis plura intelliges:quæ modo ſubiceo.Defunctus eſt per hos dies.d.Ioães Petrus Nouocomenſis:qui hoc trienniũ fuit Eremi Maior.Et qm̃ fuit in Sancto Michaele profeſſus:ſemperq; viſus eſt monachus & rectus ac recedens a malo:dignus eſt,qui a vobis cæteris amplius in orationibus atq; oblationibus hoſtiarum Dño cõmendetur.Subſtitutus eſt ei in Maioratu alter ex eremitis Caſinenſibus:qui hoc anno in Eremũ ſe contulerunt. Ipſum tu vidiſti aliqñ: & cũ eo diutius locutus es anteq̄ dealbaretur. Mihi viſus eſt religioſus & bonis litteris præditus:& imprimis multa expertus. Magiſtratus virũ oſtendet. Quẽ ſpero ita geſtuꝝ:vt facile indicaturus ſit:bono ſe zelo erga ordinem noſtrũ duci. Vale.Ex Sancto Bñdicto.Die.ii.Apri.MDXVII.Zachariæ Mauroceno. XLVII.

q Vod pro me ſolicitus,de me frequẽter fratrẽ noſtrum interroges: vtꝝ valerem,& bene ageretur mecum:nõ fuit neceſſe vt ſignificares mihi. Nam abſq; tuo teſtimonio,ſatis id mihi conſtabat.Nouerã enim,amari me abs te haud vulgariter:nec fieri facile poſſe:vt locorum interuallo tibi vllo modo exciderem.Ago gratias tuæ pietati:q; ſerues in amore conſtantiã: & memoria noſtri,nulla ex corde tuo obliuione deleatur.Cæterum q; decreueris,ad cõſequendũ multarũ rerum vſum,longinquas petere terras:ac perambulare celebriores orbis regiones:petiſq; a me noſſe,quid ſentiã:ea eſt mea erga te fides,ea caritas:vt diſſimulare tecum nequaq̄ debeã : quæ ſit mea de tua peregrinatione opinio.Generoſo es animo:& ad indaganda & perſcrutanda multa valde cupido.Sano præterea & vegeto es corpore,florenteq; ætate:adhæc liber es,& cœlibem vitam gerens vtiq; ſolutus matrimonio,& tui penitus iuris.Excitaris his omnibus ad peregre proficiſcendũ,ad ſubeundos itineris labores atq; pericula: cum poſſis domi ocioſe ac quiete & tuto degere.Duceris cupiditate vidẽdi plurima: & ideo fatigationẽ minus neceſſariam honeſto præfers ocio:quod pauciſſimis euenit.Licet aũt domi & in patria ſua haud omnino immunis a periculis quiſq̄ cõmoretur:longe tamen plura foris occurrunt.In itineribus ſæpe,ait apoſtolus:periculis fluminũ:periculis latronũ:periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine:periculis in mari:& reliqua quæ enumerat. Quãobrem ne te lõgius protraham:ſuſcipiendas quidem eſſe peregrinationes non negauerim: ſed neceſſarias:& quæ cõmodis noſtris inſeruiant.Alioquin magis probarem:quod in prouerbio vulgo dicitur.Qui bene ſtat:non moueatur.Prudens es : & non indiges conſilio meo.Id eliges : quod ſanius & vtilius exiſtimaueris . Confirmat me in hac ſententia horribilis nautarum caſus recens:qui in Alexandriam nauigantes ſubita coorta tempeſtate iactati,miſere obruti ſunt.Ne mireris:ſi apertius tecum loquor.Amo te Maurocene.Et qui amat timet. Si tamen decreueris implere votum tuũ:mecum erit orare,vt futurus ſit tecum Dominus: & proſpeꝝ faciat iter tuum.Verum ex quo improbare viſus es nouũ mutuandæ pecuniæ modũ : elapſo anno a Senatu noſtro vſurpatũ in creandis magiſtratibus: nõ præteribo ſilẽtio,quid hac in re mihi videatur.Magna nimirum vis eſt neceſſitatis. Vbi illa vrget:tentantur omnia ne illi ſuccumbatur.Pro bono publico,pro ſtatu cõſeruan/

do,cum nutat & in periculo eſt multa excogitãtur:quæ pacis tempore ab hone/
ſto iudicarentur aliena.Mutantur aliqñ leges:vt inſeruiatur tempori:nec impro
batur eiuſmodi mutatio.Noſti optime:fuiſſe olim Romanos rerum dominos.
Cũq; ante complures annos ipſorum geſta apud Liuium legerem:incidi in Por
tii Catonis concionem : qui tunc apud ſuos vir ſanctus & innocẽs ac peculiari
ſeueritate inſignis habitus eſt.Is inter cætera,pauca hæc quæ poſtea excerpſi,cõ/
cioni ſuæ inſeruerat.Nulla(inquit) lex ſatis cõmoda omnibus eſt:modo quæri/
tur:ſi maiori parti & in ſummã omnibus prodeſt.Alius item Catonis cõciuis.L.
Valerius:vir ſane grauis:& togatæ illius gentis autoritatem atq; ſapientiã præ/
ſeferens.Ego enim ait,quemadmodũ ex iis legibus quæ nõ in tempus aliquod
ſed perpetuæ vtilitatis cauſa in æternũ latæ ſunt:nullam abrogari debere fateor:
niſi quam aut vſus coarguit:aut ſtatus aliquis reipublicæ inutilem fecit: ſic quas
tempora aliqua deſyderarũt leges:mortales,vt ita dicam,& tẽporibus ipſis mu
tabiles eſſe video.Quæ in pace latæ ſunt,plerũq; bellum abrogat:quæ in bello,
pax.Vt in nauis adminiſtratione,alia in ſecũda alia in aduerſa tẽpeſtate vſui ſunt.
Vides quid ſentiant Romani illi patres:& q̃ prudenter ſuper legum mutatione
diſſeruerint?Et vt aliquid ex me adiiciam ad honeſtatem rei huius inſinuandã:
nõne ſi defuiſſet priuatorum hæc ciuiũ voluntaria pecuniarum oblatio,indicen/
da neceſſario fuerat publica omnibus exactio:vt cogeretur egentiſſimus quiſq;
& cui non erat ſoluẽdo mẽdicitati fieri obnoxius?Adhæc ſi optuliſti pecuniam:
preterq̃ q a nemine coactus es vt offerres:incertus adhuc es,vtrum propterea
tibi aut alii ex tribus tecum electis ſuffragaturus ſit Senatus:in cuius id arbitrio
ſitum eſt.Sed nimiũ progredior q̃ neceſſe ſit: reuocata præſertim poſt Veronæ
recæptionem legis mutatione ad priorem conſuetudinẽ. Quod mihi dicaueris
Hyeroſolimitanũ itinerarium tuum:habeo gratiam.Non eſt aũt cur expectes:
vt a me corrigatur.Habes iſthic cõplures peritiſſimos: quibus ſi opus fuerit fa/
cere poteſtatem poteris recognoſcendi emendandiq; libelli tui . Legam ipſum
libẽtiſſime:& ſpero illum tum ſui merito tum q abs te erit,mihi admodũ volu
ptati fore:ac ſummopere placiturum.Vale:& pro noſtro ad vos proſpero redi/
tu,ora.Ex Scõ Bñdicto.Die.iii.Apri..MDXVII. Leoni Papæ Decimo.XLVIII.

PRofecturus Florentia poſt dies duos,nõ ſum paſſus præterire ſilẽtio:
fuiſſe nobis gratiſſimũ cõſiliũ Sanctitatis tuæ:qd nobis duobus breui/
bus apoſtolicis nouiſſime intimandũ duxit.Exequar in proxime futuro
cõgregationis Eremi & Sancti Michaelis de Murano capitulo: cui me indignũ
ſeruum tuum præeſſe voluiſti:mandatum tuum pro viribus Pater Sãcte: nec de
futura eſt in me fides ac zelus bonus:vbi minus ſuppeditaturæ ſunt vires.Si for
te interueniente angulari lapide,duo iſti parietes in vnũ copulentur:atq; arctiſſi
ma cõnectantur caritate.Interea ſupplicamus tuæ Bea.vt quẽadmodum præci/
pua dilectionis oſtenſione hactenus proſecuta eſt memoratam cõgregationem
noſtram : ita & in futurum ipſam tueri & conſeruare atq; munire dignetur:nec
ſinat aliquorum interuentu reuocari prædicta breuia : in quibus repoſitam eſſe
ne dubitet eiuſdẽ congregationis concordiã & ſalutẽ. Valeat q̃ fœliciſſime San/
titas tua:ad cuius ſacratiſſimos pedes me iterum atq; iterum cõmendo minimũ

ſeruorum

ſeruorum ſuorum. Ex Sancto Benedicto. Die. xv. Aprilis. MDXVII.

Iacobo Priori Oppitergii. XLIX.

SI interfuiſſes capitulo Congregationis: retuliſſet tibi generale capitulũ, vltra enim centum & quinquaginta, tũ monachi tum conuerſi, hic fuiſſe commemorantur. Peractum eſt autem capitulũ pacatiſſime: ac religioſiſſime celebtatum. Procul omnes ab ambitione fuere. Præſui ego autoritate apoſtolica & ea quidem ſumma: vtpote per duo diplomata Pontificis, & nouiſſime per bullam, mihi & duobus eremitis ampliſſime conceſſa. Elegimus nos tres pari conſenſu alios diffinitores ſex: nec fuit, qui ediuerſo ſit auſus hiſcere aut contradicere. Omnia ex dignitate atq; autoritate magiſtratus ſucceſſere. Præfecti ſunt cœnobiis prælati: qui magis idonei exiſtimati ſunt: requirente nemine aut petente. Aſtitit nobis a dextris Dominus: qui hunc humiliat & hunc exaltat. Occupatus tu in extruendis parietibus, non potuiſti cõmode nos adire. Nec debet propterea contemni opus tuum: quando murorum erectio, eſt ſatiſfactio monachorum. Quo enim viuunt cõmodius in cœnobiis: eo alacrius reddũt altiſſimo vota ſua. Si miſiſſes tempeſtiuius Chriſtophorum monachum, dum prælati adhuc aderant: facile reperiſſet locum in Congregatione. Tentabo nihilominus: ſi quo modo fieri illi potuerit ſatis. Venturus ſum Tauriſium ad dies paucos: ſed non iccirco vltra progreſſurus. Si me conueneris: videbo te libentiſſime. Vale. Ex Sãcto Michaele Murani. Die. xxiii. Maii. MDXVII.

Eremitis. L.

VEnturus ad Eremum cubicularius nr̃: Ioan. fran. vt vos conueniat meo noĩe: petiit a me, ne ſine meis advos litteris hic abiret. Ego vero, & ſi nihil modo mihi occurrat, quod neceſſario vobis ſcribendum ſit: ſatiſfaciendum tamen petenti cenſui: quando præſertim hoc munus libenter vobiſcum vſurpo. Gauiſus ſum plurimũ in Dño: ꝙ non ſolũ ſit auctus in Eremo iſta eremitarũ numerus: verum multo magis, ꝙ habitetis vnius moris in domo: ꝙ dicatis idipſum omnes: & ſit omnium veſtrum cor vnum, & anima vna. Sic itaq; ſtate in Domino cariſſimi. Ita enim conuerſantibus vobis in vinculo caritatis & pacis, fiet: vt odor bonæ vitæ veſtræ, & ſanctæ inſtitutionis, longe lateq; diffuſus: ad incolendam vobiſcum ſolitudinem iſtam plurimos alliciat: futuraq; ſit aliquando (vt ſperamus) veſtra eremitarum abundantia, noſtræ cœnobitarum inopiæ ac defectui ſupplementum. Non vos terreat (iunioribus dico ac recenter Eremum ingreſſis) duriuſculum inſtitutum: neq; longiora ieiunia, prolyxioreſq; vigilias, & quæcunq; alia, ſi qua vobis viſa fuerint auſteriora in Eremo, formidetis. Cogitate non eſſe condignas paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam. In paucis vexati, in multis bene diſponemini. In ſtadio curritis: ſic currite, vt comprehendatis. Placuit patribus, deferre Maioratum Eremi & Vicariatum pariter congregationis coeremitæ veſtro Domno Petro Brixienſi: cognita haud dubie atq; perſpecta eius in religionem fide ac zelo bono. De quo ſi cut cõfidimus ob ſingularem ipſius probitatem & eruditionem: ꝙ ſe vobis piũ ac benignum patrem exhibiturus ſit: ita nimirum de vobis pro optima veſtra voluntate & humilitatis ſanctæ propoſito non dubitamus: ꝙ futuri ſitis erga ipſum filii obſequentiſſimi. Veſtrum erit orare pro patre ipſo veſtro: ne oneſ

ratus duplici honore, labori ſuccumbat, atq; oneri cedat. Delectatus quotidiano profectu veſtro & perſeuerantia, ſentiet onus longe ſane opinione leuiſſimum. Vbi pro tuenda Congregatione ex vicariatus offitio peregrinationes ſuſcæperit: eo æquiore aïo itineꝝ incõmoda laturus eſt: quo magis nouerit, ſe reliquiſſe in Eremo concordem atq; optime conſentientem familiam. Ipſe quoq; veſtri deſyderio affectus, abſens corpore animo præſens ſemper futurus eſt: curaturuſq; eſt pro viribus, vt ſtudioſe abſolutis incumbentibus publicis negociis ad vos cum feſtinatione reuertatur. Cæterum cum ſit in proximo annua vexilliferi noſtri Romualdi ſolennitas: quem ſeueritas eremitica & ſanctitas vitæ in concilio iuſtorum & cœtu cœleſtium collocauit: eam peculiari deuotione decentiq; honore celebrabitis: ac meritam viro ſancto deq; nobis optime merito gratiam perſolueris. Ipſum præterea pro me implorabitis: vt eius merear ꝓtectione ab ingruentibus ſæculi huius periculis liberari. Valete. Ex Sancto Michaele Murani. Die. x Iunii. MDXVII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. LI.

NOn eſt, cur mœreas, ob intercæptam a propinquis & amicis tuis, qui te quotidianis viſitationibus interpellandum duxerunt, dum hic præſens eſſes mutuam noſtram conſuetudinem. Nam & illis te oportuit merito ſatiſfacere, qui te diu ante non viderant: & nos haud penitus fraudati ſumus noſtro deſyderio: qui quotidiano ſaltem & ſi non continuo fruebamur alloquio atq; conſpectu. Iucundam fuiſſe futuram vt ſcribis diuturniorem conuerſationem noſtram, ob mutuã dilectionem, nequaq̃ infitior: fructuoſam vero, vt ipſe teſtaris, minime affirmo. Cum enim eum locum ad habitandum elegeris: vbi incolarum conuerſatio in cœlis eſt: parum ex nobis fructus potuiſti percipere: etiam ſi talis forem, qualem me eſſe falſa opinione deciperis: & quem me profecto eſſe debere ſatis intelligo. Cogis me non ſine pudore aliquo legere litteras tuas: cum tot tantiſq; me cumules laudibus immerentem. Monui te non ſemel: vt illis parceres: nec potui obtinere quod petieram. Forte iccirco non profecerunt monita mea: quia multorum moris eſt, niti in vetitum cupereq; negata. Sẽties tu de me tuo arbitrio, quomodo volueris. Satis mihi erit: ꝙ non me ignorem: ne forte audiam ſeuerius imperantem. Si te ignoras, egredere. Quo vtiq; increpatorio verbo neſcio an aliud durius atq; aſperius poſſint ſerui ab iratis & excandeſcentibus Dominis audire. Cæterum ꝙ libenter ad me ſcribas: habeo gratiam. Enitar ego viciſſim: ne ſim in reſcribendo ſegnior: vt impleam votum tuum, Commendaui prothonotario monachum, abs te mihi commendatum. Impetrare non potuit: vt modo admitteretur. Bona tantum verba retulit, & ſpei plena: ꝙ haud multo poſt recipiendus foret. Hortatus ſum ipſum: vt ad obſeruationem regularem ſuæ profeſſionis ſeſe recipiat: vbi tutius vtriuſq; hominis indigentiæ ſit conſulturus. Probo autem religioſum ac pium inſtitutum tuum: vt cupias omnibus dei emulatione prodeſſe: qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Quid enim magis deo gratũ: q̃ errantes ouiculas reuocare ad gregẽ? Qui cõuerti fecerit pctõrẽ ab errore viæ ſuæ: eruet aïam eius de morte: & operit multitudinẽ pctõꝝ. Salutabis vicariũ cõgregationis meo noïe: cuius excuſatio-

nem

nem & ſi minime neceſſariã ꝙ non ſcripſerit facile admitto. Studeat pro viribus incolumitati ſuæ: ne compellatur deeſſe iniuncto ſibi vicariatus muneri. A me vero amari ſuperfluo petit: quem iampridem diligere arctiſſime cœpi: ita exigẽtibus meritis eius, & optimo erga me animo. Scripſi Eremitis omnibus pariter. Supplebunt litteræ illæ harum defectui. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die x. Iunii. MDXVII.

Ioanni Franciſco de Balneo monacho noſtro. LII.

b Inas tuas intra triduum litreras accæpi. Quas Priores Rauẽnæ conſcripſeras: hodie mihi redditæ ſunt. Indolui vicem tuam. Et caſum tuum miſeratus, cogitaui q̃tis ſubiacerent periculis: qui deſcendunt mare in nauibus. Magna vtiq; extitit vis tempeſtatis: ingens ſpiritus procellæ: vehemẽs impetus vẽtorum: vt eadem die delati in Hiſtriam fueritis: eadem Medoacum reuecti. Non poteras tu fluctibus obrui: qui ſperabas in domino. Ipſe enim eſt: qui conturbat profundum maris: ipſe qui imperat ventis & mari: vt fiat trãquillitas magna. Deniq; gratulor ꝙ euaſeris: ꝙ perueneris Rauẽnam. Si in meis cõfiſus orationibus putas te fuiſſe liberatum: ego vero longe certius arbitror: ꝙ fides tua te ſaluum fecerit. Mulam noſtram non fuiſſe tibi ab eremitis remiſſam: ægre tuli. Sic enim differretur iter tuum. Tu tamen propterea ne nimium contriſteris. Si non poteris cito abſoluere iniuncta tibi noſtra negocia: curabis illa vt potueris: modo expeditus redeas & incolumis. Hic ſunt mõ intollerandi æſtus: vt ardere iunius videatur. Obſerua itineris tui tempora. Et cum tibi equitandum eſt: mane & veſperi id facito. Meridie quieſce. Mortuo abbate inſulano ſi obtinuerint abbatiam eremitæ: ſatis bona facta fuerit prouentibus eorum acceſſio: & magna imprimis cõmoditas ob vicinitatem loci. Saluta meo nomine, vbi Florentiam perueneris, prælatos & monachos: & cura vt bybliothecula noſtra illæſa & integra ad nos veniat. Vale. Ex Sctõ Michaele Murani. Die. xxv. Iunii. MDXVII.

Paulo Orlandino Abbati Carcerum. LII.

n Efarium profecto ſcelus, & dignum, quod omni tormentorum atq; cruciatuum genere expietur ſignificaſti mihi. Ad propulſandam iniuriã accurrit Dñicus: ad ſuccurrẽdum contendentibus inter ſe fratribus, impellente caritate, ſeſe medium ingeſſit: & in ſe gladium facinoroſi illius ac barbari hominis, miſere conuertit. Condoleo re vera truculento caſui: & nõ tam morti Dñici, q̃ mortis generi: vt admiſſo vno tantum vulnere in pectus, & gladio corde trãſfixo, repente ceciderit in faciem: ac animam exhalauerit. Periculoſa ſane migratio: Vbi nullum de preterita vita ſignum contritionis apparuit. Miſereatur eius oĩpotens Dñs, cui ſoli cognitus fuit tã repẽtinus atq; improuiſus exitus vulnerati ad mortem. Sperabatur futurus mẽbrum haud inutile in cõgregationi: & tibi in quæſturæ offitio valde cõmodus. Et ecce ſicut vmbra cum declinat, ablatus eſt: & excuſſus eſt, ſicut locuſta. In pace requieſcat. Longe deteriorem cõditionem impii & crudelis fratricidæ fore exiſtimo. Ille enim ſemel ictus occubuit. Hic vero aut capietur aliquando: & meritas effuſi inoxii ſanguinis luet pœnas: aut tanq̃ profugus a facie Domini, velut alter Caim, ſeptuplam præſtolaturus eſt vltionem. Interea furiis agitatus huc atq; illuc euagabitur: & occiſi fratris memoria ſine intermiſſione punctura eſt cor: & ſuis aculeis die noctuq;

diſlaceratura. Compatior etiam tibi: q̃ tã fœdo ac triſti ſpectaculo interfueris. Cogito enim mecum: quid tibi tunc fuerit animi: cũ ante oculos tuos prolapſus monachus ex inſperato procubuit: cum aduerſus te quoq; immanis illa belua inſurgeret, vt confoderet te. Miror ego, & alii de noſtris: non potuiſſe vecordem vnum a multis detineri: cum præſertim manſerit in monaſterio nocte illa: & potuerit accerſito laicorum præſidio facile capi. Verum de hac re alias. Commendant ſe tibi interfecti mater & ſorores, mœrore confectæ. Vale. Ex Sancto Michaele Mu. Die. ii. Iulii. MDXVII. Chriſtophoro Archiepiſcopo Corcyrenſi. LIII.

n Olui cõmendare negocium Sancti Michaelis Murani dignationi tuæ: vbi primum ipſius cognitio tibi fuit demandata: ne viderer de tua integritate diffidere. Nũc vero facta per te Illuſtriſſimo Dominio relatione iuſtiſſima: poſſem merito ingratitudinis argui: niſi ſaltem gratias agerẽ tuæ pietati: idq; tum meo tum totius Conuentus huius nomine. Dediſti iuſtitiæ: q̃d ab optimo Antiſtite iure dandũ erat: nec fuiſti perſonarum accæptor. Prætuliſti conſcientiam vultui potentum: & pluris feciſti timorem Domini, q̃ hominum gratiam. Singulare nimirũ magnorum virorum, & præſulum imprimis, ornamentum: iuſte iudicare proximo ſuo: & reddere vnicuiq;, quod ſuum eſt. Me quidem hoc facto adeo tibi deuinxiſti: vt ſim futurus poſthac virtutum tuarũ præco: & Marcellum archipræſulem pro vnico parente ac Domino imperpetuum habiturus. Agimus itaq; tuæ dignationi, q̃tas poſſumus gratias: & nos tibi eniƺe commendamus. Vale. Die. ix. Iulii. MDXVII.

Euſebio Priolo Abbati Sancti Michaelis Murani LIIII.

q Voniam mihi perſuadeo affici te noſtri deſyderio: icciro ad mitigandum ac leuandũ illud modo ad te ſcribimus. Sic. n. facilius feres abſentiã noſtram, cũ noſtra legeris tanq̃ me audiens loquentẽ. Statui vt ſcias adeo tẽpeſtiue redire ad vos: vt vobiſcum agã beatiſſimæ virginis Mariæ natiuitatis feſtum diẽ. Interea curam habeto monaſterii tui: ſicut ſcriptũ eſt. Qui præeſt, in ſolicitudine. Fuiſti hactenus ſolutior, ac iuris tui. Modo præter expectationẽ haud leuibus curis repente immerſus es. Acceſſioni dignitatis laborũ pondus additum eſt. Solius tuæ ſalutis habuiſti hactenus rationẽ: nunc vero multorũ tibi cõmendata eſt adminiſtratio. Gratulentur tibi alii tanq̃ vitæ ornamentũ conſecuto: tu vero cogita ſolicite oneratũ te fuiſſe, nõ honoratum. Factũ præterea fuiſſe te ſenem, anteq̃ ſenueris, tecũ reputa. Et licet religioſo cuiq; nitendũ ſit abdicare ſe omni voluptatũ genere: tamen longe cautius ea prælato incumbit cura: quippe exemplũ ſubditis exhibendũ, redditurus eſt non ſolũ de factis propriis, verumetiã ſubditorum ſuoꝶ rationem in die iuditii. Omnes te intuẽtur atq; obſeruant: vndiq; in te monachoꝶ tuoꝶ lumina intẽduntur: & tanq̃ ad ſpectaculũ in cõſpectu multoꝶ expoſitus eſſe videris. Singulas vitæ tuæ actiones ac verba etiam ponderant, q tibi ſunt ſubiecti: & vel exigua laxamenta animi pro magna interdũ culpa ſeuerius interpretantur. Tu ergo vigila: in omnibus labora: opus fac boni paſtoris ac vigilantis ſupra gregem ſuum. Scio te ad hæc exequenda non indigere monitore. Verum quia te diligo: ex abundantia cordis tecum loquor. Deniq; ſic ages: vt adoleſcentiam tuam nemo contemnat. Verum

de hoc ſatis. Ituri ſumus poſt biduum ad Sanctum Martinum confractum: in ui/tati heri a Priore Sancti Mathiæ: qui huc ad nos ſeſe recæpit. Sabbato proxime futuro Tauriſium ibimus: inde ad Sanctum Michaelem nauigabimus. Orate ne quid impedimenti nobis obfuturum ſit. Vale. Ex Sancto Martino prope Oppi/tergium. Die. xxix. Auguſti. MDXVII.

Franciſco Amaltheo. LV.

c Onueniſti me nudiſtertius offitioſiſſime cum duobus egregiis ciuibus Paulo Federico & Franciſco Tomaſio: vtriuſq; noſtrum amantiſſimis. Fuit mihi gratiſſima eiuſmodi viſitatio: & protractum per horã inter nos collo quium: gauiſuſq; ſum admodum mecum: q; non deeſſent mihi in oppido Oppi tergino amici, viri ſane graues, & liberalibus ſtudiis dediti, atq; optime morati. Delectatus ſum præterea mutua veſtra beniuolentia: quam ex ſermone veſtro facile deprehendi. Succurrit enim mihi illud vulgo celebratum prouerbium. Fu/niculus triplex difficile rumpitur. Satiſfactum mihi fuiſſe cumulato officio arbi/trabar: ob exhibitam nobis gratam præſentiam veſtram: datumq; fuiſſe amici/tiæ, quod ab ea requiri poterat. Verum ſecus vobis viſum fuit. Voluiſtis enim menſura bona & conferta & coagitata & ſupereffluenti amicorum exequi mu/nus: miſſa ad me poſtridie epiſtola: quæ apertius confirmaret, quo eſſetis erga me animo, qua pietate, quo affectu. Pro qua ſane re multum me vobis debere profiteor. Cæterum quoniam ad conſeruandum amicitiæ ius, fides potiſſimum mutua ac veritas in alterutrum requiritur: non diſſimulabo vobiſcum: epiſtolã veſtram futuram mihi fuiſſe longe gratiorem atq; iucundiorem: ſi quod de mea paruitate ſupra merita ſentire viſi eſtis, ſilentio prætereundum maturiore conſi/lio atq; conſenſu putaſſetis. Lauda (inquit) parce: vitupera parcius. Vos autem non modo non parce, verum potius tanto exceſſu laudum in me extollendo ela boraſtis: vt niſi me ipſum optime agnoſcerem: ac de me non fallerer: potuiſſem facile veſtris mihi ingeſtis laudibus periclitari. Quid enim amplius tribuere mi/hi potuit Nobilitas veſtra? Quid quæſo eſt homo, quia magnificaſtis eum: qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra: & nunq̃ in eodem ſtatu permanet. Quãobrem obſecro: ne amplius ſcriptis veſtris ſalutem meam in di ſcrimen adducatis: & ab effuſa laudatione immo ab omni moda de me prædi/catione abſtineatis. Non defuturam vobis arbitror ſcribendi materiam: cũ ſitis eruditi. Modus certe vobis in ſcribendo cum quempiam commendaturi eſtis adhibendus eſt ſeuerior & caſtigatior: vt veram potius ſapiat amicitiam, q̃ (bo/na veſtra venia dixerim) adulationem. Quod pleriq; licet non ego, facile ſuſpi/cari poſſent: quos ſincero ad me animo ſcripſiſſe ad me non dubito. Valete. Ex Sancto Martino iuxta Oppitergium. Die vltima Auguſti. MDXVII.

Ioanni Berto præceptori. LVI.

e X tua epiſtola facile animaduerti: non ſolum q̃tum in litteris profece/ris: cũ ſis adhuc iunior: verumetiã qua ſis præditus humilitate ac mo/deratione. Deprehendi ſiquidem, te haud fruſtra incubuiſſe litteraꝝ ſtudiis: cum

latine & eleganter ſcripſeris: & (quod æque magnifacio) humilia reſpicis, deii/ciendo te ipſum: & alta a longe cognoſcis. Legiſſe te arbitror in ſacro eloquio quempiam admonentem. Laudet te os alienũ, non tuum. De carmine tuo idem ſentio quod de epiſtola: niſi ꝙ nimium ac ſupra merita amico tribuiſti. Cæterũ ſubiturus hodie præceptoris munus: quid te deceat, cogita. Docturus atq; inſti/tuturus adoleſcens, complures iuniores: vt non tam doctrina & eruditione, quã religione & moribus imbuantur, curabis. Spero non defutura diſcipulis tuis ac/commodata percipiendæ doctrinæ ingenia: & promptam audiendi diſcendiq; voluntatem. Accedente vero tua iugi diligentia & conatu: adducor facile in ſpẽ: breui illos, aut ſaltem bonam eorum partem, plurimum profuturos. Noui enim q̃tum proſit in ſcolis: & q̃ti facienda ſit tradentis grammaticæ præcepta, acci/pientiumq; concordia. Sit itaq; Dominus in corde tuo, & in labiis tuis. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die prima. Octobris. MDVII.

Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum. LVII.

eT ſi ſuperfluum arbitror Domine colendiſſime ac pientiſſime pater: commendare parenti liberos: quia tamen deeſſe officio meo erga pe/tentes nequaq̃ poſſum præcor dignationem tuam: vt conſueta in abbatiſſam & conuentum monaſterii Sanctæ Catherinæ, tuæ ditioni ſubiecti, vti velis clæmẽtia. Quid per hos dies in eo acciderit, an merito in filias animaduertendum cen ſueris: nihil diſputo. Quis enim de tua pietate aliud ſentiat, q̃ ꝙ iuſte ac pie iu/dices populo tuo? Neq; enim in ferendis ſententiis potentium gratia a tuo inſti tuto deflectis: neq; terreris minis. Hoc tantum peto: hoc a tua benignitate cõ/tendo: vt habita ſexus fragilioris ratione, cum iratus fueris, miſericordiæ recor/deris. Oſtendiſti in illas, vt audio, parentis affectum. Si ex fonte caritatis tuæ ma terna deinceps indulgentia manaueris: impleueris pleniſſime Gregorianum il/lud. Quod & matrem pietas, & patrem exhibuerit diſciplina. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. ii. Octoris. MDXVII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. LVIII.

qVæ nouiſſime ſignificaſti mihi de Inſulana abbatia: iam ab aliis didi/ceram: pro eius fœlici euentu gratulatus ſum per litteras, quas ad Ma/iorem dedi. Pugnaſti fideliter pro benefitio minime contemnendo: & quod Ere mo cõuenientiſſime vnitum eſt. Oportuit Chriſtum pati: & ita intrare in gloriã ſuam. Vos quoq; decuit pro tanta commodi acceſſione facta Eremo, non fuiſſe immunes penitus ab oppugnatione potentium, & a contradictione lingua/rum. Exagitaris factione iniquorum. Sed tu fretus conſcientia & auxilio cœle/ſti, ne timeas a facie eorum: Verum contra cum ita accidit audentior ito. Vi/neam Naboth vi ereptam acerrime vltus eſt Dominus. At tu ne de vinea In/ſulana immo dominica deturbarentur Eremitæ oppoſuiſti te pro muro: & inualuiſti ac poſſediſti. Itaq; deinceps viriliter age: & confortetur cor tuum & ſuſtine Dominum. Si enim ipſe pro nobis: quis contra nos? Augeri quo tidie familiam Eremi: & repleri vt accæpi tum eruditis tum probis eiuſdem

incolis

ncolis:mirũimmodũ nobis cordi eſt. Vt quid.n.copulãda cõgregationi bñficiã
tam ſtudioſe cõtẽdimus:ſi defuerint qui in eis habitent:qui illis præſint:q apud
illa regulariter ac pie viuant? Erit vt ſpero aliquãdo veſtra abundatia congrega/
tionis inopiæ ſupplementũ. Super effluens Eremitarũ menſura decurret neceſſa
rio ad loca in planis ſita:& a capite in barbã vnguentum bonæ cõuerſationis ve
ſtræ deſcẽdet. Quãobrem creſcite & multiplicamini: & replete cœnobia veſtra.
Dicit.n.ſcriptura. Deriuentur fontes tui foras:& in plateis aquas tuas diuide. Ve/
rum de hoc alias. Quod ex multis occupationibus ac præſſuris tum militum tũ
tyrãnulorum erepti modo pacatã vitã ducitis:agẽdæ ſunt Deo gratiæ:cuius be/
nignitate ita factum eſt:& qui fecit cũ tentatione prouentũ vt poſſitis ſuſtinere.
Secundũ multitudinẽ dolorũ veſtrorum in cordibus veſtris:conſolationes eius
lætificauerunt animas veſtras. Miror quæ de duobus ſcripſiſti tyrãnulis:cum de
vtroq; optime ſit merita noſtra Eremus:& alter imprimis fateatur palã: ſe quic
quid habet quicquid eſt id totum Eremo accæptũ ferre. Sic modo viuitur: & vo
bis bene operantibus ac eiuſmodi hominum generi deeſſe non poſſunt aduerſa
rii multi:quibus exerceamini ad patientiam. Sufficiat vobis:q munitivirtute ex
alto omnes impiorum impetus retundatis atq; ſedetis. Quis.n. nocere poterit
vobis:ſi boni emulatores fueritis? Si non aliud vt ſcribis vobis impræſentiarũ
deeſt q̃ præſentia mea:quã vnanimes optatis:parũ ſane iacturæ facitis: hoc præ
ſertim tempore, quo ingraueſcente indies ætate infirmitas infirmitati ſuccedit.
Spero nihilominus aliquando impleturum Dominum cõmune votum:oranti/
bus præſertim vobis pro noſtra ſoſpitate & ſalute. Si Cardutius noſter tempeſti
uius aperuiſſet deſyderium ſuum:omni conatu contẽdiſſem vt ei ſatiſfieret. Nũc
autem conducto iam altero publico ſalario:nõ video quomodo poſſit hoc fieri.
Mandaui tamen nepoti meo: vt virum eruditiſſimum atq; optimum deq; nobis
bene meritum ſtudio Patauino præſidentibus meo nomine arctiſſime cõmenda
ret. Adhuc nihil retulit mihi. Si quid profecero: faciam te certiorem. Vale:& fa/
miliam ſaluta ex me. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xxi. Octobris. MDXVII.

Georgio Piſano Equiti. LIX.

FEcit me per litteras certiorem Paulus Iuſtinianus eremita:cupere Bal/
daſarẽ Cardutium, ciuem Florentinum:qui mihi eſt optime cognitus:
conduci ad Patauinũ ſtudium ſalario annuo. Eſt autẽ in vtroq; iure Doctor emi/
nentiſſimus:docuitq; Piſis per complures annos ſtipendio publico. Et quoniã
demandatam tibi fuiſſe curam ſtudii Patauini, dudum accæpi : cõmendo ipſum
tuæ Magnitudini. Polliceor.n.tibi:quando per multum temporis arctiſſima eius
familiaritate vſus ſum : talem ſe exhibiturum in docendi munere Cardutium:
adeo plene ſatiſfacturum auditoribus ſuis : q nulla vnq̃ ſubitura ſit pœniten/
tia dignationem tuam:ſi ipſum cum clariſſimis collegis tuis, in cæterorũ Docto
rum numerum decreueris aſciſcendũ. Eſt enim eiuſmodi:cui merito illud ſapien
tis elogium conueniat. Præcioſi ſpiritus vir eruditus. Primarius profecto nunc
in patria ſua, atq; inter conciues ſuos foret : niſi factiones obſtitiſſent. Sit itaq;
eques præſtantiſſime, tum meo nomine, tum longe magis ipſius merito Car/
dutius noſter tibi commendatus. Vale. Ex Sancto Michaele. Murani. Die.xxiii.

Octobris.MDXVII. Paulo Iuſtiniano Eremitæ.LX.

C Ommendaueram Cardutium noſtrum Magnifico equiti Georgio Piſano,cui Paduani ſtudii demandata eſt cura,& prius per nepotem meũ & poſtea per litteras.Quo factũ eſt:vt heri ipſemet me conuenerit.Sciſcitatus eſt ſtudioſius de homine:& cuiuſmodi foret.Deniq; monuit:vt perquirerem:vtrumpublice aliquando,docuiſſet:& cuius eſſet iuris profeſſor:& qua peteret mercede conduci.De quibus omnibus vbi factus fuiſſet certior: ſpopondit daturum ſe operam,vt fieret Cardutius compos voti ſui.Si fuiſſet Venetiis alter collega:ipſi quoq; eundem cõmendaſſem. Cura,vt celerius mihi ſignificentur quæ ſcire cupit Piſanus.Spero enim niſi de ſalario atq; ſtipẽdio futura ſit diſcuſſio:q; facile ſit Doctor noſter,in cæterorum Doctorum numerum & Paduanum collegium cooptandus.Per me non ſtabit: quin omni conatu & ſtudio,pro amice de nobis optime merito elaborem.Sicut fuerit voluntas in cœlo ſic fiat. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.XXVI.Octobris.MDXVII.

Iacobo Priori Oppitergii.LXI.

O Neraſti me meoſq;,ne dicam honoraſti,muneribus tuis multis: pro quibus agimus tibi gratias.Retribuat tibi pro nobis Dominus.Quod ſis mecum ſemper nihil dubito.Nos viciſſim de te ſæpius cogitamus:frequenter loquimur.Piſcatoriam domum tunc te perfeciſſe arbitrabor:cum mihi,refertam illam piſcibus,nunciaueris.Quod ſpero nõ defuturum per tuam induſtriã: vt ſit opus perfectum:& ab omnibus merito comprobandum.Non receſeo ſingula,quæ miſiſti:quando nobis omnia integre ac fideliter reddita ſunt : curante Hieronymo,miniſtro ad hæc longe aptiſſimo.Superfluo mihi cõmendas, quæ tua ſunt.Pro comperto habeas hoc a me:te ſemper,atq; honorem tuum,fortunas itidem omnes,mihi curæ futuras:adeo,vt nunq̃ ſis deſyderaturus fidẽ meã. Erit cũ his litteris chirographũ Petri Brixieñ.propinqui tui Maioris Eremi,cũ ſubſcriptiõe mea.Aderit ipſe hac ebdomada,cum viſitatoribus:ad quem etiam paucis ante diebus miſi litteras tuas, noſtris alligatas. De ea re,quam ſcripſiſti materno ſermone,nihil penitus noui.Vale:& pro nobis ora. Ex Sancto Michaele Murani.Die.iii.Nouembris.MDXVII.

Columbano Priori Camalduli Florentini.LXII.

V Enturus Florentiam cubicularius noſter retulit mihi:facturum me tibi rẽ gratiſſimã:ſi ad te lr̃as meas detuliſſet:cõſcriptas manu mea. Et qdẽ optimũ de te mihi teſtimoniũ ꝑhibuit:parti q; me haud vulgari affectu diligeres partim:vero(qd lõge pluris facio) q; ex multis in Eremũ hoc tpe admiſſis,nulli eorum in obſeruatione regulari & vitæ ac morum probitate cederes.Accipio libenti & grato animo hanc tuam erga me piam mentem:q; cũ nunq̃ te vidiſſe meminerim:cœpiſti me prior ignotum diligere. Et audio longe gratius : eam eſſe inter Camaldulenſes noſtros columbani cõuerſationẽ:vt exemplo ſit omnibus ſingularis manſuetudinis & probitatis.Perge itaq; vt facis:& omni tempore ſint veſtimenta tua candida : & amictus ſtolis albis ſequere ſine intermiſſione agnum, quocunq; ierit. Si dabitur occaſio vt aliquando te (vt cupis) viſurus ſim : amplectar te pari beniuolentia. Interea vt ſenem ætate gra

uem

nem orationibus tuis pie ſubleues:hortamur in Domino:vt cum defecerit vir/tus mea non derelinquat me. Vale cum familia oi. Ex Sancto Michaele Murani Die.xvi.Nouēbris.MDXVII.

Danieli Rhenerio præfecto Veronæ.LXIII.

q Voniam vexamur ab iis:quorum ſtudio & cura ab omni vexatione immunes nos ac tutos eſſe oporteret:iccirco impreſentia cōmendandum duxi tuæ Magnitudini ſacerdotiolum noſtrum Camalduli Veroneñ. Superfluum nimirum agnoſco:hoc tecum munus vſurpare:quaſi qui videar de tua integritate diffidere. Nō enim me latet:quæ ſit de tua probitate exiſtimatio: qui ad omnia ſemper ducem ſecutus es deum. Cultor iuſtitiæ nullius amore aut perſonarum accæptione:ſed tantum æqui & boni gratia ad iudicandum traheris. In cauſa iuſta paruo æque ac magno(ſicut ſcriptū eſt)fauores exhibes: vt merito Veronæ ciuitatis nobiliſſimæ tuæ ſit fidei cōmiſſa gubernatio. Sic enī audio præclare te modo præfecturam iſtam gerere:vt nihil in te deſyderari patiaris: quod in ſummo viro ac religioſo præſide requiratur. Quamobrem ſi acciderit: vt aduerſariorum potentia violenter contra nos ſuper benefitii poſſeſſione quippiam attentandum ſit:vt inde inuiti deiiciamur:niſi interceſſerit(quod minime expectamus)Illuſtriſſimi Dominii decretum:nō permittes nos tui ſtudioſos inique opprimi. Oppones te murum pro nobis:ne hæreditas patrum noſtrorum & Romualdi patrimonium ad alienos conuertatur. Quod vt facias obnixius rogamus:Reliqua ex Venerabili fratre noſtro abbate Sancti Michaelis Murani: ad cuius monaſterium priuato iure locus ſpectat:corā intelliget Nobilitas tua: quā optamus bene valere. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xxiii. Nouembris. MDXVII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ.LXIIII.

ſ Egi ſicut monuiſti litteras tuas ad ſororem Hieronymā directas: quas meo remittis arbitrio:vtrum reddendæ illi ſint. Primum quidē miror: accæpiſſe te:Iuniperam olim,nunc vero mutato nomine & habitu Hieronymā ex noſtro monaſterio demigraſſe:vt poſt ſpirituales nuptias & torum immaculatum,iterum mortali homini coniungeretur. Nam ex frequēti ipſius colloquio cum ex noſtris foret:nunq̄ potui in ea deprehendere niſi optimam voluntatem & deſyderium arctioris vitæ. Scripſit mihi diebus iſtis: q̄ læta & gaudens q̄ contēta in hoc mēdicantium viueret monaſterio. Nam præter cætera centēnarius eſt ibi ſororum numerus:& vnitiſſimus ſacrarum virginum cœtus. Diſtrictio autem tanta in obſeruatione regulæ:vt ne a parentibus quidem ſe conſpici ſinant: & nulla vnq̄ ſine teſte & ſocia & ſine interpoſito velo quēq̄ ad colloquiū admittat. Potuit ad laxiores regulares nihilominus ſanctimoniales ſe recipere: & ſeuerius inſtitutum vltro ſecuta eſt. In eo ſi perſeuerauerit:quemadmodum videtur conſtantiſſime cupere:improbare nemo poterit conſilium eius. Quãobrē increpandam abs te nequaq̄ cenſeo ſed potius cōmēdandam:ꝙ fœmina in delitiis ac diuitiis enutrita:& in poteſtate ac principatu olim conſtituta:atq; in medio populi & magnorū hominum verſata:elegerit abiecta eſſe in domo dei ſui: atq; in paupertate continua degere:honeſtoq; ſeſe carceri procul ab omniū oculis & a conſpectu totius ſæculi huius,includi paſſa ſit. Nolui propterea mittere ad eam litteras tuas:ne forte ægre feret,aut etiam ſcandalizaretur:argui ſe in iis:

n quibus digna foret cõmendatione. Nam a ſecundis nuptiis ſicut fueras perſua ſus tantum abeſt eius animus: qtũ ab occaſu diſtat ortus ſolis. Oremus tantum pro ipſius perſeuerantia: ne miſſa ad aratrum manu retro reſpiciat. Vale. Ex San cto Michaele Murani. Die. ii. Decembris. MDXVII.

Danieli Rhenerio præfecto Veronæ. LXV.

t Homas Veronenſis, futurus harum litterarum lator, cupit ſub Illuſtriſ ſimo Dominio noſtro militare. Rogatus ab amico: vt ipſum tibi com mendarem: negare non potui operam & interceſſionem meã. Hominem hunc alias nunq̃ vidi: & cuiuſmodi ſit nequaq̃ noui. Commendarem ipſum enixius ac minus ſuſpenſa manu: ſi elegiſſet aſcribi in ſpiritualem militiam. Verum quan do & hæc minime prohibetur: ſi decreueris ipſum admittere: congruo quæſo ſa lario conducatur. Nemo. n. militat ſuis ſtipendiis vnq̃. Tuum erit etiam me non ſuggerẽte monere ipſum: ne præſcripta ſibi a præcurſore Domini præcepta mi litaria transgrediatur. Neminẽ (inquit) concutiatis: & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Salutauit me Euſebius abbas tuæ magnitudinis nomine. Ego vero te mi lies reſaluto. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. viii. Decembris. MDXVII.

Paulo Orlandino Abbati Carcerum. LXVI.

c Omplures menſes ſunt: quibus ſubierat animũ, aliquid ad te ſcribere ſuper ſtatu noſtri ordinis. Nunc vero, quaſi diuinaueris, quod facere co gitauerã: longiore epiſtola tua, eadem de re, prior ipſe quid ſentires ſignificaſti: & protrahentem me diutius, ac differentem exprimere conſilia mea: tanq̃ deſi diæ indormientem excitaſti. Primũ itaq; reſpondebo litteris tuis: deinde inferã quod mente concæperã. Spero te non ægre laturum meam in ſcribendo liberta tem: qui zelum tuum imitatus cupio bene eſſe religioni noſtræ, & augeri profe ctus eius in Dño. Hortaris me, vrges impellis: vt q̃ citiſſime Florentiã me pro ripiam: ad conſulendum negocus ordinis, & imprimis monaſterii Angelorũ. Quæ modo tempeſtas ingruat Angelorum conuentui: quid noui acciderit: nihil audiui. Sed eſto neceſſaria ſit ibidem noſtra præſentia: & indigeat conuentus ille auxilio præſidentiũ rebus ordinis. Nonne cõmodius ac celerius accerſiri potuit Vicarius Congregationis: cui potiſſimum hæc cura incumbit? Habent illi viſi tatores: habẽt proximam Eremum alterum vtiq; religionis caput: Et deeſſe An gelis præſidia quereris? Miratus ſum re vera inſtantiam tuam: & immitius præ lati ſapientis conſilium. Perſuadere niteris ſeniori ætate confecto, quartum vtiq; & ſeptuageſimũ agenti annũ: vt media hyeme, & ea præſertim, quæ ſolito aſpe rior inhorruit: ingrediatur mare: alpes niuibus obſitas ſuperet: & ſeſe manifeſto mortis periculo exponat. Nimio in monaſteriũ profeſſionis tuæ duceris zelo: & ipſius gratia peregrinaris in feruore. Aut ſi hoc non eſt: indixiſſe mihi videris ſe nectuti bellum. Adducis in medium exempla ſanctorum: qui non pepercerunt ſibi: vt proximis ſubuenirẽt. Debere me illorum ſequi veſtigia: nec labores ſub terfugere: cum & mihi gregis demandata ſit cura: ne mercennarii non paſtoris fungi munere appaream: ſi mortis periculo territus ſtare in acie contra impu gnantes ordinem mihi creditum recuſauero. Iam prædixi tibi: non pertinere ad me ſolum, hoc tempore negocium. Per tetrarchas gubernatur noſtra religio.

Sed

Sed eſto meam ſolius hanc eſſe curã. Libenter aliorum iuditio relinquo: vtrum expediat ponere animam pro cœnobio Angelorum. Scio ſtatutum eſſe hominis ſemel mori. Nec tamen ignoro ediuerſo: non opportere depoſitum reddi: niſi prius qui depoſuit, duxerit repetendũ. Quãobrem hortamur te: vt ſis infuturum indulgentior ſenili ætati: cuius etiã te deſyderio teneri non dubito. Inſeruit Deus humanis mentibus cupiditatem vitæ longioris. Et meliorem eſſe legimus canẽ viuum leone mortuo. Et vide: ne forte de cane facta ſit mentio: ꝙ latratu eius arceantur lupi. Leonẽ mortuum metuit nemo. Iunior fui: & modo cõſenui. Minus ſane idoneus factus cum ſim ad peragenda itinera longiora, ob defectum viriũ: canis omnino mutus vt cernis nequaꝗ ſum. Adhuc mihi per Dei gratiam ſuper eſt aliquid ſpiritus ad latrandum. Quãuis præſenio raucæ factæ ſint fauces meæ: hoc tamen munus minime detrectamus: ne religionis cura in nobis penitus laſſeſcat: ne diſſimulationi meæ ac ſilentio imputetur: ꝙ in Congregatione noſtra indulgeatur vitæ laxiori. Adeo frequenter Principum ac prælatorum magnorũ palatia non greſſibus ſed litteris: clamo pro virili portione & obteſtor: vt parcant reliquiis Camaldulenſibus. Hortor nunc hos nunc illos ad componendos in melius mores, ad obſeruationem profeſſionis ſuæ: ne tabeſcere ocio etiã ſeni mihi funditus obiiciatur. Si non proficio, ꝗtum mihi eſt animus: vbi rigare non neglexero, explicui partes meas. Dei enim eſt incrementum dare. Factus ſum inſipiens: tu me coegiſti. Hanc igitur (venio nunc ad id quod tibi cogitauerã ſcribere) hanc inꝗ motum defectionem: hanc tranſgreſſionem votorum noſtrorũ præcipuam cauſam exiſtimo diſſolutionis ordinis: & quod irruãt in nos fortes: & auferãtur a nobis beneficia noſtra. Muniti ſumus priuilegiis tum veteribus tũ nouis: & armati exemptionibus ſuper alias congregationes. Quotidie tamẽ vexamur impugnamur, minuimur: qm̃ obliti Dei creatoris noſtri non crucis mortificationem in noſtro corpore portare contẽdimus: ſed remiſſioris ac lautioris vitæ, pro ſuo quiſqꝫ arbitrio licentiam vſurpamus. Quot ſint cõgregationis loca: in quibus vigeat diſtrictio regularis: ſatis nouimus. Præter ea quæ ſunt pauciſſima, nõne in reliquis, & membris dico potioribus atqꝫ dignioribus ſpreto regulæ rigore, laxiſſime viuitur? Num in eis vigiliæ nocturnæ: num in dicta nobis ieiunia: num ciborum vetitorum abſtinentia? Vſus carnium, infirmis ſolis & omnino debilibus permiſſus: ad ſanos & incolumes penitus tranſlatus eſt. Atqꝫ vtinam vel parce ac moderate: nõ ad ſatietatem omnibus excogitatis gulæ irritamentis, illæ monachis apponerẽtur. Obligati ad implenda naturæ deſyderia, vili & parabili victu defungi: profuſas æpulas & delitiarum illecebras ſectamur. Sicqꝫ omnia in conuentualem, vt aiunt prolapſa ſunt morem: vt parua ſit inter vtroſqꝫ diſtantia. Præterea nocte ſurgentes vigilare iubemur omnes: & in pſalmis meditari: ac hymnos Dño dulciter canere. Et per totam ſtertentes noctem vanum putamus mane ſurgere ante lucem. Sunt nimirum hæc longe ab inſtituto regulari remotiſſima. Cum vero mecum recolo maledictiones in Deuteronomio deſcriptas: quas minatur Dñs ſe inflicturum populo ſuo: niſi obſeruaſſet cerimonias & præcepta quæ illi per Moyſen dederat: cõtremiſco totus: veritus

ne illæ retorqueantur in nos:cerimoniarum & mādatorum,quæ vouimus,quæ diſtinxerunt labia noſtra,cōtemptores. Dicent forſitan:qui huiuſmodi monaſteriis præſunt. Non fuimus autores nos: vt rigor religionis in iſtis conuentibus ſolueretur. Sicut inuenimus:ita ſequimur. Cum fueris Romæ: Romano viuito more. Cum fueris alibi: viuito ſicut ibi. In ſeuerioribus locis cū illorum ritu conuenimus: in laxioribus etiam concordes itidem ſumus. Miror certe Orlandine frater hanc tuā nouam concordiam: qui nunq̄, ex quo ſemel profeſſus es, a regulari vita fuiſti alienus. Doctrina præſtans & quidem haud vulgari: quomodo te excuſatum putes, nō intelligo. Quid iubeat pater Sanctus in regula: quid conſtitutiones ordinis: quid Decretorum volumen: nihil eorum te fugit. Docuiſti publice ſæpius multos: euangelizans eis verbum Dei. Vellem modo (eſt enim hoc tuum) vt gregi iſti tuo peculiari ſalubriter conſuleres. Non decet te ſequi errantes ouiculas tuas: qui paſtor es: nec abire poſt illas, quibus tibi imperare licet vt ſequantur te. Quis enim contradicet tibi? Quis obſtabit? Quis impediet? Datū te illis paſtorem ſecundū cor Dñi, quos gubernandos ſuſcæpiſti: operibus comproba. Non ſit tanti tibi & tuis ſalubritas corporum: vt ea præferatur ſaluti animarum. Si tamen in delitiis ac epularum varietate & copia: & non magis in abſtinentia & parcitate, ſanitate cōſulitur. Viges ingenio eruditione lingua: vt facile tibi futurum ſit reuocare ad inſtitutum regulæ: qui ab ea deſciuerunt. Quod ſi nolverint, compelle. Vbi te viderint præcedentem: ſecuturi ſunt: & tu lucratus eris fratres tuos. Erit tibi honor & gloria, & quidem apud deum & homines: vbi reformaueris locum iſtum. Quod fore non dubito: ſi decreueris mnam tuam educere de ſudario: vt dignus ſis, qui aliis cœnobiis honorifice præficiaris. Ait nanq;. Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Fuiſti hactenus in adminiſtrandis monaſteriis bene præpoſitus. Cauendū eſt tibi: ne vt ſubditis morem geras nouo & corrupto viuendi genere inferatur macula nomini tuo. Prælatorum regimen ex familiæ moribus deprehendi ſæpe numero conſueuit. Deniq; ſi per te nō ſteterit: ſi illius fueris ſenioris imitatus conſtantiam: qui mori intrepide maluit: q̄ contra legem porcinam carnem manducare: habes materiam bene merēdi de abbatia iſta, de religione, de omnibus pie ac iuſte viuere cupientibus. Opus enim feceris: quod nulla vnq̄ delebit obliuio. Huc accedet (ſicut ſpero & confido) q; placatus Dominus hoc tuo odoratiſſimo ſacrifitio, etiam Angelis illis tuis, pro quibus tantopere ſolicitus es, abſq; indigentia præſentiæ meæ optime atque abundantiſſime ſit prouiſurus. Vt exequaris reipſa, quæ ſcripſimus: non tam te hortamur ex offitio ac monemus Orlandine cariſſime: q̄ ex caritate obſecramus atq; obteſtamur in Domino. Vale cum familia omni: quā meo nomine ſalutabis. Ex Monaſterio Sancti Michaelis Murani. Die. xii. Decembris MDXVII.

Ioanni Franciſco de Balneo Cubiculario noſtro. LXVII.

d Idici ex litteris, quas partim Clodiæ partim Fauentiæ dediſti ad me: cuiuſmodi fuerit hoc initium itineris tui: & q̄ cōſequenter verearis, ne deterius reliquum ſit futurum. Si enim in planitie riget hyems: quid in tranſitu alpium expectandum eſt? Ego vero licet tibi proſpere cuncta ſuccedere cupiam:

lætor

lætor tamen non deeſſe materiam: quæ in dies magis appareant experimenta lucidiora fidei tuæ. Fuiſti in obſequio meo annos aliquot: poſtq̃ ad religionem te admiſi. Idem mihi fuiſti ſemper: & eodem ſtudio ac diligentia curaſti negocia mea. Laborioſe multa, ingenioſe multa: cũ ſingulari fide facta ſunt omnia. Quã obrem ſi pauloante mari agitatus, ac vexatus procellis, partim nauigio partim iumento, egerrime perueniſti Rauennã: doleo de incõmodo: & gaudeo de teſtimonio patientiæ atq; conſtantiæ tuæ. Ad primum limen mortis, milies (vt ſcribis) adductus, reuocaſti gradum: & diuino munitus auxilio pericula ſuperaſti. Confiſus es in Dño: & non es derelictus ab eo: ſicut quidam ait. Si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala, qm̃ tu mecũ es. Spero q; qui cœpit tueri iter tuum: ipſe itidem perficiet: vt reuertaris cũ ſalute. Pro qua re non ceſſamus orare ac deprecari maieſtatem eius: vt te reducat incolumen: expeditis fœliciter negociis, quæ iniunxeramus tibi. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die xvii. Decembris. MDXVII. Franciſco Marcello Epiſcopo Tragureñ. LXVIII.

m Agnum re vera in Antiſtite humilitatis teſtimoniũ, & ſingulari bonitatis illius argumentum: non dedignari cũ gradu inferioribus vltro inire amicitiam: & præuenire minores ſe in benedictionibus dulcedinis. Oſtendis reipſa: legiſſe te aliquando: quod diuus Hieronymus de Epiſcopis refert. Meminerint (inquit) ſe patres eſſe non dominos. Imitaris Dñm Saluatorẽ: hortantem nos atq; admonentem. Diſcite a me: quia mitis ſum & humilis corde. Hinc nimirum factum arbitror: vt promota fuerit pietas tua ad ordinẽ epiſcopatus ab eo, qui humilia reſpicit: & alta a longe cognoſcit. Secutus. n. Chriſti veſtigia: & per viam Chriſtianæ religionis ingrediens: potes non iniuria dicere. Quia in humilitate noſtra, memor fuit noſtri pius Dñs. Cœleſte profecto beneficium & munus: hoc virtutis ſpecimen cæteris anteponere. Vnum vero eſt: propter quod minus gratæ mihi fuerunt litteræ dignatiõis tuæ: alioquin ſane gratiſſimæ: vtpote incredibilem erga me affectum atq; beniuolentiam præſeferentes. Tantis me immerentem cumulas atq; obruis laudibus: vt cũ me ad teſtimonium refero conſcientiæ: & ne minima quidem illa℞ portione dignum eſſe intelligam: confundar totus: tum quia mecum reputo, deſcripſiſſe te nõ qualis forem: ſed qualem potius me eſſe oporteret: tum quia doleo plurimum: Marcellũ Traguri enſem epiſcopum, patrem vtiq; & probitate & eruditione inſignem: in quo cum doctrina etiam religioſi mores pariter certant: nec ab oratione vita diſſentit: de filii ſui paruitate falſo opinari: & ſupra merita eius longe diuerſa ſentire. Non eſt meum arguere Antiſtitem, pro hoc de me laudum exceſſu: ne videar (quod abſit) mittere manum meam in Chriſtum Domini. Retorquenda eſt potius culpa hæc in exceſſus autorem, propinquum dignationis tuæ. In ipſum me conuertam: nec parcam ei: qui a me totiens admonitus, ne vel parce indignum laudet: cõtemnit ponere cuſtodiam ori ſuo. Deniq; precor Dñm: qui ſcrutatur renes & corda: vt ſi alii de me non recte ſenſerint: ne me permittat de me ipſo falli. Commendo me tuæ pietati: & cuius prior conciliare beniuolẽtiam dignatus es: vt in ea conſtantiam ſerues, oro & obſecro. Vale. Ex Sancto Michaele Murani Die. xxiiii. Decẽ. MDXVII. Marco Antonio Foſcareno, Epo Hemonieñ. LXIX.

Cire cupit dignatio tua:quid ſentiam de oratione:quã Paduæ olim hã
s buiſti:cum ad ſuſcipienda doctoratus inſignia promouendus fores. At
ego non ignorans:q̃ ſit exiguum,q̃ exile ac tenue in re huiuſmodi iudi
tium meum:diſtuli diu id facere:ne temeritati mihi aſſcriberet᷑:ꝗ auſus fuiſſem
mittere manum in Chriſtum Dñi:& de eo antiſtite ferre ſententiam : qui aliorũ
ingenia,& facundiam imprimis,exquiſitiſſimo atq; grauiſſimo ſuo iuditio diſcu
tere ac penſitare conſueuit.Præualuit Abbatis noſtri inſtantia:vt tãdem tibi mo/
rem gererem.Pollicitus eſt enim:facturum me tibi rem gratiſſimam.Deniq; p/
legi orationem tuam haud ſemel:quæ mihi re vera perplacuit admodũ: vt po/
te quæ præter vbertatem & copiam,atq; in ſententiis & verbis candorem,qua/
dam alliciat ſuauitate legentes.Exiſtimaui hactenus : multarum te artium,atq;
imprimis iuris pontificii,quo plurimum præſtas,diſciplina imbutum fuiſſe. Va
caſſe vero humanitatis ſtudiis:me penitus latuit.Verum vbi orationem percur
ri,ac ſermonis leporem,& ingenii acumen,dicendiq; copiam animaduerti : ita
probaui pro meo captu actionem tuam:vt iudicari a me facile potueris:præter/
miſſis cæteris diſciplinis totum te ad humanitatis ſtudium cõtuliſſe:ſolamq; ac
precipuam artis oratoriæ profeſſionem tuam extitiſſe.Quamobrem cum dicẽ/
di facultatem natura tibi largita ſit:atq; ad eam natus,ad eã educatus,ac inſtru/
ctus videaris:hortor te in Dño præclare Antiſtes:vt aliquid impoſterum,pari lu
ce ac ſplendore elucubratum edas ad ædificationem multorum.Legentur enim
quæ ſcripſeris,ſingulari voluptate:nec ab eo,qui talentum dedit,de non dupli/
cato quippiam obiici poterit tuæ pietati.Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die
xxv.Ianuarii.MDXVIII.

Marco Minio Oratori.LXX.

Mpugnati a magnis & potentibus hominibus,qui quotidie conantur
i occupare benefitia noſtra:cogimur ex offitio ex aduerſo inſurgere:&
opponere nos murum pro defenſione iurium noſtrorum.Alioquin nõ
eſſet relictus in noſtro ordine lapis ſuper lapidem.Iccirco interpellamus ſæpius
Principes & poteſtates:implorantes ab eis opem & fauorem pro conſeruatio/
ne bonorum noſtrorum:ne deglutiantur a rugientibus preparatis ad eſcam.Ex
litteris illuſtriſſimi Dominii & ex relatione harum latoris,peregrini monachi
noſtri intelliget apertius nobilitas tua:cur iſta præmiſerim.Confido magnope/
re in tua probitate & ſolertia:futurum te nobis auxilio pro viribus:ne Veronen/
ſe benefitium,vltra annos tercentum a noſtro ordine legittime poſſeſſum,& mo
do Sancto Michaeli Murani canonice vnitum,in alienum ius cedat.Iuſtitiæ cul/
torem te omnes prædicant:nec minus præſtare religione ac pietate,q̃ eruditio/
ne atq; prudeutia.Quo fit:vt plurimum ſpei in tua integritate collocauerimus:
vt nequaq̃ futura ſit apud te perſonarum accæptio : neq; paſſura ſit magnitudo
tua:vt pauperes a potentioribus opprimantur.Quod cum feceris: quemadmo
dum mihi certiſſime perſuadeo:erit tibi Camaldulenſis religio,æterna obliga/
tione obnoxia.Vale.Ex Sancto michaele murani.Die.xxvii.Ianuarii.MDXVIII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ.LXXI.

v Enerabilis frater noſter maior Eremi huc applicuit quarta huius men/
ſis die:redditq; mihi in lectulo iacẽti litteras tuas:quæ mihi ꝑ more

fuerunt

ſuerunt gratiſſimæ,ob multa ad fœlicem ſtatum Eremi pertinentia,quæ mihi ſi gnificaſti. Vbi vero perlegi,quæ ad perſonam Maioris pertinebãt:quem mihi tã ta inſtantia & verborum exaggeratione cõmendas. ſubriſi fateor:quando id ſup ſluo laboris ſuſcæperis:cũ nihil minus,tum ego,tum prælati Veneti cogitaueri/ mus in memoratum fratrem noſtrum:q̃ quod ipſe formidare tantopere viſus es,Et re vera enarrata fuiſſe nobis ſomnia putauimus.Contendimus q̃ primum ſlari & iucunda fronte animum Maioris omni metu atq; ſuſpitione abſoluere: & vt pergeret benefaciendo & ſubleuando oppreſſam religionem,ſicut hactenus fe ciſſet,benigno ac pio affectu hortati ſumus.Abiiceret penitus iſtam curã:nec mi raretur:q͙ narraſſent vobis iniqui fabulationes:& falſa de nobis retuliſſent. Par/ uo negocio compoſita res eſt:præſtita ab eo nobis plena fide.Verum de hoc ſa/ tis:tum quia non penitus adhuc ex infirmitate conualui:tum quia paulopoſt lon ge moleſtiora acciderunt.Si qua enim falſo crimina obiiciuntur nobis: veritate quæ amica eſt temporis,dilui aliquãdo neceſſe eſt·Et beati ſumus:cum dixerint homines omne malum aduerſum nos mentientes.Ex frequenti vero vexatione, ab improbis & ĩportunis hominibus toti cõgregationi illata,multo grauius pe riculum nobis incumbit.Vides ipſe modo:q̃ preter expectationẽ ſubito coorta ſit nobis hæc tempeſtas a malignis illis ſpiritibus monachorum duorum : qui perturbare non ſunt veriti pacatum congregationis ſtatum. Verum cauendum nobis eſt,& tibi imprimis:quem in acie modo ſtare arbitror contra oppugnato res noſtros:ne formidare vllo modo videamur a duabus caudis ticionum fumi gantium iſtorum.Iudicabit Dñs nocentes nos:& exurget in adiutorium noſtrũ. Itaq; conſtans eſto in tribulationibus pro defenſione religionis:nec te frangant impetus malignoꝝ.Agnoui enim ex litteris tuis ad Vicarium datis:te pluſculum ſolito ex citatione fuiſſe conſternatum atq; conterritum:ac præter morem tuum animo defeciſſe.Cito incohatᷓ bellum:ſed tardius plerunq; conficitur .Sufficere debet parti alteræ,quæ laceſſitur iniuria:vt tandẽ victoria potiatur.Quid hic cæ perimus conſilii:ſuper hac re,nequaquam deſidiæ indormientes:ex Vicarii litte ris plenius edoceberis.Pecuniam in aduentu Maioris integram accæpi: & feci/ ſtis mihi rem gratiſſimam.Sic fiat poſthac:vt ſit ſicut dicitur.Omnia bona in tẽ pore ſuo.De Cardutio noſtro ſcribam alias : cum factus fuero validior.Vale Ex Sancto Michaele Murani.Die.x.Martii.MDXVIII.

Nicolao Michaeli Procuratori.LXXII.

INter præcipua miſericordiæ ac pietatis opera haud poſtremum eſſe ar bitror:cõſulere pudori ac ſanctitati virginum.quæ cum ſint iam nubi/ les æmaturæ viro,ob inopiam domi reſident.Iccirco rogatus ab Anſelmo mo nacho Sancti michaelis murani,vt ipſum ob ſimile opus tuæ magnitudini cõ/ mendarem : precor te vt in re honeſtiſſima cures ei morem gerere. Decet enim te vel hac de cauſa miſereri puellæ,quã tibi cõmẽdaturus eſt:vt emulator videa ris alterius magni nicolai:cuius ope & opera factum eſt:vt tres virgines ob pau pertatem a parentibus proſtituendæ,ĩmiſſo per feneſtram auro,honeſtis viris in matrimoniũ datæ ſint. Vale.Ex Sctõ Michaele Murani.Die.xi.Martii.MDXVIII.

Leoni Papæ Decimo.LXXIII.

Vrauit hactenus, & quidem ſtudioſiſſime, Sanctitas tua pro Camaldu/
c leñ. noſtro ordine diuvexato ac populum imminuto: non modo neq́d
detrimenti infuturum pateretur: verum longe magis vt fœliciora in/
dies caperet incrementa. Quod niſi tua clæmentia factum fuiſſet: profecto hac
tempeſtate de nobis actum foret. Verum ne altius repetam, quæ initio Sanctiſſi/
mi Principatus tui nobis benefitia contuliſti: q̃tum eſt hoc recens, q̃ ſingulare, q̃
oportunum: q̧ deſtitutis patrocinio Protectoris ob abſentiam eius, atq̧ erranti
bus ſicut oues non habentes paſtorem: dediſti nobis patrem, patronum, cuſtodẽ
qualem certe optauimus, atq̧ in votis geſſimus. Quẽ non dubitamus talem pro
ſua integritate ac religione habiturum noſtri ordinis ſolicitudinem & curam:
vt maiorem nimirum nõ ſimus deſyderaturi. Tecum ſemper cum ſit, & a latere
tuo nunq̃ diſcedat: hauſturum ipſum de tuo ſpiritu pater Sancte tanq̃ de altero
Moyſe haud dubie mihi perſuadeo. Quo abunde repletus, nobis quoq̧ tranſfuſi
in ſe muneris gratiam facile impartietur, & benigne communicabit. Nauigaturi
modo in pottu ſumus: neq̧ quotidie accidet, vt clamandum nobis ſit. Domine
ſalua nos: perimus. Imperáſti ventis & mari, quibus iactabamur, vt fieret trãquil
litas magna. Quãobrem ĩmortales agimus gratias tuæ Sãctitati: ſine intermiſ/
ſione optantes atq̧ deprecantes, vt Chriſtiano populo diu ac fœliciter præſide/
re tibi contingat. Vale pater Beatiſſime. Ex Sancto Michaele Murani. Die. vi.
Apri. MDXVIII. Cardinali Sanctorũ quatuor Coronatorũ Vice Prote. XXXIIII.

Vlta ſunt nimirum & magna erga Camaldulenſem ordinem Pontifi/
m cis benefitia. Sed neſcio an aliud maius, & hoc tẽpore oportunum ma/
gis: q̃ q̧ deſtituta nauicula noſtra gubernatore, ad clauum eius, quæ
agitabatur fluctibus, te conſtituerit: quo ſane peritior atq̧ ſapientior dari nobis
nequaq̃ potuit. Tentauerunt filii Belial, peſſime de religione ſua meriti: vt vno
maris hauſtu tota Congregatio abſorberetur, mergereturq̧ in profundum: infir/
matis ac reuocatis capituli proxime preteriti actibus. Et factũ proculdubio fuiſ/
ſet: niſi tu pater ampliſſime velut Angelus de cœlo miſſus, tantæ occurriſſes tẽ/
peſtati: eamq̧, reuocatis male ac fraudulenter impetratis iudicibus, tua ſapientia
& pietate diſſoluiſſes. Benediximus iccirco Dño: q̧ clamantes ad ipſum a facie
tribulantium, exauditi ſimus: miſeritq̧ nobis Saluatorem & propugnatorem, q
nos liberaret. Egi etiam Pontifici gratias per epiſtolam, quæ erit huic annexa: q̧
optime conſuluerit Camaldulenſi gregi de paſtore optatiſſimo & pientiſſimo
patrono: Eam obſecro, vt eius Sanctitati reddendã cures. Cæterum vbi cœperit
agitari apud amplitudinẽ tuã iuditium cauſæ noſtræ facile percæptura eſt prudẽ
tia tua, & malignoꝝ improbitatem, qui non patiuntur ſe corripi: & bonorum zè
lum qui conſeruare nituntur rigorem antiquum religionis. Mihi videntur Ere/
mitæ noſtri recto animo incedere: atq̧ imprimis cupere: vt præficiantur mo/
naſteriis, qui digni ſunt: qui præſint exemplo & verbo: qui non miniſtrari vene/
rint, ſed miniſtrare. Propterea non deſunt: qui de eis obloquantur: qui calũniẽt: &
qui inſectentur. Spero dignationem tuã pro ſua integritate ſemper fauturã eſſe
piis mentibus: & improbis ac malignantibus aduerſaturam. Quod erit tum mi
hi tum vniuerſis: quos zelus comedit domus Dei, mirumimmodum gratum.

Vale

Vale Domine colendiſſime: cui me atq; ordinem noſtrum enixe commẽdo. Ex Sancto michaele murani. Die. vii. Aprilis. MDXVIII.

Petro Andreæ Bononieñ. Vicario Archiepiſcopi Florentini. LXXV.

g Audeo admodum: non fuiſſe me falſum opinione de ingenii tui bonitate. Nam ſi quid leniter ac benigne ſecundis litteris meis ſcripſi ad te: agnoſco nimirum, te non magis oratione mea q̃ tua humanitate fuiſſe placatũ. Non me pœnitet: ſi quam tibi priore mea epiſtola cauſam dedi ſuccenſendi mihi: quando per huiuſmodi occaſionem longe apertius innotuit mihi facilitas tua. Confundis profecto duritiam noſtram: de nobis dico qui regulares nominamur. Inter quos ſi quando vt fit orta fuerit contentio: haud quaq̃ facilis eſt pleruq; iniuriarum venia. Nutriuntur diu ſimultates a profeſſoribus caritatis: & inuicem prouocantes inuicem inuidentes, frangi potius decernimus q̃ flecti. Mollire dignetur Dominus & mitis & humilis corde, concitatos animorum motus: Imperet ventis & mari: & fiet tranquillitas magna. De iuſtitiæ rigore, quem tantopere tueris, haud pauciora exiſtimo reperiri in ſacro eloquio teſtimonia, q̃ de miſericordiæ indulgentia. Si quidem vtrunq; æque tribuitur diuinæ maieſtati. Miſericors (inquit) & miſerator: & iuſtus. Et de iudicibus ſcribitur. Beati qui cuſtodiunt iuditium: & faciunt iuſtitiam in omni tempore. Neſcio quomodo tamen ſuauius ac libẽtius legimus & audimus, clæmentiæ q̃ ſeueritatis præconia. Credo id fieri propterea: ꝙ vnuſquiſq; cogitat imperfectum ſuum, figmentum ſuum, imbecillitatem ſuam. Iccirco Paulus videns aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ, & captiuantem ſe in lege peccati: tanquam vim patiens exclamat. Infœlix ego homo: quis me leberabit de corpore mortis huius? Et Dauid homo ſecundum cor Domini: Si iniquitates, ait, obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit? Propitius itaq; ſit nobis Dominus: & non intret in iuditium cum ſeruis ſuis: neq; ſecundum peccata noſtra faciat nobis. De ipſo nanq; dicitur. Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam: & parcens illis. Manducabat propterea cum publicanis: nec exhorrebat peccatores: ſciens non indigere ſanos medico, ſed male habentes. Si quotiens (ait quidam gentilis vates) peccant homines, ſua fulmina mittat Iupiter: exiguo tempore inermis erit. Neq; hoc dixerim: quoniam moleſte feram Conuerſi mei damnationem. Tantum enim abeſt: vt cum illo male actum putem: vt ei etiam gratuler, quod benefitium accæperit. Et enim (ſicut ſacra teſtatur ſcriptura) non ſinere diu peccatores ex ſententia agere: ſed ſtatim vltionem adhibere: magni benefitii eſt inditium. Alioquin iuſtus Dominus tarditatem ſupplicii, grauitate compenſare conſueuit. Hoc tamen fateor: maluiſſe me priuata alicuius monaſterii noſtri cuſtodia q̃ publica iſta damnatum noſtrum ſeruari. Iubet enim Benedictus pater in regula: vt huiuſmodi cuſtodie addicti, viſitentur a cõfratribus ſuis: qui conſolentur eos: ne abundantiori triſtitia

abſorbeantur. Verum de hoc ſatis. Meum erit præcari Dominum: vt animulæ ipſius miſereatur: quam precioſo ſanguine ſuo redimendam duxit. Ago ingẽtes gratias dignationi tuæ: pro bona ipſius erga nos ac noſtrum ordinem voluntate. Non mõ nõ exultas diſcordiis noſtris ruiniſq;: verumetiã omni officio ac paterna pietate offers operã & ſtudiũ tuũ, ad nos ſubleuandos. Velit Dñs: vt quorũ culpa hoc accidit: eos tandem errati ſui atq; obſtinati animi pœniteat. Vale Florentiæ. Die. iii. Martii. MDXIIII.

Lazaro Sãminiatenſi. LXXVI.

s Cribis multo effectu: quoniam multum me ſemper dilexiſti. Triſtatus es ob intercæptum iampridem deſtinatum iter meum: & fraudatus aduentus mei expectatione, indoluiſti plurimum. Non minore profecto ego mœrore ac tedio, tui & aliorum gratia, affectus ſum. Nõ ignoras, q̃ ſit dura in rebus omnibus neceſſitas: nec eſſe noſtrum, reniti voluntati Dei. In ſidebat Balaam aſinæ: & nolente progredi ſubiiciebat calcaria: ſed prohibente angelo deſcendere iumento coactus eſt. Ego vero debilitate fractus, & viribus impotens, cum equitare minime poſſem, curru iacens vectus ſum Fauentiam. Quod re vera anteq̃ Rauenna diſcederem, nequaq̃ fore putaueram. Apoſtolus quoq; Iacobus: Craſtino (inquit) ibimus in illam aut illam ciuitatẽ. Subditq;. Pro eo vt dicatis: ſi deus voluerit. Sed quoniam prudens es: & ratione duceris haud minus q̃ affectu: coniecíſſe te optime video. Reliquias proximæ præteritæ infirmitatis meæ cauſam extitiſſe huius ĩbecillitatis: vt conſedere mulæ ne per quinq; potuerim miliaria. Probas etiam conſilium noſtrum: q̃ elegerim partem tutiorem: & redire in patriam vita comite maluerim. Qui vere diligunt: amicorum vitam, conuictus ac præſentiæ ſolatio anteponunt. Quod tu quoq; ſentiens, conſuetam erga me fidem oſtendis: & me tibi iccirco obnoxium facis. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. v. Iunii. MDXVIII.

Ioanni Franciſco de Balneo monacho & Cubiculario noſtro. LXXVII.

t Ertiam abs te accæpi epiſtolam: quam Florentiæ dediſti. Iam præteriit menſis diebus pluribus: ex quo a nobis diſceſiſti: vt merito tibi metuere incipiamus: & ſuſpectum habere dilatum longius reditum tuum. Si tamen ad votum mandata ſucceſſerint: minus ægre laturus ſum protractiorem morã. Oramus quotidie: vt proſperum ſit iter tuum. Cõueniſſe ſcribis longe plures ſolito in Eremũ tum prælatos tum monachos ad diem feſtum Sanctiſſimi patris noſtri Romualdi: eo q̃ me ibidem reperturos non dubitaſſent. Habeo illis gratiam pro hoc pio erga nos affectu: & doleo plurimũ, fuiſſe illos fraudatos deſyderio ſuo. Si has litteras in itinere accæperis: ſuggere meo noĩe prælato alicui ex noſtris, quẽ ad obſequendum promptiorem exiſtimaueris: vt curet tranſmitti ad me calatum eius generis pirorum, quod carauelum dicitur. Non multa requiro: ſed bona & grandia & maturitati proxima. Scis enim ipſe: q̃tæ ſit autoritatis vir ille: cuius gratia ipſa ad me deferri cupiam. Redi cum feſtinatione. Vide nihilominus, qũo caute ambules: qm̃ dies mali ſunt. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xv. Iulii. MDXVIII.

Maiori Eremi, & Vica. Cõgrega. LXXVIII.

e Xhaurire, vt video, decreuiſtis aliena mõaſteria diuerſorũ ordinũ domeſticis ſuis: tot quotidie hic ĩde allicitis odore bono cõuerſatiõis veſtræ,

ad cõmorandum vobiſcum in ſolitudine. Admiſiſtis dudum complures in Ere/
mum: admiſſuri paulopoſt longe plures. Mittitis retia veſtra in capturam: & tra
hitis illa ad vos plena nõ Arni piſciculis, neq; trotulis Archiani, ſed magnis illis
piſcibus de Euangelio. Gaudeo nimirum vobiſcum: ꝙ creſcat quitidie locus iſte
horroris & vaſtæ ſolitudinis incolarum numero: vt ſint futuri plures filii deſer/
tæ, q̃ eius quæ habet virum. Ex his erit harum lator Andreas Triuiſanus, patri/
tius Venetus: iuuenis optimæ indolis: qui olim in cœnobium Sancti Spiritus
receptus per quinquẽnium in eo religioſiſſime cõuerſatus eſt. Hic audita fama
eremitici veſtri inſtituti, captus illius deſyderio, per annum in Sancti Spiritu vi/
tam eremiticam duxit: vt experiretur vtriuſq; hominis vires. Impatiens moræ,
non expectatis ſociis, ducitur modo in deſertum a Spiritu. Diſceſſit, vt accæpi,
de ſuo cœnobio collachrymãtibus fratribus ſuis: ꝙ talem & tam gratum omni/
bus contubernalem forent amiſſuri. Tranſit autem ad arctiorem vitam: vt remo
tior ſæculo, fiat propior cœlo. Atq; vtinam per hanc tranſmigrationem in mon
tem a Sãcto Spiritu: fiat in eo, pro voto Heliſei, duplex ſpiritus Heliæ. Sit itaq;
vobis delicatus & probus adoleſcens plurimum cõmendatus. Ignorans cauſam
dilati vltra duos mẽſes reditus Cubicularii noſtri: angor valde: nec poſſum pro
eo non eſſe ſolicitus. Deus ipſum nobis cito incolumẽ reddat. Vale cum familia
omni. Ex Sancto Michaele Murani. Die. iiii. Auguſti. MDXVIII.

Paulo Orlandino, Suppriori Angelorum. LXXIX.

d E fœlici obitu Magdalenæ abbatiſſæ monaſterii noſtri de Luco proly/
xam ad me miſiſti epiſtolam: petiſtiq;, vt eadem de re mentionem face
rem in epiſtolis noſtris, ad diuturniorem rei memoriam. vt quãdo multa in no/
ſtris voluminibus ad ordinem pertinentia litteris tradita ſunt: hoc quoq; tam
laudabile factũ, ad decus totius noſtræ religionis, nequaq̃ per me ſilentio obrue
retur. Diſtuli aliquandiu munus iſtud implere: tum quia manus inualida ſcriben/
di mihi copiam ademiſſet: abſente præſertim Cubiculario noſtro: quo excipien/
te, dum infirmor, dictare ſoleo epiſtolas: tum vero ꝙ cum ipſe copioſe & lucule
ter ſanctimonialis migrationem deſcripſeris: videbar ſuperfluo idẽ ego impræ
ſentiarum repetere. Verum reddita mihi per Dei gratiam ſcribendi poteſtate, &
reuerſo pauloante Cubiculario: admittendam cenſui ſuaſionem tuam. Cogitaui
enim: quo a pluribus traditus fuiſſet memoriæ beatus Abbatiſſæ noſtræ tranſi/
tus: eo poſſe illum facilius a pluribus legi: & palam omnibus fieri in teſtimoniũ
religioſæ vitæ ipſius: atq; etiam ad excitamentum virtutis: vt bene ac fœliciter
mori cupientes contendant prius ſanctæ viuere, ſicut ipſa fecit. Si quidem tertio/
decimo vitæ ſuæ anno religionem ingreſſa: ad nouiſſimum vſq; obitus ſui diẽ
ſine intermiſſione ambulauit in lege dñi: ſeruiens Deo die ac nocte. Per triginta
& ſex annos, quibus ego dum illa vixit religioni præfui: contigit mihi quot an/
nis ex offitio Generalatus viſitare monaſterium Luci: atq; etiam alio proficiſcẽs
illac ſæpius tranſire: vt non ex auditu tantum ac relatione multorum: ſed frequẽ
ti viſitatione & colloquio atq; oculorum viſu merito ſim futurus optimus teſtis
qualis nimirũ ea fuerit: q̃ta morꝝ grauitate: q̃ ſingulari humilitate religione fide
integritate ac pudore p̃dita. Noſti ipſe mecũ: in familiari cõuerſatiõe atq; cõgreſſ

ſu q̃ parce q̃ cuſtodite ſermonem faciebat. Ponderabat verba, cũ loqueretur: nec vnq̃ aliquid nobis retulit (quod ego quidem meminerim) vt tacuiſſe melius fuerit. Prudentiam in ea ſemper admiratus ſum, & vere circũſpectionem Dei: quã adeo euidentibus inditiis ſua illa modeſtia demonſtrabat: vt nunq̃ adeo iunior fuerit: quin ipſam idoneam atq; digniſſimam exiſtimauerim: quæ cuicunq; adminiſtrationi & prælaturæ foret præficienda. Erat enim corpuſculo exili & haud multum valido: ſed ſpiritu longe robuſtiſſima. In obſeruatione vitæ regularis nulla ſtudiſior: nulla promptior: nulla perſeuerãtior. Supra vires ſemper conabatur: ac feruore ſpiritus imbecillitatem corpuſculi ſuperabat. Et ſicut in religionis rigore & cerimoniarum cuſtodia nulli alteri in conuentu ceſſit: non ignorans q; in cuſtodiẽdis illis retributio multa & corona iuſtitiæ ſibi eſſet repoſita: ita profecto non minus in rerum temporaliũ gubernatione præſtabat. Functa eſt quæſturæ officio per multos annos Et qua obſecro ſolicitudine, qua fide, qua trepidatione: ne quid de redditibus monaſterii deperiret? Scienti quod modo inferam loquar: quando tibi æque ac mihi hæc omnia nota ſunt. Vidiſſe te non dubito codices monaſterii: in quibus erant deſcripti eiuſdem introitus & exitus: credita & debita: & alia huiuſmodi ad quæſturam pertinẽtia. Quis eos crederet a fœmina fuiſſe conſcriptos? Quis non potius manu vel peritiſſimi patriſfamilias, aut ariſmetici cuiuſpiam eruditiſſimi diſpoſitos atq; ordinatos affirmet? Quãuis autem exigua ſit iſta de ſupputandi ratione laudum acceſſio Magdalenæ meritis atq; actionibus ſublimioribus addita: atteſtatur tamen nobile ingenium fœminæ, ad ſingula quæq; vbi illud intenderat facile accõmodatum: q; præter morem ſexus muliebris eam quoq; artem ſufficientiſſime percalluerit. Legiſſe illam arbitror in diuinis eloquiis: quod a Sapiente obſeruandum monemur. Datum (inquit) omne & acceptum in libro deſcribe. Præfuit diu monaſterio abbatiſſa alia. Iſta vero nihilominus gratia cura & autoritate maiore ſemper q̃ pro ætate abbatiſſæ munus impleuit: ac labores & negocia totius cœnobii ipſa præ cæteris ſubiit. Amabatur ab omnibus: deferebatur ei ab oĩbus: nihil ea inconſulta mater monaſterii faciebat. Si quid q̃d ad cõuentus illius rem pertineret ſtatuendũ deliberaretur: in huius ſententiam veniebant oẽs: & pro numine habebatur, q̃dcũq; ex ipſius ore prodiiſſet. Merito itaq; tãtis ornata virtutũ præconiis poſt mortẽ abbatiſſæ in eius locũ maximo Sãctimonialiũ cõſenſu atq; cõcordia ſubrogata eſt. Præfuiſſe illã biẽnio conſtat. Ego vero abbatiſſæ officio perfunctã illã multos retro annos vt prædixi haud iniuria affirmauerim: q̃ñ & adoleſcentula grauitatem ſenectutis nunq̃ depoſuerit: & deinceps eam ſemper tenuerit ſeriem vitæ: vt in ipſius tanq̃ vnici exempli mores reliquus virginũ cœtus iugiter formaretur. Non præteribo ſilentio: quod modo ſcribẽti mihi ſuccurrit: res vtiq; meo iuditio nõ contẽnẽda. Erat monaſteriũ de Luco añ Magdalenæ igreſſum ſtructura & prouentibus nõ penitus tenue. Verum vt ipſi videmus lõge maius atq; auctius vtraq; in re ipſum reliquit. Eius enim potiſſimum ingenio & curæ tribuendũ nemo dubitet tm̃ renouati pluſq̃ dimidii adeo egregii monaſterii incrementũ. Venit mihi modo in memoriã: q̃d olim operata eſt cõſilio manuũ ſuaꝝ Magdalena abbatiſſa. Quod vt notior fiat ẽt i rebus diuerſis eiuſdẽ iduſtria

paucis

paucis ſubnectam. Vbi primum decretum fuit:ad amplificationem cœnobii ani mum eſſe dirigendũ atq; apponendas manus:continuo vt parceretur ſuperfluis ſumptibus:quanta oro ſolertia & arte ipſamet digitis ſuis exemplum totius eri/ gendæ ſtructuræ fabrefecit? Adeo ſane ingenioſe partes ædifitii excogitauit di/ ſpoſuit:adeo peruenuſte modulum ex cartis cõglutinatis elaborauit perfecit: vt fabri alicuius artifitium & opera nequaq̃ deſyderaretur. Non ſine animi volupta te pauca hæc de pluribus noſtræ abbatiſſæ egregiis operibus tecum memoran/ da cenſui mi Paule:& ſi nihil te lateat:cum ſpiritualis pater eius aliquandiu fue/ ris. Tu noſti optime:vtrum vera retulerim. Mihi longe partius q̃ pro meritis tri buiſſe illi videor. Nã & priuata inter cæteras,& poſtmodum cæteris prælata, ita ſe geſſit in monaſterio:vt cuicũq; vel probæ ac religioſæ Sanctimoniali abbatiſ ſæ difficilis ſit futura emulatio. Præmiſi autem iſta eo conſilio: vt miretur ne/ mo:q; morti proxima cœleſtem audierit armoniã. Scribis enim: q; qua die erat migratura de carnis ergaſtulo:cum refectionis hora Sanctimoniales in refecto/ rium conueniſſent:vna ex ſororibus Angela nomine, quæ cum ægrotante remã ſerat:aſſiſtens lectulo vocata eſt ab ea. Audis(inquit) ſoror cantus iſtos ſuauiſſi/ mos? Negans illa ſe audire, interrogauit quid canerent. Et illa. Gloria in excelſis Deo:& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Iterum iubet ſororẽ ad ſe pro/ pius accedere:& eam interrogat:an audiret ſuauiter pſallentes atq; dicẽtes. Bea/ ti qui habitant in domo tua:in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Nihil ſe audiſſe reſpondit. Vidiſſe aũt ſe teſtata eſt ſoror illa egrotantis vultum, tanq̃ vultum An geli:vtiq; exultantem in Dño:& hilaritatem ac lætitiam plurimam oculis corru ſcantibus in iubilo præſeferentẽ. Superuenientibus ſororibus cæteris, atq; audi/ to miraculo ſtupentibus:& collachrymantibus præ gaudio:paulopoſt ſacramẽ/ tis eccleſiaſticis munita euolauit ad ſuperos, atq; ad illum beatorum ſpirituum conſeſſum:vbi ſempiterno æuo perpetua & immarceſſibili iocunditate fruetur. Voluit Dñs præſto eſſe ancillæ ſuæ in tempore opportuno:& cum deficeret vir tus eius non dereliquit eam. Quin potius a timore mortis erepta præuenta eſt ab eo in benedictionibus dulcedinis:& torrente potata voluptatis ſuæ. Vt egreſ ſura de corpore cœleſti munere deguſtaret:q̃ magna eſſet multitudo dulcedinis Domini:quam abſcondiſſet timẽtibus ſe. Nos itaq; interea tantæ eius gloriæ cõ gratulemur:contendamuſq; pro viribus, ſic eius probitatem & immaculatam vi tam emulari:vt quẽadmodum ipſa ſubuehentibus atq; modulantibus Angelis deducta eſt in cœlum:ita & nos adueniente nouiſſimo fati termino Dei miſera tione ſubſequi mereamur. Vale. Ex ſancto Michaele Murani. Die.xxi. Auguſti. MDXVIII.

Baldaſſari Cardutio Doctori. LXXX.

p Roſit tibi Doctor Eximie atq; amice honorãde ad ſalutẽ vtriuſq; hois: ꝓſit itidẽ oibus:q tui ſunt erudiendi magiſterio:qd heſterna die totius Senatus conſenſu munus tibi demandatum eſt. Decreti ſi quidẽ fuerunt tibi pro ſtipendio primæ lecturæ Iuris Pontificii in ſtudio Patauino quingenti floreni eius monetæ quam pauloante ſignificaui tibi. Miſi hodie Cubicularium no/ ſtrum: qui vtriq; reformatorum pro impenſa opera gratias ageret. Reſpon/

ſum eſt illi benigniſſime:vt te accerſirem monerem'qꝫ : vt q̃to citius fieri cōmode poterit accelerares aduentum tuum:neqꝫ paruifaceres cōſtitutam tibi hoc anno mercedem:quoniam non dubitarent,ꝙ vbi prodiiſſet in lucem & palam facta eſſet eminentiſſima doctrinæ tuæ præſtantia & eruditio ſingularis:non eſſent futuri ingrati erga te:quin & ſexcenti ac inſup ſeptingenti aurei tibi decernerent. Quod nimirum fore nihil vereor. Addiderunt quoqꝫ:ꝙ cum primum Paduam te contuliſſes accæpturus eſſes pro arbitrio ſalarii tui partem:vt cōſulere facilius rei tuæ familiari queas. Quamobrem ne retardetur litterarum futurus lator : nō ero prolyxior. Tantummodo veni:quoniā expectatus venies. Nimiū enim ſermoné producerem:ſi voluero ſeriatim recenſere bona refortnatorū verba: quæ de tua Excellentia habuerunt:& q̃ gratus futurus ſis tum Senatui huic Veneto tum ſtudio Patauino. Vale noſtri memor:qui te videre incolumen ſumme optamus. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xiii. Octobris. MDXVIII.

Paulo Iuſtiniano Eremitæ. LXXXI.

q Vod magnopere cupias:immo ꝙ nihil magis in votis geras:q̃ me vel ſemel videre in Eremo:debeo ego plurimū tam pio de me deſyderio. Nouit Dn̄s:q̃to ſtudio contenderim peracto capitulo apud Rauennam : vt tibi ac reliquis idipſum tecum optantibus libentiſſime ſatiſfeciſſem. Miratus ſum admodum præter expectationem meam adeo mihi in illo itinere vires defeciſſe: vt peractis quatuor aut quinqꝫ milibus paſſuum neceſſarium mihi fuerit iumento deſcendere:& iacentem curru reliquū itineris perficere. Excuſas tu me ob vrgentes tunc æſtatis calores & delicatiorem complexioné:cum adhuc potius nō deeſſet aeris temperies:neqꝫ magnis ardoribus æſtuaret. Ego magis id virium defectui tribuo,ob nōdum integre percuratam recētem infirmitatem. Hortaris me:vt æſtate interceptum iter autumno peragam : ꝙ tibi perſuadeas illud ſine vllo incolumitatis meæ detrimento proſpere conſumandū. Quotidie hac de re inter nos atqꝫ aduentantes laicos frequens habetur ſermo: & nemo eſt qui non miretur:videri me ad tantum periculum ſubeundum adeo animatum. Terrent me omnes:adducentes in medium tum ætatem prouectiorem ac difficultatem itineris:tum exempla ſeniorum multorum patritii ordinis : qui intra paucos dies vita deceſſerunt. Deniqꝫ vt ſcias,non video:quomodo tempore hoc poſſis facile compos fieri voti tui. Si aliquando futurum eſt hoc:aliqua vrgente neceſſitate:a Domino futurum expecta. Auctam vero ſacram noſtram Eremum magno eremitarum numero:præſertim cū vt ſcribis ſint probitate ac virtute præditi:tecum admodum gratulor. Quod & alias non ſemel cum Venerabili fratre noſtro Congregationis Vicario itidem fecimus. Nouit Dominus indigentiā ordinis:& q̃tum laboret religioſorum inopia:qui ſint idonei illum adminiſtrare. Creſcente apud vos merito & numero aduentantium multitudine:& bene firmato Congregationis capite:ipſius quoqꝫ membris non poterit non prodeſſe. Quod vt fiat,mirumimmodum optamus. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xxiii. Octobis. MDXIX.

Antonio de Monte Cardinali Sanctæ Praxedis. LXXXII.

Gratulatus

g Ratulatus ſum heri paucis corã Dignatiõi tuæ:ob optatiſſimũ ad nos aduentũ tuũ.Idem ēt nunc facio.Lætor quidẽ primũ mei gratia:ꝙ poſt quadrienniũ & eo amplius,deſyderio deſyderaui congredi tecũ:& no/ tas audire & reddere voces: deinde ꝙ tandem ſe obtulerit occaſio,vt cognitus fama tantum Venetis noſtris,tanq̃ lucerna in abſcondito poſita atq; ſub modio, corporali preſentia palam fieret Senatui huic:& tanq̃ ſuper candelabrum poſita eluceret vniuerſo populo noſtro ſingularis virtus tua.Spero enim fore: ꝙ vbi p dies aliquot in hac vrbe immorata fuerit amplitudo tua:innotueritq; omnibus, qua ſis morum grauitate,moderatione,doctrina,religione præditus:futura ſit ci uitas tota ſemper tui ſtudioſiſſima:& vſurus ſit Senatus iſte poſthac ſumma fidu tia in rebus ſuis apud Romanam Curiam tuo patrocinio & fauore:oſtenſuruſq; q̃ta probitati atq; integritati tuæ reuerentia debeatur.Cæterum quod mitto xen/ niolum benigne accipias Domine colendiſſime : neq; rem ipſam,ſed mittentis animum tibi deditiſſimum metiaris.Et hoc tibi perſuadeas velim: ꝙ memor in gentium tuorum erga me meritorum,ſi non potuero ad referendam tuæ pieta/ ti gratiam ſatiſfacere,me ſaltem ad prædicandam atq; habendam ſatis eſſe factu rum.Vale.Ex Sancto Michaele Nurani.Die.xxix.Octobris.MDXVIII.

Ambroſio Protonotario.LXXXIII.

s Icut moleſte accæpi,egrotaſſe te dudum haud leui mala valitudine: ita magnopere lætatus ſum,ꝙ conualueris de infirmitate. Nam præter q̃ ꝙ tibi afficimur:vtpote qui ſis ingenio facili ac miti,& merito ab omnibus dili gendus:veriti ſumus plurimum:ne ſi vita exceſſiſſes,alius quiſpiam tibi ſubro/ gatus fuiſſet:qui longe ſecus q̃ tu hactenus feciſti,abbatiæ iſti eſſet præfuturus: nec tua eſſet ſecuturus veſtigia.Miſſos fuiſſe hac de cauſa curſores Romam audi ui:iuſſoſq; vt ad Pontificem magnis itineribus contenderent.Et diuina permit/ tente clæmentia,fraudati ſunt ſuo deſyderio.Prorogata eſt tibi adhuc longior vi ta:quoniam benefitio tibi cõmendato prodeſſe hactenus magis ſtuduiſti q̃ præ/ eſſe.Atq; vtinam multi forēt in ſuis cõmendationibus emulatores pietatis tuæ. Verum de hoc hactenus.Mittendum ad te collectorem duximus:ꝙ a referenti/ bus accæperim,eſſe te diutius in Abbatia moraturum:atq; ibidem fortaſſe hie/ maturum.Curabis pro tuo more:vt ei collecta perſoluatur.Vale.Ex Sancto Mi/ chaele Murani.Die.xii.Nouembris.MDXVIII.

Cardinali Sanctorum Quatuor Protectori.LXXXIIII.

c Itatus Romam Reuerendus Pater Ambroſius Bernardus, commenda tarius Vangaticiæ:quæ eſt abbatia noſtri ordinis in Policinio ſita,ad in ſtantiam Reuerendiſſimi Cardinalis Volaterrani: adiit heri me contulitq; me/ cum negotium ſuum·Miratus eſt admodum rei nouitatem : ꝙ cum per vnum & triginta annos pacifice poſſederit benefitium ſibi conmendatum: modo eiuſ dem benefitii gratia in vrbem vocetur.Deniq; obſecrauit me:vt ſe tuæ dignatio ni commendarem:plurimum in tua protectione atq; interuentione confidens. Prælatus eſt optime exiſtimationis & famæ : & adeo moderate ac religioſe hactenus locum ſuum adminiſtrauit:vt non modo reperiatur nemo, qui oblo/ quatur de illo:verꝫ potius oẽs ſummis cum laudibus efferãt: Diuino cultui ante

omnia pleniſſime ſatiſfecit: ita vt abbatia non commendati beneſitii ſpeciem, ſed vera libertate gaudentis, curam ac diligentiam præſeferat. Et cum ſit protonotarius: atq; cum Illuſtriſimo Principe Veneto arctiſſima affinitate coniunctus: adeo tamen benigne comiterq; cum ſuis monachis ſemper verſatus eſt: vt fuerit apud illos, tanquam vnus ex illis. Opulentus & fortunatus diuitias expoſuit, non (vt pleriq; conſueuerunt) ad voluptates perfruendas, ſed ad vſus vitæ neceſſarios. Non ad magnificos apparatus, verum ad moderatum vitæ cultum, atq; ad rei familiaris amplificationem nequaq̃ vituperandam. Præcor dignationem tuam: vt ea, quam in te collocauit, ſpe minime fraudetur: ſed quibus potes fauoribus cauſam ipſius proſequaris. Erit hoc mihi quoq; q̃ gratiſſimum. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xi. Decembris. MDXVIII.

Iacobo Priori Oppitergino. LXXXV.

e X quo perueniſti ad cœnobium tuum incolumis: deſine queri de aduerſa tempeſtate, & de itinere parum ſecũdo. Hyeme fere media nocte cæca, nauiculam ingreſſus es. Mirum non eſt: ſi minus ſanum conſilium elegeris: ſi non præuideris imminentem himbrem. Admonent nos, quæ in itineribus patimur, incõmoda: vt perſeuerãtius reſideamus in monaſteriis. Pro vino ad fratrẽ, pro piris ad me miſſis, agimus tibi gratias: & eo quidem maiores, quo meliore & ſupereffluentiore menſura vtrũq; munus cumulaſti. Calatus mihi ſatiſfeciſſet pirorum: & tu corbem confertam miſiſti. Parces tibi poſthac: ne videaris feciſſe partem tuam deteriorẽ: quod ſacro improbatur eloquio. Cæterum annotaui in primo noſtro volumine: quod inde epiſtolas exſcribendas duxerim. Si decreuiſti vt redigantur in codicem: tuum erit dare operam: vt ſcriba conducatur, qui impleat votum tuum. Vicarius Congregationis Fauentiam venit: vt paulopoſt ſe conferat Venetias. Vbi nos adierit: curabo ſtudioſe, vt tibi reddat quod debet. Tu quoq; ne diſſimules, moleſte te ferre dilatam diutius reſtitutiõem aureorum centum: quos illi mutuo dediſti. Spero ipſum rationem habiturum tum eius, a quo pecuniam mutuatus eſt: tum etiam mei, quo interceſſore vſus eſt. Eſt præterea eiuſmodi: qui non ſit paſſurus, vt obiiciatur ſibi. Mutuabitur peccator & non ſoluet. Cum primum huc appulerit: certiorem te faciemus. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xx. Decembris. MDXVIII.

Cardinali Sanctorum quatuor: Protectori. LXXXVI.

r Aro arbitror poſſe contingere: vt in mutatione publici alicuius ſtatus, non oboriantur aut ſaltem immineant ſcandala: quando præſertim ab antiqua maiorum ſuorum adminiſtrandi conſuetudine, occupata atq; intercæpta regiminis libertate diſceditur. Exiſtimatum eſt triennio ante, conſuli facile poſſe atq; expedire incrementis Congregationis noſtræ: ſi nouo celebrandorum capitulorum ritu, mos ille antiquus priuilegiorum noſtrorum diu obſeruatus, autoritate apoſtolica per triennium ſuſpenderetur. Iam elapſum eſt bienniũ. Quo quidem tempore ſatis animaduerti: non defuiſſe pericula diſſenſionum, ac multorum de Congregatione murmurationes atq; oblocutiones tyrannidi aſſcribentium ordinis libertatem: & redactam fuiſſe in paucos capitulorum diſpoſitionem: quæ complurium eſſe conſueuerat. Quomodo impreſentiarum ſe

habeat

habeat Congregationis huius ſtatus:& vtrum in ea deſit litigiorum ac diſſidioꝝ vexatio:ſcio non latere dignationem tuam. Cupio ego nimirum, vt in pace viuatur:vt idipſum dicant omnes:& non ſint in eis Schiſmata. Noui iampridem tumentia multorum pectora ob rei huius indignitatem:& quotidie ſentio concipi abundantius virus:vt merito verear ego, vereantur multi:ne hoc iam tertio futuro capitulo, in dedecus ac detrimentum Congregationis tãdem euomẽdum ſit. Prætermitto potiora,& quæ ſunt longe maioris momenti:quæ in ſilentio potius atqꝫ in aurem tibi eſſent cõmemoranda Domine colendiſſime : q̃ per cartam & atramentum ſignificanda. Deniqꝫ hortatus ſum per hos dies noſtris litteris Venerabilẽ fratrem noſtrum Vicarium Congregationis Maiorem Eremi:vt venturus paulopoſt in Vrbem, curet te autore, abrogata proximi futuri capituli extraordinaria poteſtate, priſtinam reſtitui omnibus atqꝫ optatiſſimam libertatem. Quã quidem rem, niſi tua amplitudo diſſenſerit:nos valde probaremus. Neqꝫ enim aliud medicamenti genus ad leniendas atqꝫ vniendas diſſidentium mentes, ad euacuandam atqꝫ expurgandam trium fere annorum conceptam bilim, præſtantius mihi occurrit: q̃ vt in proximo capitulo omnes hilari fronte in vnum conueniant:reſumpta ordinaria, diu ante ſibi tradita, priuilegiorum ſuorum & veteris conſuetudinis ac cerimoniarum reliquarũ poteſtate. Satiſfaciendum duxi hac in re primum quidem conſcientiæ meæ:& deinde honeſtiſſimis(vt i ſentio)multorum votis. Cõmunicato tecum conſilio:tuũ erit, cuius in huiuſmodi rebus grauiſſimum ſemper conſueuit eſſe iuditium, id decernere: quod noueris vtilitati & honori ordinis magis expedire. Vale. Ex Sãcto Michaele. Mura. Die. v. Ia. MDXIX. Antonio Cõtareno Patriarchæ Venetiaꝝ. LXXXVII

i Vnior iſte harum lator, cogitationibus vexatur:Inquietum eſt cor eius: donec requieſcat per te. Extorſit a me propterea:vt præcarer amplitudinem tuam:ne male habentem ſe deſereres. Cur hoc in eo permiſerit Dominus:non eſt meum iudicare. Niſi ꝙ oblaturus hoſtiam Deo, maiore cum timore ac tremore acceſſurus eſt ad altare:nec ſibi facile blanditurus : ꝙ adoleſcentior ad ſacerdotii promotus fuerit dignitatem. Fractus tot cogitatiõum impugnationibus ſpiritus:& anhelus atqꝫ anxius ſuſpiriis tot dierum: non poterit non magnopere in humilitate proficere. Deniqꝫ indigere ſe nouit auxilio dignationis tuæ:vt fugatis tantis erroris tenebris, clariſſimum reſtituatur menti ſuæ lumen. Vt ipſum & coæuos eius, funiculum vtiqꝫ triplicem, benigne audias : & abs te, ſi fieri poterit, lætos dimittas : oro & obſecro. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xvi. Ia. MDXIX. Cardinali Sanctoꝝ Quatuor ꝓtecto. LXXXVIII.

s Cripſi dudum dignationi tuæ:quid ſentirem de triẽnali extraordinaria capitulorum Congregationis noſtræ celebratione, biennio ante impettata. Precor itaqꝫ amplitudinem tuam:vt te autore tertium quod ſupereſt, Congregationis capitulum celebreť, conſueta ordinis libertate:& eodẽ ritu ac cerimoniis, quibus ante biennium celebrari ſolitum erat: & imminentia diſcordiarum ſcandala facile auferentur. Si quidem audio, approbaſſe omnes de Congregatione conſilium meum:& in meam veniſſe ſententiam. Quod ex his qui Romam hac de cauſa ſe conferunt, plenius diſces. Iubeat itaqꝫ pietas tua : vt

vbi magis expedire decreuerint patres Congregationis:libere, vt prædixi, conuentus iſte fiat:abrogata penitus bulla extraordinaria. Opus ſane pium & ſanctum feceris,& ſingulari laude dignum : cum per te reſtituta fuerit electoribus ordinariis poteſtas eligendi de ipſa tantum Congregatione, tam diffinitores capituli,iuxta morem antiquum:q̄ præſidentem ipſum. Alioquin ſi datus fuiſſet aliunde,qui capitulo præſideret:nulli dubium,quin futurus eſſet nouiſſimus error peior priore. Nec conſuleretur hoc pacto immunitati ordinis:ſed grauius ei ſeruitutis iugum imponeretur:Quod vt omnino caueatur: præcamur & obſecramus amplitudinem tuam:cui me ac religionem noſtram plurimum commendamus. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xxi. Martii. MDXIX.

Archangelo monacho Sancti Benedicti. LXXXIX.

O Ptas,frequenter cum abſente per litteras loqui:quoniam re vera vnicũ id eſt amicorum abſentium ſolatium. Excuſas negligentiam tuam atqꝫ intermiſſionem ſcribendi:ꝙ non ſint eiuſmodi litteræ tuæ : quas crebro ad me tranſmittendas cenſeas. Mihi vero:ex quo a vobis profectus ſum, adeo in litterarum ſtudiis videris profeciſſe: vt merito ab omnibus litteræ tuæ legi poſſint. Abiice itaqꝫ abs te iſtam curã:& te ſæpius in ſcribẽdo exerce. Quod vero cupias cum cæteris filiis noſtris cariſſimis reditum meum ad vos:ſcire te arbitror, non defuiſſe per me anno præterito, quin vos reuiſerem, ac reliquos mecum beniuolentia coniunctos:prohibitumqꝫ me fuiſſe medio itinere, ob exhauſtas corpuſculi vires. Si in plano equitare mihi non licuit:quomodo ſuperare alpes confectus ſenio potuiſſem, tu cogita. Ad hoc peragẽdum neceſſarium foret: vt renouaretur ſicut aquilæ iuuentus mea. Tantum ora dominum: vt ſi aliquando redeũdum mihi ad vos fuerit : quas ſenectus vires denegat, ſua clæmentia ſumminiſtret. Subeſt enim ei, cum voluerit, poſſe. Gratulor tibi ob delatum tibi nuper ſacerdotium:quo vt religioſe ac pie cum timore ac tremore fungaris , inſtantiſſime cura. Sicut enim grandis eſt honor magna vtilitate cõiunctus:ſi bene eo munere vſus fueris:ita graue pondus cum ingenti iactura huius eſt honoris:ſi indigne immaculatam hoſtiam obtuleris. Audio nihilominus te quotiens acceſſurus es ad altare, totiens confiteri. Quod maxime probo. Sic enim te agente creſcet cum frequentatione miſſarum tuæ ſalutis effectus. Deniqꝫ cum Apoſtolis, ſicut hodie ex Euangelio didicimus, cognoſces Dominum in fractione panis. Vale:& familiam ſaluta meo nomine. Ex Sancto Michaele murani. Die.xxvi. Aprilis. MDXIX.

Iacobo Priori Opitergii. XC.

V Enit heri Venetias Cardinalis Eremitanus, olim Egidius prædicator. Occurſum eſt ei ſingulari pompa : excæptuſqꝫ eſt Centauro nobili illo (vt noſti) nauigio, patritiis referto:ac eo domum vſqꝫ deductus . Præfuturus eſt generali ſui ordinis capitulo:quod apud Sanctum Stephanum biduo poſt incohabitur: vbi eligendus eſt Generalis pater eiuſdem ordinis. Ad duo milia fratrũ conueniſſe dicuntur. Hic noui aliud ſcribendum non occurrit:niſi ꝙ paucis ante diebus apparuit inſigne Decemuirorum iuditium in quatuor impios & blaſphemos, ac diuinæ maieſtatis contemptores. Non eſt paſſus Dominus clandeſtina facinora diutius occultari:quæ noctu in hoſpitio quodam publico Venetiis

tiis fuerant perpetrata. Si quidem apud illos Dei nomen & Deiparæ virginis glorioſæ in tantum venerat contemptum: vt non ſolum nefandiſſimis nominibus, verumetiam geſtibus turpiſſimis, & quæ referre omnino pudeat, imagines ſacras ludibrio habuerint: atq; inſigni ſcelere fœdauerint. A ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen Domini: quoniam re vera terribile & ſanctum eſt. Et iſti barbaris crudeliores, omniq; repleti impietate, certaſſe dicuntur inter ſe: quis turpioribus vocabulis matrem & filium ore ſpurciſſimo cōmacularet. Delatum ad Decemuiros ſcelus, accerrime pro meritis vindicatum eſt. Tres ex iis, qui laici erant, primum quidem habitu dehoneſtati, per vrbem mediam nauigio delati ſunt: deinde effoſſo ſingulis vtroq; oculo, præciſaq; lingua, & manu altera, iuſſi ſunt ſemel in ebdomada per diem ad pontem riuoalti cōſedere: idq; per omnē vitam ſuam: vt eorum exemplo cæteri terreantur. Quartus vero Sacerdos ab Antiſtite Veneto dānatus, per biduum inter colūnas producta ex ore lingua ſtare coactus eſt: atq; poſtea loris cæſus cauea ferrea turri Sancti Marci appenſa inclusus ad dies aliquot, perpetuo demum carcere in pane & aqua conſumendus eſt. Cōducet plurimum huiuſmodi acerbior inflicta maledicis & blaſſemis pœna. Si quidem peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. Vale. Ex Sācto Michaele Murani. Die. viii. Iunii. MDXIX.

Pariſio Abbati Vallis Caſtri. XCI.

a Ccæpi nudiuſquartus litteras tuas, beniuolētiæ ac pietatis plenas. Oſtēdiſti enim amorem & caritatem: ꝙ procul a nobis poſitus non fueris immemor noſtri. Oſtendiſti haud ſegnius pietatis affectum: ꝙ paulopoſt, q̄ applicuiſti ad cœnobium Sanctiſſimi Patris noſtri Romualdi, nequaq̄ tibi exciderit (ſicut abeunti mandaueram) offerre ad ſacrum eius tumulum ſacrificium laudis pro me. Debeo autem ego tibi plurimum pro hoc pio officio, mei gratia exhibito: tum quia ſtudioſe id executus es: tum vero quia cumulatiſſime. Satiſfeciſſes enim mihi vel ſola eiuſdem Sancti collecta & oratione. Tu vero Dauidicum carmen cum letaniis & orationibus coram ſacris reliquiis deuoto ac religioſo animo recitaſti. Retribuat tibi Dominus pro me. Opto vt exaudierit orationes tuas. Cæterum ꝙ accæpti fueritis ab omnibus ſingulari humanitate, ac ſignificatione lætitiæ aduentus veſtri: nihil miror. Prædixeram enim tibi proficiſcenti a nobis, ita fore. Nam vt de te ſileam, qui id pro tuis religioſis moribus cōmeruiſti: nuſq̄ vidi, nuſq̄ expertus ſum, officioſiorem erga ordinem noſtrum ciuitatem vllam atq; oppidum, Fabriano. Comiter ibi ab omni populo ac liberaliter excæpti ſunt noſtri ſemper: nec vnq̄ defuit in nos publicum Oppidanorum illorum ſtudium: atq; ad fouendam benigno hoſpitio religionem præcipua indulgētia. Spero te, donec iſthic præfueris, ita pro more tuo monaſterium gubernaturum: vt auctior indies Fabrianenſium omnium erga locum iſtum ſit futura deuotio. Tu quoq; optime ac pie cogitas: ꝙ ob inopiam & defectum rerum, quæ ſunt victui neceſſariæ, nequaq̄ de diuina clæmentia diffidis. Si primum quæſieritis regnum Dei: hæc omnia adiicientur vobis: & inquirentes Dominum non deficietis omni bono. Fuit autem mihi ſupramodum gratū, intellexiſſe ex litteris tuis: ꝙ cum modo ob anguſtiam loci minus cōmode habitetis: confiditis vos haud ita multo poſt peramplius & latius cœnobiū adepturos. Annuat Dominus vo/

tis veſtris:vt quo habitaueritis cõmodius,eo alacrius diuino cultui operam im/
pendatis. Teſtimonium tuum de prudentia & probitate Sanctimonialium:quæ
hoc anno in conſortium Camaldulenſis ordinis aſcitæ ſunt:valde mihi placuit.
Et gaudeo:ꝙ ſint noſtri in orationibus memores. Optare illæ præſentiam meã
facile poſſunt:fieri vero voti ſui compotes haud facile poſſunt. Noſti prouectio/
rem ætatem meam,& corpuſculi imbecillitatem, variis obnoxiam ægritudini/
bus. Quietem ea potius,ac ſtabilitatem in monaſterio,q̃ peregrinationes ſuſci/
piẽdas requirit. Si tamen aliqua cœleſti diſpenſatione contingeret: vt eo mihi
veniendum foret:eſſet mihi futurum vel hac de cauſa leuius ac tollerabilius iti/
neris ac nauigationis onus:vt pium ſacrarum virginum deſyderium meũq; vi/
ciſſim,pariter impleretur. Neq; enim minus religioſo affectu illarum præſentiã
viſerem,q̃ illæ meam. Cõmendare tibi ipſarum curam pergerem:niſi me id ſup
fluo facturum arbitrarer. Non enim indiges calcaribus,ad ea perficienda,quæ ti
bi incumbunt,negocia. Reddi eis iubebis litteras noſtras:quas vel iccirco ad eas
conſcripſi:ne fruſtra eis promiſiſſe videreris,curaturum te apud me,vt ſcriberẽ.
Spero illas nequaq̃ fuiſſe neceſſario admonendas:quæ ſponte ſuã Domino vir/
ginitatem dicarunt. Vale Ex Sancto Michaele Murani. Die. vii. Iulii. MDXIX.

Antonio Contareno Patriarchæ Venetiarum. XCII.

m Itto Dignationi tuæ miracula Beati Laurẽtii Iuſtiniani anteceſſoris tui,
ac primi Venetiarum Patriarchæ:ſicut coram pauloante fueram polli/
citus. Erit tibi opuſculum(vt ſpero)haud iniucundum, tum materiæ ipſius no/
uitate,tum ſcribentis grauitate & elegantia. Neq; enim excidiſſe tibi arbitror:
q̃tus vir fuerit Dominicus Maurocenus,olim Procurator Sancti Marci. Fuit.n.
non dignitate ſolum,verumetiã eminẽti doctrina &(quod re vera pluris facio)
ſingulari religione,magnus. Dignus vtiq;:cui in miraculorum iſtorũ deſcriptio
ne,pleniſſima atq; indubitata adhibeatur fides. Eo autem conſilio impartiendũ
tecum libellum cenſui:vt ille per te cõmunicari queat cum apoſtolicis cõmiſſa/
riis:quibus a Pontifice perſcrutandi actiones Laurentii Patriarchæ demandata
eſt cura. Facta enim hac,ad alia multorum teſtimonia de vita ipſius,etiam Mau/
roceni noſtri acceſſione:tu quoq; cum illis cooperator exiſtes,vt celerius refera
tur in cœtum cœleſtium Beatorum:vt qui Sanctus exiſtimatur ab omnibus:in
terpoſita Chriſti Vicarii autoritate,ſanctificetur adhuc:atq; honore publico,ac ce
rimoniis eccleſiaſticis,& religioſo cultu,dignus habeat̃. Vale. Ex Sancto Michae
le Murani. Die. xvi. Iulii. MDXIX.

Paulo Orlandino. XCIII.

a Vdiui de te:& lætatus ſum in iis,quæ dicta ſunt mihi: non quidem,ꝙ
ægrotaueris:ſed ꝙ per Dei gratiam conualueris de infirmitate. Multis
frequenter exagitamur incõmodis:quia tentat nos deus ſi diligimus eum. Nunc
caput,nunc pectus,renes aliquando,aliq̃n pedes dolent: quoniam a capite vſq;
ad pedes non eſt in nobis ſanitas:ita diſponente ac permittente Deo: ne per ſo/
cordiam & ignauiam abiiciamus a nobis memoriam eius:qui eſt protector vi/
tæ noſtræ. Et q̃uis mihi perſuadeam de te:ꝙ iugem ſerues in animo recordatio
nem Domini tui:nec facile is tibi aliquando excidat:quoniam ita a puero inſti/
tutus es,ita in obſeruatione regularis vitæ educatus:vt ex eo pendere totus de/

beas: legiſſe tamen te arbitror Sapientis cuiuſdam & ſanctiſſimi viri ſentētiam. Quod iuſtus, niſi ſæpius admonitus fuerit: per negligentiā euaneſcit. Correptus itaq; a Dño, vt non cum hoc mundo dāneris, age Deo gratias: qui iccirco ſuper eſſe adhuc te voluit: vt labenti & debilitatæ Congregationi omni conatu ac totis viribus opem feras. Prorogauit tibi longiorem vitam: vt ſuperſtes futurus diutius, non ſolum tibi, ſed aliis multis viuas. Quod fore plurimum opto. Vale & familiam ſaluta meo nomine. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxii. Iulii. MDXIX. Ioanni Franciſco de Balneo Cubiculario noſtro. XCIIII.

Leuaſti me hodie grandi moleſtia: vbi primum vidi litteras tuas. Audieram te infirmari Florentiæ: nec id tamen pro comperto haberi. Suſpicari male cogebat in dies magis dilatus nimium reditus tuus: quando etiam ſæpius ſiniſtri de aliquo rumores veri eſſe conſueuerunt. Vbi vero conieci oculos ad litteras manu propria exaratas: anteq̄ totas percurrerem, animaduerti ex caracteribus, eo q̄ eſſent pariles & decori, non poſſe te grauius ægrotare. Quod tu quoq; identidem ſignificaſti. Tertianæ vt plurimum nec longæ ſunt nec mortales. Porro infirmatus Florentiæ deſyderare nō potuiſti medicorum & miniſtrorum curam, præſertim in Angelorum cœnobio: vbi haud minus apti & cōmodi valitudinario inſeruientes eſſe conſueuerunt: q̄ ipſius valitudinarii cōmoditas ſit atq; venuſtas. Es ipſe præterea iis moribus præditus: iis imbutus in religione diſciplinis: vt merito exiſtimari liceat: q̄ febre correptus gratias egeris Dño, qui te viſitare dignatus eſt. Quis enim filius: quem non corripit pater? Vt cito redeas multis de cauſis expeto: quas vt longiorem deſcriptionem deuitem (ſcis enim tu, q̄ ægre manu propria ob chiragrā debilitata conſcribā) ſilentio prætermittam. Vnā tantum referendam cenſui: q̄ tibi eam ſpero gratiſſimam fore. Admiſſi ſunt decreto capituli in hoc monaſterium nouitii tres: vnus ex iis Sacerdos quidam iunior: alii duo adoleſcentiores patritii ordinis, optime quidem indolis omnes, & ducti ſpiritu ad religionē. Et ne forte putes, eos a latere (vt aiūt) leuo natos: ambo in comitia ſe conferunt: & eorum alter primum & vigeſimū natus annum, modo magiſtratū gerit. Fuerunt duo iſti cōdiſcipuli Pii monachi noſtri ſub grāmatico præceptore. Venturi ſunt poſt biduum ad cōmorandum nobiſcum. Pugnandum nobis erit, vt vereor, cum parentibus & propinquis eorum: quibus ſunt cariſſimi, vtpote primogeniti. Ea vero conſtantia & firma ſententia ſe conferunt ad ſeruitutem Dei: vt nihil valituram domeſticorum inſtantiam ſperemus. Confirmet Dñs: quod operari in nobis cœpit: vt futuri ſint iſti columnæ porphireticæ ad ſuſtentandam labentem Congregationem. Valitudinem tuam cura diligentiſſime: & redi. Redi autem non prius: q̄ permiſerit medicus: ne intempeſtiua feſtinatione recidiuam patiaris. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxiiii. Auguſti. MDXIX. Eidem. XCV.

Contriſtarunt me ſecundæ litteræ tuæ: quas eadem die, heri vtiq; accæpi. Sperabam te iam conualuiſſe: & aut iter arripuiſſe ad reditum: aut ſaltem præcinctum fuiſſe ad ambulandum: & adhuc te febre detineri ſignificas. Neq; tamen multum miror, q̄ tardius cōualeſcas ob ingentes huius temporis æſtus, & caniculares pauloante præteritos dies. Non temere a medico exhibeng

tur tibi potiones atq; antidota,& alia iuxta phiſicæ artis rationem medicamētā.
Si videtur tibi nimio pluſq̄ velles protrahi curatio tua:feras æquo animo. Tan/
tummodo cura:vt ſanitatem recuperes.Melius eſt enim : vt ſenſim & longiore
tempore ſalubritatem corporis percipias:q̄ aliquo præcipiti ac feſtinato reme/
dio ad vltimum vitæ periculum te exponas.Pro te oro ſine intermiſione:horta/
tuſq; ſum familiam iſtā,vt idem faceret. Confido in Domino : in quo viuimus,
mouemur,& ſumus:q; cito ab eo ſis auditurus.Surge,& ambula.Vale. Ex Sācto
Michaele Murani.Die.xxv.Aug.MDXIX.Paulo Iuſtiniāo Maiori Eremi.XCVI.

Vod inuitus,ac repugnante animo,ad Maioratum Eremi fueris aſſum
q ptus:bono propterea eſſe animo debes:nec formidare adminiſtratiōis
onera.Erit.n.tecum Dñs:cuius nutu factum eſt:vt non tibimet ſumpſe
ris honorem:ſed electus ab eo fueris,tanq̄ Aaron.Nō vos(inquit) me elegiſtis:
ſed ego elegi vos:vt eatis,& fructum afferatis.Paraueras tu,& animo deſtinaue/
ras:ire(vt ego & mecum plures arbitrabantur)in diſperſionem gētium:ire,inq̄,
quo apoſtolus vt iret cœleſti oraculo iuſſus,itineris periculum ac difficultatē de
precatus eſt:nolens vllo pacto ad Indos mitti:ſed reuocatus es a propoſito,ſi nō
penitus malo,periculoſo tamen.Noluit Dñs:vt cum poſſis pluribus prodeſſe in
loco profeſſionis tuæ:relictis fratribus tuis,ad alienos,ad barbaras vtiq; natio/
nes te reciperes.Videbaris meo iuditio velle fugere a facie Dñi:vt non alius ex/
pectandus fuerit itineris tui Indici exitus,q̄ vt a grandi aliquo Cete deglutien/
dus fores.Verum ex quo bene tecum actum eſt:vt remanſeris in Eremo: & naui
gares in portu:non agam tecum pluribus.Hoc tātum,q̄uis ſuperfluo,quod Ti/
tum Paulus,te admonitum volo:vt in omnibus te ipſum præbeas exemplū bo/
norum operū,in doctrina,in integritate,in grauitate.Mirari non debes:ſi tarde
tibi reſpōdeo.Quas enim Cubiculario noſtro die vltima Iulii dediſti ad me: eas
prima & vigeſima huius menſis die accæpi.Duobus ſi quidem menſibus abfuit.
Scripſeram tibi pridie,q̄ me ipſe cōueniſſet:indigere me coquo : petieráq; vt ad
me mitteres Alexandrum Cōuerſum Eremi,olim a me in Eremum admiſſum.
Repeto modo idipſum:ne forte priores litteræ fuerint intercæptæ.Cura vt cele/
rius veniat : quoniam ſine coquinæ miniſtro ſumus. Vale.Ex Sancto Martino
Opitergii.Die.xxv.Septembris.MDXIX. Nicolao Cardinali Fliſco.XCVII.

Aluum atq; incolumen aduenisſe Venetias Dominum meum colendiſ
s ſimum,plurimum gaudeo. Doleo nihilominus,hoc meum gaudium
ob malam valitudinem,qua per menſem & eo amplius vexor,non fuiſ
ſe plenum:quando ex longinquo venientem Dñm non licuerit ſeruo fideli corā
excipere:meáq; illi veterem exhibere ſeruitutem.Adeo.n.pertinax fuit dolor: vt
non ſolum monaſterio,verumetiā cubiculo ipſo egredi,medici iuſſu prohibear:
cogarq; non bis tantum cum Hieremia,ſed ſæpius quæri ac dicere.Ventrē meū
ventrem meum doleo:ſenſus cordis mei turbati ſunt in me.Si placuerit Dño: vt
ante profectionem tuæ amplitudinis conuenire te queam:implebo q̄ libentiſſi/
me officium meum.Neq;.n.(vt dignitatem prætermittam)immemor ſum,aut
eſſe vnq̄ potero tuorum erga me meritorum:& imprimis ſingularis beniuolen/
tiæ:qua me immerentem ſeruulum tuum iampridem amplecti dignatus es.Va/

e. Ex Sancto Michaele Mu. Die. xxiiii. Octo. MDXIX. Scipioni Medico. XCVIII

Oleo te iacere vexatum febre, vtriuſq; noſtri gratia. Bono ſis animo: &
d cõmenda te Deo: & ipſe te ſaluum faciet. Ego eiuſdem Domini noſtri clæmentia, nec non & opera tua videor mihi in dies conualeſcere. Curabimus implere, quæ monuiſti per ſcedulam. Ante prandium vſus ſum enemate: & fructuoſe ſatis. Bido longe partius ſolito: quod mihi optimum videtur inditium futuræ propediem plenæ ſalubritatis: quam vtriq; noſtrum præſtare dignetur Dominus: in cuius manu eſt poteſtas & imperium. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. x. Nouembris. MDXIX.

Sebaſtiano Priori Angelorum & Conuentui. XCIX.

a Ignificauit nobis p hos dies Venerabilis frater noſter abbas Claſſenſis: cariſſimum olim filium noſtrum Paulum Orlandinum Suppriorẽ veſtrum, longa & moleſta infirmitate vexatum, tandem obiiſſe diem ſuum. Fuit ſane is nuntius mihi moleſtiſſimus: nec immerito. Mecum enim reputo: q̃ ſingulari fuerit doctrina præditus: q̃ ſtudioſus ſem per extiterit tum gentilium, tum vero imprimis ſacrarum litterarum. Eſtis ipſi optimi teſtes: q̃ aſſiduus fuerit in lectione: q̃ etiam promptus & idoneus ad euangelizãdum verbum Dei: & ad erogandum talentum ſibi creditum: ne argueretur a Dño, q illud in terra defoſſum minus vtiliter tenuiſſet. Præfuit compluribus Cõgregationis monaſteriis cum timore Domini & honore religionis: inſtruens ſubditos tum exemplo tum verbo. Cum vero ad memoriã reuoco: q̃ ſit rara in Cõgregatione huiuiſmodi auis: q̃tum talibus viris indigeat: non poſſum nõ magnopere triſtari ac mœſtus eſſe facta nobis tam grandi iactura ob deceſſum dilectiſſimi noſtri ac merito honorãdi Orlandini. Dignetur Dñs pro eo alios ſubrogare in cœtu veſtro: vt & merito & numero augeamini. Cum ipſo quidem Paulo bene actum exiſtimo: qm̃ vt accæpi, non ſolũ patientiſſime tulerit malam valitudinem, qua diu afflictatus eſt: adeo vt retulerit alterum Iob: verumetiã ſingulari deuotione fœliciſſime demigrauerit: vt dubitare nobis non liceat ipſum ex hac valle miſeriarum atq; erumnarum ad immortalem vitam ac beatorum conſortiũ euolaſſe. Interea feramus æquo animo eius deſyderium: & pro defuncto oremus, ſicut par eſt: vt ſancta & ſalubris cogitatio impleatur. Erit ipſe quoq;, vt ſpero, haud immemor noſtri: vt imploret pro nobis cœleſtem miſericordiam, ac veniam culparum noſtrarum. Itaq; in pace in idipſum dormiat & requieſcat. Valete & pro nobis orate. Ex Sãcto Michaele Murani. Die. iii. Decembris. MDXIX. Iarobo Priori Oppitergii. C.

Xegi tandem a Claſſeñ. abbate dimidium pecuniæ: quam olim mutua
e ueras Petro Brixieñ. Vicario Cõgregationis. Eſt apud me pecunia ipſa adhuc integra: q̃uis ab eremitis nondum ad me fuerit tranſmiſſa penſionis portio, quæ me contingit. Conflamus tamen quotidie æs alienum ob victui neceſſaria. Vbi redierit cum pecunia noſtra, quẽ miſi in Eremum: mittam ad te quam exegi tuo noie. De noſtra mala valitudine, q̃ fuerit lõga, q̃ etiam aliquorum iuditio periculoſa: ex aliis potuiſti intelligere. Tantũ gratias ago Deo: cuius clementiæ placuit: vt conualuerim de infirmitate. Nõ potui præterito autumno aduerſo magis tempore te cõuenire, humido vtiq; & aquoſo. Quod ex inunda

tione omnium pene fluuiorum Italiæ ſatis conſtitit. Adeo vt cũ propheta liceu-rit nobis dicere. Nunquid in fluminibus iratus es Domine: aut in fluminibus furor tuus: vel in mari indignatio tua? Agendæ ſunt ei gratiæ: qui poſt tempeſta-tes ac procellas, aerem nobis ſerenum ac ſalubrẽ indulſit. Fuit hæc mutatio dex-træ excelſi, vt conſuleret agricolarũ indigentiæ: ne penitus ſemente priuarentur. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die xvii. Decembris. MDXIX.

PETRI DELPHINI VENETI GENERALIS CAMALDVLENSIS EPISTOLARVM. LIBER DVODECIMVS.

Petrus Delphinus Generalis Camaldu. Chriſtophoro Priori Agnæ. Epiſtola. I.

e Xcuſas mecum, ꝙ per biẽnium ad me non ſcripſeris: & affers cauſas diuturni ſilentii tui. Superfluo id feciſti. Vt q̃d enim ar-ripimus calamum ad ſcribendum: cum nihil, quod ſit ſcribendum, occurrat. Et ego iampridem expertus tuã erga me fidẽ non indigeo nouo tuarum litterarum teſtimonio. Quod oraueris pro liberatione malæ valitudinis noſtræ: habeo tibi gratiam: & eo quidem maiorem, ꝙ non fruſtra laboraueris. Exaudita eſt enim oratio tua. Licet enim per Dei gratiam minus grauiter egrotauerim, quã fuerit opinio multorum: nihil tamen obfuit nobis apud amicos & fideles, ſecus fuiſſe cre-ditum: quoniam quo periculoſius iacuiſſe me arbitrati ſunt: eo feruẽtius fuſas ab eis ꝓ nobis ad Dominum preces, merito exiſtimari poteſt. Orabis poſt hac: vt hæc vitæ huius productio, ſit nobis ad ſalutẽ vtriuſq; hominis profutura. Quid accidiſſet ſacræ illi ſolitudini, ſi pauloante hinc demigraſſem, longe mihi aliena mens eſt, quã tibi & ſentientibus tecum. Quantum enim ad Eremum ſpectat: ſi fuerint, ſicut illos eſſe audio, ſtudioſi obſeruatores ſeuerioris illius inſtituti eremitici, & veri ſolitudinis illius cultores: facile mihi perſuadeo, & conſtanter credo, nunq̃ permiſſurum Dominum, vt ſacer locus ille tãdiu conſeruatam amiſſurus ſit libertatem. Perſeuerent itaq; in bonis operibus: neq; deficiant benefaciendo: vt ſperantes in Dño fiducialiter dicant. Si deus pro nobis: quis contra nos? Va-le. Ex Sancto Michaele Murani. Die. vi. Februarii. MDXX.

Paulo Iuſtiniano Maiori Eremi. II.

q Vod lætati ſitis cõualuiſſe me de infirmitate: oſtenditis beniuolentiam veſtram & fidem. Ex quo autem ſic placuit Deo: prorogatam nobis vitam expediſſe iudicandum eſt. Quod vero veſtri cauſa hoc fuerit neceſſarium: nequaq̃ agnoſco: quippe qui prodeſſe vobis parum poſſim. Premor ſenectute: premor diuerſa mala valitudine: vt ſeruatum me magis in longiorem vitam exiſtimem ad diluenda peccata mea: q̃ ad noſtri ordinis vtilitatem. Fateor tamẽ nõ deeſſe mihi deſyderium: vt religio Camalduleñ. in melius proficiat: quæ meo iuditio & defectu hominum, & vitæ regularis imminutione plurimum laborat. Hoc me in dies magis vexat & angit, ac pene in deſperationem adducit. Recreat me nihilominus præſens Eremi ſtatus: eo ꝙ multiplicati, poteritis aliquando membrorum veſtrorum inopiæ ſubuenire. Qua ſane re neſcio an aliquid vtilius

atq; deo acceptius per vos ex cogitari queat. Scio vos oblectari illius ſolitudi/nis quiete. Sed niſi laboraueritis in vinea Dñi: niſi bini & bini miſſi fueritis ante faciem eius: niſi deniq; granum frumenti veſtri mortuum fuerit: non multũ fru/ctum afferetis. Non quærit caritas quæ ſua ſunt: ſed quæ Ieſu Chriſti. Haud teme re hæc loquor. Vereris tu: poſt deceſſum meum, locũ iſtum quẽ incolitis, ventu/rum in manus alienorũ. Ego autẽ nihil minus timeo: q̄ vt Eremus, quæ per tot ſæcula nemini hactenus ſeruiuit vnq̄, mei gratia ſit libertatem amiſſura. Si per/ſeueraueritis in operibus bonis: nec permiſeritis rigorem illum Eremi relaxari: non ſunt inuaſuri (mihi credite) gregẽ veſtrum lupi rapaces. Muro inexpugna/bili circuncinget vos Dominus: & armis ſuæ potẽtiæ proteget vos. Videor mi/hi feciſſe erga vos, aut conſenſiſſe vt fierent, quæ nemo alius prædeceſſorũ meo rum fecit. Vix portiuncula ſpiritus debilitato corpori meo relicta eſt: vt iura Ere mi augerentur & creſcerent. Si hoc pauxillulum, quod mihi ſeruatum eſt, adhuc a me expetitur: duriuſcula mihi videtur petitio: & contra rationem honoris pe/nitus & ſalutis meæ. Cõfidamus igitur in Domino, & in potẽtia maieſtatis eius. Adoleſcentes illi, de quibus pauloante ad te ſcripſi, eo adhuc ſunt animo, vt vos conueniant. Eſt alter altero ad incolendam Eremum propẽſior. Delicati ambo: ſed bonam ambo gerentes voluntatem. Mitto non ſine meo incommodo Cubi cularium noſtrum: vt per ipſum accæpta a vobis pecunia ad nos deferatur. Fece ritis mihi rem gratiſſimam: ſi huic meo negocio prouideritis infuturum: ne ter in anno hanc faciam iacturam: quæ etiam non expedit vobis. Si decreueris tu: facile modum reperies, quo votum meum impleatur. Vt præueniatur ſolutionis tempus: non requiro: ſed longe minus opto, vt diutius differatur. Quod reliquũ eſt: ne te prolixiore ſermone obtundam: ex eodem Cubiculario intelliges. Cupio te cum cæteris coeremitis optime valere: ac pro noſtra incolumitate præces fun dere ad Dñm. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. x. Februarii. MDXX.

Zachariæ Mauroceno. III.

I Egiſti tu oẽs epiſtolas meas quas in gñalatu meo edidi: quinq; vtiq; vo lumina ineptiarũ meaꝝ. Vbi hoc volumen ſextũ percurreris earũ epi/ſtolaꝝ quas añ initiũ generalatus conſcripſeram: futurus es nimirũ conſcius om niũ, ex quo ad religionem me contuli, non ſolũ actionũ, verũetiã prope conſilio rum & cogitationũ meaꝝ. Licuit hoc tibi præcæteris: qui me vnice diligis. Sin/gulare re vera extitit tuæ erga me caritatis argumentũ: q̄ intermiſſa per cõplu/res menſes eminentiſſimorũ doctorum lectione, adeo patienter legendis noſtris te occupaueris: qui non ſum dignus alicuius vel minimi ex illis calciamenta ſol/uere. Deniq; aſſuetus veſci pane ſimilagineo, non exhorruiſti cibarium ac furfura ceum noſtrum. Precor autem: ſi qua legiſti quæ honori noſtri ordinis derogent: & famæ illius aduerſentur: vt pro tua erga nos pietate fideq;, ſilẽtio comprimas. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xx. Februarii. MDXX.

LEONI PAPE DECIMO. IIII.

V Vlgatum eſt apud nos, idq; cũ ſingulari laude Sãctitatis tuæ: retuliſſe te hoc anno in Sanctorũ numerum, religioſum quendã Franciſcum noĩe ipſũq; ob eius meritorũ ac miraculoꝝ magnitudinem, gloria & honore fuiſſe te

autore coronatum. Bonum opus ac pium operatus es Pater Sancte: qui non es paſſus abſcondi ſub modio, & latere in oculto tantum lumen: ſed illud candelabro tua cura impoſitum, elucere nobis ad incitamentum virtutis atq; innocentiæ voluiſti. Audio inſuper intendiſſe animum Beatitudinē tuam ad ſimile opus: velleq; ſacrum Prædicatorum ordinem, per nouam canonizationē beati Antonini olim Florētini Antiſtitis, pari modo honeſtare. Sancta nimirum & ſalubris eſt iſta cogitatio: & te pontifice potiſſimum digna. Vbi enim per te palam omnibus factum fuerit: Antoninum in cōcilio cœleſtium fuiſſe collocatum: ceſſurum eſt hoc non modo ad decus & amplificationē chriſtiani nominis: verumetiam ad ſingulare ornamentum nec non & fœlicitatem Pontificatus tui: q; Leone Decimo eccleſiæ Dei præſidente, duo hæc luminaria diu neglecta & prope extincta in lucē prodierint. Merita tanti præſulis prædicari ab omnibus ac celebrari ſemper audiui: quæ tibi non dubito eſſe notiſſima. Certauerunt in eo cum vitæ integritate atq; ſanctimonia, doctrina vere catholica: vti ex eius voluminibus, quæ iampridem edidit, omnibus conſtat. Vixerat priuatus in ordine ſuo ea religione pietate humilitate: vt nomen eius longe lateq; diffuſum, magnam ei gloriā cōpararit. Adeo vt vacante Florentina ſede, ipſe potiſſimum, maximo totius ciuitatis plauſu & acclamatione, fuerit Archiepiſcopus nominatus. Perge itaq; Pater Sancte perficere, quod cœpiſti: & Antoninum antiſtitem, verbo & exemplo de eccleſia cui modo præes optime meritum: cum viris eminentiſſimis atq; ſanctiſſimis maioribus illis noſtris aſſcriptum declara. Defuturos hac in re teſtes locupletiſſimos meritorum tanti viri, nequaq̄ arbitror. Cum vero Prædicatorum ordo æque ac Minorum de populis chriſtianis bene meritus ſit vtrunq; eodem tempore, oblata diuinitus occaſione, gloria & honore pariter coronaueris: atq; ad orandum pro tua incolumitate arctius obnoxium feceris. Valeat fœliciſſime, Sanctitas tua. Ex Sancto Michaele Murani. Die.xx. Martii. MDXX.

Vicario Generali Tuſciæ ordinis prædicatorum. V.

Equiſitus abs te: vt cōmendarem Pontifici negotium ordinis veſtri, cur hactenus diſtulerim, contuli heri cauſam cum Venerabili Priore Sancti Dominici: q me propterea in cœnobio noſtro conuenit. Eam modo nequaq̄ repetendam cenſui: vt parcam mihi a prolixiore ſcriptione. Si quidem ægerrime manū exerceo: parū vtiq; validā & chiragra impeditā. Scripſi nihilominus Scītati. D. noſtri in eam ſentētiam: quā mihi ſignificauit pietas tua. Scripſi aūt, vt potui, ſed tamen libenti animo: quippe qui ſingulari deuotione ēt a puero religionē veſtrā ſemper proſecutus ſum. Eſt enim mihi, vt ſcias, nomen Petro, Sanctiſſimi Petri martyris veſtri gratia: quē magnopere coluerunt parentes mei. Si qd ꝓfecero litteris meis apud Sāctiſſimū. D. nr̄m: vt fiat cōpos piiſſimi voti tui: erit mihi lōge gratiſſimū. Id tn̄ clæmētiæ ipſius totū erit aſſcribendū: qui libēter impendit curā & ſtudiū in huiuſmodi religioſis operibus quæ ad decus & ornamentū eccleſiæ videntur ꝑtinere. Sāctus. n. innocēs, impolutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cœlis factus: referre non negliget in ſanctorum ac cœleſtium ſpirituum numerum, Beatum Archipræſulem Antoninum veſtrum: cū fuerit (ſicut nemo ignorat) religionis ſpecimen: & humilitate, clæmentia, Sancti/

tate

tate inſignis:ac de eccleſia non tam exemplo,q̄ etiam verbo & doctrina optime meritus. Ne ſim tecum longior,prohibet vacillans & nutãs dextra.Itaq; Valeat Reuereñ.P.tua:& oret,atq; orari iubeat pro me ad Dñm:ne proiiciat me in tempore ſenectutis:Quod erit mihi ſupramodum gratum.Ex Sancto Michaele Murani.Die.xxi.Martii.MDXX.

Chriſtophoro Marcello Archiep̄o.Corcyræ.VI.

m Iſi Florentiam ante dies aliquot monachũ noſtrum.Is reuerſus domũ retulit mihi: eſſe te in contubernio familiari colendiſſimi Cardinalis Medicis:& ab eo,vti accæperat,te plurimum ob tua merita diligi. Placuit mihi admodum referẽtis ſermo:& huius rei gratia gratulor dignatiõi tuæ. Ex magno ſi quidem illius ordinis prælatorũ numero ſapiẽter tu profecto primarium elegiſti:qui cũ familiariter viueres:& ſub cuius alarum vmbra protegereris.Et qm̃ celebrandũ eſt hoc anno,haud multo poſt reſurrectionis dominicæ diẽ,noſtræ congregationis capitulũ Florẽtiæ:cõmẽdandam tibi cenſui religionẽ noſtram:vt tua apud clementiſſimum Dominum interceſſione,permittantur noſtri,qui capitulo præfuerint,vti libere priuilegiis ſibi indultis:ab. S.D.N.nec ſint illis defuturi a communi patrono fauores ad bñ conſulẽdum ſtatui Congregationis.Erit hoc mihi a tua dignatione,ſupramodũ gratũ:ſi te interprete,conueniẽtibus noſtris ad Synodũ,futurũ ſit omnibus cor vnũ & anima vna:& non ſint futura inter eos ſchiſmata. Vale:& me vt ſoles,ama:cui me enixe cõmendo: atq; vt me Domino colẽdiſſimo Cardinali cõmẽdes,oro & obſecro. Ex Sancto Michaele Murani.Die.iiii.Aprilis.MDXX.

Mathiæ Germano monacho. VII.

n On ſum,ſicut ſcribis in aduerſa valitudine fortior atq; robuſtior:vt dignus ſim Apoſtolo cõparari.Contẽdo tamẽ præcibus apud Deum: ne me ſinat tentari ſupra vires:ſed faciat cum tẽtatione prouentũ:vt poſſim ſuſtinere. Te quoq; idem facere,plurimum gaudeo.Aegre tuli quatuor de cõuentu veſtro,tam exiguo tẽpore obiiſſe diem ſuum.Audio enim, tribus illis,de quibus meminiſti,additũ fuiſſe nouiſſime.D.Franciſcũ.Quãdo ſic placuit Dño: qui ſingulis terminos conſtituerat:nos quoq; eius voluntati acquieſcamus. De Abbatiſſa olim de Buldrone:cuius obitũ pie deploras:tecũ ſentio:ꝙ bene ac ſolicite præfuerit:& ꝙ nõ ſine ingẽti iactura illius monaſterii defuncta ſit.De ſubſtituta in eius locum nihil aliud ſcribo:niſi vt(quæcunq; illa fuerit)futura ſit eiuſmodi antiſtes:vt verbo & exemplo ſacro illi ac numeroſo conuentui ſit præfutura. Salutaſti me nomine.D.Bartholomei:ipſum viciſſim,& omnẽ illum angelicum cœtum,ſaluere iubebis verbis meis. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.xvi. Aprilis.MDXX.

Diffinitoribus Capituli Congregationis.VIII.

q Vo in ſtatu,immo quo in periculo ſint modo monachorum congregationes:credo vos non latere.Minari opinor nobis Dñm, vt conuerſi ad ipſum digni habeamur conſequi miſericordiã in tp̄e oportuno.Prædicit nobis futurã tẽpeſtatẽ:vt territi humiliemus illi aĩas nr̃as:ipſumq; deprecemur:ne ſinat nos tot tãtiſq; elatiõibus maris obrui:ſed ĩ portũ potius ſalutis deferrĩ dignetur.Cõueniſtis de more in vnũ:vt religioni cõſulatis. Nõ eſtis admonẽdi,qbus rebus illa indigeat.Si q̄tũ noſtis,& ex viſitationibus monaſteriorũ potuiſtis elicere:tm̃ ope ĩpenderitis:nõ indigebitis vlla recẽti admonitiõe ad occurẽdũ imĩ

nentibus periculis. Contēdendum eſt vobis: vt habitent monachi vnius moris in domo. Quis. n. ferat æquo aío, tam varium in congregatione viuendi moreꝫ? Quot cœnobia: tot fere viuendi cerimoniæ. Et quod deterius eſt: cómunicantes annuis mutationibus arctiores cum laxioribus, & ipſi priſtinum obſeruationis regularis amittunt rigorem. Conſtituendi ſunt itaqꝫ in conuentibus præſertim potioribus ii: quos comedat zelus domus Dei: preficiendi ſunt illis, qui vigilēt ſupra gregē ſuum: qui præſint exemplo longe magis q̄ verbo: qui ad clauū nauis ſolicite ſedeant: quibus non feteat die noctuqꝫ templū Dei: qui euagationes extra cœnobia quotidianas reprimāt: & diſcurſus continuos per vrbium vicos per plateas per fora, quod cum ingenti fit diuini cultus imminutione & laicorū ſcandalo compeſcant. Alioquin non video: qūo effugere diutius poterimus manū Domini. Non repeto diffuſius indigentiā Congregationis, quā nunq̄ agnoui maiorem: qm̄ omnia nota ſunt. P. veſtris. Dominus ſit in corde veſtro & in ore veſtro: vt bn̄ omnia decernatis ad conſeruationem reliquiarū ordinis, & ad incrementum relaxatæ vltra modū vitæ regularis. Cæterum referet harum lator: quid cupiam ego a vobis: vt non detur occaſio ſcādalis: quæ facile oriri poſſent. Neqꝫ. n. ſine periculo ter in anno idem Cubicularius noſter it in Eremū reditqꝫ. Scitur etenim ab omnibus: qua de cauſa illud iter conficiat. Quod tenentur facere Eremitæ noſtri, libenter id faciant: mittanqꝫ ad me ſtatutis tēporibus portionem, quæ me contingit, per aliquem de familia: cū ſint ibidem multi impræſentiarum. Duos ego habens miniſtros, nō poſſum priuari altero, ſine meo magno incōmodo: vt de ſumptibus taceā. Erit mihi pergratum: ſi feceris quod requirimus: quod Pius monachus noſter meo nomine apertius exponet. P. Veſtris: quæ bene in Domino. Valeant. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xiii. Aprilis. MDXX.

Franciſco Caſonio Oppitergino. IX.

NOn audatiæ ac temeritati (quēadmodū tu arbitraris) ſed religioni potius atqꝫ pietati aſſcribendū puto: ꝙ adoleſcētior, & qui vix ex ephebis exceſſeris, ad ſeniorem litteras & carmen dederis. Humilias te pro tuo miti ingenio atqꝫ optima indole: ſciens, ꝙ humilia reſpicit Deus: & alta a longe cognoſcit. Sed qm̄ diuino admonemur eloquio: laudet te os alienum, non tuū: ſicut tu improbaſti quæ a te ſcripta ſunt: ita ego ediuerſo probo nō ſolū modeſtiam tuā: verumetiā compoſitionē & ſtilū, longe nimirum accuratiorem q̄ pro ætate. Perge vt facis: & proficere indies contēde. Eſt enim perſeuerātia in rebus omnibus, quas conſequi optamus, admodū neceſſaria: Nihil eſt aūt: quod non ſuperet pertinax opera: qdqꝫ nō aſſequatur intenta ac diligēs cura. Cæterum ꝙ rubore ſuffuſus, non ſis auſus petere a me coram epithomē in orationes Ciceronis: & ꝙ impulſus modo ſuaſu Prioris Sancti Martini hæſitationē petendi reiiciendā duxeris: & hoc tuæ probitati aſtipulatur. Quid enim amabilius & gratius in adoleſcēte, pudore & verecundia? Ea nāqꝫ naturæ laus: virtutis comes: & inſigne totius honeſti exiſtimaᵗ. Opuſculū, ſi occurrerit fidus lator, ad Priorē mittā: aut ſi de more venero ad vos, mecū ferā. Mallē ego nihilominus: vt te ad ſtudiū ſcripturarū diuinarū conferres: quibus innata hæc tua modeſtia & religioſus pudor longe amplius proficeret. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. v. Maii. MDXX.

Pio monacho

Pio monacho Cubiculario noſtro. X.

b Ene te valere Florentiæ, vna cum cæteris qui ad capitulum ſe contulerunt: plurimum lætor. Vt perficias reliquum itineris ſanus atq; incolumis: admodum cupio. Celebratum fuiſſe capitulum haud ſine perturbatione, nõ eſt mirum: quando qui in vnum conuenire deberent, non vno animo neq; paribus votis ſemper conueniunt. Improbare tamen poteſt nemo iuditium æquiſſimũ aduerſus facinoroſum hominem: qui quo tardius damnatus eſt: eo ſeueriorem ſcelerum ſuorum ſententiam tulit. Fugam illum arripuiſſe audio: & de manibus quærentium ipſum, elapſum fuiſſe. Sed quo ibit miſer a ſpiritu Domini: & quo a facie eius fugiet? Anguſtiæ ſunt illi vndiq;: alligato tam arctis cenſurarum vinculis. Diutius ſe illatebrare minime poterit: cum & fautoribus eadem ſit pœna. Debemus plurimum Cardinali colendiſſimo: cuius opera & auxilio, tantum a noſtro ordine opprobrium ſublatum eſt. Cæterum vbi Eremum videris: & ſolitariũ illum ſeceſſum fueris contemplatus: qui hoc precipue anni tempore, refert primo adeuntibus paradiſum Domini: caute aduerte, ne immaturo ac nimirum feſtinato deſyderio incolendi eius tenearis. Satis (opinor) tibi modo fuerit: locum vidiſſe atq; agnouiſſe. Si euenerit aliquando: vt eo tibi fuerit demigrãdum: non eris ignarus omnino: quæ tibi futura erit locorum mutatio: & quid tibi facto opus fuerit, maturius tecum ac penſicularius reputabis. Pecuniam nobis debitam ſi ſtatuto ac præfixo termino, vt ſperas, eremitæ perſoluerint: leuabunt me incõmodo atq; onere non modico: & confirmabitur inter nos caritas, quod eſt vinculum perfectionis. Vale. Ex. Sancto Michaele Murani. Die. xiii. Maii. MDXX.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. XI.

f Viſſe te cupidiſſimum, ex quo biennio ante abiiſti in regionem longinquam ad redimendum fratrem tuum, vt de ſtatu & valitudine mea aliquid certius agnoſceres, facile mihi perſuadeo. Amari enim me abs te, ex quo te noſſe cœpi, nunq̃ dubitaui. Et vera caritas nunq̃ excidit: ſiue locorum diſtantia, ſiue longo temporum interuallo. Gratias itaq; ago tibi pro tam ſingulari tuo erga me filiali affectu. Cæterum ſaluum te atq; incolumem rediiſſe in Italiam, lætor plurimum. Fuit tecum Dominus in ſuſcæpta peregrinatione: quoniam germana prouocatus pietate, educendum de concluſione vinctum dec eueras. Cõpaſſus es ei: qui frater & caro tua erat. Opus ſane memorabile: & omni accæptione dignum. Vt merito tibi pepercerint graſſatores illi atq; ſiccarii ab iniectione manuum: quando duorum affinium comitum tuorũ corpora exanguia, tot perfoſſa vulneribus, (triſte re vera ſpectaculum) ante oculos tuos corruerũt: vt alieno exitio atq; pernitie admoneri cogereris: quid tibi tunc merito formidandum eſſet. Benedictus Deus: qui te de manifeſto mortis periculo eripuit: & de manibus quærentium animam tuam liberauit. Pro defuncta matre arbitror te minime indigere verbis conſolatoriis. Præceſſit te, quæ naturali ordine debuit: quam credo optaſſe, vt ſuperſtes ſibi exiſteres: ne ſibi eſſent defutura præcum filii ſuffragia: ad delendas, ſi quas de terrenis contagiis maculas contraxiſſet, dum viueret. Itaq; eius deſyderio ne afficiaris diutius. Sufficit

tibi,ſi luctū feceris vno die vel duobus.De Brixieñ.olim noſtro nihil in expecta/tum accidit nobis.Indies.n.computreſcebāt cicatrices eius:vt iure ab omnibus iudiciū in eū immitius expectaretur.Noluit intelligere,vt bñ ageret:donec facta ſit euidens manus Dñi ſuper ſe:Dirigat ipſum Dñs ad ſalutē:digneturq̧ illi cō/pūctionis ſpūm elargiri:ne forte(qd abſit)deſperatione ductus,aliquo præcipi/ti cōſilio,prout moris eius fuit,in deſperationē gentiū eat.Fuitmihi periucundū, ꝙ fatearis te ſemp ad nr̄a obſequia eſſe paratiſſimū.Mihi ſemp futurus es cariſſi/mus:donec intellexero,te vt facis in bonis atq̧ religioſis opibus pſeuerare.Pius noſter inſalutato hoſpite abiit abs te:veritus ne cōducta a ſociis nauicula,ſe reli/cto domi e portu ſolueret.Dabis ei veniam:quando non in tui contemptum id egerit.Coeremitas omnes ſalutabis meo nomine:& omnes pro me vt orēt,hor taberis.Tu quoq̧ itidē facito.Vale.Ex Scō Michaele Mu.Die.xxv.Maii.MDXX.

Marco Cremonenſi,monacho Caſſineñ.XII.

q Vemadmodū delectatū te ſcribis delata tibi meo noīe p Piū monachū nr̄m ſalutatiōe:ita ſcias velim haud minus mihi ſuaues fuiſſe lr̄as tuas: q̄bus præueniēdū me putaſti in bn̄dictiōibus dulcedinis.Cōciliare me tibi prior p epiſtolā voluiſti:vt arctius me tibi deuincires,atq̧ obnoxiū faceres tantæ beni gnitati.Habeo vtiq̧ grām:ꝙ ppetuā mei,quē nūq̄ videris,memoriā ſerues:ma gnū pfecto veræ dilectiōis argumētū.Quod vero me ēt venereris: erras pcul/dubio.Nā ēt ſi hac ī re ætatis grādæuæ habueris rōnē:rīdebit̄ tibi.Senectutē nō annoꝝ numero,ſed actionū merito cōputari.Ego vero me ipſum optime noui: & ſi tu & alii de me ſecus opinamini:q̄ ſe res habeat:ego tn̄ ipſe nōfallor.Feciſtis me tn̄ vobis & tu & cæteri cōfratres tui admodū obligatū:ꝙ mei grīa monachū & alūnū noſtrū vberiore excæperitis humanitate.Quod.n.vni ex meis feciſtis: mihi feciſtis.Fuiſtis ſemp in admittēdis hoſpitibus admodū liberales : & huius præcipue caritatis erga pximū ſtudioſi.Nō ſurda audiſtis aure admonētē apo/ſtolū.Et hoſpitalitatē nolite obliuiſci:vt digni & vos habeamini:q aliqñ ēt ange los hoſpitio recipiatis.Cupidus videndi mei ora,vt det̄ aliqñ occaſio:qua cōmu ne vtriuſq̧ votū impleat̄.Vt vero p te orē & p Euſebio monacho, adoleſcente (vt audio)modeſto & probo:huiuſmodi officiū minime reiicio:ſi forte fides ve ſtra,deficiētibus mihi meritis ſaluos vos faciat.Hac tn̄ lege id facturus ſum:ſi & vos mihi eandē repēderitis vicē.Orate(inquit)pro inuicē:vt ſaluemini.Chiſto/phorus monachus apud me cōmēdatiōe nō indiget.Eſt.n.mihi filius cariſſimus & fidelis in Dño.Si innocēter,vt ſcribis,paſſus eſt:meminiſſe debet ſcriptū fuiſſe ab apoſtolo.Et ſi qd patimini pp iuſtitiā:beati.Decet.n.xp̄anū hoīem,& p̄cipue dicatū Deo,magis pati iniuriā q̄ iferre.Brixiano,de quo meminiſti,nihil accidiſ/ſe arbitror p̄ter opinionē oīum,q nouerāt eius opa.Mirari ego ſatis nequeo:ho/minē religioſum,olim optime educatū,ac litteris apprime imbutum,adeo ob/ſtinate terga vertiſſe profeſſioni ſuæ.Ouis morbida a grege procul ſeceſſit,ma/gno re vera ſuo periculo:neqñ occurrat Lupo,quærenti quē deuoret. Magno tn̄ abiit religiōis emolumēto:ne totū ouile vnius cōtagiōe corrūperet̄. Tu vero ſi ab eo læſus fuiſti:iniuriaꝝ accæptaꝝ ingenue obliuiſcaris.Mihi vīdictā:& ego re tribuā:dicit Dn̄s.Quin potius præcare p pſecutore tuo:ſi forte tua ītercellīōe re/

uocetur a via ſua mala:& pœniteat eum vitæ præteritæ. Non eſt enim abbreuiata manus Dñi: vt non poſſit ſaluare. Baſilium abbatẽ: cum ſcripturus ei fuero, ſalutabo verbis tuis. Idem feci cum Ioanni Franciſco monacho noſtro: cuius noĩe te reſaluto. Vale: & pro nobis obſecra Dei clæmentiã: vt cũ defecerit virtus mea, non derelinquat me. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxii. Iunii. MDXX.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. XIII.

i Acui lectulo per dies aliquot: correptus quinquies tertiana. Sed conualui per Dei gratiam. Sicut aũt minus periculoſum eiuſce febris genus exiſtimatur: ita nihilominus permoleſta mihi viſa eſt ſeniori præſertim & imbecilli. Quo primum vero tẽpore inuaſit me mala valitudo: redditæ ſunt mihi litteræ tuæ: quibus cũ reſpondere tunc decreuiſſem: auerterunt me noſtri a ſcribendo: ne ingraueſceret morbus. Diſtuli itaq; ad hanc diẽ reſponſum. Facis mi Iuſtiniane magna de paruis: & ſingulari erga me affectu ſeductus, prætuliſti epiſtolã meam gazis Indorum. Sed non multum miror: te minimi feciſſe diuitias huius ſæculi: qui illas iápridem magno animo contempſiſti. Gratior tibi fuit ſermo, ab amico & beniuolenti animo profectus ſuper aurum & topation: quia nimirum ſermo bonus ſuper datum optimũ. Quod vero ſcribis, te magno deſyderio præſtolari aduentũ meũ in Eremum: eo ꝙ pro cõperto habeas, me ſtatuiſſe cõuenire vos: vnde hoc tibi conſtare potuerit neſcio: qñ nemini adhuc aperte ſignificaui de ſuſcipienda mihi hac peregrinatione. Niſi forte propheta es tu: qui qđ in votis gero, in Spiritu præuideris. Aut quod magis credo, cupidus videndi mei, ſubiicere nutanti atq; hæſitanti voluiſti calcaria ad arripiendum iter: ſi forte vincat iter durum pietas. Petis inſuper: vt te certiorem reddã: qñ hinc profecturus ſim. Scias itaq; haud exiguo iampridẽ teneri me deſyderio reuiſendi ſemel noſtram iſtã ſolitudinem atq; illam incolentes: vt de reliquis amicis, & mecum beniuolẽtia coniunctis ſileã. Peregi dimidium fere ætatis meæ in Hetruria. Si poſt triennium ſubiit animus: vt loca illa cõuenirem: mirũ eſſe non debet. Tu quoq; nouã mihi Eremum deſcribis: & multa me in ea viſurum polliceris: quæ ſint mihi futura iucundiſſima: vt ardentius ac celerius mare ingrediar. Cæterum non dũ plene cõfirmatus ex ægritudine: & creſcente in dies æſtu ac feruore ſolis, qui mihi multum aduerſatur: ſtatuere adhuc nequeo profectionis meæ tẽpus. Interea orãdum eſt vobis: vt & oportuno tempore arripiamus iter: & tantũ nobis virium per Dei clæmẽtiam ſubminiſtretur: quo difficultatem ipſius ſuperare poſſimus. Fies poſtea tu certior, quid decreuerim: ex quo te futurum itineris comitẽ optuliſti. Et domi & foris mihi ſemper es gratiſſimus: atq; in comitatu iucundus, eris mihi pro vehiculo. Quos ſaluere iuſſiſti Cubicularios meos: iidem te reſalutant. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xx. Iulii. MDXX.

Paulo Iuſtiniano Maiori Eremi & Eremitis. XIIII.

b Iennium eſt: quo tempore verſari nobiſcum cœpit Dominicus Triuiſanus nobilis Venetus. Vbi primum aperiendum decreuit nobis animum ſuum in religionem propenſum: cognita atq; perſpecta adoleſcẽtis modeſtia & feruore, tentatus eſt ſæpius atq; illectus: vt in monaſterio Sancti Michaelis habitũ ſummeret. Ipſe vero mente intentus in iſtã Eremũ, nũq̃ ab ea deflexit

animum. Propoſuimus ei dura & aſpera: quæ ſeruantur apud vos. At ipſe nihil
huiuſmodi ſermonibus territus, ad emulationem veſtri magis ac magis quoti/
die excitabatur. Cum vero pauloante fere decreuiſſem conuenire vos, veſtris de
uictus blandimentis: conuenimus inter nos, vt pariter veniremus. Quod liben/
tiſſime accæpit. Vbi vero agnouit me parum conualeſcere: & vnam poſt aliam
mihi ſuccedere infirmitatem: veritus tardiorem fore aduentum meum, & moræ
impatiens: petiit humiliter, vt præmitterẽ eum ad vos: eſſetq; futurus tanq̄ præ
curſor meus. Annui piis eius votis. Quo reſponſo dici vix poſſet, q̄tum fuerit ex
hilaratus: & q̄ ſingulari voluptate affectus. Et quoniam ab ineunte ætate cum
Pio monacho noſtro educatus eſt: extorſit a me, cõtenditq; multis precibus: vt
daretur ſibi comes itineris vſq; in Eremum. Futurum hoc ſibi pro ingenti mu/
nere. Qua propter vbi applicuerint ad vos, remittetis ad me monachũ noſtrũ:
quia re vera eius opera indigeo: cum ſim adhuc lectulo iacẽs: & podagris & chi/
ragris vndiq; premar. Spero autem talem ſe exhibiturum inter vos adoleſcen/
tem noſtrum: vt facile ſitis compoſituri vitam eius ad vitam illam ſolitariam, &
ad eremiticos mores. Deniq; ipſum vobis cõmendo. Valete & pro nobis orate.
Ex Sancto Michaele Murani. Die. iiii. Auguſti. MDXX.

Paulo Iuſtiniano Maiori Eremi. XV.

VT video neceſſarius fuit Pii monachi aduentus in Eremum: vt vos mo
leſtiſſimis cogitationibus atq; ſuſpitionibus liberaret. Ego ne, obſecro,
talia auderem in præiuditium Prioratus mei, honoris mei, conſciẽtiæ meæ: qua
lia impii maligniq; ad vos detulerunt? Non ſum adeo demens, ac dominãdi cu/
pidus: quin in me non magis dominetur timor Domini. Et miror potuiſſe inſi/
dere mentibus veſtris: vt delatoribus ſuper eiuſmodi excogitato facinore adhi/
bueritis fidem. Quia tamen res ad vos delata proculdubio maximi erat momẽ
ti: non temere penitus trepidaſtis timore: vbi non fuit timor. Vhæ nihilominus
illis niſi reſipuerint: qui ſeminare conati ſunt inter fratres diſcordiam. Et de hoc
ſatis. Quem admiſiſtis pauloante in Eremum, bonæ indolis adoleſcentẽ: cupio,
vt apud vos perſeueret in iſta, diu ab eo optata, ſolitudine. De meo ad vos aduẽ
tu, certiſſime tibi perſuadeas: non deeſſe mihi vel promptiſſimam voluntatem:
ſed vires tantũmodo & corporis ſalubritatem. Raro cubiculo egredior, pedibus
debilis & podagra vexatus. Niſi hoc obſtitiſſet: nullam habuiſſem prouectæ æta
tis rationem: quin cõmune votum fuiſſem impleturus. Prohibente acceſſum ad
vos meum domino: ſcio te non me hortaturum: vt velim contra ſtimulum cal/
citrare. Rogo itaq; te: habe me excuſatum. Neq; ꝓpterea noui aliquid moliri per
gas: propter quod ſubitura te paulopoſt ſit pœnitentia. De imprimendis Am/
broſii anteceſſoris noſtri & aliorum Priorum Eremi operibus: non improbo cõ
ſilium tuum. Neq; enim ignoratur: q̄tus vir fuerit Ambroſius doctrina & mori/
bus. Eſt apud vos epiſtolarum eius volumen: eſt itinerarium manu ipſius con/
ſcriptum: quod ad vos cubicularius noſter cum miraculis Sanctiſſimi patris no
ſtri Romualdi haud multo ante detulit. Itaq; poteſtis pro arbitrio illius ſcripta
imprimere. De meis vero quid ſentiam: reddam te paulopoſt certiorem. Quod
ſponte tua, non rogatus a Pio monacho, teſtimoniũ exhibuiſti: fuiſſe ipſum apud

vos modeſte & religioſe conuerſatum:& bonam de ſe omnibus ædificationem reliquiſſe:fuit mihi admodum gratum. Cómendo tibi Pium alterum iuniorem nouitium:lacte modo,non cibo ſolido indigentem. Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die prima.Octobris.MDXX. Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ.XVI.

I in reſpondendo litteris tuis imitari voluero prolixitatem tuam:mihi nihilominus gratiſſimam:non ſufficit dies.Scribam igitur quo paucioribus potuero:vt parcam mihi,quibuſdam modo extraordinariis occupationibus preſſo.Gratularis mihi:q̄ ſeruauerit me dominus ſuperſtitem gregi Camalduleñ.exiſtimans adhuc me illi neceſſarium fore.Habeo gratiam huic tuo pio affectui.Vtrum vero expediat tum mihi tum noſtro ordini longior vita: nouit ille,qui vnicuiq; terminos poſuit:qui præteriri non poterunt.Tantum dignetur Dominus reſolutionis meæ tempore miſereri ſerui ſui:nec intrare mecū in iuditium.Cæterum hortaris me,excitas,impellis, multo verborū lenocinio: vt me ad vos conferam.Cupis videre faciem meam:cupis vt ſonet vox mea in auribus tuis.Adiuras me:vt veniam ſaliens in montibus,tranſiliens colles. Inuеheris in eos:quos putas autores fuiſſe intermiſſionis aduentus mei: & acerrime eos carpis.Et ego dico tibi veritatem,& non mentior:nihil aliud mihi fuiſſe impedimento,quin vota omnium veſtrum impleuerim,præter malam valitudinē. Et hoc affirmo:non defuiſſe multos,præſertim patritios Venetos : qui cognita animi mei ſententiam diſſuaſerint,ne hinc abirem.Quorum hortamenta facile reieciſſem,nulla habita ætatis ratione:niſi obſtitiſſet atq; etiā modo obſtaret infirmitas.Deſyderari me ab accolis omnibus regionis illius nihil dubito . Cuius rei gratia triſtatur animus meus,non licere mihi tam piis deſyderiis ſatiſfacere. Vt admittatis excuſationem noſtram,oramus vos & obſecramus in Domino. Promiſeram quidem tibi venturum me:q̄ liberatus tertiana,& purgatus in ea ægritudine,ſperabam non defuturam longiorem bonam valitudinem.Sed fruſtratus opinione,vexatus ſum paulopoſt podagræ doloribus:adeo vt in cubiculo noſtro ad hanc vſq; diem mihi fecerim celebrari.Deniq; ſi non credis,veni & vide.Dominicum compatriotam noſtrum,quem modo mutato nomine Pium appellari didici,hortare meo nomine ad perſeuerantiam.Ipſum non dubito eſſe tibi cómendatum.Bernardus Eremita adhuc apud nos eſt:paratus ſuſcipere paulopost longam & difficilem peregrinationem.De reditu in Eremum,ſurdis me omnino auribus audiuit.Accæpi codicem nuper impreſſum apud vos: pro quo gratias ago Si eſt,vt ſcribis imperfectus:vbi reliquū,quod illi deeſt,addideritis: potero fieri particeps perfectionis eius.Quod te offers,curaturū pro viribus:vt correcta & caſtigata penitus ſcripta noſtra imprimantur:ſpero te,vbi hoc euenerit,reipſa impleturum.Verum de hoc poſt dies paucos apertius ſignificabo.Debeo plurimum Reuerendiſſimo Cardinali A ræcœli:q̄ biduo vobiſcum in Eremo conuerſatus : ſæpiſſime de me tecū verba beniuolentiæ plena fecerit.De Martino Lucter nihil eſt apud me:interdictūq; eſt bibliopolis:ne aliquid de opuſculis eius vendant,aut apud ſe habeant.Si religioſe ſe apud vos geſſit Pius monachus:fecit quod debuit:& quod mihi cordi fuit.Ioannem Franciſcum Cubicularium noſtrum tuo nomine ſalutaui.Ipſe quoq; te reſalutat:ac ſe tibi cómendat,

Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die prima.Octobris.MDXX.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ.XVII.

d Oleo magnopere,eo potiſſimum tẽpore diſceſſiſſe ex Eremo.D.Paulũ Iuſtinianum:quo imprimis ipſum in ea conſiſtere oportebat. Excuſſit onus:qñ maxime perferri debuit:ita requirẽte numeroſiore familia. Quo ſpiritu ductus inde abierit:incerti ſumus.Occaſio tñ non defuit murmurandi, multis varie interpretantibus hanc eius profectionẽ.Vtrum ſibi bñ conſuluerit:& an alibi ſuauiorẽ panem q̃ triticeum ſit reperturus:euentus indicabit.Vtinam inueniat locum:quẽ monſtrauerit ei Dñs:& bono zelo terga verterit Eremo:in qua ſe altiſſimo dicauerat.Deſcendiſſe illi placuit ex alpium altitudine: vbi meo inditio, neſcio an cõmodius atq; vtilius alibi potuerit eligere manſionẽ.Cupio tamẽ:vt futura ſint ei aſpera in vias planas.Sit tibi ac reliquis coeremitis familia illa,& tenerior precipue,cõmẽdata.Vale.Ex Sancto Michaele Murani.Die.iii.Nouembris.MDXX.

Chriſtophoro Priori Agnæ.XVIII.

e Xperiris tu quotidie,variis vexatus egritudinibus : cum ſis longe minor natu q̃ ego:non poſſe te facile me cõuenire:quod ſupramodũ diu optare viſus es.Miror propterea vrgeri me abs te & aliis multis: & interpellari quotidianis litteris:vt veniam ad vos ſaliens montes & tranſiliens colles.Noſti optime vires meas:q̃ ſint exiguæ:noſti infirmitates complures,quibus præter ætatem vexor.Pauxillulum quid incõmodi facile ad demigrandum e ſæculo cõpelleret:& tu perſuadere mihi contẽdis,vt manifeſtis me periculis exponã. Sine militẽ emeritum quieſcere:& laboribus ac fatigationibus parcere.Spera non defuturos:qui Eremo & religioni vtiliter præſint:ſi quid tñ potuerit interea ꝓdeſſe ordini ſenectus mea,libẽter præſtabo.Cæterum putabam eſſe te in agro Caſentinate:& oblectari te collium illoꝝ amœnitate ac ſitu:quorum ego recordatione ac memoria inuidebã tibi.Verum vt audio,abdidiſti te iterum in illas Balnei tenebras.Hoc tñ mihi perſuadeo:fuiſſe te illectum ad eo cõmigrandum ob bonã Oppidanorũ illorum mentẽ erga ordinẽ noſtrum.Pluriſq; feciſſe illorum amicitiam & gratam conſuetudinẽ,q̃ Oppidi ſitum.Erudire pergis adoleſcentulos,q̃ in eo ſunt.Et ſpero te:haud minus illos bonis moribus q̃ diſciplinis abs te eruditũ iri.Cura ne deſit bñfitio tuo:qui pro te molat:& impleat ſufficiẽter vices tuas. Scriptum eſt enim.Curam illius habe.Vale.Ex Sãcto Michaele Murani.Die prima.Ianuarii.MDXXI.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ.XIX.

a Ccæpi litteras tuas:quibus binis noſtris breuiter reſpondiſti: excuſans repentinam ex Eremo profectionem Ioãnis Franciſci Cubicularii noſtri,& multitudinẽ occupationum,quibus tunc detinebaris.Significas nihilominus multa occurriſſe ſcribenda:remittens te ad futuram eiuſdem Cubicularii relationem:qm̃ de omnibus pleniſſime edoctus foret.De Pauli diſceſſu ante reditum eius paſſim iam hic vulgatũ fuerat:cauſam vero,& cur inde inſalutatis fratribus ſe proripuiſſet,nondũ acceperam.Sed ſi ea de cauſa ex Eremo abiit : quã mihi quidã fide dignus ſignificauit:non poſſum non magnopere mirari. Quæcunq; vero ea fuerit:non tã diſceſſionem eius q̃ diſceſſionis modum omnes improbant.Sed ſi cõmodiorem ſolitudinem & ſaluti ſuæ aptiorem alibi inuenerit:

credi merito poterit, hanc fuiſſe mutationē dexteræ excelſi. Quod facile proba/ bit euentus. De tēpli Fontis boni conſtructione, ſcripſi pauloante q̄d ſentirē: propterea nihil aliud impræſentia repetendum duxi. De meo ad vos aduentu tantopere optato, vereor fore: ꝙ qui nō eſt hodie, cras minus aptus erit. Pecuniā mihi debitam ſatis tēpeſtiue accæpi: & quidē tutiore q̄ alias modo, ad me trāſmiſſam. Vt ſim memor veſtri, nō ſum admonendus. Tunc enim fratrū & filiorū meorū ſubitura eſt mihi obliuio: cū obliuiſcar mei. Cōmēdo tibi ſacrā iſtā ſolitudinē, atq; illius incolas. Aetate iunior, moribus & eruditione prouectior fac: vt ſint ſemp lumbi tui præcinti: & lucernæ ardentes in manibus tuis: vt cæteri ſimpliciores & imperitiores in lumine tuo videant lumen. Vale. Ex Sancto Michaele Murani Die prima Ianuarii. MDXXI.

Ioāni Cardinali Piccolhomineo Senenſi. XX.

Onuenit me pauloante monachus quidā noſtri ordinis ex monaſterio
c Roſæ. Inter cætera quæ inuicē contulimus retulit mihi pleno ore: q̄ ſin
gulari humanitate ſciſcitata eſſet de me amplitudo tua: q̄ benignū erga me præſetuliſſet affectū. Pupugit re vera ſtatim cor ea monachi cōmemoratio. Subiit enim quā primū recordatio dilati offitii mei in adepta Cardinalatus dignitate. Si quidē hactenus gratulationis munus prætermiſiſſem: quē oportuerat primum ea in re locum arripere: Viſuſq; ſum oblitus Dñi mei colēdiſſimi: cuius ipſe adeo clementer meminiſſet. Sed abſit a me: vt hoc obliuione tui factū fuerit. Facilius enim obliuiſci poterit vnici filii ſui mater, & virgo faſciæ pectoralis ſuæ: q̄ excidere mihi vllo vnq̄ tēpore queat Domus Picolhominea: quando de nemine alio magis q̄ de me illa merita ſit. Poſſem ad me ex parte excuſandum adducere in mediū frequētes infirmitates meas: quibus biēnium fere nunc podagra nunc chiragra nunc febre vexatus ſum. Sed qn̄ hoc mihi plene non ſatiſfacit: fateor peccaſſe me corā dignatione tua. Nouit tamē Dñs ſcrutans renes & cor: q̄to repletus fuerim gaudio: vbi primū perlatus fuit ad nos optatiſſimus nūtius promotionis tuæ. Redditū ſi quidē Curiæ atq; eccleſiæ Dei arbitratus ſum Pium alterum: cū quo fuiſti non tā ſanguinis propinquitate q̄ longe magis vitæ ac morum imitatione coniunctior. Quis enim ignorat: contendiſſe te ſemper emulari virtutes Sanctiſſimi patrui tui? expreſiſſeq; per omnē vitam tuā ipſius probitatem religionē pietatem manſuetudinē ſanctimoniam cæteraq; id genus? Vt merito ex multis, qui eodem die tecum ad eandē dignitatē aſſumpti ſunt inter paucos atq; precipuos nominareris: laudareris: celebrareris. Sit itaq; fœlix fauſtaq; hæc tua ſupremæ proxima dignitas. Detq; tibi Dñs qui ſedere te fecit cum principibus populi ſui virtutem & gratiā ad exequendum munus tuum: det inq̄ tibi animum tantæ poteſtati parem: vt eodem tenore Cardinalatum geras quo Epiſcopatū geſiſti. Neq; enim eo inficias graue eſſe tantæ ſublimitatis onus. Scriptū enim ſcimus. Domini ſunt Cardines terræ: & poſuit ſuper eos orbem. Sperare nihilominus licet: nō defuturam tibi ab eo virtutem: a quo accæpiſti dignitatem: Obſecro autem: vt tā ſeræ gratulationi meæ parcat pietas tua: meq; in numerū ſeruulorum ſuoꝝ admittat. Sicut enim per tot annos fui cum Beatiſſimo patruo tuo: ita ero tecum: idq; ſi minus corporali obſequio ob ætatis grauitatem: at ſaltem voto & affectu amantiſſimus vtiq; obſequentiſſimus deuotiſſimus. Vale. Ex

Sancto Ioanne de Iudaica. Die. viii. Februarii. MDXXI.

Chriſtophoro Cardinali Sanctæ Mariæ in Ara Cœli. XXI.

q Vam benigne atq; affectuoſe ſermonẽ fecerit de me pietas tua: cum ſe biennio ante ad viſendã noſtram Eremũ contuliſſet: non ſolum ex litteris Eremitarum, verũetiam ex relatione Pii monachi familiaris noſtri, qui tũc aderat, pleniſſime didici. Feciſti me tibi obnoxium hac erga paruitaté meã ſignificatióe caritatis. Ego vero peto abs te: vt mihi parcas ob prætermiſſum gratulationis officium: ex quo ad Cardinalatus apicẽ aſſumpta eſt dignatio tua. Gauiſus ſum nihilominus in Dño: qui ſedere te fecit cum principibus: & tenere ſoliũ gloriæ. Cupio magnopere: quod haud dubie ſpero fore: vt hæc promotio ad altiora, futura ſit Chriſtianæ religioni ſalutaris: & virtutum tuarũ exemplo ac morũ probitate, Dei eccleſiam illuſtratura. Pluribus gratulabitur Pius monachus meo nomine: ex quo diſcere etiam poteris: q̃ ſim deditiſſimus tuæ amplitudini: cur vero ipſum modo in Vrbem miſerim: referet ipſe coram: cui plurimũ confido non defuturos a tua pietate fauores in cauſa honeſtiſſima, aduerſus iniquæ atq; impie vexantes ſenectutem meã. Quod vt fiat: ſupplex oro & obſecro. Vale. Ex Sancto. Michaele Murani. Die. xxiii. Martii. MDXXI. Danieli Rhenerio. XXII.

p Olicitus ſum tibi ante profectionem meã: vbi primum perueniſſem Florentiã facturũ me certiorem tuã magnitudinem de noſtro itinere. Atq; vt ſcias, fuit primũ nauigatio noſtra lõgiuſcula: vtpote aduerſante nobis aphrico: ſed tempeſtatibus ſeuioribus ac vehementioribus procellis minime obnoxia. Quinto demũ die, ex quo mare ingreſſi ſumus Rauẽnã applicuimus. Ibi ob ſacroſanctã quæ tunc occurrebat Pentecoſtes ſolẽnitatem quatriduũ peregimus. Poſtridie inde diſcedentes rheda vecti ſumus Fauentiam: idq; bidui ſpatio ne longioribus itineribus frangeremur. Deniq; peractis Fauentiæ diebus aliquot: ob plura, quæ in ea vrbe poſſidemus noſtri ordinis loca: cõmodata mihi a ciue Bononienſi Lectica, quinta & vigeſima poſtq̃ Venetiis diſceſſeram die, incolumis per Dei gratiã & perq̃ cõmode ad noſtrum monaſteriũ Sancti Benedicti extra muros Florentiæ delatus ſum: & haud multum de via feſſus. Et qm̃ Fauentiæ incidit mentio: non præteribo ſilentio: in die Sanctiſſimæ Trinitatis cũ adhuc ibi eſſemus hoſpitata in ea vrbe fuiſſe neſcio quot Sueuorũ milia. Viſi ſunt mihi ac cæteris de genere giganteo: de illis inq̃ quos ferunt poetæ diis voluiſſe bellũ inferre: atq; vt in ſacro eloquio legimus de ſtirpe Enach: adeo erant pleriq; fere omnes proceris corporibus: & ab humero & ſurſum ſupra cæteros eminentibus: vt haud temere gens bellicoſiſſima paſſim exiſtimetur. Quam vero benigne ab omnibus hic & vbiq; q̃ hilari fronte q̃ta ſignificatione lætitiæ fuerimus excæpti: dici vix poſſet: ſicut imaginari te facile arbitror. Fuit enim omnibus eo longe gratior aduentus noſter: quo inſperatior ac præter omnem expectationẽ. Bñdictus Deus pater miſericordiarum: qui ad conficiendum iter & vires nobis ſufficientes exhibuit: & multos noſtræ paruitatis præſentia lætificauit. Cæterum precor: vt me Sublimitati Principis cuius venerandã canitiem deus ad vota cõſeruet cõmendare digneris: & ſi videbitur idem facies clariſſimis collegis tuis. Opto autem: vt ſi quos agnoueris ob meã inopinatã profectióem admiratos: q;

proue&tus

prouectus ætate voluerim hoc tempore adeo aſperum iter arripere atq; alpes ſuperare: vt eis ſuggeras meo nomine: primum quidē non potuiſſe me continere: quin per bienniū & vltra frequentibus & quotidianis fere Eremitarum noſtrorum ac prælatorū ordinis litteris excitatus, vt ſeſe poſt tā longum interualhum reuiſerem: tam pia ipſorū deſyderia implerem. Deinde ac longe magis neceſſaria de cauſa: vt ſi quo modo potuiſſem labenti indeterius noſtro ordini facilius conſulerem: atq; imbecilles licet humeros ſupponerem. Noſti, quæ mihi ex officio ac magiſtratu cura incumbat: q̄ta obligatio arcendi lupos a grege. Non deſunt Florentiæ conſilia & fauores cum poteſtate coniuncti, vtiq; a Dño colendiſſimo Legato Cardinale de Medicis: a quo ſingulari humanitate accæptus reſpōſum gratiſſimū retuli: facturum ſe oīa pro viribus in vtilitatem & cōmodum religionis noſtræ. Sumus præterea propinquiores Romanæ Curiæ: vt celerius inde veniat auxilium nobis: ſi ita opus fuerit. His de cauſis diſceſſimus a vobis ad tempus: & corpore quidem non aīo. Admittant itaq; oēs excuſationem noſtrā: ſi quidem vicit iter durum pietas. Commendo me tuæ magnitudini. Vale. Ex Sancto Benedicto extra muros Florentiæ. Die. xii. Iunii. MDXXI.

Chriſtophoro Priori Agnæ. XXIII.

I Nualidus corpore occurriſti mihi Vicaria epiſtola tua: & eadē ſane gratiſſima: vtpote quæ & pium tuum erga me animum, & videndi mei deſyderium ampliſſime præſeferebat. Veni ego libenter, vt exhiberem præſentiā meam diligentibus me: quibus ego quoq; mutua ſum caritate deuinctus. Superaui vti arbitror multorū opinionē: nequaq̄ ſperantium me huius ætatis hominem & grandæuū ſenem in his regiōibus amplius ſe eſſe viſuros. Præſtiti reipſa quod iampridem animo cōcæperam: idq; impellente pietate, quæ ad omnia valet: & caritate vrgēte quæ omnia ſuffert omnia ſuſtinet. Non ſum veritus laborē itineris ac periculum nauigationis: vt apud vos aliquandiu requieſcerem. Velit Dñs: vt ſicut fuerit omnibus iucundus & gratus aduentus noſter in Etruriā: ita & vtilis debilitato noſtro ordini ſit futurus. Valitudinem tuam cura diligentiſſime: & ora pro me. Ex Sancto Benedicto extra muros Florentiæ. Die. xiii. Iunii. MDXXI.

Theophilo Epiſcopo Driuaſteñ. XXIIII.

A Ccæpi per Cubicularium noſtrum dignationis tuæ litteras: quibus ſeriatim cōmemoras collata olim, cum eſſent veſtimenta tua candida, a me tibi beneficia faciſq; magna de paruis. Ego vero, q̄tulacunq; illa fuerint, libētiſſime illa contuli: vtpote in optime de me deq; noſtra religione meritum. Accæpiſti (quāuis pro tua modeſtia, ſecus ſentire videaris) longe inferiora meritis tuis. Si ad conferentis animum reſpicias: voluiſſem profecto longe maiora exhibere dignatiōi tuæ. Animum itaq; noſtrum metiens, nō ipſam rem: nequaq̄ falleris opiniōe. Nolo ego modo adducere in medium: quæ ſemper fuerint tuæ erga me pietatis merita: quantopere, q̄ fideliter, q̄ perſeuerantiſſime nos dilexeris: obſeruaueris: foueris. Sunt iſta in noſtro ordine apud omnes meridiana luce clariora. Quid enim vnq̄ abs te petii: quod non vltro, non continuo, non hilari fronte mihi præſtiteris? Deſinas itaq; cōmemorare poteſta beneficia. Si euenerit (vt ſperamus) vt ſacerdotium iſtud: cuius capta eſt tuo nomine poſſeſſio, libere

conſequaris:videbor ego ſane idipſum adeptus. Et ſi enim modo Epiſcopum geris:& alium iccirco te oportuerit habitum induere: eam tñ erga ordinem, in quo olim profeſſus es, ſeruaſſe hactenus fidē prætetuliſti: vt haud immerito bo/na illius, exigua licet atq; tenuia, tecū debeant eſſe comunia. Potes multum vt vi deo autoritate & gratia apud colendiſſimū Legatum cōmunē patronum: vt nō ſit tibi defutura occaſio referendæ gratiæ Camalduleñ. ordini tuo: ſi quid ab eo emolumenti accæperis. Licet enim ſit ipſe natura & ingenii bonitate erga oēs pientiſſimus: accedente tñ, cum opus fuerit, tuo patrocinio & fauore apud illum futura ſunt omnia impetratu faciliora: præſertim qñ non ſumus ab eo aliquid petituri: quod ab honeſto abhorreat. Eidem me atq; ordinē Camaldulenſem q̄ enixiſſime cōmendes velim. Interea tuum erit curare diligenter incohatum ne/gocium: vt perficiatur ad vota. Quod erit mihi ac tibi æque gratiſſimum. Vale: & nos vt facis, ama. Ex Sancto Benedicto extra muros. Florentiæ. Die. xvi. Iunii. MDXXI.

Iulio Cardinali de Medicis Legato. XXV.

V Iſitaui per hos dies monaſterium noſtrum de Buldrone. Excæpti a ſa/cro illo virginum cœtu ſingulari humanitate vtpote quæ nunq̄ ſe am/plius nos viſuras crediderant: vidimus auctam monaſterii ſtructurā liberalitate atq; munificentia dignationis tuæ: quæ perluſtrato olim ſemel cœnobio cōpaſ/ſa eſt incōmodis tot ſanctimonialium. Si quidē quinquagenarium numerū exce dunt: & re vera vbi incohatū opus immo bona ex parte iam erectum fuerit abſo lutum: haud parua facta fuerit acceſſio loco illi anguſtiſſimo. Quātas vero tibi habeant agantq; gratias ancillæ Chiſti: vix explicari queat. Memores aiebant ſu mus quotidie patris pientiſſimi in orationibus noſtris: & pro eiuſdem incolu/mitate qñ aliā referre non poſſumus gratiā preces fundimus. Orauerunt me inſu per: vt ipſaꝝ noīe pro accæpto bñfitio tibi gratias agerē: cuius nullo vnq̄ tpe ſe obliturās fatebātur: nunq̄ adeo clemētis Dñi memoriā ſeneſcere paterētur apud ſe. Ego quoq; ppea multū debeo dignationi tuæ. Quod. n. paupculo illi collegio feciſti: mihi feciſti. Elegiſti tu ſane dignas: quibus tribueres. Noui enim q̄ ſedulo ſtudeant reddere altiſſimo vota ſua: & q̄ æquo animo ferant tenuiſſimos mona/ſterii ſui redditus. Laborāt die noctuq; manibus ſuis: vt ſit earum opera ſuæ ino piæ ſupplementū. Et niſi pro ſua moderatione ac ſobrietate forent paruo contē tæ: arctiſſimam nimirum atq; egentiſſimā ducerent vitam. Eas, ac meipſum pa/riter tuæ colendiſſimæ pietati cōmendo. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. xxiiii. Iunii. MDXXI.

Lazaro Bonamico Sāminiateñ. XXVI.

Q Vod lætatus fueris magnopere ex aduentu meo in Hetruriā: nihil du/bito. Noui enim iampridem, ac diu expertus ſum, ſingularē tuam ergā me fidē obſeruantiā pietatem: vt non facile ſuccurrat: qui ſit tibi in amore erga nos merito præferendus. Non excidit tibi vllo vnq̄ tempore mei memoria: qm̄ nimirum diligis nos puro corde & caritate nō ficta. Habeo propterea tibi per/petuā gratiam: & certo ſcias, te a nobis mutua dilectione cōplecti. Quandocūq; viſendū me duxeris: quod ſine tuo incōmodo fieri cupio: excipieris a me ſolita hilaritate & animo iucundo. Hac enim de cauſa non ſum veritus & debilis & ſenex ſuperare alpes: ac me itineris longioris periculis exponere: vt tuis & alio/

rum

tum me diligẽtium votis mea præſentia ſatiſfacerem. Quod vero huic tuæ mei gratia conceptæ lætitiæ dolor haud exiguus fuerit comes: accidit tibi profecto quod ſæpiſſime in humanis rebus euenire conſueuit. Riſus (inquit) dolore miſcebitur: & extrema gaudii luctus occupat. Quid enim obſecro luctuoſius & magis dignũ lachrymis accidere hoc tempore nobis potuit: q̃ cariſſimi noſtri Chriſtophori abbatis Sanctæ Iucundæ cõterranei tui innopinata penitus amiſſio? Quã re vera vti merito debui moleſtiſſime atq; acerbiſſime tuli. Noſti. n. q̃ta fuerit erga ordinẽ noſtrũ, atq; erga me imprimis, fide: q̃ accurate ac ſtudioſe ſemper impenderit operam ſuã pro religionis negociis. Teſtis eſt modo Eremus noſtra: quæ priuata adeo fidelis atq; idonei gubernatoris adminiſtratione, eius deſyderio ſummopere afficitur: & quo ſe vertat, vt defuncto ſimilem aliquẽ reperiat, penitus ignorat. Traditum eſt defuncti cadauer ſepulturæ in Eremo: ita eo iubente dum viueret: proſecutiq; ſunt eremitæ omnes tãta mœroris ſignificatione funus ipſius: vt nemo eſſet qui non collachrymaret. Verum de hoc ſatis impreſentiarũ. Mihi tam cariſſimi ac Venerabilis fratris, nunq̃ elapſura erit memoria. Vale: & nos vt facis ama. Ex Sancto Benedicto. Die. xxvii. Iunii. MDXXI.

Ioanni de Monteuarchio. XXVII.

c Ogitaui aliquãdiu perlecto dialago tuo quẽ de me ſcribẽdum duxiſti: reſponderem ne tibi aliquid an omnino ſubticerem. Hoc. n. mecũ voluebam animo. Si tacuero inq̃ ingratus videbor: & habuiſſe contẽptui laudatorem meum: qñ præcipue credere oporteat: id officii ab amico bona mente fuiſſe ſuſceptũ: cum ſit vir grauis & mei amantiſſimus. Si vero ad tam effuſam laudationem reſcribere voluero pro captu meo: vereor ne eiuſdem aures offendam: & reddidiſſe pro bono malũ exiſtimer. Verum difficile mihi fuit conceptum ſermonem ſilentio cohibere: & ponere omnino cuſtodiam ori meo. Igitur quia cũ amico libere agendum eſt: nec diſſimulandũ quid ſentias: nolo ignores mi Ioannes, in tanto tuo laudũ exceſſu non potuiſſe me probare conſilium tuum. Quid eſt obſecro: quod agere voluiſti? Scio te nõ latere: amicitiã totam veritate perpẽdi. Propterea per quendã ſapientem gentiliũ admonemur. Lauda parce: vitupera partius. Et (quod pluris facio) apud quẽdam prophetarum legimus. Popule meus qui te beatum dicunt: ipſi te ſeducunt: & vias greſſuum tuorum diſſipant. Tu vero imperfectum meũ tanto laudũ cumulo extollis: tanta meritorũ obruis magnitudine ac mole: vt facile venire in ſuſpitiõem potueris eorum præſertim, qui tuã animi rectitudinem atq; integritatem non nouerunt: locutum te fuiſſe ad voluptatẽ potius q̃ ad veritatem. Nam ſi panegyricũ edere decreuiſſes in cõmẽdationem alicuius ex iis primariis cœleſtis curiæ ciuibus: qui vita functi tranſlati iampridem ſunt ad immortalitatem: nõ potuiſſe profecto amplius extollere: ac pluribus meritorũ præconiis illuſtrare. Me vero tantillũ: adhuc in carne viuẽtem: & tot humanis periculis obnoxium: qui proculdubio non ſum dignus vni ex minoribus illis corrigiã calciamenti ſoluere: voluiſti viris ſanctiſſimis æquare. Laudo nimirũ, q; non teris tempus: q; frueris ocio: nec pateris in ſuburbano tuo languere ſolitudinẽ: ſed oẽm operam & curam ad litterarum ſtudia tum legendo tum ſcribendo conuertis. Sed nunquid longe honeſtior, atq; ad edendũ

tutior deeſſe tibi potuit materia:quam maiore tui cõmendatione pertractaſſes?
Si in manus nõnullorũ te ignorantium incidiſſet opuſculũ tuum:facile exiſtima/
ri potuiſti voluiſſe ſupplantare amicũ tuum:& eleuare vt allideretur. Si quidem
homines ſumus:qui haud facile tentationibus reluctamur.Nam vix adeo humi/
lem reperias:qui non tangatur dulcedine gloriæ:qui non huiuſmodi pocula ple
nis faucibus exhauriat.Iccirco ſcriptum legimus in Sacro eloquio.Corripiet me
iuſtus in miſericordia:& increpabit me.Non dixit cõmendabit,aut laudibus effe
ret.Et re vera quid eſt homo quia magnificas eum:aut filius hominis,quia repu
tas eum?Vtiq; natus de muliere:repletus multis miſeriis:qui nunq̃ in eodem ſta
tu permanet.Reiicies tu forte culpam in Priorẽ monaſterii tecum de me loquen
tẽ. Quã excuſationem nequaq̃ admitto.Cauſidicus es & iuris peritus : vir vtiq;
conſultiſſimus.Scio non te fugere:qui ſint recipiendi in teſtes : quiue reiiciendi,
vtpote ſuſpecti.Et quis oro ſuſpectior,q̃ qui ſupramodũ diligit?Fallitur nimiq;
& ipſe de me.Verum vt ſemel finiam ne ſim prolixior:ſenti de me in abdito pe/
ctoris tui prout mallueris:qn potius ora Dñm pro mea imbecillitate:ne ꝓiiciat
me in tempore ſenectutis.Tantum caue:ne mihi ſupra merita impoſterum tri/
buas.Tot inſignia laudum,tot monumenta virtutum,tot ſanctimoniæ atq; pro
bitatis teſtimonia in eos potius conferas:qui liberati carnis ergaſtolo facti ſunt
ciues ſanctorum & domeſtici Dei.Pridie eius diei,qua ad me dialogum tranſmi
ſiſti,præueniſti me in benedictionibus dulcedinis:vini vtiq; tui ſuauitate.Vereor
ne tecum paria non feciſſe iudicer:quin potius viſus fuerim tibi acerbior:& pro
nectare abſyntiũ exhibuiſſe.Sed memento a ſanctis viris etiã amicorum vulnera
dulciora exiſtimari.Tradunt quoq; phiſici:mele quo nihil dulcius augeri colerã:
abſyntio vero diſſolui.Vale:& me,vt facis ama:quem ego quoq; diligo in veri/
tate.Ex Scõ Bñdicto.Die.xxix.Iunii.MDXXI. Ioãni de Monteuarchio.XXVIII.

IAetor admodum Ioannes mi:q; ſicut heſternis litteris tuis didici,haud
repugnanter accæperis acerbiora amici monita:& ea non modo non
fueris aſpernatus:verumetiã pro ingenii tui modeſtia & moderatione
viſa tibi fuerint etiã dulciora.Perpendi ego ex hoc reſponſo tuo,q̃ ſis natura mi/
tis & facilis:& q̃ ſis pro tua religione atq; pietate ſtudioſus veritatis.Diſſentis pe
nitus ab iis:qui apud prophetã male ſentientes dicunt.Loquimini nobis placen
tia:diuinate nobis errores.Scis enim verã eſſe non poſſe amicitiam : vbi fallax
eſt adulatio.Ideo moleſta tibi non fuit obiurgatio noſtra:quæ non iactantiæ ſtu/
dio,ſed caritatis fonte manauit.Petis a me nihilominus,vt ſignificem tibi : cur
tam obfirmato animo ſentiam:non debere laudari hominem dum viuit.Quam
uis aũt ex prioribus litteris meis elicere potueris rationes:quæ me ad ita ſentiẽ/
dum impellant:repetã tñ apertius:quæ tibi a me referri deſyderas. Nõ quia mo/
nitore opus habeas:qui totus es in lectione:& pro tua prudentia tecum meditã/
do optime coniicis de rebus ſingulis:ſed vt diutius pariter protrahamus ſermo
nem.Non ab re ſcriptum arbitror in ſacris voluminibus.Ne laudes hominẽ in
vita ſua.Quis enim ſit hodie vides,quis ſit futurus in craſtinum non vides. Nã
teſte Gregorio,vix eum cras ſequimur:quẽ hodie præire videbamur.Propterea
Paulus:Qui ſe(inquit)exiſtimat aliquid eſſe,cum nihil ſit:ipſe ſe ſeducit. Vix vi/

dere q̄ nihil ſimus:q̄ nullius ſint momenti actiones noſtræ?Prophetã audi atteſtanté. Omnes iuſtitiæ noſtræ,tanq̄ pannus menſtruatæ. Cũ itaq; nihil aliud ſit homo,q̄ ſaccus ſtercoꝝ & cibus vermiũ:non eſt ei prebende elationis occaſio: ſed cauenda potius ſunt mundanæ gloriæ irritaméta,ne extollatur atq; intumeſcat:cũ ſit puluis & ciuis. Laudari nõ meretur nauis gubernator: niſi cũ ſuperatis tẽpeſtatibus ac procellis maris in portũ peruenerit. Dũ ſumus in corpore: peregrinamur a Dño. Et in peregrinatione,multa iteragentibus nõ deſunt offendicula. Iccirco clamat apoſtolus. Infœlix ego hõ,qs me liberabit de corpore mortis huius? Et profecto ſic eſt. Quotidie nãq; in hoc ſæculo multa experimur aduerſa multis agitamur incõmodis: vt neceſſario dicamus. Dñe ſalua nos pimus. Dices tu fortaſſe:nimiũ me tibi ſeuerũ videri:& quaſi Stoicorum imitari ſectã. Si ergo videro hoiem:qui mihi appareat ſobrie & iuſte ac pie viuere ĩ hoc ſæculo:nõ patieris, vt ipſum laudé? Iam audiſti ex me:quid ad hoc reſpondeã. Lauda,inq̄,poſt cõſumationé. Interea repellat & excludat caritas occaſiones delinquendi. Sed & hoc non ſubticebo. Quid habes,ait apoſtolus : qd nõ accæpiſti? Si aũt accæpiſti:qd gloriaris,quaſi nõ accæperis? Hac de cã alibi ad Corinthios ſcribens admonet. Qui gloriat̃,in Dño gloriet̃. Et qm̃ de Paulo incidit mẽtio: nõ præteribo ſilentio:qd mihi ſecũda epiſtola tua obiecisti. Licere vtiq; laudari hoiem,adhuc in carne poſitũ:qñ & ipſe apoſtolus merita ſua apud eoſdẽ Corinthios ſeriatĩ enumerat. Veꝝ ſi accuratius plegeris:inuenies apoſtolũ ſe neceſſario cõmẽdaſſe,ad cõfundẽdos pſeudo apoſtolos:q ſe conabãtur veris apoſtolis anteferre. Et q̄uis coactus id egerit:tñ paulopoſt,tãq̄ ductus cõſciẽtia,ꝙ ſe iactaſſe viſus fuiſſet. Factus ſum(inqt) inſipiẽs:vos me coegiſtis. Quãobrẽ cũ in certamine congreſſioneq; verſemur quotidie:nec ſit in arbitrio noſtro victoria poſita,ſed Dei:ipſi tm̃ accæptũ feramus,ſi qd boni in nobis eſt: dicamuſq; humili corde. Non nobis dñe,non nobis:ſed nomini tuo da gloriã. Si forte in humilitate noſtra futurus ſit memor noſtri:qui humilia reſpicit,& alta a lõge cognoſcit Vale. Ex Sancto Benedicto extra muros Floreñ. Die.iii. Iulii. MDXXI.

Iulio Cardinali de Medicis Legato. XXIX.

c Ogitans abire in montana,ad euitandos æſtus,qui mihi plurimum aduerſantur:cupiebam adire colendiſſimã dignationem tuã: vt ipſius munitus benedictione,tutius iter arriperem. Doleo:ꝙ non potuerim cõmode implere votum meum. Precor te nihilominus: vt digneris abſenti benedicere. Peractis aliquot menſibus,ſi placuerit Deo,reuiſam te Dñe colendiſſime : quẽ vtinã ſoſpitem ac beneualentem ſim reperturus. Cõmendo tibi Camalduleñ. ordinem & præcipue ſacram noſtrã Eremũ. Tuo enim patrocinio & fauore fulti, poterimus ſecuri in vtrãq; aurem dormire:nec facile inſurgere contra nos poterunt,q nos exterreant:& quiete noſtrã perturbẽt. Vale. Ex Scõ Bñdicto extra muros Florentiæ. Die. vii. Iulii. MDXXI. Laurẽtio Lauredano Procuratori. S. Marci. XXX.

p Oſteaq̄ nũciatũ eſt nobis de obitu Illuſtriſſimi parentis tui Principis Venetiaꝝ:nõ potui nõ aliquãdiu mœrore affici : cogitans q̄to lumine orbata eſſet ciuitas noſtra. Si quidẽ in eo ſemper eluxiſſent tã priuato ciue q̄ in apice dignitatis conſtituto omnes virtutes, quæ ad morum manſuetudinẽ ac temperantiam pertinerent : vt nequaq̄ dubitem,magnum ſui deſy-

derium ipſum omnibus reliquiſſe. Verſatus diu fuerat in regimine reipublicæ, anteq̃ principatũ iniret:& ita verſatus, vt dignus ſemper exiſtimatus fuerit: cui ſumma inciuitate dignitas deberetur. Vixerat.n.ea moderatione & modeſtia:ea præterea religione, quæ multo melior atq; glorioſior eſt profeſſio:adeo perfe/ctæ conſumatæq; vrtutis extiterat:vt non ab re fuerit iudicatus idoneus:qui tã tæ molis guberuaculũ poſſet ſuſtinere:& ad quẽ totius ſummæ cura referretur. Inito principatu, q̃ pie quã iuſte illo functus fuerit:palã omnibus eſt. In proſpe ris minime ſe extollens:in aduerſis cõſtans & intrepidus. In Dei ſi quidem miſe ratione omnẽ ſuam ſpem collocauerat:quẽ ſemper chriſtianiſſime coluit. Quo factũ eſt:vt eum boni omnes ac timentes deũ ſemper religioſiſſimũ prædicaue rint:ſummiſq; extulerint laudibus. Inter cæteros vero quãti ipſum fecerit Barro tius noſter, olim Patauinus Epiſcopus:vir ſane & doctrina & ſanctitate inſignis ego ſum optimus teſtis. Nã cũ prætorẽ Paduæ olim gereret clariſſimus patet tuus:oblata occaſione, vt de ipſo mentionẽ memoratus antiſtes mecũ faceret: Si vixerimus (inquit): viſuri adhuc ſumus Lauredanũ iſtum patriæ noſtræ du/cem. Quod vtiq; vaticinium haud ita multo poſt reipſa impletum eſt. Nouerat pius epiſcopus egregios hoĩs mores:nouerat in eo ſingularẽ cũ vera religione ſapientiã:nouerat iuſtitiã pietatẽ fidem, cæteraſq; id genus excellentes virtutes: nouerat deniq;, q̃ mitis foret atq; humilis corde:nõ ignorans, ꝙ qui eſſet eiuſ/modi, ipſum merito exaltari oporteret. Vixit in tã ſublimi dignitatis gradu an/nos viginti. Quo tpe ita ſe inter mundanas varietates geſſit:ea integritate ac bo nitate reipublicæ præfuit:vt nemo eius conſtantiã, nemo prudentiã deſyderaue rit. Annis aũt ad ſenectutẽ vergentibus, & vtiq; corpore inualido, niſi euidenti neceſſitate cogeretur, nũq̃ in Senatu ad conſulendũ præſentia ſublimitatis ſuæ defuit:& quo pedibus ire non poterat, deferri ſe fecit:nulli labori, nulli periculo parcens. Neq; hoc p̃teribo ſilentio:quod a pleriſq; fere omnibus pro miraculo habitum eſt:in adeo grandæuo ac pleno dierum, adultimũ vſq; ſpiritum, ſenſus oẽs ac memoriã precipue viguiſſe. Non viſus euanuit, nec caligauerunt oculi eius:non torpuit lingua:non obſurduit auditus. Quod ego quoq;, paucis anteq̃ decederet diebus, corã facile animaduerti. Noſti.n.tu, qui tertius aderas:quando nouiſſime ipſum viſitaui:qua me benignitate, qua hilaritate ſuſcæperit:q̃ fami/liariter mutuo loquebamur: vt teſtari etiam dignatus ſit Princeps optimus : ſe adeo me ſemper dilexiſſe:vt & mei, & Patauini præſulis quem ſemper magno/pere obſeuauerat, quotidie recordaretur. Cæterum cogitaſſe ipſum frequenter non dubito, premente ſenectute, migrandum ſibi aliquando fore ex hoc ſæculo: & recæptui canendum:verſaſſeq; animo die noctuq;, q̃ purus & innocens ante tribunal iudicis ſiſtendus eſſet. Quem ego haud dubie mihi perſuadeo, cum innocentiſſimam pientiſſimi Principis vitam conſydero, ad immortalita/tem tranſiſſe:ſanctamq; illius animam, clauſtris corporis egreſſam, ad piorum ſedes euolaſſe. Itaq; ne dubites: ꝙ ſicut, dum vixit, eius ſine intermiſſione me/moriam colui:ita dum ſuperſtes ei fuero, illa vllo vnq̃ tempore apud me obli/uione deleatur. Tuum eſt Laurenti Magnifice, qui ſemper fuiſti tam præcla/ri parentis imago atq; adeo expreſſa effigies, vt merito poſſis dicere. Qui

videt

videt me, videt & patrem: quando quidem ſic oculos, ſic ille manus, ſic ora fere/bat: tuum eſt, inq̃, abſtergere lachrymas ab oculis tuis: nec tanq̃ defunctum luge re, qui ad meliorem tranſiuit vitā. Præmiſiſſe te, ipſum cogita, non amiſiſſe. Ad/monemur ſacro eloquio, facere luctum vno die vel duobus: & poſtea conſolatio nem accipere. Quod te quoq; feciſſe confido: qui & prudentiam tuā & animi cō ſtantiā optime noui. Orat ille modo pro nobis Dñm: vt mittat nobis auxilium de Sancto: qui huius ſæculi procellis ac tempeſtatibus agitamur. Quamobrem in pace, in idipſum dormiat & requieſcat: cuius nimirum virtutis fama, & me/moria nominis, futura eſt ſempiterna. Vale Dñe colendiſſime: cui me enixe cō/mendo. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Iulii. MDXXI.

ANTONIO GRIMANO PRINCIPI VENETIARVM. XXXI.

a Ccæpi gaudens glorioſæ promotionis tuæ nunciū: & ſingulari lætitia iccirco repletus ſum. Si quidem cogitare mecum cœpi continuo: opti/me conſultū fuiſſe honori & vtilitati cōmunis patriæ: ac diu per te hactenus ad/miniſtratæ Venetæ reipublicæ. Quanta enim ſis prudentia præditus, ob multa rū rerum vſum: q̃ excellenti virtute ac ſapientia ornatus: nullus ignorat. Conſe/nuiſti per Dei gratiā Princeps Illuſtriſſime: & multo tpe pro negociis publicis defatigatus es: vt modo meritiſſime ad clauū & gubernaculum poſitus ſis: qui diutiſſime laboraſti in remigando. Euexit te ad altiora Dñs: qñ non eſt poteſtas, niſi a Deo: & cornu tuū exaltauit in gloria: vt populum iſtū, tuæ curæ ac patroci nio creditū, ſub tutela principatus tui pacatiſſime regas: omneſq; tuæ amplitu/dini ſubiecti, te rectore te duce tutiſſimā ducant vitā: & in vtrāq; aurē ſecuri dor/miant. Beatæ dicūtur ciuitates: quibus cōtigit ſeniorē præeſſe. Gratulor ego pro pterea mirūimmodū ciuitati noſtræ Venetæ: non tā quia tibi grādæuo ac proue ctæ ætatis ſumma rerū demandata eſt: q̃ q; tibi a natura rerum gerendarū adiu/menta abunde ſuppeditant. Nā & ſenator ſemper clariſſimus atq; cōſultiſſimus fuiſti: & adminiſtrationē reipublicæ optime calles. Daturā iccirco operā non du bitamus Sublimitatem tuā: vt ſicut optimū Principē decet, ciuiū tuorū ac totius populi iura tuearis: atq; oēs æqtate eadē contineas: vt neq; tenuiores ob viriū imbecilitatē circūueniri patiaris: neq; ditioribus ad res & fortunas ſuas cōſeruā das, inuidiā obeſſe. In loco etenim eminenti cōſtitutus, totius ciuitatis pſonā ge ris: cuius decus atq; dignitatē ſubſtinere te cōſequenter oporteat. Sit itaq; fœlix & fauſtus, nup adeptus ſummus iſte & glorioſus magiſtratus tuus. Det tibi Dñs: vt in eo declares magnitudinē animi tui atq; prudētiam. Et ſicut tuæ amplitu/dini non defuturū cōfidimus cōſiliū & autoritatē pro commodis publicis erga tuæ fidei cōmiſſos: ſic eidem corporis ſumminiſtret vires: & adiciat ſenectuti tuæ, prout de Rege Hezechia legimus, annos multos. Doleo mihi modo nō li/cere coram gratulationis officium exhibere. Veni enim pauloante in Hetruriā: & ide in hanc noſtrā Eremum: apud quā dimidium fere ætatis meæ curſum cō ſumaui: inuitatus frequentibus Eremitarū noſtrorū litteris. Vbi expediero quæ dam noſtri ordinis negocia: reuiſam libentiſſime dignationē tuam. Interea ſint tibi cōmendata dux inclyte noſtri ordinis loca, tuæ ditioni ſubiecta: vt ſub tua defenſione & patrocinio regularis vitæ rigor in eis conſeruetur: & bonus anti/

quæ ſanctitatis odor augeatur. Vale Princeps optime: cuius venerandã canitiẽ Dominus ſua clæmentia cuſtodiat: cuiqꝫ me enixius cõmendo. Ex Fonte bono. Die.xxiiii.Iulii.MDXXI.

Dominico Cardinali Grimano. XXXII.

g Ratulatus ſum per litteras Illuſtriſſimo parenti tuo Dñe colendiſſime: ob adeptam pauloante ſupremam in ciuitate noſtra Veneta dignitatẽ. Et merito quidem gratulatus ſum: quoniam ei delatus eſt in republica principatus: quo iampridem ob eiuſdem ſingularem ſapientiam, & maxima in patriam merita dignus habitus eſt. Quoniam vero participes paternæ gloriæ præcæteris filios eſſe, certiſſimum eſt: nolui obmittere, quin vel paucis idem tecum munus vſurparem: quẽ ſcio præ omnibus ſumma ſemper pietate patrem fuiſſe proſecutum: atqꝫ ipſum filiali affectu & obſeruantia coluiſſe. Atqꝫ vt nouerit pietas tua, haud inanem fuiſſe gratulationẽ meam: lætatus ſum ego plurimum cõmunis patriæ gratia: ꝙ annoſo & multa experto demandata ſint reipublicæ gubernacula. In antiquis, ait quidã, eſt ſapientia: & in multo tẽpore prudentia. Et alibi in diuino eloquio legimus. Quã ſpetioſa veteranis ſapientia: & glorioſus intellectus & cõſilium. Quãobrem dubitari nequit de Sereniſſimo parente tuo: qui diutiſſime in adminiſtranda republica verſatus eſt: & pro qua multas olim peregrinationes ſuſcæpit: quin prudenter ac iuſte præfuturus ſit populo ſuo: & ita ſe habiturus ad ſubditos, ſicut bonus paſtor ad gregem ſuum: Poteſtatem quoqꝫ ſuã non minus ad ampliandum dilataudũqꝫ Dei cultum, q̃ ad ſtatum temporalẽ augendũ accõmodaturus. Ornauit iampridem Altiſſimus filium eccleſiaſtica dignitate ſupremæ proxima: cũ ingenti patris gaudio & exultatione. Gloriam viciſſim nunc & magnum decorem impoſuit ſuper caput genitoris: fecitqꝫ illi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra: vt mutua eſſet patris & filii congratulatio: & alter alterius ſublimitati congauderet. Atqꝫ vtinam fututus ſit vtriuſqꝫ, tũ filii Cardinalatus, tũ genitoris principatus, diuturnus ac fœlix: ad honorem & decus eccleſiæ ſanctæ Dei, & ad vtilitatem & cõmodum ciuitatis noſtræ Venetæ totiuſqꝫ reipublicæ chriſtianæ. Agens modo in Hetruria, quo me ob negotia ordinis neceſſario contuli: tardius fortaſſe impleſſe videbor munus meum apud dignationẽ tuã. Spero nihilominus te pro tua benignitate ſerã etiam gratulationẽ haud repugnanter admiſſurum: quando præſertim ea ex corde bono & optimo proficiſcitur. Vale. Ex noſtra ſolitudine Fõtis boni. Die.xxiiii Iulii.MDXXI.

Zachariæ Mauroceno. XXXIII.

r Eſcripſiſti prolixiore epiſtola ſeriatim Romanum iter tuum: & quid tibi viſum fuerit de vrbe illa principe orbis terræ, tum de ſtructura edificiorum, tum de moribus curialium, palam aperuiſti. Taceo reliquas vrbes, per quas tibi tranſeundum fuit: celebritate & fama inſignes. E quibus Senas multis effers laudibus. Probas enim admodum cathedralem eccleſiam, & xenodochiũ inſigne: & q̃ benigne fueris a ciuibus illis accæptus, plenius cõmemoras. Huius rei occaſione mentionẽ feciſti Sanctiſſimæ memoriæ Pii tertii: vtpote qui illius ciuitatis ſingulare decus extiterit: quin potius totius orbis ætate noſtra ſplendidiſſimũ ſydus. Florẽtiæ quoqꝫ celebriora loca luſtraſſe te ſcribis: atqꝫ ab ea paucioribus te abſoluis. Si tardiuſcule arripuiſſes memoratum iter: vt licuiſſet tibi non

Florentiæ offendere:accuratius fuiſſe vrbem contemplatus:& nobiſcum per cō/ plures dies pro vtriuſq; voto manſiſſes. Neq;.n.tam præclara vrbs vnius mo/ menti tranſitu a te cōſpici potuit. Gaudeo q incolumis redieris in patriā. Quod vero tu & complures alii patritii noſtri ægre tulerint profectionem noſtram:de beo ego propterea vobis omnibus:quos caritatis ſtudio noſtri deſyderiū tenet. Vbi redierimus ex ſuſcepta peregrinatione:conabimur omnibus notum facere. haud ab re nos inde diſceſiſſe. Secundet Dominus vota noſtra:vt quod cogita/ mus,& verſamus animo:perſicere valeamus ad vtilitatem & cōmodum religio nis noſtræ. Vtrum illa, reformatione indigeat:ſpero te nō latere. Scribimus mo do has litteras ad te,ex noſtra Eremi ſolitudine:vbi,vt ſcias,ea eſt cœli tempe/ ties:vt ſi hic adeſſes:putares te,ſicut in Geneſi de Deo meminit Moyſes, deam/ bulare ad illam auram poſt meridiem. Roſæ hucuſq; non defuerunt adeo recen/ tes:vt vernum tempus retulerint. Prætereo fabas & alia huiuſmodi,quæ in ortis naſcuntur:quibus Eremi incolæ hoc præcipue tempore oblectantur. Hæc iccir co refero:vt intelligas te ob feſtinatum iter non vidiſſe multa:quæ erant viſu & cōtemplatione digna. Atq; vt noueris,procul hinc abeſſe æſtus illos vrbanos: veſtiri nos oportuit duplicibus,vbi huc peruenimus,& ad ignē mane & veſperi conſedemus:ita cogente alpeſtris ſitus ratione. Non fuit neceſſe,vt mihi ageres gratias:q ſim memor tui. Tunc enim me tui capiet obliuio: cum oblitus mei fuero. Si tibi occurrerint:quos ſignificaſti,abſentia mei affici:poſt excuſationem arrepti mei itineris,illis me commendabis. Vale. Ex Sacra noſtra Eremo. Die. xxix. Iulii. MDXXI.

Chriſtophoro de Partina monacho. XXXIIII.

n Imium delicatus es miles:qui pugnā detrectas. Et quomodo poteris gloriari aliqn̄ cum apoſtolo,ac dicere:Bonū certamen certaui:curſum cōſumaui:fidē ſeruaui: ſi formidoloſus & laboris impatiens terga vertis? Hor tor te denuo:vt diebus paucis non recuſes ſtare in acie:& pugnare cum illo anti quo ſerpente:de quo ſignificaſti. Facile tibi erit ipſum ſuperare atq; cōterere ſub pedibus tuis:ſi apprehenderis crucem Domini. In hoc enim ſigno vinces. Vale. Ex Sacra noſtra Eremo. Die. xxix. Iulii. MDXXI.

Antonio de Monte Cardinali Sanctæ Praxedis. XXXV.

c Omplures dies ſunt q̄bus factus ſum certior:adueniſſe Arretiū digna/ tionē tuā. Et vereor:ne propterea dilatū ſcribendi officiū reprehenda/ tur abs te:qui noſti optime,quātopere tibi debeā. Verum,vt ſcias dn̄e colendiſſi me:tum ſcribæ noſtri abſentia diuturnior,tum expectatio capturæ piſcium,quā fieri mandaueram,effecerunt:vt tardius exequar munus meum. Abſit aūt: vt ne gligentia aut obliuione tui hoc factum putes. Cuius enim alterius recordabor:ſi oblitus tui fuero? Deficientibus cauſis,quæ me ad ſcribendum vrgeant: non ob tundo frequētius lr̄is dignationē tuā. Scripſerā tn̄ præterita hieme ad te p mona chū noſtrū:quē emedio itinere Venetias reuocatū iniquo aīo tuli. Mitto litterarū exēplar:vt noueris,memoriā tui haud facile mihi poſſe elabi. Gratulor itaq; plu rimū aduētui tuo:& iccirco potiſſimū gratulor:q incolumis adueneris:fueritq; angelus Dn̄i in comitatu tuo. Doleo nihilominus:nō mihi licere cōmode inuiſe re amplitudinē tuā. Parco mihi a laboribus & fatigatiōibus de īduſtria: qm̄ & ſi

pro ætate ſatis valido ſim corpore impræſentia:agnoſco tamen ſenectutis im/
becillitatem:quæ modico ſuperueniente incómodo frangi atq; diſſolui pericli/
taretur. Piſciculos paucos mitto ad te. Voluiſſem, vt & numero & magnitudine
retuliſſent illos centum & quinquaginta tres magnos piſces de euangelio. Sed
ſatiſfaciet voluntas bona. Vale. Ex Fonte bono. Die. vi. Auguſti. MDXXI.

Cardinali Sanctorum Quatuor Protectori. XXXVI.

n On ſui merito:atq; vt ſcripſiſti, verborum lepore & ſententiarum gra/
uitate, gratæ ſemper fuerunt tibi litteræ noſtræ: ſed longe magis fidei
ratione, ac ſingularis obſeruantiæ erga Dñm meum colendiſſimum. Quod ve/
ro nouiſſime ad te ſcriptæ multo tibi viſæ fuerint gratiores, ob ſignificatum per
eas reditum meũ in Hetruriã:hoc ex animi tui benignitate, & caritate erga ſer/
uum tuũ proficiſcitur:cũ in te nimirum vera eluceat Dauidica immo euangeli/
ca Saluatoris noſtri manſuetudo. Gratularis aduentui meo: tũ quia gratũ fuiſſe
toti regioni huic, tũ vero qm̃ vtilem fore & ſalutarem noſtro ordini exiſtimaſti.
Atq; vtinã ſicut attuliſſe ingentem omnibus lætitiã viſus eſt inopinatus iſte re/
ditus meus:ita ſit futurus adminiculo labenti religioni, atq; ad interitũ inclinã/
ti. Animaduerto ego haud dubie, eſſe hoc magni momenti negociũ & annuen/
te deſuper diuina clæmentia, non me (vt teſtaris) ſed te Dñe pientiſſime infir/
mum hunc, te inq̃ potius medicũ efflagitare: q autoritate ſapientia integritate
iacentem languidum erigas. Omnia quæ a priſtino vitæ regularis rigore dela/
pſa fluxerunt:ſeuerioribus legibus, te autore, facilius vincientur:& antiquæ ſan/
ctitatis exemplar, ac reliqua amiſſa ornamenta abſq; magno negocio per tuam
dignationem reuocabuntur. Cæterum vt ſignificem tuæ amplitudini: quid ego
ſuper his ſentiã, & alii complures mecũ:approbant omnes, vt generale totius re
ligionis capitulum præmiſſa viſitatione indicatur: in quo detur diffinitoribus,
iuxta formã conſtitutionum veterum electis, poteſtas reformãdi totius ordinis:
atq; in meliorem ſtatum traducendi. Quod oportuno tempore facile per tuam
interceſſionem poterit obtineri. Vale. Ex Fonte bono. Die. xii. Auguſti. MDXXI.

Antonio de Monte Cardinali Sanctæ Praxedis. XXXVII.

a Ccæpi heri dignationis tuæ litteras, mihi vt ſemper gratiſſimas: & eo
longe gratiores, quod animaduerti eas manu propria & ſtilo conſcri/
ptas. Lætatum te fuiſſe ob reditum meum in Hetruriam eiſdem de cauſis,
quas commemoraſti: certiſſime mihi perſuadeo. Quando ſatis conſtat: quã/
topere mihi afficiaris ſeruo tuo. Sum quidẽ pro ætate ſolito amplius valido cor
pore:multũ mihi conferente hac cœli tẽperie. Licet. n. aſpera ſit hæc & montoſa
regio:eſt tamen homini ſolitario, atq; in agro vitam agenti, valde accómoda/
ta præſertim in his ſolis ardoribus, æſtuq; intollerabili:quo in planitie degen/
tes afficiuntur. Non deſunt etiam loco omnes illæ delitiæ ac voluptates: quas
pulchre per epiſtolam deſcripſiſti. Quãuis aũt ſcæuiente procella, oportuno tpe
me in ſolitudinẽ tãq̃ portũ recæperim:vbi & ocio & tranqlitate cómodius frui
mihi liceat:non ſum tñ immunis a ſolicitudine animi:dũ cóſydero in fœlicem
ſæculi præſentis ſtatum. Nam vt ſileam de Chriſtianis inuicem diſſidentibus:
ſi vera ſunt, quæ ad me allata ſunt Venetiis: quis non exhorreat ac pertimeſcat:

eos, qui

eos,qui hactenus fuerunt propugnatores fidei,murus & antemurale chriſtianæ reipublicæ,vltro defeciſſe a Rege ſuo : atq; in barbarorum ditionem veniſſe? Quis non iniquiſſimis auribus audiat: Pannoniæ Regem,qui ſæpius copias & conatus Turcoū repreſſit:mō ſpoliatū regno,ſupplicem ad alios ſe cōtuliſſe? Excitare nimirū atq; inflamare deberet cæterorum Principū animos adeo ino/pinatus & miſerabilis caſus:& tamen contempto hoſte potentiſſimo atq; im/maniſſimo,inuicem prouocamus:inuicem inuidemus.Traditi in reprobum ſenſum,facimus ea quæ non conueniunt.Agitatur Petri nauicula q̃to maioribus excogitari queat fluctibus:& oſcitamus:ac profundo tenebraꝝ ſomno mergimur: vt clamandū ſit nobis paulopoſt.Domine ſalua nos:perimus. Atq; vtinā auer/tere dignetur mala,quæ nobis impendēt,inimicis noſtris:excitatuſq; tanq̃ dormiens,tanq̃ potens crapulatus a vino,percutiat hoſtes noſtros in poſteriora: detq; illis opprobrium ſempiternum.Si oportune allati fuerunt piſciculi : gau/deo.Alioquin pro re tam exigua non fuerunt tante agendæ nobis gratiæ. Hoc tamen fecit Domini mei benignitas:qui non trāſmiſſum munuſculum,ſed mit/tentis animum ac voluntatem metitur.Si venerit iuuenis,quē mihi cōmēdauit pietas tua:enitar non deeſſe officio meo:tū ipſius,qui dicare ſe Deo cupit,tum imprimis interceſſoris cauſa:cui in omnibus obſequi velim.Cæterum non pre/teribo ſilentio:quod modo ſcribēs cogito de te.Si ſtatueres recipere te in agrū Caſentinatem animi gratia:atq; in Eremum vſq; conſcendere : deuitares facile æſtus vrbanos:& ſanitati corporis cōſuleres.In magna celebritate atq; in oculis Romanæ curiæ viuenti expedire abitror:ſi ad tempus a cœtu & frequentia ho/minum recedens,in aliquo ſeceſſu ſe abdiderit:illum emulatus,qui de ſe ipſo teſtatur.Ecce elongaui fugiens:& manſi in ſolitudine. Quod ſi aſperior tibi viſa fuerit Eremus : manere poteris in Camaldulo maiore:quē ob aquarum ſalubritatem atq; abundantiam cognominatū fuiſſe Fontem bonum,prudenter inter/pretatus es.Vbi poſtea deferbuerit feruor æſtatis:pro arbitrio redibis in ꝓpria. Neq;.n.is tu es:qui diu ſedere in angulo ocioſus queas.Indiget chriſtiana reſpu/blica,tua ſapientia & conſilio.In Senatu apoſtolico verſari te oportet:vbi in tanto rerum turbine atq; trepidatiōe,Sacro illi cœtui pro tuo ſolerti ingenio,quæ ſint decernenda & gerenda præſcribas:& contra imminētia ceruicibus chriſtia/norum pericula,excogitata per tuā prudentiam remedia multo ante denunties. Poſuit Dominus orbem ſuper te,& ſuper collegas tuos : vtiq; cardines terræ. Graue quidem onus:ſed a vobis propterea nequaq̃ tuto excutiendum. Verum vt ad id redeam:vnde digreſſus ſum:ſi venire conſtituerit amplitudo tua: fece/rit nobis omnibus rem gratiſſimā.Exultabunt,vti ſpero,omnia ligna ſyluarū ante faciem Domini:quando venerit.Vale. Ex Fonte bono. Die.xiiii. Auguſti. MDXXI.

Benincaſæ Priori Pratalis. XXXVIII.

QVod meum deſideraueris reditum in Hetruriam : nihil dubito. Scio enim quantopere me ſemper dilexeris:vt non potueris nō ægerrime ferre diuturnā abſentiam meā.Voluit Dn̄s,vt implerentur tandem & tua & cæteroꝝ amicorū vota.Si quidē ab iis reuocatus ſum in agrū Caſentinatē: vbi dimidiū fere ætatis cōſumpſerā:a q̄bus olim neſcio qua Dei permiſſiōe fuerā eiectus.

In hoc cognoſcimus, vere ſcriptum iampridem per mulierem ſanctiſſimã fuiſſe. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Quod vero triſteris ac mœreas: non poſſe te ob viſcerum fluxum, frequenti mecum frui alloquio: hortor te, vt patienter feras factam ſuper te manũ Domini: ne alii te arbitrentur in aduerſitatibus parũ tibi conſtare: & in tolleranda mala valitudine eſſe molliorem. Abſit aũt abs te impatientia: aut (quod deterius foret) deſperatio: immo accipe læto animo diſciplinam Dñi, cum ab eo corriperis. Quis. n. filius: quem nõ corripit pater? Noli te adeo fractum hac infirmitate atq; afflictum putare: vt pœniteat te etiam viuere. Cauendũ eſt tibi, qui ſemper religioſus ac timẽs deũ viſus es: ne diutius reconditus, ac funditus abſtruſus animi tui dolor nimium te conficiat. Dñs dedit: Dñs auferet, ſi expedire tibi ita iudicauerit. Agendæ ſunt potius ei gratiæ: q̃ te viſitare dignatus eſt. Omne (inquit) apoſtolus gaudium exiſtimate fratres: cũ in tentationes varias incideritis. Tu quoq; lætare in tribulationibus ſciens quia tribulatio patientiã operatur: patiẽtia probationẽ: probatio vero ſpẽ. Quãobrem vt aliquid etiam de poetis tuis in mediũ adducã: audi Naſonem te admonentẽ. Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim. Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem. Vale. Ex Fonte bono. Die. xxiiii. Auguſti. MDXXI.

Zachariæ Mauroceno. XXXIX.

d E Romano tuo itinere nihil repeto. Si non plene tibi ſatiſfeciſti: non eſt tibi defuturũ, cum volueris, tẽpus: quo impleas accuratius votum tuũ. Vrges me: & inſtas oportune importune: vt cum pauloante Venetiis diſceſſerim: eo redeam celerius. Facis tu quidem amice: qui vel breuẽ eius quẽ diligis abſentiam, longiſſimam putas. Times mihi a ſæuitia proximæ hyemis: & horridiore mox futuro in alpibus cœlo. Scias tñ non deeſſe nobis loca in planitie poſita: & ſitu amœna, & ob mitiorẽ aerem ſenibus ſalubria. Enitar tñ tui & amicorum cæterorum gratia: vt abſoluantur hic incumbentia nobis negotia: quo expeditior in patriam reuertar. Ne tñ ſeducaris in verbis iſtis: ſcito hoc nequaq̃ citius fieri poſſe q̃ vere nouo: gelidus canis cum montibus humor liquetur: ſi tñ eovſq; produxerit nobis vitam Dñs: a quo ſtatuti ſunt vnicuiq; termini, qui preteriri non poſſunt. Tuum erit interea cogitare: me haud temere prouectum ætate & ſenectute confectum: ſuperaſſe alpes, & peregrinationẽ laborioſam ſuſcæpiſſe: qñ nihil ſit ocioſa ſenectute iucundius. Poterã reſidere apud vos, vtiq; in patria: qua nihil antiquius eſſe omnibus conſueuit: & quietã ibidem vitã ducere. Sed impellente caritate huc me contuli: ſi forte mea opera ſuccurratur noſtro ordini, auxilio indigenti. Amicos, de quibus meminiſti in calce epiſtolæ, ſalutabis meo nomine: eiſq; nos cõmendabis. Allatum eſt ad me ex Florentia: multa fulmina, ſubito coorta tẽpeſtate, in Turcorum caſtra cecidiſſe: atq; ictu vnius ex illis tẽtorium ipſius Principis conflagraſſe. Si ita accidit, accedente peſtilentia, quã ſæuire in eodem exercitu affirmant, dicere facile poſſemus. Si deus pro nobis: quis cõtra nos? Pro miraculo nimirum habendũ foret. Vale. Ex Fonte bono. Die. ix. Septẽbris. MDXXI.

Danieli Rhenerio. XL.

e T ſi nihil mihi occurrit modo, quod tibi neceſſario ſignificãdum putẽ: redeunte tñ Venetias Pio monacho, tibi optime cognito, non potui me

continere,

continere,quin vel paucis ad te ſcriberem:habita imprimis amoris mutui ratio ne.Scito itaq; cœlum hoc Caſentinate multum hactenus nobis contuliſſe:& collaturũ itidem infuturum,ſi placuerit Saluatori noſtro, ſperamus. Ingredior hic firmioribus plantis:qui vix conſiſtere,atq; ægre deambulare iſthic conſueuerã. Quotidie ad cótemplandã ſtructurã tẽpli,quod a me olim incohatũ eſt,& cuius ego fundamenta ieci,me ſæpius confero:& ſtudioſiores operarios reddo mea præſentia ad erigendos parietes:ita vt haud parum me ex mea in loco iſto cómoratione,hac de cauſa profeciſſe cognouerim:facta exiguo tẽpore magna fabricæ acceſſione.Perficiat opus,qui nos ad illud conſtruendũ iampridem excitauit:& benedicat domui ſuæ,quã ædificandam ſatagimus nomini eius:vt quemadmodũ in veteri templo me autore viguit diuinus cultus:ita etiam poſthac ab iis qui præfuturi ſunt reuocetur in nouo.Si quidem in hoc abſentiæ meæ tẽpore per annos ſeptem intermiſſus eſt.Atq; vtinam pro ædificio hoc manu facto,& cemento ac lapidibus compacto,digni aliqñ habeamur domo illa non manu facta in cœlis:vt pro tẽporali & aliquando ruitura æde indeficientem atq; æternã conſequamur manſionẽ.Viſitauit per hos dies colendiſſimus Cardinalis Farneſius Sacrã noſtram Eremũ:atq; in ea pernoctauit.Viſus eſt mihi & vtiq; familiæ noſtræ præſeferre,non dignitatis faſtũ ſed priuatæ perſonæ humilitatem : ita vt a nobis diſceſſerit,magno de ſe relicto omnibus nobis ſuæ benignitatis ac religionis odore.Nam vt obmittã ſuauiſſimum ipſius mitiſſimũq; colloquium:interfuit noctu cũ Eremitis in templo matutinæ ſynaxi : & ſummo mane ipſemet miſſam celebrauit:deinde ex Eremo pedes Camaldulũ venit.Multis nobis actis gratiis profectus eſt:atq; apud Muſoleã noſtrã diuertit:vbi ſumpto prandio abiit in pace.Vale.Ex Muſolea.Die.xii.Septembris.MDXXI.

Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corcyræ.XLI.

S I tibi ſatiſfecit,Laurentius noſter in ducatu atq; comitatu itineris tui:eſt quod maxime optaui,tui gratia.Nõ indigebat viæ difficultas cæco atq; imperito duce:ne forte in deuios anfractus ac prærupta montium equitando incideres.Ex agro Caſentinate milies Florentiam ipſe petiit:vt non facile ad euitãda pericula declinare ac deflectere potuerit ad dexteram ſiue ad ſiniſtrã. De tua erga ſe humanitate retulit pleno ore:vt proculdubio ſuperauit Dñs ſeruum affabilitate comitate,gratia. Quod vero me ames & obſerues:alterũ me tibi plurimũ obnoxiũ facit:q; me haud vulgari beniuolẽtia cóplecti dignatus es:alterum vero præſefert ſingularem animi tui manſuetudinẽ:arguitq; didiciſſe te a Dño,mitem eſſe & humilẽ corde:qui paruitati meæ longe ſupra merita tribuiſti.Pro exhibita tuæ dignationi paucorũ dierũ hoſpitalitate,non fuit neceſſe:vt mihi adeo ingentes ageres gratias.Vidimus quidem te libentiſſime : & ſuſcæpimus alacri animo:non tñ vrbane,vt ſcripſiſti.Tantũmodo pro tua modeſtia paruo contentus:videris fuiſſe a nobis in delitiis habitus.Moderatiſſimus cũ ſis : non fuerunt tibi exhibendæ epulæ extructæq; menſæ:neq; admittendus fuiſti ad conuiuia oppipere apparata:ab iis præſertim,qui & rura incolunt:& ex profeſſione a lautioribus dapibus eſſe debẽt alieni.Ediuerſo debemus nos magnopere tuæ pietati:q; paſtus a nobis braſica & huiuſmodi vilioribus cibis:nectare tu nos atq; am/

broſia,dulci nimirum ac ſapienti tuo alloquio & cõfabulatiõe pauiſti. Vt ſim memor tui:non ſum obſecrandus. Tunc enim me tui capiet obliuio: cum futurus ſum mei ipſius immemor. Precamur quotidie Dñm pro fœlici reditu Reuerendiſſimi Cardinalis de Medicis:quem optamus:vt re bene confecta,& incruenta victoria,incolumis in patriam reuertatur: fueritq; autor:vt paci & ſaluti ac vitæ tantæ multitudinis belligerantium conſuleretur. Pene mihi exciderat agere tibi gratias,pro tranſmiſſo ad nos per memoratũ Laurentium munere:vario vtiq; ac ſuauiſſimo pomorum genere. Feciſti hoc pro tua liberalitate. Retribuat tibi Dñs: & centuplam pro me referat gratiam. Vale. Ex Muſolea. Die.xi. Octobris. MDXXI.

Conti Piccho Burgeñ. Doctori. XLII.

P Erlegi humanitatis plenas litteras tuas perlegi & conſilium tuum in cauſa emphiteotica: quod ſapiẽter edidiſti in fauorem ſororũ quatuor parente orbatarũ. Adduxiſti pro & contra leges multas: vti peritiſſimum & cõſultiſſimum virum decet. Neq; infitior,te bene ſentire pro pauperculis mulieribus: vt legittime conſulas illarum indigentiæ. Propenſior es ad pietatem: qm̃ pietas ad omnia valet. Ego quoq; hac in re veſtigia tua ſecutus: ſcripſi abbati p eiſdem ſororibus: vt fauente præſertim iuſtitia,compatiatur fragiliori ſexui: ſitq; illis in patrem: qñ ex iis duæ nõdũ ſint in matrimoniũ datæ: ne forte (qd abſit) futurus ſit autor proſtitutionis egentiũ puellarum. Nolui aũt modo cẽſuris vti: niſi prius ex abbate factus fuero certior quæ ſint ipſius iura. Et forte placabitur facilius mitiore ſermone, q̃ rigore iuris. Mihi, vt liberius tecum agam, viſus eſt durus ſermo: vt finita linea, non liceat emphiteotæ locare bona ſua, cuicũq; voluerit. Parendum tñ legibus & canonicis Sanctionibus arbitror: vtpote a viris probatiſſimis iampridẽ latis. Cæterum pro fauore tuo noſtris exhibito: ne penitus Burgenſi habitaculo Camaldulenſis ordo noſter priuetur: de ciuitate vniuerſa per tot ſæcula haud quaq̃ male meritus: ago excellentiæ tuæ gratias. Vt perſtes in ſententia hortamur & petimus: neq; ſinas cum reliquis conciuibus tuis: vt ob vnius ingrati noxam, tantã in celebri vr̃a vrbe iacturã fecerimus. Nõ fuit neceſſe: vt mihi Malateſtam Priorem, fratrem tuum, adeo ſtudioſe cõmendares. Eſt.n. mihi cariſſimus frater. Vale. Ex Muſolea. Die.xxiii. Octobris. MDXXI.

Franciſco monacho Doctori. XLIII.

R Epetitis a me litteris poſtulas: vt aut tibi lecturã in Piſano ſtudio procurem: aut alibi locum tibi idoneũ reperiã: aut in familiã noſtram recipiaris. Affirmas præterea, pudere te pro capellano cũ prælatis conuentualibus cõmorari: habita, vt ſcribis, tuæ dignitatis ratione. Cõmendas te mihi inſuper, tanq̃ filium patri: obſecrans ne tui curã negligam. Ad hæc, alia cõplura & de Vicario & de Procuratore ordinis & de capitulo futuro cõmemoras: quæ breuitatis ſtudio recolenda non duxi. Accipe cõpendioſum a me & ſummariũ reſponſum. Vt tibi lectura in Piſano ſtudio demandaretur: binas tibi dedi cõmendatitias litteras: alteras ad Driuaſtenſem Antiſtitem: ad abbatẽ tuum alteras. Quod vero alicubi tibi manſionem inueniã: non mihi videris illa fraudatus: qñ apud Sanctum Michaelẽ mea interceſſione haud repugnanter admiſſus es. Apud me vero, quem noſti limitatã numero familiã habere: locus modo aliis nequaq̃ ſu-

pereſt.

pereſt. Cæterum q indecens tibi videatur, fungi capellanatus munere, poſt adepti doctoratus inſignia: ſcito me longe abs te diſſentire. Subit. n. recordatio, admoneri nos per ſapientem. Quanto maior es (inquit:) humilia te in omnibus. Et alibi ſcriptum ſcimus: Quod humilia reſpicit deus: & alta a lõge cognoſcit: Hortor itaq; te: & paterno affectu moneo: ne de te altũ ſapias. Super quẽ enim requieſcet ſpiritus meus, ait Dñs: niſi ſuper humilẽ & manſuetum & trementẽ ſermones meos? Ne mireris: ſi tecum libere loquor. Quis. n. filius: quẽ non corripit pater? Repetis bis per ſingulas litteras doctoratus tui titulum: qñ ſemel nimirum ſuffeciſſet. Nihil re vera ſupercilio & elatione odioſius: nihil quod magis viſum aut auditum offendat. Si quid habemus amplius cæteris: ei agendæ ſunt gratiæ, a quo omne datũ optimum. Quid enim hebes, ait Paulus: quod nõ accæpiſti? Si aũt accæpiſti: quid gloriaris quaſi non accæperis? Quãobrem ſuadeo tibi iure meo: vt in ſcribendo & loquendo decorum perſonæ tuæ ac modeſtiam ſerues: neq; tibi nimiũ blandiaris: nimium tribuas. Sic enim facile acquires gratiam apud deũ & homines. Qui enim ſe humiliat: exaltabitur. Heri accæpi priores litteras tuas: hodie alteras. Vnum hoc tibi impræſentia reſpõſum ſufficiat. Vale: & abbatẽ vtrũq; ſaluta meo nomine. Ex Muſolea. Die. xxvi. Octobris. MDXXI.

Zachariæ Mauroceno XLIIII.

PErſeueras pulſans: & vrges vt in patriam redeã. Verum niſi opus perfecero, cuius gratia huc me cõtuli: inuanum profecto laborauero: & operã ſimul atq; impenſam perdidero. Feras itaq; æquo animo diuturniorẽ dilationem: & tñ ores, vt reditus meus ad vos fœlicior ſit futurus. Cito labitur tẽpus: & celeri curſu fluit annus. Non omnia poſunt vno die abſolui. Omni (inquit) negotio tempus eſt & oportunitas. Amicos queri de abſentia mea, nequaq̃ miror. Quin potius lætor: eoſdem præſeferre ſuæ erga me caritatis inditia. Niſi enim arctius diligerent: non afficerentur tantopere mei deſyderio. Sunt vtiq; tres illi viri clariſſimi quos cõmemoraſti, præcipui amatores mei: vt mirũ nõ ſit, q moleſte ferant: procul me modo ab eis vitam ducere: qui me adire ſæpius conſueuerant: & vti noſtro contubernio frequentius dignabantur. Nouerint illi nihilo minus: nequaq̃ ſe mihi memoria excidere: neq; diſtãtia locorũ aut temporũ interuallo fieri: vt me illorum beniuolentiæ capiat obliuio. Ipſis me cum tibi facti fuerint obuiam, nõ grauaberis cõmendare: quorum erga me fidẽ tantifacio, vt non poſſim magis. De bellorum tumultibus, tũ in Italia tũ in Pannonia excitatis, verendũ merito eſt: ob multiplicata paſſim flagitia in terra: q niſi ſua clæmentia repreſſerit Dñs impetus hoſtium barbarorum (vt de Chriſtianis inuicẽ diſſidẽtibus taceã) atq; retardauerit: maximũ immineat paulopoſt chriſtianæ rei publicæ periculum, ac formidoloſiſſimũ bellum. Cõpreſſa ab Othomano Pãnonia, & multis præliis iam pene delata, chriſtianorum ſociorum implorat auxiliũ aduerſus nefarios atq; atrociſſimos inimicorum crucis chriſti conatus: & non eſt qui præſidium ferat: qui conſurgat ei aduerſus malignantes: aut qui ſtet cum ea aduerſus operantes iniquitatẽ. Ardet vicini domus: & conflagari atq; euerti penitus periclitatur: & negligimus aquã afferre ad extinguendum incendium. Quanto ſalubrius ſibi conſulerent inuicem decertantes chriſticolæ: ſi adeo gra

uia & atrocia bella ſuſciperent,ad tuendam ſuam & ſociorum ſalutẽ? Quorum enim nõ excitaret animos atq; inflamaret ad defenſionẽ oppreſſorum expugnatum ac ſolotenus dirutũ a Turcis Belgradũ:oppidum Pannoniorum pauloante munitiſſimum?Non erit contenta gens immanis illis finibus. Vltra progredi conabitur:& intrare in labores ac terminos,vbi non laborauerunt,contendet. Auertat Dñs:ne fiat iſtud:& diſſipet gentes,quæ bella volunt:eaſq; ad nihilum redigat.Facile eſt enim ei,cum voluerit,poſſe.Fuit per hos dies in agro Lucenſi, & pauloante in Florentino,tanta pluuiarũ vis:vt ſubito coortæ tẽpeſtates,adeo ingentes himbres excuſſerint:vt cataractas cœli apertas putares,ac diluuium rediiſſe.Adeo aũt vehemens extitit aquarum inundatio:vt egreſſa alueos ſuos flumina,& torrentium impreceps ruentium impetus pontes lapideos deiecerint: ac multorum villas euerterint:oppreſſa ruſticorũ multitudine ac iumentorũ.Vale.Ex Muſolea.Die.xxix.Octo.MDXXI.Hieronymo Taiapieræ Doctori.XLV.

g Ratularis mihi:q̃ relicto grauiore cœlo in ſalubrius me recæperim:redierimq; incolumis in Sacram noſtram Eremũ: idq; propterea,quod iampridem animaduerteris ſtudioſum me fuiſſe vitæ ſolitariæ. Non falleris opinione oblectari me magis conſueuiſſe deſertis locis & montoſis regionibus:q̃ cœnobiis in conſpectu ciuitatũ atq; in oculis earum poſitis.Viſa eſt enim mihi ſemper portus quidam ſolitudo atq; ſeceſſus:vbi facilius & commodius procul a cœtu & frequentia hominum,qui ſæculo renunciaſſent,poſſent requieſcere:& reddere altiſſimo vota ſua.Non enim temere pſalmographus ait. Ecce elongaui fugiens:& manſi in ſolitudine:expectabam eum,qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.Et merito quidem.Nam in ſiluis & montibus olim habitaſſe ſanctorum multitudinem nõ ignoramus. Atq; vt de reliquis ſileam:Saluator noſter legitur ſæpius in montem aſcendiſſe: vbi etiam magnifica illa Beatitudinum documenta diſcipulis ſuis,qui ipſum fuerant ſecuti,ore proprio reſerare dignatus eſt.In monte tribus illis apoſtolis transfiguratus apparuit.In monte deniq; voluit crucifigi.Per hoc,vt ego arbitror,erudiens nos:vt ſpretis atq; contemptis ſæcularibus omnibus,rerũq; terreſtrium cupiditate ſuperata,ad cœleſtia ſine intermiſſione anhelaremus.In monte quoq; & alpium iugo ſita eſt Eremus noſtra:monte inq̃,in quo iuxta pſalmi vaticinium,beneplacitum eſt Deo habitare in eo:monte coagulato:monte pingui: vt haud iniuria Camaldulẽſium collium ſalubritatẽ,& cœli temperiem laudibus extuleris. Cæterũ miratus ſum:falſo tibi relatum fuiſſe:de reſtituta mihi priſtina poteſtate.Nam & ego illa minime concupiui:& ſi mihi oblata vltro fuiſſet,eam re vera penitus reieciſſem.Tantum ſcias velim:fuiſſe me excæptum in Hetruria ab omnibus ſingulari beniuolentiæ & amoris ſignificatione:delatũq; mihi fuiſſe ſupra meritũ.Damus operam interea:vt capitulũ generale,non dico Congregationis ſed totius ordinis celebretur:quod p annos octo intermiſſum eſt.Qui bono zelo in religione ducuntur:& ipſius reformationi recte ac ſalubriter conſuli cupiunt: vrgent,ne diutius differatur.Qui vero claudicare agnoſcuntur in ordine:& ſuis cõmodis nõ cõmuni vtilitati inſeruire contendunt,plurimum negocio huic & conſilio noſtro aduerſantur.Sed ſpero inanes omnino atq; irritos futuros eorũ

conatus:& rubore ac confuſione repletos,ceſſuros veritati, quam impugnant. Plures enim ſunt nobiſcum q̃ cũ illis.Nam & mecũ non modo ſentit colendiſſimus Protector:verũetiam ad aggrediendum opus ſuis litteris adhortatus eſt. Inſuper eſt pollicitus,non defuturum nobis a Pontifice fauorem,& optatam langori medelã.De iis,qui me olim domo eiiciendum curarunt,nihil repeto:ne recrudeſcere vulnus videatur:quod iampridem cicatricẽ obduxit.Peperci omnibus:a quibus iniuriis affectus fuerã:memor eius,qui dixit.Si me perſecuti ſunt:& vos perſequentur:qñ non eſt ſeruus maior Dño ſuo.Tu quoq; mecum prætetitorũ obliuiſcere:& cœleſti permiſſione factum puta:vt in illam tũc inciderem inopinatã tempeſtatẽ:quæ me in portũ quietis huius impulerit. Noui optime:q̃ ſit modo tranquillus rerum meaꝝ ſtatus:q̃ alieno a tumultibus prioris adminiſtrationis,& minime turbulento animo,vitã ducam:vt non obfuiſſe mihi illi, de quibus meminiſti,ſed longe magis profuiſſe,pro cóperto habeam,& reipſa experiar.Agimus autem tibi gratias Doctor eximie,pro tam ſingulari tua erga me atq; ordinem noſtrũ affectione.Si Camalduleñ.habitus candorẽ iampridem induiſſes:non potuiſſes maiorem præteferre animi ſolicitudinẽ,ac vehemẽtius deſyderium:vt ordo noſter in melius reformaretur.Reddat tibi Dñs pro tam religioſa & pia erga nos mente cumulatiſſimam gratiã. Quorum me nomine per litteras ſalutaſti:eoſdẽ ſaluere iubebis ex me.Vale.Ex Sancto Benedicto iuxta Florẽtiã.Die.xxiii.Neuẽ.MDXXI.Iulio Cardinali de Medicis Legato. XLVI.

n On poſſe modo eſſe gaudium meum plenũ ob fœlicem atq; incolumẽ reditum tuæ amplitudinis,magnopere doleo.Obiicit.n.ſe mihi e diuerſo recens Sanctiſſimi Pontificis obitus:cuius rei gratia ob dulciſſimam tanti Principis memoriã,triſtitia oppletus ſum. Sed qñ ita placuit Deo: ferendũ eſt æquo animo,& parendũ cœleſti decreto.Cum illo vero bene actum arbitror:qui temporali priuatus ad æternam tranſiuit gloriã:qñ ſemper innocẽtiſſimam vitã duxit.Tu vero Dñe colendiſſime pro tua conſtantia & animi magnitudine,abſterge omnẽ lachrymam ab oculis tuis:cuius reliquum iter,vt proſperum faciat Deus ſalutarium noſtrorũ,plurimum optamus.Et ſicut modo fœlix re bene geſta in patriam rediiſti:ita opitulante Dei gratia fœlicior ſis futurus in peruentione:vbi te in vrbem receperis.Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.viii. Decembris.MDXXI. Chriſtophoro Priori Agnæ.XLVII.

g Ratularis nobis:q; profecti ex agro Caſentinate,peruenerimus eadem die Florentiã incolumes,atq; haud multũ de via feſſi.Fuit re vera iter noſtrũ minime incómodum:& mihi imprimis,qui lectica vectus ſum:accedente præſertim cœli temperie.Videbar mihi ſedere ad ignem in cubiculo : ſeptus vndiq; ac munitus a ventis:nec rigentibus hyeme pedibus:vtpote adiutus mónialium noſtrarũ conſilio:quæ calefactum igne atq; incoctum laterem panno lĩneo inuolutum in lectica apponi curauerunt.Ago itaq; Deo gratias,& illarum ſolicitudini pro me.Quæ ſi,vt ſcribis,memores ſunt noſtri in orationibus : cumulatius me ſibi obnoxium faciunt.Non dubito,te atq; alios optare nobis longiorem vitã,quæ ſi conferre indigentiæ ordinis & ſaluti meæ aliquid poſſet:merito eſſet diuturnior optanda.Alioquin vides:q̃ ſit fragilis humanarũ rerum ſta/

tus.Incertus eſt enim vitæ noſtræ exitus:& ſine intermiſſione impendet no/
bis inopinata mors:quæ ſua lege & naturæ ordine parcit nemini. Audiuimus
omnes his diebus inexpectatũ Beatiſſimi Pontificis Leonis obitum:audiuimus
inq̃ & mirati ſumus:ꝙ prius deceſſiſſe ipſum agnouerimus : q̃ incidiſſe malam
valitudinem nuntiatũ fuiſſet.Orabis vna cum monialibus illis,tuæ curæ cōmē/
datis & pro defuncti migratione,& pro futuri ſucceſſoris electione: vt detur no
bis Pontifex Sanctus,innocens,impollutus,ſegregatus a peccatoribus,& excel/
ſior cœlis factus.Vale cũ Sacro illo cœtu:quem ſalutabis meo nomine.Ex San/
cto Benedicto iuxta Florentiam.Die.x.Decembris.MDXXI.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ.XLVIII.

a Egræ te tuliſſe malam noſtrã valitudinem,ſatis manifeſtis inditiis præ
tetuliſti.Nã & apud Deum precibus, & prolixioris epiſtolæ cantione,
contendiſti prouiribus vim morbi mitigare,& podagræ dolorem lenire.Oſten
diſti præterea beniuolentiam & fidem: & q̃ pio ſis erga nos animo.Abſens cor/
pore,viſus es mihi exhibere iacenti miniſterium:tanq̃ vnus ex his,qui mihi aſſi
ſtebant.Miſcere voluiſti pro tua prudentiá ſeriis iocoſa : vt hac viciſſitudine ac
rerum varietate oblectatus,obliuiſci cogerer infirmitatis noſtræ. Quod vero
arrepto calamo quid eſſes ſcripturus ignoraſſe te fatearis:cum nihil tibi occurre
ret ſcribendum:niſi quod dolore animi atq; angore excipiendũ foret:meo iudi/
cio iuuat aliqñ,etiam quæ nos mœrore afficiunt,cũ amicis cōmunicare. Acrius
enim ſæuiunt obtecta vulnera:quæ patefacta facilius curantur.Doles ob profe/
ctionem meã ex agro Caſentinate:& pro comperto habere te aſſeris,ob hãc cœ
li mutationem incidiſſe me in malam valitudinem.Huic tuæ opinioni nequaq̃
aſſentior.Nam & ſi multa mihi non defuiſſent cōmoda in ædibus Muſoleæ;tũ
propter ſitus amœnitatem,tũ propter aeris temperiem:haud imparem tamen
in hoc cœnobio habitationem eſſe agnoſco.Verum vt cætera obmittam,quãdo
ſemper eſſe conſueuit odioſa comparatio:mallem ego ſemper ,ſi ita decreuiſſet
Deus,infirmari Florentiæ,ſiue in huiuſmodi ciuitatibus,q̃ in loco ſolitario : vbi
opus eſſet deſyderare præſentiã medici peritiſſimi:& vbi procul forent langué/
tium ſomenta.Neq;.n.is ſum:qui in infirmitatibus medicum minime acceſſien/
dum putem:quiq;,cũ neceſſitas vrgeat,pigmenta & antidota atq; alia huiuſmo
di medicamentorum genera,medicorum iudicio ſummẽda,obſtinate reiiciam.
Scio enim ſcriptũ.Altiſſimus creauit de terra medicinam:& vir prudens nō ab/
horrebit illam.Vos aũt,qui anachoreſin & ſecreta Eremi ac ſeceſſus & remotio/
nem aburbibus incolitis:vos inq̃,qui ſpirituales eſtis,& in Deo ſperãtes rarius
infirmamini:minorem de medicis & de curatione corporali curã geritis.Verũ
hæc miſſa faciamus.Expediri aũt æque facile poſſe atq; cōmode negocia ordi/
nis apud vos,ſicut cũ Florentiæ degimus:haud quaq̃ ita ſentires: ſi te docuiſſet
experientia.Verũ modo intercedente Pontificis obitu non eſt mirũ:ſi intercæ/
pta ſunt mea erga ordinẽ ſtudia.Vnde tu audieris exequendorum votorũ meo/
rum ſpem me dereliquiſſe:non ſatis coniicio.Eo.n.ſum animo ad bene meren/
dum de religione noſtra:quo eram,qñ profectus ſum a vobis.Et tu nō ignoras:
ꝙ homo cogitat,& Deus diſponit.Si,qui ſunt mihi ſuperiores,admittendã du/

xerint

xerint ſuggeſtionē meam:&quæ ab eis poſtulaturi ſumus,comprobaturi: non ſum reuocaturus ſententiam.Quamuis complures : & quidem(quod deſtabiliius eſt)de Congregatione,oppugnare illam conentur.Sed ſpero in Dño : qui nouit qua mente ſimus erga ordinem:ꝙ in laqueo iſto,quem mihi nituntur abſcondere,cóprehendendi ſunt pedes eorum.Si tamen ſecus acciderit: omnia in meliorem partē accæpturi ſumus.Apte vero ſatis ac decenter ad leuamem infirmi inſeruiſti epiſtolæ tuæ fabellam de podagra & aranea : quã adeo pulchre deſcripſiſti:vt viſus ſis cantu & lyra mihi aſſiſtere.Quod vero mirari videaris: dominari in me podagras:quē continentiſſimũ in cibo & potu arbitraris: caue ne fallaris opinióe.Non.n.mihi arrogo ciborum abſtinentiã ac parcitatem : vt poſſim dicere cũ apoſtolo.Caſtigo corpus meum:& in ſeruitutem redigo.Neqꝫ enim facile eſt cuiqꝫ,vitare immoderantiã ac nimietatem eſcarum: & abſqꝫ intermiſſione ab eſculentioribus cibis omnino abſtinere : atqꝫ in parſimonia victus ſeruare conſtantiam.Siue tñ ciborũ exceſſu,ſiue alia de cauſa,quæ forte nos latet:hoc mihi eueniat:quando nó deſint,qui hunc mihi hereditarium morbũ putent:ſi hoc ad exercendã,vt tu exiſtimas patientiam in me permittit Dñs:nó eſt recuſanda huiuſmodi cœleſtis viſitatio:ſi forte purgatior hinc exiturus ſim. Vt te diligã,non ſum admonendus.Si quidem diligentes me diligo.Reuerēdiſſimus Archiepiſcopus Corcyreñ.paulopoſt obitum Pontificis,Romã ſe contulit.Si euenerit:vt oblata occaſione aliquid ei ſcripturus ſim:eidem te cómendabo.Vale:& Maiorē ac familiam vtrãqꝫ ſaluta meo nomine.Ex Monaſterio Sancti Benedicti extra muros Florentiæ.Die.vii.Ianuarii.MDXXII.

Danieli Rhenerio.XLIX.

a Ccæpi dudum litteras tuas : quas ne dubites haud minus mihi gratas fuiſſe,q̃ meas tibi.Diſtuli aliquãdiu reſcribere ad te:eo ꝙ vexatus podagra pariter & febricula,lectulo iacuerim per aliquot dies: adeo vt neceſſariũ duxerim acceſſire medicũ.Nam qui in obſeruatione aduentus dñici, ſatis proſpero curſu enauigaſſe mihi viſus fuerã : appropinquans portui,& iamiam illũ ingreſſurus,ſcopulum impegi:feciqꝫ pauloante natiuitatem Saluatoris,naufragiũ.Ago gratias Deo:ꝙ ſicut præter expectationē incidi in malam valitudinē: ita celerius opinione febre penitus liberatus ſum.Adhuc tñ mihi non licet fungi Sacerdotio:nódum omnino reſtituta pedũ firmitate:ac priſtino robore.Deniqꝫ,vt ſcias,ægrotaui ſed non grauiter:niſi ꝙ ætati meæ ſuſpectus merito eſſe poteſt vel leuiſſimus ſuperueniēs morbus:qñ ſola maturitate nulla etiam vi impulſa,decidant poma.Laudas ſeruatam a me in promiſſo fidem:ꝙ iuxta pollicitationem ſcripſerim tibi ſeriem itineris mei:tribuiſqꝫ conſtantiæ,quod dandũ magis obligationi fuerat.Non.n.me latet:quãtopere tibi debeam, ob tuã erga me beniuolentiã ſingularem.Quod aũt verearis : ne Tuſcis delinimentis atqꝫ blanditiis illectus:& inaniũ iucunditatũ ſpetie captus:obliuiſcar reditus mei ad vos:trepidare videris timore,vbi non eſt timor.Etſi.n. euenerit mihi,vt bonã ætatis meæ partem occaſione generalatus procul a ſolo patrio cóſumpſerim: nuſq̃ tñ libentius immoratus ſum,q̃ Venetiis.Neſcio qua,vt inquit Poeta natale ſolum dulcedine cunctos Ducit:& immemores non ſinit eſſe ſui. Oblectatus

nimirum a tenero vitæ ſolitariæ,ibidem ſolitudinis rudimenta percæpi : cũ in cœnobio,ad quod me contulerã,anteq̃ ex ephebis exceſſiſſem,vbi diſtrictio re/gulæ accuratiſſime cuſtodiebatur,perpetua reclusione tenerentur monachi:nec alicui euagandi extra clauſtra monaſterii quoq̃ licebat. Sunt quidem mihi citra alpes cõplura ad habitandum loca,multo cõmodiora illis noſtratibus. Verũ de his exigua modo eſt nobis cura:indicente mihi ac præſcribente ſuo iure tum ſe nectute ingraueſcente,tum vero infirmitatũ frequentia,vt vbicũq; elegero man ſionẽ,Cubiculo ſim contentus:in quo requieſcã:vtiq; ſeſſioni aptior,q̃ ambula/tioni.Abiice itaq; abs te iſtã curam:neq; te vllo pacto ſolicitum atq; anxium red dat ſuperflua & inanis cogitatio:ꝙ ſiue Muſoleæ,vt ſcribis,amœnitate,ſiue aeris huius clæmentia,ſiue aliorum oble&amentorũ illecebris delenda ſit memoria reditus mei.Quem iccirco potiſſimũ cupio:vt reuiſam te ac cæteros mei amã/tiſſimos.Deniq; vt ſemel finiam:ſi in hac tua de reditu meo ſuſpitione perſtite/ris:ſpero me,ſi vitã prorogauerit Dñs,expoſtulaturum tecũ ſtatuto tempore atq; dicturum.Modice fidei quare dubitaſti?Non potuiſſe te fungi pro me ſalutatio/nis officio apud principem,ſicut poſtolaueram: eo ꝙ anteq̃ accæpiſſes litteras noſtras,ille deceſſerat:admitto excuſationem tuam.Sentis de illo:quod de opti mo ac religioſiſſimo Principe ego quoq; ſentiendũ putaui.Si ſuſcæperit e cœlo vti arbitraris,Salutationes meas:ſperare licet,ipſum meæ erga ſe obſeruantiæ memorẽ,fore etiam apud deum pium interceſſorem. Cæterum ſi,vt ſignificaſti, diſceſſus mei cauſas vtpote neceſſarias,amici cõprobauerunt:eſt quod ſane opta ui.Sunt.n.vitandæ pro viribus murmurationum occaſiones.Satiſfaciedum eſt enim aliqñ iis,qui foris ſunt:q̃uis ad eos nequaq̃ pertineãt aliena negocia.Facta abs te de nobis mentione,tribuiſti mihi ſupra merita.Et licet id abs te pro tua benignitate factum putẽ:ſubiit mihi cogitatio:ne forte volueris aſtipulari ſentẽ tiæ Fauorini philoſophi:qui turpius eſſe dicebat:exigue atq; frigide laudari : q̃ inſectanter vituperari.Maluiſſem ego:vt vſus potius fuiſſes alterius philoſophi conſilio:qui ait.Lauda parce:vitupera parcius.Ego vero ne parce quidẽ lauda/ri velim:ſciens ſcriptum.Ne laudes hominem in vita ſua.Si tñ laudandus foret: laudetur poſt cõſumationẽ,poſtq̃ emenſo nauigationis curſu in portũ peruene/rit.Et merito quidẽ.Quid.n.eſt homo,quia reputas eum?Non fuit neceſſe:vt al teris meis litteris reſponſum dares.Satis mihi feciſti reſcribendo prioribus.Re/uerſus domum Pius monachus,retulerat mihi de mala tua valitudine:quã re ve ra ægerrime tuli. Tu quoq; idem per epiſtolam affirmas: Nam laboraſſe te febre,ſcribis,ac dolore lateris quod vtiq; morbi genus iampridẽ expertus ma/gnopere exhorreo.Licet aũt haud penitus conualueris de infirmitate:nec ſis pri ſtinæ adhuc reſtitutus ſanitati.Spero nihilominus,cũ ſis prudens ac ſapiens,nõ defuturum per te,quin ſolitũ vigorem ac robur propediem ſis recæpturus. Pro qua re quotidianas Dño preces fundimus.Pro impetratis vero ab Illoſtriſſimo Dñio litteris in fauorem religionis:ingentes tibi gratias agimus.Dum hæc ſcri bo:ſuperuenit nuntius dilatæ electionis noui Pontificis.Mirati ſunt vniuerſi : tã procul quæſitum chriſtianorũ caput:de quo ante electionem nulla facta fuiſſet mentio.Religione ac pietate præditũ affirmant.Vtinam is futurus ſit in adepto

ſummo

ſummo apoſtolatus apice: vt ſicut procul a Romana curia promotus eſt: ita merito de tanto paſtore dici queat. Procul & de vltimis finibus prætium eius. Sit itaq; verbo & exemplo talem gregis Dñici curam habiturus: vt de illo dixiſſe apoſtolum facile perpendamus. Talis (inquit) decebat vt nobis eſſet Pontifex: Sanctus, innocens, impollutus, & ſegregatus a peccatoribus. Valitudinẽ tuam cura q̃ diligentiſſime. Ex Sancto Bñdicto. Die. x. Ianuarii. MDXXII.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. L.

g Ratias ago diuinæ clæmentiæ: q̃ poſt cóplures annos incolumẽ reduxerit in Vrbem dignationem tuam: mihiq; diu intermiſſum tecum ſcribendi officium reſumere permiſerit. Volui cótinuo, vbi primum de tuo reditu certior factus ſum, dare ad te litteras: ſed reputans mecum maturiore conſilio aduentus tui cauſam: quæ nimirum maximi foret momẽti: vt ſcilicet gregi Dominico de Paſtore in locum indemortui vna cũ reliquis Reuerẽdiſſimis Cardinalibus prouideres: nolui te maioribus implicatum cogitationibus & grauiora tractantẽ ſcribendo obtundere: ne importunitati aſſcriberetur feſtinata ſcribendi celeritas. Audita tandẽ noui Pontificis electione, breui te nunc primum epiſtola conueniendum cenſui: vt & tuæ conſtaret amplitudini, adhuc me per Dei gratiam viuere: & nũq̃, tanto temporũ & locorum interuallo factum eſſe: vt abſentis tui memoriã mihi exciderit. Gratulor itaq; aduentui tuo: tum noſtri tũ tui gratia. Et noſtri quidẽ cauſa, quoniam continuis fauoribus tuis atq; protectióe indigemus: labente indeterius religione noſtra. Tui vero: ne lucerna ſapientiæ & virtutis tuæ lateret ſub modio: ſed ſuper candelabrum poſita omnibus eluceret. Cæterum de aſſumpto nouiſſime ad apicem apoſtolatus ſummo ſacerdote, optime ab omnibus ſentiri audio. Religioſum ipſum ac deũ timẽtem, & pietate atq; innocentia inſignẽ vulgo prædicant: vt haud temere credi poſſit, a domino factum iſtud fuiſſe: cũ ſit mirabile in oculis omnium. Laudatur iccirco ſapiens incorruptumq; Sacri Senatus veſtri iuditium: electum eum eſſe aiunt omnium fere ſuffragatorum conſenſu Pontificẽ maximum, qui abſens procul ab Italia, procul a Romana ſede vitã duceret: vt quæſitus atq; expetitus a lóge, Chriſtiano populo Princeps inſpirante diuina prouidentia videatur: de quo merito diceretur. Procul & de vltimis finibus prætiũ eius. Scribã prolixius paulopoſt tuæ amplitudini. Vale Dñe colendiſſime: cui me atq; ordinẽ noſtrũ, opem tuam implorantem ac deprofundis clamantẽ ad te, magnopere, cómendo. Ex Sancto Bñdicto. Die. xiii. Ianuarii. MDXXII.

Thadæo Veneto monacho. LI.

p Ene mihi exciderat reſcribere ad te: q me dudũ lr̃is ꝓuocaueras. Nã & ſi iccirco potiſſimũ cópulit te ad ſcribẽdũ, deſyderiũ: vt noſſem primordia & rudimẽta ſtudioꝝ tuorũ: atq; experimentũ caperẽ ingenii tui: ſcirẽq;, q̃tũ ſub præceptore ꝓfeciſſes: pſuadeo tñ mihi ſcripſiſſe ẽt te, vt reſponſum acciperes. Ingreſſus itaq; bibliotheculã nr̃am, cóſpectis lr̃is tuis, noluite fraudare diutius expectatióe tua. Videris mihi breui tpe haud parũ adeptus: ſiue tua cura & diligẽtia atq; lucubrationibus: ſiue (qđ magis credo) infuſióe gratiæ cœleſtis. Si quidem dixiſſe te ex corde quotidie arbitror ad Dñm. Bonitatẽ & diſciplinã & ſciẽtiam doce me. Nam cum ipſe teſtetur: ſine me, nihil poteſtis facere: quomodo ſine illo periti atq; eruditi euadere poſſemus? Propterea ita tibi incumbendũ lr̃is

ſuadeo:vt merito de te dici poſſit.Beatus homo,quem tu erudieris Dñe: & de lege tua docueris eum.Quod facile ſperare tibi licuerit:ſi ſtudendo legẽdo ſcri/bendo,omnia ad cõponendos mores,quẽadmodum te facere opinor,& obſer/uationẽ regularis vitæ retuleris.Huiuſmodi doctrina imbutos,quæ ſpes retribu tionis maneat:ſacro eloquio admonemur.Docti fulgebunt ſicut ſtellæ in perpe tuas æternitates.Quãobrem ne te pigeat multũ operæ ac tẽporis in ea acquirẽ da exponere.Sic.n.fiet cooperante Dei gratia:vt vbertatem varietatem & dicen di copiam conſequaris:efficiariſq; idoneus ad erudiendos alios ad iuſtitiam.Va le.Ex Sancto Bñdicto.Die.xiii.Ianuarii.MDXXII.

Zachariæ Mauroceno.LII.

V Rges me ad reditũ:hortaris vt te atq; amicos reuiſam.Conſyderare te oportet:quod vulgo aiunt,Non dicitur veniſſe:qui nõ ſtetit. Putamus aliquando conficere negocia noſtra diebus paucis:& horæ momento emergũt cauſæ:quibus neceſſario in longitudinẽ dierum illa producant̃.Accidit pauloan te inopinatus Pontificis obitus:cuius rei gratia multorum intercepta ſunt nego cia:quæ ſortiri nõ potuerunt finem ſuum.Et qui adeptus eſt modo ſummũ ſa/cerdotium,procul agens a Romana ſede,impleri non ſinet plurimorũ vota qui ſine illo facere nihil poterunt.Atq; vtinam priuati tantũmodo ſuis fraudentur deſyderiis:nec ſit obſutura publicis cõmodis ac vtilitatibus abſentia diuturnior Pontificis.Videmus.n.vbiq; ſcæuire bella:vaſtari regiones:diripi atq; euerti op pida:humanum paſſim ſanguinẽ chriſticolarum fungi.Non eſt qui ſe opponat pro muro:qui ꝓhibeat fieri talia.Vtinã infundat Dñs in præcordia noui huius Pontificis gratiã:vt ſicut alter Moyſes verbo & exemplo ſtudeat regere popu/lum ſuũ:& ſanctitate vitæ potens ſit erectis manibus placare irã Domini. Verũ vt ad reditũ meum redeã,vnde digreſſus ſum:pro quo mihi ſubdis calcaria:mi hi non eſt alius animus:q̃ fuerit cum a vobis profectus ſum.Suo tẽpore,ſi vixe/rimus,reipſa cõprobabis.Siue aũt rediero voti cõpos,ſiue fraudatus deſyderio: nõ ſum propterea ſubiturus,ſicut tu vereris calumniam:vt exprobretur mihi a dicẽtibus:q; cœperim ædificare,& non potuerim conſumare.Scio.n.dixiſſe apo ſtolum.Ego plantaui.Apollo rigauit:deus aũt incremẽtũ dedit.Neq;.n.qui plã/tat eſt aliquid:neq; qui rigat:ſed incrementũ dat Deus.Si per me non ſteterit: quin languenti religioni oportuna remedia & fomenta exhibeantur: ſufficit mi hi non eſſe meũ dicere egrotanti.Surge & ambula.De beniuolentia & fide,quã multos habere erga nos,palam ſignificaſti:tã grate didici:vt multũ me oblecta uerit adeo benigna eorũ memoria de me.Sciant ipſi nihilominus, haud minus ſe mihi eſſe dilectos,q̃ me ſibi.Ad vltimam epiſtolæ tuæ partẽ,nõ eſt meum da re reſponſum.Tm̃ opto:vt bñ cũ defuncto actum ſit.Si multa quæ enumeraſti, eo ſublato ſecutura ſunt bona:hoc diuinæ pietati accæptũ ferã:cuius miſericor/diæ non eſt numerus.Quomõ quiſq; demigrauerit a ſæculo:non eſt facile,non eſt ẽt tutũ iudicare.Nouit Dñs:q ſunt eius.Siue.n.viuimus,ait Paulus,ſiue mori mur:Dñi ſumus.Si igit̃ ẽt mortui,Dñi ſumus:obiici haud temere cuiq; iudicãti poſſet.Tu quis es:q alienũ ſeruũ iudicas? Suo Dño ſtat,aut cadit.Oremus itaq; potius:vt qui ei ſurrogatus eſt,talem ſe exhibeat in tanto rerum culmine: vt ſit

futurus

futurus amator pacis,& concordiæ christianoꝝ autor atq; interpres: Qui arcũ conterat:& confringat arma:& ſcuta conburat igni:auferatq; bella vſq; ad extremũ terræ. Quod ſi ei neceſſario fuerit decertandũ:contra gentes,quæ ignorant deũ,contra inimicos crucis chriſti inſurgat:libertatéq; chriſtianorum acriter tueatur: nec vereatur,ſi opus fuerit,mortẽ ipſam miſeræ ac turpi barbarorũ anteponere ſeruituti. Nudiuſtertius rediit Florẽtiã colendiſſimus Cardinalis Midices primis tenebris. Occurrit ei obuiã, vt audio,magna ciuiũ multitudo:ingreſſuſq; vrbẽ,multis:acclamationibus excæptus eſt. Tui memoriã ſeruo ſine intermiſſione:vtpote mei amantiſſimi:& cuius fidei erga me plurimũ debeo. Vale. Ex Sancto Bñdicto. Die. xxiii. Ianuarii. MDXXII. Iulio Cardinali de Medicis Lega. LIII.

i Vdito incolumi reditu dignationis tuæ:meũ erat conuenire te domi: & coram gratulari:tibiq; Dño meo gratiſſima ſuſcæptione genua flectere. Verũ cum ſim inualido corpore:& ſenectute etiam premar:nõ ſolum nõ egredior monaſterio:ſed ne cubiculo quidem:inhorreſcente præſertim aſperius hyme. Admittat itaq; piiſſimus Dñs excuſationem ſerui ſui: qui nimirũ magno repletus eſt gaudio:cũ primũ accæpit,reuertiſſe te in patriã, ſoſpitem ac bñualentẽ. Vbi mihi licuerit per infirmitatẽ pedum venire Florentiã: conabor implere offitium meũ. Porro datũ nobis tua & aliorũ ſuffragatorũ opera,Pontificem maximũ:atq;, vt ſpero,diuinitus electum:vtpote de vltimis terræ finibus ad apicẽ apoſtolatus aſſumptũ:debita,vt decuit, veneratione ſuſcæpimus. Singulari preditũ religione atq; innocentia illum prædicant. Optamus, vt is ſit futurus:cui illud de ſacro eloquio meritiſſime tribuat᷑: Ecce Sacerdos magnus:qui in diebus ſuis placuit Deo:& inuentus eſt iuſtus:& in tpe iracundiæ factus eſt reconciliatio. Vale Dñe colendiſſime:cui me enixe cõmendo. Ex Sancto Bñdicto. extra muros Floreñ. Die. xxiii. Ianuarii. MDXXII.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. LIIII.

r Eddidit mihi Lazarus familiaris veſter lr̃as tuas:quibus cõplura repetuntur,quæ alteris pauloante ſignificaueras. Amorem tuũ haud vulgarem erga me vel ex hoc apertiſſime indicas:ꝙ tanti facere videris quæ ſcribo ad te:vt ea etiã mercibus Indorũ anteponenda exiſtimes. Ego vero,qualiacũq; ſint illa,id tuæ caritati ac fidei tribuo:qui nos ab initio ingreſſus tui in Eremum diligere cœpiſti:idẽq; ad hancuſq; diem mecũ perſeueraſti. Tu quoq; vereri non debes:quin paria tecũ faciã. Conciliauit.n.me primũ tibi bonum de te mihi exhibitũ teſtimoniũ: veniſſe vtiq; in noſtrã ſolitudinem monachũ: iuniorem quidẽ ætate,ſed doctrina & moribus,multis ſenioribus præferẽdũ. Veniſti tu haud ita multo poſt Venetias, vbi tunc degebã:& in eodem cœnobio per cõplures menſes cõuerſatus:qualis fores nõ obſcura vitæ regularis obſeruatione,reipſa cõfirmaſti. Si quidẽ in cõuentu monachorũ nõ deſeruiſti pro viribus eremiticũ inſtitutũ:vt optimã tunc primũ de tuo in noſtro ordine profectu cõcæperim ſpem. Aiebã.n.multis:cũ quibus de te incidiſſet ſermo. Si perſeuerauerit: qs putas iunior iſte erit? Factus præterea de nigro albus,& ſup niuem dealbatus: ſeruaſti hactenus in diſtrictioreviuendi propſito conſtantiam:quod paucis admodũ ex iis. qui de aliis cõgregatiõibus ad eremũ ſe cõtulerũt,cõtigiſſe:tu es optimus teſtis

Nec tñ propterea valde mirari debemus multi.n.ſunt vocati: pauci vero electi.
Et alibi quidã gentiliũ.Pauci,quos æquus amauit Iuppiter:aut ardens euexit ad
æthera virtus.Hæc iccirco paucis cenſui cõmemorãda:nõ quidẽ vt te laudibus
efferrem:quẽ ſpero aſpera montiũ & niuibus obſita inhabitare voluiſſe:vt mun
dana oĩa,& laudũ præcipue rumuſculos deuitares:ac penitus cõtemneres : ſed
vt referrem cauſam,cur ſint tibi gratæ admodũ epiſtolæ nr̃æ:amorẽ vtiq; mu/
tuũ.Quo fit:vt quæcũq; ab altero in alterum proficiſcuntur,his magnopere de
lectemur:videanturq; dulciora ſuper mel & fauũ.Porro nõ dubito:fuiſſe tibi ac
cæteris coeremitis tuis nunciũ iucundiſſimũ: vbi primũ accæpiſtis,conualuiſſe
nos de ĩfirmitate.Fuiſſe vos mihi vr̃is oratiõibus adiumẽto ad recuperãdã ſanita
tẽ:nihil vereor.Ingraueſcẽte ætate,vel exigua mala valitudo pro magna mihi ha
bẽda eſt: vt multo magis in amicoꝝ interceſſiõibus,q̃ in medicoꝝ viſitatiõibus
mihi ægrotanti cõfidendũ ſit.Licet.n.eorũ nõ ſint reſpuẽda remedia: ſcimus tñ
punctos nõ teneri in panno veteri atq; contrito.E cõtrario vero precibus apud
deũ multa etiã præter naturã ſæpe numero impetrantur:qñ maxime regnũ cœ/
lorum vim pati dicatur:& a violentis rapi.Proroget mihi Dñs vitã: quantũ ex
pedire ſaluti meæ cognouerit.Neq;.n.ignoro : quo vlterius progreſſurus ſum:
eo me magis tũ mihi ipſi tum aliis oneri futurum.De collatione habitationum
noſtraꝝ,non eſt cur amplius inuicem cõtendamus.Vt quid.n.perditio hæc tem
poris?Si vterq; locus in noſtra eſt poteſtate:& vti ambobus pro arbitrio poſſu/
mus:cur venire habeant in diſceptationem,vter alteri cõmoditate ac venuſtate
præſtet,non video.Cõſtat.n.non poſſe non me oblectari ædibus Muſoleæ:cum
ſint opus digitorũ meoꝝ.Pro ſeceſſu tñ ad tempus illas cœnobio præferendas
duco.Pro diuturniore vero cõmoratione,cœnobiũ priuatæ domui ſemper ante
poſuerim.Ait.n.Pater ſanctus in regula. Officinam bonorũ operũ,clauſtra eſſe
monaſterii.Expectatur ad dies paucos Renerẽdiſſimi Archiepiſcopi Corcyreñ.
reditus:cuius nomine quidã eius familiaris his diebus me ſalutauit. Ex Lazaro,
quod ad hoc attinet,plenius intelliges . De Pontifice non deſunt qui aſtruant:
ipſum eſſe vita functum.Vtinã viuat ad ſuam & gregis ſibi crediti ſalutem.Nam
optime de illius bonitate & ſanctitate omnes vno ore cõſentiunt.Pene in eo fui:
vt ſilentio præterirẽ,qd modo ſubiiciã.Neq;.n.contriſtare aliquem veſtrũ ne dũ
multos pariter cupio:& te potiſſimũ: quem vna cũ cæteris,qui te nouerunt ac
virtutes tuas,nũq̃ non magnifeci:nunq̃ nõ arctiſſime dilexi.Verũ habitus paulo
ante cũ quibuſdam Congregationis patribus de præſenti ſtatu eremi familiaris
ſermo:cũ facta eſſet mentio de te:improbãtibus illis vnã mecũ nouũ decretum
veſtrum:ꝙ præter loci cõſuetudinẽ,inſtitutũ fuiſſet in eo gymnaſiũ:quod te auto
re factũ affirmãt:impulit me ad aperiendũ tibi cõſilium meũ:qñ præſertim ne/
minẽ hucuſq; audiui:q hac in re a vobis nõ magnope diſſentiat.Præfui ego ere/
mitis(vt notũ ẽ oĩbus)plena gñalatus autoritate atq; ptãte,p annos trigintaqua
tuor.Quo tpe ſemp ſtudui:ne vel minima expte cõſuetus ſacri illius inſtituti ri/
gor relaxaret̃. Conſului p viribus honori & exiſtimationi incolẽtiũ adeo vene/
rãdã ſolitudinẽ.Si qñ a me(qd rariſſime accidit)aliqs reqſiſſet: vt ſup aliq̃ diſtri
ctiore obſeruatõe diſpẽſarẽ ſecũ:rñdebã oĩbus eũdẽ ſermonẽ dicẽs.Qui pt cape

capiat:

capiat: qui non poteſt, cedat. Datū me fuiſſe Eremo Priorem: non vt ſoluerem in eo legem, ſed implendā curarē. Si qs interī ſe recæpiſſet in Eremū: q adeptus antea doctrinā aliq̄ fuiſſet: vt ageret Deo grās pro talento adhortabar. Sin autē imperitus & īdoctus acceſſiſſet: vt ſtuderet moribus, vitæ eremiticæ cōformari, ex officio admonebā. Nunq̄ tñ pmiſi: vt qſq̄ erudiret́ ſub præceptore. Scio non te fugere: ſuaſiſſe olim diuū Hieronymū: ne pſalteriū de manibus vnq̄ decideret: quā vnā eſſe ex precipuis Eremi obſeruatióibus cōſtat. Et nihilomininus ſub prætextu acqrendæ alicuius ſcientiæ, pſalmodiā reiectā, aut ſaltē īminutā didici. Quod nequaq̄ probamus. Præcedente pſalmodia doctrinæ adeptionē: male ꝑ ſecto ſibi cōſulūt, q illa poſthabita doctrinæ incūbunt. Scriptū ē.n. Pſallā: & intelligā in via īmaculata. Q ūo ergo intelligent: q ſe poſita & ſpreta pſalmoꝝ lectione, grāmaticæ ſtudiis ſe dediderūt? Præterea q remotionē ac ſecreta ſolitudinis expetūt: id potiſſimū iccirco eos aggredi opinor: vt ſuperfluos ac noxios vt plurimū cōgreſſus & cōfabulationes deuitēt. Si quidē in multi loquio non effugies peccatū. Et indictū præcæteris obſeruationibus loco iſti ſilentiū, quotidianis cōuentibus frangi permittit́. Cuius rei grīa qūo non diſſolui feruor ſpūs, ac mentis deuotio poſſit: nequaq̄ video. Meo qdē iuditio: tolle ex Eremo ſilentiū, & eremus nō erit. Si cupiunt eremitæ, incerta & oculta ſcripturaꝝ, profundaqꝫ & abſcōdita ſapientiæ diuinæ ſacramenta, manifeſtari ac reſerari ſibi: cōſyderēt ſe hoc facilius adepturos puritate mentis & eremiticæ vitæ cuſtodia, q̄ humana eruditione. Puro cordis oculo atqꝫ humilitate vera & taciturnitate, Dei teſtimonia ꝑſcrutantes: illuminari Sancti ſpiritus magiſterio & intelligentia merebunt́. In ſilentio, ait, & ſpe erit ſalus vr̃a. Cauendū eſt vobis: ne ſub ſpetie boni decipiamini. Nō.n. pugnare vobiſcū aperto marte aduerſarius veſter cōtendet: quos nouit timore Dñi repletos, abhorrere a manifeſtis criminibus. Suggeret vobis prophetæ teſtimoniū. Qui aūt docti fuerint, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiā erudiūt multos, quaſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates. Ego ſui ipſius abnegationē, ac vitæ integritatē, & perpetuū Dei cultū, quibuſcūqꝫ ſcientiis præferēdū arbitror. Deniqꝫ vt ſemel finiā: legiſſe te nō dubito apud Auguſtinū. Surgunt indocti, & rapiunt nobis cœlos: nos cū noſtris ſcientiis mergimur in profundū. Et doctor gentiū: Scientia (inquit) inflat: caritas ædificat. Spero te eo aío quæ ſcripſi, admiſſurū: quo a me ſcripta ſunt. Opto.n. magnopere: vt antiqua illa Eremi Sāctitas tuo potiſſimū ductu & auſpitio cōſeruet́ atqꝫ augeat́. Quod dū factū fuerit: nō verebor facile Cōgregationis interitū. A ſano nāqꝫ capite in membra reliqua ſalubritatem manare ac diffundi, neceſſe erit. Vale. Ex Sancto Benedicto Die. xxix. Ianuarii. MDXXII. Franciſco Cardinali Soderino Protectori. LVI.

Eddidit mihi nudiuſtertius Venerabilis frater noſter Vicarius Congregationis litteras tuas, Fuerunt illæ mihi re vera iucundiſſimæ: vt pote amoris ac beniuolentiæ erga me plenæ. Præuenire me voluit dignatio tua in bñdictióibus dulcedis: vt prior ipſe me poſt tā diuturnū ſilētiū per lr̃as ſalutares. Pro quo ſane facto ingētes tibi gratias agimus. De dato nobis tua & alioꝝ Reuerēdiſſimoꝝ patrū opera Pōtifice maximo, nihil aliud repeto ipræſentia: q̄ quod ſuperioribus meis ſignificaui tibi. Tm̄ ſupramodū cupio: vt ſicut

ſanctus innocens impollutus ab oĩbus prædicatur:ita in hoc tpe iracũdiæ futu/rus ſit recõciliatio:queadmodũ Sacerdotem maximũ decet. Oblatã vero mihi atq; ordini nr̃o operã tuã:ſcias Dñe colẽdiſſime debita nos reuerentia ſuſcæpiſ/ſe.Viſus es.n mihi Angelus ille:qui loquebatur in propheta verba bona, verba conſolatoria.Nã & ſi ſemper puſillus noſter grex Camaldulenſis indiguerit pro tectorũ adiumento:vt tãq̃ pulli ſub alis galinarũ confouerent̃:nunq̃ tñ, ex quo eidem ordini datus ſum pater,magis neceſſariã agnoui Protectoris opẽ,q̃ mõ. Siqdem a tribus ſeu quatuor annis citra,relaxatus eſt rigor ille antiquus vitæ re gularis:vt iccirco triſtitia oppleatur cor meũ:cum videã in maiorem laxitatem ac remiſſionem indies labi monaſteria:in quibus olim viguit cœnobialis diſtri ctio.Hac de cã profectus ſum Venetiis:nõ tam inuitatus frequentibus eremita/rũ nr̃oꝝ ac prælatorũ Hetruriæ lr̃is:q̃ vt factus ꝑpior Romanæ Curiæ,facilius cõſulerem rebus ordinis.Monui colendiſſimũ Cardinalẽ Sãctoꝝ Quatuor:quo in ſtatu verſaremur:eiq; aperui cõſiliũ meũ.Neceſſariũ mihi videri:vt indiceret̃ generale capitulũ:qd per annos octo fuerat intermiſſum : vt in eo,ſi fieri poſſet, aut reformarent̃ præcipua religionis cœnobia:aut ſaltẽ ab interitu aliqua ratio/ne vendicarentur.Approbauit largiſſime piiſſimus Dñs ſñiam meã: & vt capi/tulum generaliſſimũ(ſic enim illudnominauit)celebraretur,admonuit.Ego aũt habito ipſius conſenſu,cogitare mecũ cœpi de ſurrogandis viſitatoribus:qñ de quatuor in nouiſſimo capitulo electis,vnus tm̃ ſuperſtes foret. Dũ in eo eſſem, vt eiſdẽ mandarẽ exequi munus ſuum:ſuperuenit inopinatus Pontificis obitus. Animaduerti tũc conatus meos irritos factos fuiſſe, ob abſentiã atq; diſtantiam noui Pontificis:ſine cuius autoritate nõ poſſet facile ſperari ordinis reformatio: protectore imprimis procul agente.Vbi vero vulgari cœpit,ſtatutã fuiſſe capi/tuli celebrationẽ:credi vix poſſet:q̃ inſtantiſſime cõtenderint a me prælati fere oẽs Cõgregationis,atq; imprimis Vicarius ipſe:ne in opinione perſiſterẽ.Si qd ego vellẽ a Congregatione:fiducialiter peterem.Facturos ſe oĩa mei gratia:mõ capitulũ reuocaretur.Miratus ſum ſupramodũ adeo improbã capituli oppugna tionẽ,eorũ maxime:qui vitæ regularis titulo gloriant̃.Non diſſimulaui cũ eis, ſe male ſentire:qñ nihil ſalubrius languenti ordini excogitari queat:q̃ ordina/ria & canonica Cõgregationũ oĩum medicina:vt præmiſſa monaſterioꝝ viſita tione,conueniretur in vnũ:vbi neceſſitatibus ordinis per viſitatores patefactis, cõmuni decreto prouideretur.Verũ vt video,ſurdis cecinimus.Neq; hoc præte ribo ſilentio:ꝙ ſicut Cõgregationis prælati præter paucos aduerſantur capitulo generali:ita monachi oẽs & Conuerſi eiſdẽ ſubiecti,qui ſentiunt ſuper ſe graue illorũ iugum,nihil aliud magis expetunt:q̃ vt ab eorum ſeruitute,tum ipſi tum monaſteriorũ redditus male adminiſtrati,nouis ordinationibus liberẽtur.Quæ autem ſcribo tuæ amplitudini:nouit Dñs,quia non mentior.Non deſcendo ad particularia:qm̃ eſſent ea potius referenda corã:q̃ litteris tradẽda. Præſtolabor ſuper hoc ſententiã tuam:a quo non ſum diſceſſurus neq; ad dexterã neq; ad ſi/niſtram.Pro oraculo enim ac numine habiturus ſum:quodcũq; ſuper celebran do capitulo reſponſum dederis. Vale.Ex Sancto Benedicto.Die.v. Februarii. MDXXII.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori.LVII.

Scripſi

ſ Cripſi bis dignationi tuæ:poſt eius in Vrbē reditū.Dū rñſum expecto: vt noſſem,qd ſtatuiſſes ſuper celebrando generali capitulo:qđ ego iā/ pridē animo concæpiſſem:nuncius mihi affertur ſane moleſtiſſimus: non bñ te impræſentia valere.Audiui tñ paulopoſt a fide dignis : non eſſe gra/ uē neq₃ periculoſam,in quā incidiſti,valitudinē.Febricula,inquiunt,ac rheuma/ te aliquātulū vexatur.Bene ſperatur:ipſum propediē ſanitatē priſtinā recupera/ turum.Admittere cōſolationē in his verbis cœpi:auctis nihilominus precibus ad dñm:ſi forte nr̄a & alioꝝ clientulorū tuoꝝ interceſſione dignetur dicere tuæ pietati.Surge & ambula.Vtinā nō fraudemur diutius ſpe nr̄a: ſed cito anticipēt nos miſericordiæ eius:vt recæptis viribus,& robuſtior factus colēdiſſimus Dñs nr̄:& ſibi & ſuis diutiſſime ac fœliciſſime viuat.Indigemus tuo auxilio ad cōſer/ uandā religionē noſtrā.Indiget quoq₃ Romana Curia,hac præſertim tēpeſtate, ſapientiæ tuæ præſidio:quæ ob paſtoris abſentiā,diligentiorē tuā & cæterorum tui ordinis curā & ſtudiū in ea adminiſtrāda imploras.Conſeruatores & cuſto/ des Romanæ reipublicæ modo eſtis vos:& ipſius nimirū lumina atq₃ ornamē ta.Vobis nunc incūbit neceſſitas:donec veniat,quem procul accerſiendū puta/ ſtis:Senatus veſtri autoritatē & libertatem tueri:ac munia publica prōpte obire: nec permittere,ſi qua delapſa interim fluxerint,quin ſeuerioribus legibus vin/ ciantur.Vt itaq₃ cures q̄ diligentiſſime valitudinem tuā:oro & obſecro.Vale.Ex Scō Bñdicto.Die.xxii.Feb.MDXXII.Iulio Cardinali de Medicis Legato.LVIII.

n Onuenit heri me Nicolaus Romenenſis: tuæ amplitudini optime co/ gnitus.Is admodū triſtis ac mœrens ſe mihi plurimū cōmendauit.In/ terrogatus qd cuperet:obſecro(inqt)te p pietatē:vt cōmendes clæmē tiſſimo Dño Cardinali de Medicis ſeruitutē meā:in cuius domo fidele p multos annos exhibui miniſteriū.Venire mihi ī mētē fecit Oneſimi:quē,ſeruū licet fugi tiuū,tāto ſtudio cōmēdat apoſtolus Philemoni dño eius.Rogo te(inqt) ꝑ filio meo Oneſimo:q tibi aliqñ inutilis fuit:nūc vero & tibi & mihi vtilis: ipſum vt viſcera mea ſuſcipe.Nouit Nicolaus:qđ ēt fatet̕ pleno ore:obuiā ſemp fuiſſe Me diceæ domui miam,& lenitatē:vt vel læſa ſæpius nō meminerit iniuriæ. Quin īmo ſtūduerit de oībus bñ mereri:Saluatorē nr̄m imitata dicētē. Venite ad me oēs,q laboratis & onerati eſtis:& ego reficiā vos.Sit itaq₃ tibi cōmendatus idē ſeruus tuus Dñe piētiſſime.Implorat clæmentiā. Vt eā illi tribuas:vt iacentē ac ſpoliatū defendas & protegas:ſuppliciter deprecor.Vale.Ex Sancto Benedicto Die.xx.Martii.MDXXII. Iacobo Priori Oppitergino.LIX.

q Vid acciderit tibi per hos dies,cū eſſes in tuo monaſterio:ex lr̄is tū ne potis mei,tū tuis didici.Sicut aūt ægre tuli adeo improbā autoris tātæ temeritatis inſolentiā:ita viciſſim magnopere lætatus ſum:q. protectus a Dño euaſeris manus īpioꝝ,q quærebāt aīam tuā.Qui tribulāt te inimici tui:ipſi infir mati ſunt & ceciderunt:atq₃,vt accōmodate ſcribis,draco q pugnabat & angeli eius nō valuerunt.Abſterge itaq₃ lachrymas ab oculis tuis,& age gratias Deo: qui non deſerit ſperantes in ſe:& de ſua virtute preſumētes humiliat.Cōmenda ui te p litteras Magnifico Antonio Trono:& Marino Georgio:q modo ſupmū in ciuitate magiſtratū gerit.Scribam etiā,ſi neceſſe fuerit,Illuſtriſſimo Dominio

pro te:& noli vereri,vt a me deſtituaris.Impugnaris ab iis:qui mihi quoq; non parcunt.Quin potius gloriantur,ſe impedimento mihi fuiſſe:ne capitulum generale,iuxta votum meũ celebraretur.Exultant in rebus peſſimis,peſſime de religione ſua meriti.Confido ego nihilominus:ꝙ vbi defuerit humanum auxiliũ, non ſit defuturum diuinum. Fuit mihi pergratũ fidei ciuium Oppiterginorum teſtimoniũ in fauorem tuũ.Vlturi nimirum fuiſſent illatã tibi iniuriam:niſi celerius ſe proripuiſſent a monaſterio inuaſſores tui. Si conducere negocio tuo iudicaueris:vt conferas te ad nos:venies pro arbitrio.Eris.n.apud me tutior.Dormies ſi quidẽ:& non erit qui extereat.Interim conſule pro viribus honori tuo & indemnitati benefitii tui.In Dño ſperans,non timebis:quid faciat tibi homo. Vale.Ex Camaldulo Florentino.Die.xxix.Martii.MDXXII.

Zachariæ Mauroceno.LX.

d E meo ad vos reditu:quẽ vereris,ne differatur vltra datã a me vobis fidẽ:ſcito me iam cogitare cœpiſſe:vt qñ potiſſimũ ob abſentiã Pontificis,quæ mihi erat neceſſaria ad perficiendũ opus,fruſtra hic modo terimus tẽpus:haud ita multopoſt hinc ſimus profecturi.Velit Dñs:vt cum ſalute reuertamur ad vos.Si decreuerit noſtri ordinis indigentiæ conſulere:etiã me quieſcente & nihil agente perficiet.Omnia tẽpus habent:& ſuis ſpaciis tranſeunt vniuerſa ſub cœlo.Tempus deſtruendi,& tempus ædificandi. Tempus acquirendi,& tempus perdendi.Tempus dilectionis,& tempus odii.Si non aliud egero aduẽtu meo in Hetruriã:ſatiſfecero proculdubio amicorũ omnium tũ religioſorum & laicoꝝ,tum peculiaris familiæ noſtræ votis:cũ quibus nimirum & ego iampridẽ certaueram deſyderio,videndi & alloquendi eos.Fuit ſane hæc haud poſtrema cauſa ſuſcæpti mei itineris,atq; huius in annum peregrinationis. Quod reliquũ eſt:ſuo tẽpore abſoluetur.Neq; ſi qui effrenata & præcipiti mente(ſicut gloriari eos cũ male fecerint intellexi) obſiſtere cœptis meis atq; cõſiliis conati ſunt:terruiſſe me propterea arbitrentur:vt nõ cõtendã implere munus meum. Coram,ſi placuerit Deo,conferã tecũ reliqua.Sunt.n.nõnulla:quæ nequaq̃ tuto litteris mandentur.Quod accæperis haud repugnanter amici monita:immo lẽte pro tua benignitate nõ ſine gratiarũ actione:indicaſti profecto,q̃ ſis facili & bene inſtituta mente.Argue(inquit) ſapientem:& diliget te.Non eſt improbanda inter amicos fiducia libertaſq; in ſermone.Procul eſſe potius ab eis debet aſſentatio:quod hoc maxime tempore paſſim vitium dominatur:cui nimirum claudendæ ſunt aures.Si quidẽ ſimulator ore decipit amicum ſuum.De Pontifice,vt ſcripſiſti,bene oẽs ſentiũt:& electum diuinitus nemo non exiſtimat. Quo fit:vt eius in Italiam aduentus ſummo deſyderio expectetur:qui vtinã ſit q̃ citiſſimus futurus.Si forte eo interprete atq; autore inter deſſidẽtes chriſtianos principes tandẽ conueniat:vt reconciliati per Vicariũ Chriſti cõuertãt arma ſua in hoſtes noĩs chriſtiani:ad reprimendas barbarorũ acies atq; conatus:ne diutius Italia, maximis oppreſſa exercituũ copiis,chriſtianorum ſanguine inficiatur ac redundet.Quin immo tam graue ac periculoſum bellũ aduentu Sanctiſſimi Pontificis ſublatũ ac ſepultũ funditus videamus.Porro amicorum erga me continuatã fidẽ atq; caritatem,grato animo accæpi.Quid.n.præſtabilius ac ſuauius proborum

rum

rum virorũ atq; integerrimorum amicitia: Mei ſunt pro ſua humanitatẽ memores: quorũ & ego aſſidue memoriã viciſſim ſeruo. Vſuri ſumus illorũ opera, cũ opus fuerit, ſingulari fiducia. Non grauaberis eiſdem me cõmendare, optime re vera de me meritis: & quibus oĩa ſine vlla exceptione me debere profiteor. De tua vero in amore perſeuerantia, quid vltra repetã ignoro. Noſti meum erga te animũ: qui mecum ſæpiſſime congreſſus es. Siue abſens, ſiue præſens: idẽ ipſe vbiq; tecum ſum: idem quoq; futurus, dum ſpiritus hos reget artus. Vale. Die. vltima. Martii. Ex Sancto Benedicto prope Floreñ. MDXXII.

Iulio Cardinali de Medicis Legato. LXI.

e X quo datus ſum noſtro ordini generalis pater: impulſus multorũ adhortationibus, impetraui a ſingulis Ponficibus, qui pro tẽpore fuerunt viuæ vocis oraculo: idq; interuentu Protectorum noſtrũ: vt liceret in noſtro tã tũ ordine, conferre monachis noſtris quatuor ordines minores: item conſecrare ac velare moniales noſtras tm̃: ad hæc benedicere corporalia & alia ſacerdotalia indumẽta. Et qm̃ Sanctiſſimus Pontifex procul abeſt a Romana Curia: & ego ad huiuſmodi exequenda munia ſæpius de more a noſtris reqror: peto ſupplex a tua amplitudine: vt itidẽ viuæ vocis oraculo eadem mihi priuilegia pro ſua benignitate elargiatur: quibus per quadraginta & eo amplius annos, Dei annuente clæmentia, hactenus vſi ſumus. Expertus frequenter alias tuã in me liberalitatẽ: poſtulo fortaſſe confidentius, q̃ par ſit. Sed qñ tu is es Dñe colẽdiſſime: a quo omnis qui petit accipit: ſi quod petitur ab honeſto nõ abhoreat: vt ad euitandum conſcientiæ meæ ſcrupulũ, ſimulq; adimplenda noſtri ordinis vota, fiat vt petii: oro & obſecro. Vale. Ex Sãcto Benedicto. Die prima Aprilis. MDXXII.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. LXII.

b Ene ac prudenter conſuluerunt tuæ amplitudini domeſtici tui: vt non permiſerint ægrotantẽ minus neceſſariis cogitationibus ac negociis implicari. Sic.n. factũ eſt Dei clæmentia: vt celerius conualueris de infirmitate. Quod nimirũ nobis & optatiſſimũ & iucundiſſimũ fuit. Quod vero recæpta ſanitate ternæ litteræ noſtræ, reddite dignationi tuæ, fuerint eidem gratiſſimæ: facile credo: ſi fidei erga te meæ habeatur ratio. Iccirco fortaſſe elegantiores tibi (vt ſcribis) viſæ ſunt: q; ab optimo ſeruuli tui animo eas profectas nõ dubitaſti. Cæterum agendas eſſe Deo gratias ob ſeruatã vtriq; noſtrũ incolumitatẽ: pie ac religioſe ſentis Dñe colendiſſime. Ipſe.n. ſolus eſt: qui mortificat & viuificat: in quo vtiq; viuimus, mouemur, & ſumus. Hortaris pro tua in me caritate: vt curam habeã prorogandæ vitæ, & conſeruandæ ſalutis: idq; religionis noſtræ gratia. Verũ cum mihi indies minuantur vires: parũq; prodeſſe rebus noſtri ordinis ac eiuſdẽ cõſeruationi poſſim: longe magis mihi optanda eſt longior tuæ dignationis vita: nõ tam noſtræ religionis cauſa: quæ tuo potiſſimũ indiget auxilio: q̃ chriſtianæ reipublicæ vtilitate. Es.n. vnus de cardinibus terræ: ſuper quos poſuit Dominus orbem. Et cum per Dei gratiã par ſis tanto oneri: ſi vnq̃ illud tibi: nunc profecto in tanto rerum diſcrimine, conſtantiſſime perferendum eſt. Quãdo nõ modo Italia tota, verũetiã vniuerſus orbis tot accerrimis bellis, tot vrbiũ & prouinciarũ vaſtationibus, tot mortalium cædibus ac internitionibus

prematur:imminente præſertim a gentilibus ad chriſtianorum pernitiem tam periculoſa procella. De iis vero, quæ ad capitulũ generale celebrandũ attinent: gaudeo magnopere, ꝙ pietas tua nobiſcũ ſentiat: & ꝙ nihil ſit vlterius expectã dum: ſi quid legittimum non abſiſtat. Obſiſtere ego imprimis arbitror Sanctiſ/ſimi Pontificis abſentiã: cuius autoritate, adhibenda eſſet languenti ordini me/dicina. Obſiſtit inſuper pars eorum: qui Congregationi præſunt: quorum bona voluntate ac pace celebrandũ eſſe capitulũ (quemadmodũ cupit colendiſſima dignatio tua) parũ confido. Cur vereantur tantopere ſanctiſſimum hoc atq; an tiquũ noſtri ordinis inſtitutũ: facile eſt coniicere. Sane timor non eſt in caritate: & nemo bene agens odit lucẽ: qm̃ non timet, vt arguãtur opera eius. Audio nõ nullos ex iis paſſim iactabundos gloriari: ꝙ impedierint deſtinatũ a me capitu/lum: & ꝙ ſua opera fiet, vt nequaq̃ poſthac celebretur: adeo vt multi nobiles Veneti ob huiuſmodi oblocutiones atq; auſus temerarios admodũ fuerint ſcanda lizati. Præſtolabimur aduentum Sanctiſſimi Pontificis: ſi ita tibi viſum fuerit: & tunc decernetur de capitulo, ſicut placuerit dignationi tuæ: cui me enixe cõmen do. Vale. Ex Sancto Benedicto. Die. ii. Aprilis. MDXXII.

Timothæo monacho Angelorum. LXIII.

P Etiſti a me curioſus eorum quæ legis inueſtigator: vt ſi vſq̃ legiſſem in veteribus codicibus: qui fuerint Sanctiſſimi patris noſtri Benedicti pa rentes: redderẽ te eiuſce rei certiorem. Vidi equidẽ multa dialogi ipſius Grego/rii exemplaria per tot annos: quibus, variis in locis vitã duxi: & omnia (q̃tũ re/cordari queo) eodẽ modo conſcripta reperi. Miror ego viciſſim: ꝙ legens vitã memorati patris, tanti facere videaris pretermiſſam a ſcriptore de parentibus mentionẽ: præſertim cũ puerulus in deſerta ſeceſſerit, relicta patris domo: ſub cuius educatione tenellus tm̃ vixerat, Quaſi vero multum interſit: vtrum nobi/li an obſcuro genere, vtrũ bonis & modeſtis an improbis & flagitioſis parenti/bus oriundus fuerit. Mihi videris nodũ (vt aiunt) in ſirpo quærere. In tanto Sã/ctorum numero, exiguã eorum portionẽ inuenies: de quibus fiat mẽtio, quibus fuerint progenitoribus orti. Fuit quidem Gregorius in deſcribẽdis rebus geſtis Benedicti diligentiſſimus: q̃uis non omnia ſe de illo didiciſſe fateatur, quæ geſ/ſerit admiratione digna verũ ea tm̃ ſe litteris mandaſſe: quæ quatuor illis patri/bus, eiuſdẽ olim diſcipulis, referentibus agnouiſſet. Et fieri potuit: vt ignoraue/rit parentes eius: aut (quod magis credo) cõtempſerit eorũ noĩa ſcriptis ſuis in/ſerere: ꝙ parũ aut nihil Sancto viro conferre animaduerteret: ex quibus tã cla/ra ſoboles prodiiſſet. Seruantur iſta in Panegyricis & laudationibus principum ſæcularium: quorum nobilitatẽ ex maiorũ ſuorum genealogia plurimũ augeri putant. Ego arbitror fuiſſe curæ tanto Pontifici deſcribere tantũmodo: quæ ad verã & ſolidam beatiſſimi patris laudem pertinerent: longeq; ſublimius atq; præclarius exiſtimaſſe, ingentia ipſius merita vitãq; innocentiſſimã laudibus ex tollere: q̃ parentum eiuſdẽ qualeſcũq; extiterint vel egregia facinora. Sicut. n. fi lius nõ portat iniquitatem patris, ſi bonas ipſe fuerit: ita parũ prodeſſe eidẽ poſ ſunt patris præclara opera: ſi ipſe improbe ac ſcelerate vixerit. Quãobrem hor tor te: vt qñ habes fidelem vitæ ac morum diui Benedicti nec nõ & miraculorũ

quæ

quæ fecit autorem ac teſtem:non ſinas te auocari a religioſo & pio tuo propoſi/to,ob ignorationem parentũ eius:quin tanti patris geſta, qui nimirũ omnium iuſtorum ſpiritu plenus fuit,carmine concinas.Neqꝫ.n.minus verſu q̃ proſa va/les:habens vtriqꝫ rei accõmodatũ ingenium:cũ in iis fueris admodũ ſtudioſus, multũqꝫ profeceris.Præterea militans ſub regula Bñdicti : vbi ipſum carmine illuſtraueris,atqꝫ opuſculũ edideris:non ſolũ de illo fueris optime meritus:verũ etiam quotquot ſub eius magiſterio reddunt altiſſimo vota ſua,quorũ profecto infinitus eſt numerus,tibi mirũimmodũ obnoxios feceris.Vale.Ex Sancto Bñ/dicto.Die.vii.Aprilis.MDXXII.Iuſtiniāo.Bergomẽſi Eremitæ.LXV.

n On ſum queſtus apud quẽpiã:ꝙ differres reſcribere ad me,ſed admira tus: qm̃ præter morẽ tuũ ita faceres.Et mihi quoqꝫ lõgiuſcula viſa eſt iccirco mora,ꝙ non reſponderes litteris meis:ac dilata magis q̃ provoto inter miſſio:qm̃ oblectatus lr̃is tuis,productũ vlterius ſilentium abs te,non poteram non mirari,non ægre ferre.Abiice itaqꝫ ex animo iſtã querimoniarũ curã.Quin potius amori erga te meo tribue:ꝙ ſcripta tua maxime concupiuerim: quæ mi hi nũq̃ non gratiſſima extiterunt.Accuſas me modicæ fidei,ob falſo tibi delatas querelas:& id mihi imponis,a quo ſum prorſus immunis.Vidiſti ipſe:ac manu (vt aiunt)tetigiſti:q̃ fuerit meus erga te fidelis ſermo,& oĩ acceptione dignus. Quæ probaui in te:abſqꝫ vllo fuco parcius q̃ pro meritis extuli: ne in ſuſpitio/nem adulatiõis veniret nimia laudatio.Quæ aũt mihi viſa ſunt monitu digna: ſolita libertate & paterno affectu ſignificaui tibi.Si tibi moleſtiora ea fuerũt:pro ut ex tua epiſtola animaduertere facile eſt:Scito me non eo animo ſcripſiſſe,vt te contriſtarem:verũ potius vt cognoſceres,ambulare me tecum in veritate & in caritate non ficta.Meliora ſunt vulnera amici:q̃ fraudulenta oſcula inimici.In uehis in delatores:& aliis aſſcribis,quod ad me attinet.Quod meũ foret iuditiũ quid ego ſuper nouo erecto gymnaſio in Eremo ſentirem : aperui tibi : functus amici munere nõ Prioris Eremi(ſi qua eſt modo ſuper vos)poteſtate. Alioquin ab initio interdixiſſem:male accõmodatum ſacræ illi ſolitudini inſtitutũ.Sũ aũt eiuſmodi:qui non facile mitto manum,nec audacter me ingero in iis,quæ non ſunt penitus iuris mei.Suaſiſſe tantũmodo ſuffecit,impellente caritate.Sciebam enim ſcriptũ.Sunt viæ:quæ videntur homini rectæ:quarũ finis ad interitũ ver git.Quod vero tueãtur eremitæ partes tuas:eo ꝙ nouitii modo & iuniores & indocti admittuntur in Eremũ:quibus neceſſaria ſit eruditio & diſciplina : non aũt iuxta vetus inſtitutũ:qñ ſoli ſacerdotes litterati recipiebant᷑,qui magiſterio minime indigebant:viderint ipſi,ſi ita eſt:quibus ducti ratiõibus nouũ hoc dog ma defendant.Spero fore haud ita multo poſt,ſi in opinione veſtra perſtiteritis: vt experientia edocti probaturi ſitis,ac pro cõperto habituri:vtrius partis ſentẽ tia probabilior atqꝫ verior fuerit.Nam ꝙ ſacerdotes monachi olim reciperent᷑ in Eremũ litterati omnes:quis me hoc melius nouit,qui tot annos Eremo præ fui?Erat potior(mihi crede)morũ & vitæ q̃ doctrinæ reſpectus,in admittendis monachis:qui ſe ad Eremum cõferrebant.Habebatur tũc imprimis ratio pro/phetici teſtimonii.Quoniã(inquit)non cognoui literaturã: introibo in poten/tias Dñi:Dñe memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.Redeo nunc ad delatores tuos,ſi

qui tñ fuerint: cum ego nullos nouerim. Gratior mihi fuiſſet ſermo tuus: ſi apertius in me, qui gymnaſium tuũ improbaui, non in alios tela retorſiſſes. Neq;.n. non libenter legiſſem, ne dum iuſti voluminis apologeticũ: quod ſcribis te iam contexuiſſe ſuper tibi a me obiectis: verũetiam q̃ ampliſſimũ codicẽ, quẽ tuo ingenio edidiſſes. Dedignatũ te ais, contra rudentes aſellos aliquid reſpõdere: qũ ego hac in re rudentem aſellũ nouerim nominẽ, neq; tui calumniatorẽ: Niſi forte ſellæ imputes: qd iumento verius aſſcribendũ fuit. Solus tibi ſignificaui, quod mihi ab honeſto abhorrere videbatur. Si rudentes aſellos, quos tuis conſiliis adnerſari putaſti, nõ ſine animi cõmotione appellaſti: recogita quid referat, fratres ſuos aſellis cõparaſſe. Alioquin cuperem ego fieri aſello ſimilis: ſuper quẽ inſiderc dignarretur Dñs: vt vnus ex eis forem, qui occurrerunt illi dicentes. Sis pius aſcenſor tu: & nos quoq; ſimus aſellus. Sum modo tecũ longior, q̃ occupatiores iſti ſacroſancti dies poſtulant: quoniam re vera in reſcribẽdo litteris, ad me plus ſolito vndequaq; allatis: accedente prolixitate diuini cultus: oppido laſſus ſum. Coegit me, ne tibi non reſponderem, tum ſingularis mea erga te beniuolentia: cũ te vt peculiarem & cariſſimũ filium diligam: tum ne te priuẽ (qualeſcũq; ſint illæ) lr̃is meis: quibus tantopere affirmas te oblectari. Idem facturus ſum tecum poſthac: nec cõmittã, quotienſcunq; ad me ſcripſeris, vt diutius deſyderes reſpõſum meũ. Diligi me a Reuerendo patre Ignatio, iampridem agnoui: quem ego pro ſuis meritis ſemper obſeruaui. Porro q; ſperare illum dicis: fore me autorẽ, vt ordo noſter Camalduleñ. in melius reformetur: cupere illũ potius ſe dixiſſe arbitror, q̃ ſperare. Neq;.n. latere ipſum puto: q̃ ſit debilis religionis ſtatus: q̃ lõge infirmior mea conditio ad eam ſuſtentandã. Bñdicti patris Sanctiſſimi aut Romualdi, quoꝝ non ſum dignus calciamenta ſoluere, ope & auxilio indigeret. Si tñ vel eorum adminiſtratione haud quaq̃ fraudãdi eſſemus expectatione noſtra. Habeo nihilominus dignationi eius gratiã: q; de me ſupra merita ſentiat. Bonifatii eremitæ perſeuerantia & profectus, mihi ſummopere cordi eſt. Pergat itinere, quo cœpit: & oblitus eorum quæ ſunt a tergo, ad ea quæ a frõte ſunt enitatur: ſicq; ſe perſeuerantiſſime gerat: vt non ſit qui adoleſcentiã eius cõtemnat. Ipſum ſalutabis verbis meis. Vale. Ex Sẽcto Bñdicto. Die. xix. Aprilis. MDXXII.

Iacobo Piſauro Epiſcopo Paphenſi. LXVI.

ſIgnificatum eſt mihi, quod hactenus me latuit: conſtitutũ te fuiſſe in ditione Veneta cõſeruatorem bñfitiorum noſtri ordinis. Conſuluerunt ſane optime, qui in te eligendo fuerunt autores, religioni noſtræ: qũ ea ſis & integritate & prudentia: vt in miniſtrando iure nulla ſit futura apud te perſonarũ acceptio: & ob longum rerũ vſum plurima expertus, ac doctrina haud vulgari præditus: nõ poteris a recto iuditio deflectere. Nolui propterea obmittere: quin tuæ dignationi Iacobũ Priorem Sancti Martini prope Opitergiũ cõmẽdarem. Non refero modo: quid egerint Muranenſes illi noſtri in maximum dedecus ſui monaſterii: & q̃ inſignem iniecerint maculã candori Camalduleñ. Non ſunt veriti armata manu adoriri prælatum ordinis: vt ipſum noctu in lectulo ſuo iacentem opprimerent. Indignũ re vera facinus: & in laicis etiam intollerandum: ne dum in iis, qui ſe profeſſores vitæ regularis iactitant. Contemptores nimirum

iſti ſe

iſti ſe oſtenderũt iuditii tui:qui ſpreto iudice æquiſſimo,ſibi ipſis pro arbitrio ius dicere conati ſunt.Et a veritate ſe eſſe alienos haud dubie indicauerunt:qui ad ex pugnandum cœnobiũ,ad perdendũ prælatũ,multitudine ſe armauerũt. Vtrum vero idem Prior per tot annos,ex quo a me ſibi benefitiũ ipſum collatum eſt,fue rit domui ſuæ bene prepoſitus:ne expectes colendiſſime antiſtes teſtimonium meum.De ipſius doctrina & vita diligentiq; adminiſtratione citẽtur teſtes,quot quot ſunt Opitergii ciues:quotquot Oppido eidẽ pro tẽpore fuerunt prætores Veneti.Et ſatis tibi ſuperq; conſtabit:an merito perſecutionẽ pati a cõfratribus debuerit:vt coactus ſit per feneſtrã demiſſus,ſe domo ſua proripere:& pro tuen/ da vita,auxilium vicinorum ſæcularium expetere.Obſecro te:ne obfuerit inte/ rea cauſæ Prioris,ipſius abſentia & fuga.Si vos(inquit) perſecuti fuerint,in vna ciuitate:fugite in aliam.Vbi ei dati fuerint fideiuſſores:vt ſecurus redeat ad vos: aderit cõtinuo.Interim per ꝓcuratores ſe tuebitur:quos tuæ pietati: meq; ipſum tui obſeruantiſſimũ cõmendo.Si contigerit dignationi tuæ congredi cũ Reuerẽ diſſimo Archiepiſcopo Corcyreñ.precor ne graueris me illi cõmendare:præſuli nimirũ piẽtiſſimo,& omni veneratione digno.Vale.Ex Sãcto Bñdicto.Die.xxii. Aprilis.MDXXII. Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corcyræ. LXVII.

Vas ad me decima huius mẽſis die dediſti litteras:eas heri tandẽ accæ
q pi:vt noueris me non mea culpa aut negligentia in reſpondendo fuiſ ſe tardiorem.Pro redditis nepoti meo litteris:quas tibi Florentia pro/ ficiſcenti ad ipſum dederã:ago dignationi tuæ gratias.Nec vereor : quin longe maiora,cũ ſe obtuliſſet occaſio,eſſes facturus:cum ſis humanitate ſingulari præ/ ditus:& erga eos,quos diligis,indulgentiſſimus.Et ego noui:ꝗ qui in minimo fidelis eſt,etiam in multo ſit fidelis.Noſti tu quoq; meã erga te obſeruãtiam atq; pietatem.Diſſoluendã itaq; mutuã amicitiam nulla vnq̃ de cauſa merito putas: quã ego dũ ſpũs hos reget artus,perſeueranter ſanctẽq; ſeruabo.Prouocas inſup me ad ſcribendũ:quæ tua benignitas eſt.Oportuerat me præuenire te in ſcriben di officio.Quod tñ nequaq̃ obliuione tui factũ exiſtimes : cuius memoria apud me ſine intermiſſione in benedictione eſt.Conabor poſthac ſatiſfacere vtcunq; piis votis tuis.Cæterũ de litteris.S.D.N.ad Illuſtriſſimum Senatũ Venetũ datis: q̃uis pauloante factus fuerã certior:grata mihi nihilominus fuit repetita ſignifi/ catio tua.In maxima re vera eſt expectatione ſuæ Sanctitatis aduentus:idq; tum ob religionẽ & ſanctimoniam ipſius,moreſq; Pontifice dignos:tum etiã ob ſin/ gularẽ doctrinam.Adhæc maximi faciendã pleriq; oẽs putant diuinã ipſius ad ſummũ Sacerdotium aſſumptionẽ: vtpote qui abſſens,& procul ac de vltimis terræ finibus,nulla penitus intercedente labe ſimoniaca,omnium fere ſuffraga/ torũ fauoribus fuerit electus.Verũ haud ab re factum cenſeo : vt nauigaturus in Italiã delegerit ſibi triremẽ Venetam:futurus(vt opto)Venetorum pius & obſe quens pater:quorum(vt ita dicã)humeris fuerit ex Hiſpania ad Romanã ſuam ſedem deportatus.Velit Dñs:vt impleatur vaticiniũ meũ.Quid.n.ſibi vult retẽ tio triremis onerariæ,mercibus plenæ,atq; in Britãniã enauigantis:niſi ingens Sanctiſſimi Pontificis erga Senatũ noſtrum fiducia: vt noſſent oẽs,q̃ propenſa eſſet Sanctitas ſua erga nationẽ noſtrã?Confirmet Deus,quod operari cœpit ad

confirmandã noſtrorum beniuolentiam, pauloante conciliatam cum Principe Chriſtianorum: vt merito gloriari queat Senatus noſter ac dicere. Ego & pater, vnum ſumus. Quãdo redditæ ſunt mihi Dignationis tuæ litteræ: aderat mecũ in Cubiculo ciuis quidã Florentinus. Hic profecturus a me dixit: velle ſe tunc cõuenire Reuerẽdiſſimũ Mediceum. Per hanc occaſionẽ rogaui hoĩem: ne grauaretur mei gratia cõmẽdare te eidem colẽdiſſimo Dño: ſi quidẽ ita ad me ſcripſiſſes. Quod ſe facturum libentiſſime ſpopondit. Vale. Ex Sancto Bñdicto. Die. prima. Maii. MDXXII.

Iuſtiniano Bergomẽſi Eremitæ. LXVIII.

SCribimus vltro citroq; prolixiores epiſtolas: de re luce ipſa clariore: & contẽdimus propterea inuicẽ, ac ſi palparemus in meridie. Scripſi tibi primũ apertiſſime, quid ſentirẽ ſup nouo inſtituto gymnaſio in Eremo: & adeo aperto diffuſoq; ſermone ſcripſi: vt vel abietes ipſas, qbus ſepti ac circũdati eſtis, potuiſſe me intelligere pene exiſtiuauerim. Et perſuadere mihi conaris, nõ agnouiſſe te: ꝙ ſcripſerim ego, q̃d ſentirem prioribus illis lr̃is meis, motu proprio: ſed aliorũ cõſilio impulſus. Vidiſti ipſe: q̃ moderate q̃ rationabiliter improbauerim gymnaſium in ſacra iſta ſolitudine. Si diſſentis a me: non te cogo, vt nõ proſequaris indictum tibi a Maiore (vt ſignificas) docendi officium. Si mihi ſupereſſet plena imperandi vobis poteſtas: contendiſſem nihilominus non imperio, quod ſemp exhorrui, ſed ratione trahere te in ſententiam meamq;. Si minus id efficere quiuiſſem: nõ eram vel verbum ea in re tecum repetiturus. Ambulo vobiſcum ſimpliciter: & paterna caritate aperio vobis pectus meum. Neq;. n. nihil adhuc ad me pertinere Eremum arbitror. Scis ipſe: ꝙ cũ eſſem apud vos præterita æſtate, indicauerim vobis: q̃ mihi diſpliceret nup inuecta non a naturalibus (vt ita dixerim) ſed adoptiuis Camaldulñ. eremitis, diuini officii cõmutatio: q̃ longe amplius q̃ docendi munus deteſtor. Et tñ poſthabito ne dicã ſpreto iuditio meo & bonæ ac ſanioris partis eremitarum, perſeuerantibus non nullis in ſententia: ne verbo quidẽ inclæmentiore quiſq̃ veſtrum iccirco a me appellatus eſt. Non ſum eiuſmodi: qui meã vlla in re ſententiam obſtinatius tueri pergam: niſi quando conſcientiæ cogeret neceſſitas. Opto ego ex corde: vt me ſemp melius & ſanius in rebus omnibus ſentiatis. Monere hoc tpe ac ſuggerere, meum fuerit: veſtrum aũt pro arbitrio, vel exequi monita, vel reiicere. Alteris vero lr̃is tuis, a maiore nudiuſtertius mihi redditis: quibus reſpondes meis nouiſſime ad te cõſcriptis: oſtendis te tandem percæpiſſe, ꝙ ſignificauerim tibi ſententiã meã ſup negocio litterario, nõ alieno ſed proprio iuditio motus: quippe qui apertius rem tibi indicaſſe viſus ſim cum ego longe euidentius ac perſpicue magis priori mea epiſtola id tibi aperuerim. Si abſq; ſalutis tuæ diſpendio fieri nequit, obiiciente ſe tibi caritate & obedientia: vt impoſitum humeris tuis a Maiore Eremi onus excutias: conſules tibi ipſi: & quod ſaluti expediat, imprimis eliges: atq; cũ Maiore tuo, cui abs te debetur obedientia, conuenies. Reddere te oportet omnibus, ꝙ debes: cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Quod. meum erat, feci. De reliquo tu videris. Neq;. n. paruifacio ingenium tuum, & exactum iuditium in rebus omnibus. Iuuenis (inquit) & acutus inueniar in iuditio. Apologeticum tuum, cum ſe obtulerit occaſio,

ſio,accurate perlegã.Tm̃modo hoc abs te cupio:ne calumniatores tuos putes qui aliquod factum tuũ omnibus celebre ac notũ,improbant.Alioquin ne dubi- tes:ꝙ me calumniatoribus,qui falſum tibi quippiam impoſuiſſent,Fuiſſem pro te & pro veritate obiecturus.Quod a me petis,humiliter & ſummiſſe de te ipſo ſentiens.vt te arguã increpẽq;:habeo gratiam.Non ſum tñ hac de re inſtantius requirendus:qui pro meo more libere omnibus loqui conſueuerim. Quod ex præſentibus & aliis ad te miſſis litteris meis facile conſtare tibi potuit.Diligo te in caritate non ficta:& propterea fiducialius tecum confero ſecreta cordis mei: vt me plenius noueris.Opto magnopere occaſionẽ:vt talẽtũ tibi traditũ,aliqñ proferas ex ſudario:& tumultuantẽ ordinis ſtatũ fluctuantẽq; dño adiuuante cõ ponere ſtudeas.Scribis cõmodaſſe te Archiepiſco Corcyreñ.libros duos:cũ mi- hi de vno ſolũ conſtet.Ipſum a Redeunte Maiore accipies:aut paulopoſt miſſu- rus ſum per alium quempiam ad te. Vale.Ex Sancto Benedicto. Die.iii. Maii. MDXXII.

Ioanni de Monte Varchio.Notario.LXIX.

t Ardius reſcribo ad te:quia nimirum per hos dies fui occupatior ſolito vrgẽtibus me tum priuatis meis,tum publicis religionis noſtræ nego ciis.Petiſti a me:vt quid ſuper illa vulgatiſſima de concæptione.Mariæ virginis quæſtione ſentiã:ſignificẽ tibi.Si quidẽ fuiſſe te,ais,ſic a tenero educatũ atq; inſti tutum a parentibus:vt per multos annos pia credulitate tibi perſuaſeris : fuiſſe matrem Dñi,ſicut ab omni alio peccato,ita etiam ab originali immunem. Poſt modum vero vbi adoleuiſti:factuſq; es ætate prouectior:& propterea aptior ad capiẽdũ ſolidiorẽ cibũ:perlectis multoꝝ pitiſſimoꝝ patrũ variis opiniõibus atq; ſentẽtiis,pro ipſa cõcæptione & contra ipſam editis:ſubſtitiſſe te,ac reputaſſe te cum:vtrã in partem pronior eſſes futurus diſſentientium inuicem theologorũ noſtrorum:ac pro ſuo captu ſententiam ſuam diuerſis rationibus tuẽtium. Ego quoq;,vt ſcias ductus propenſiore deuotione in matrem Domini:cui omnia de beri pro meritis haud dubie ſemper arbitratus ſum:diu itidem tecum ſenſi: quẽ admodum pleriſq; fere omnibus euenire,præſertim iunioribus atq; imperitis, credi poteſt.Nam vt facilius mihi fidẽ præbeas: noueris,in noſtro ordine quot annis diem feſtum cõcæptionis virginis beatiſſimæ ſolẽniter celebrari:vt meri to & quaſi neceſſario in eadem opinione diu perſtiterim.Vbi vero innotuerunt mihi partis contrariæ rationes:ſentiriq; ſecus a plurimis primariis ac Sanctiſſi mis nec nõ eruditiſſimis in Sacra pagina viris intellexi:vicit apud me deuotio- nem ratio.Satiſfecit mihi hac in re plurimũ;Diuus Bernardus Clareuallenſis ab bas,in quadã ſua epiſtola,ad Lugdunenſes canonicos cõſcripta:in qua hanc ma teriam copioſe ac diſerte pertractat.Eam,ſi forte non vidiſti,cura vt perlegas. Fuiſſe namq; Mariam virginem ſanctam antequam natam,prorſus affirmat:& propterea vberiorem ſanctificationis bñdictionem promeruiſſe:qua nõ ſolum ipſius ſanctificaretur natiuitas:verumetiam vt vita ipſius ab omni poſtmodum peccato(quod nulli hoĩum alias collatũ eſt) immunis conſeruaretur.Concæpiſ ſe illam de ſpiritu Sancto dicit:non autem concæptam fuiſſe: & peperiſſe vtiq; virginem:non tam partam a virgine.Ego Bernardum ſemp magnifeci,tum vi tæ ſanctimonia tum eruditione & doctrina inſignẽ.Qui ſicut de concæptionẽ

Immaculatæ Virginis a Scoto diſſentit ita eam in reliquis oĩbus, miris ac multĩplicibus effert laudũ preconiis. Obſecutus ſum tibi, ſicut poſtulaſti. Sed obſecro, quãtulus ſum ego: cuius ſententiam adeo ſtudioſe perſcrutandam cenſuiſti? Noſti, qd in ea re ſentiant viri eminentiſſimi: & elicere a me opinionẽ meam: inſtantiſſime cõtẽdiſti: q non ſum dignus vel minimo ipſorum calciamenta ſoluere. Audio ſummum Pontificẽ haud procul diſtare ab Italia: cuius aduẽtus vtinam ſit vniuerſæ chriſtiane reipublicæ profuturus. Vale. Ex Sancto Bñdicto. Die. x. Maii. MDXXII.

Zachariæ Mauroceno. LXX.

NOn eſt neceſſe, vt prolixiore tecum modo vtar ſermone: cum iam animo deſtinauerim remigrare ad vos. Tantum peto: vt quẽadmodum es pollicitus p̄ epiſtolam, cures fieri orationes pro nobis ad dñm: vt proſperum ſit futurum inter has mundanas varietates iter noſtrũ: & tuta nauigatio. Quod te facturum nõ dubito: cum mihi ſemp̄ bñ cupias: & pro mea incolumitate nũq̄ ſolicitus non fueris. Optas mihi neſtoreos annos, vtiq; productiorẽ ac lõgiorẽ vitam: quã ignoras, an ſit mihi profutura. Quin potius ora: vt mihi viuere Chriſtus ſit, & mori lucrum: ne proiiciar pro meritis meis in tp̄e ſenectutis. Latratus canum, ſi qui ſunt, abſentem offendere parum poſſunt, quando non exaudiunt. Tu vero, quẽ dabis mihi: cui p̄ totam vitam ſuam, non aliquando oblatrauerint canes? Sufficit nobis, in eiuſmodi canes incidere: q latrare tantum poſſint, mordere non poſſint. Dentes (inquit) peccatorum contriuiſti. Amicis, quos meo nomine ſalutaſti, patritiis vtiq; clariſſimis, meiq; ſtudioſis, plurimum debeo. Erititũ Decemuirum, quẽ ſcribis Opiterginum negocium fauoribus cõſtantiſſime proſecutum fuiſſe, agnoui ſemp̄ virum integerrimum: & apud quẽ nulla ſit pſonarũ accæptio. De Pontificis aduentu, magna eſt (vt vidimus) apud omnes expectatio De eius ſanctimonia & doctrina optime ſentitur ab omnibus: nec eſt vllus, qui de illo non bñ ſperet. Vtinam omnia ei optata contingãt: vt ſicut prompto aſſeritur venire animo, ad cõponendã inter diſſidentes Chriſtianos Principes pacẽ: atq; ad profligandas diſſipandaſq; gentes, quæ bella volunt: ita proſperis ſucceſſibus ſecundet ac fœlicitet illum Deus. Vti placuit Sanctitati ſuæ erga Illuſtriſſimum Senatum Venetum paterna fiducia, in retentione triremis onerariæ. Potẽs eſt tantus Princeps & idoneus, cum ſe obtulerit occaſio, ad referẽdam gratiam. Cornelium propinquum noſtrũ, quem mihi ſtudioſe commendaſti, ſalutabis ex me. Religioſus eſt bonæ conſcientiæ: timens deum: & recedens a malo. Diligo ſane ipſum: & longe etiã magis diligo ob eius probitatem, q̄ ob carnalem neceſſitudinem: cum ſit mihi ſpiritu q̄ conſanguinitate coniunctior. Perſeuerantiam in ea vocatione, qua vocatus eſt, magnopere cupio: quando ea ſola eſt virtus: cui præcæteris brauium debeatur. Vale mi Maurocene cũ amicis reliquis: quibus, vbi cõmode potueris, viciſſim me commendabis. Ex Sãcto Bñdicto. Die. xxiiii. Maii. MDXXII.

Philippo Decio Doctori LXXI.

EXcitat me ad te conſulendum Doctor eximie tum ſingularis in vtroq; iure eruditio tua, qua cæteris contemporaneis tuis cõmuni peritorum omnium conſenſu præſtare diceris: tum etiam haud vulgaris tuæ dignationis humanitas, doctrinæ ipſi cõiuncta. Nolo vti tecum longiore verborum ambitu,

parcens tibi, ob ſtudia occupatiſſimo. Ad rem explicandam tantũ veniam. Præfui religioni Camaldulenſi, dei miſeratione, quadraginta & duobus annis. Quo tempore exigentibus ita noſtri ordinis cõmodis, impetraui a ſingulis Pontificibus: Sixto videlicet & deinceps reliquis omnibus, qui pro tempore fuerunt: idq́ interuentu Protectorum noſtrorum: viuæ tantũmodo vocis oraculo: vt liceret mihi in noſtro ſolum ordine conferre quatuor ordines minores: & ſanctimoniales velare. Abſente vero nunc ab Italia Pontifice, ac procul agente: non potui de more ab eodem per colendiſſimum Protectorem idipſum indultum expetere. Et quoniam non deſunt, qui affirment: per tot Pontifices priuilegiũ oraculo viuæ vocis non indigere alia noua confirmatione: ſed ſufficere datam toties mihi conferendi quatuor ordines & virgines conſecrandi poteſtatem, qua hactenus vſus ſum: ad euitandum tamen conſcientiæ ſcrupulum, precor te conſultiſſime Doctor: vt quid ſuper hac re ſentias, digneris me certiorem reddere: cuius reſpõſo, tanq̃ oraculo, exhibituri ſumus plenam fidem. Scriptum eſt enim. Conſilium a ſapiente perquire. Quod offitium tecum potiſſimum vſurpandũ putaui: vt cũ de plurimis, quos erudiſſe te arbitror, optime meritus ſis: me quoq́ tibi, ſapientiſſimo tuo conſilio, obnoxium faceres. Vale. Ex Sancto Benedicto prope Florentiam. Die. xxvi. Maii. MDXXII.

Chriſtophoro Priori Agnæ. LXXII.

P Rofecturus hinc ad dies paucos, peracta vtiq́ Sacroſancta Pentecoſtes ſolẽnitate: doleo non poſſe me reuiſere Caſentinates noſtros: quibus q̃tum debeam ob antiquam eorum & ſingularem erga nos beniuolentiam, non ignoramus. Admittãt excuſationem noſtram: & cogitent vel leuiora incõmoda nedum grauiora, periculoſa eſſe & tolleratu difficilia confectis ſenio. Reuocant me frequentibus litteris noſtri illi tranſalpini: a quibus vltra annum abſui: & vt ſim promiſſi eis reditus mei, dum inde forem diſceſſurus, haud immemor: inſtãtius vrgent atq́ expoſcunt. Ne itaq́ fractæ fidei ſim arguendus: neq́ ſua de me expectatione fraudentur: accingam me paulopoſt ad iter. Quod vt proſperum ſit futurum: orabis vna cum ſacro illo monialium noſtrarũ, tuæ curæ & fidei cõmiſſarum, cœtu: quarum perſeuerantiam in operibus bonis, & in timore Dei, ac mutua inuicẽ caritate atq́ cõcordia: ſicut vocatæ ſunt in vna ſpe vocationis ſuæ magnopere cupimus. Quæ oĩa facile illas impleturas confido: ſi fuerit monaſterium eorum, ortus concluſus & fons ſignatus: ſintq́ perpetuo odio habituræ laicorum cõgreſſus: memores Apoſtoli dicẽtis. Noſtra aũt conuerſatio in cœlis eſt. Te quoq́ hortamur in Dño: vt arceas pro viribus ab ouili Dñico lupos: neq̃ rapiant: & nõ ſint qui eripiãt. Quo vero latratu terrẽdi ſint: quoue baculo ferien di: ſcio te nõ latere. Salutabis Abbatiſſam & cõuentum omnẽ meo noĩe: quibus remitto collectã pñtis anni, quã de more nobis debent. Vale. Ex. S. Bñdicto extra muros Florẽtie. Die. iii. Iunii. MDXXII.

Lazaro. S. Miniateñ Notario. LXXIII.

E Xecutum te fuiſſe apud Eremitas, quod tibi mandaueram, ſuper errore calculi: factus ſum hodie litteris tuis certior. Satiſfeciſti mihi ꝑpterea plurimum: qui erroris autor incaute extiti. Tenemur ſiquidem non minus alienæ, q̃ noſtræ famæ & exiſtimationi cõſulere. Oportet eni nos habere

bonum teſtimonium etiam ab iis, qui foris ſunt. Sciãt itaq̧ Eremitæ noſtri: ſciãt omnes, ad quorum aures peruenerit rumor iſte: monachum ac diſpenſatorē noſtrum. D. Ioannem Franciſcum de Balneo, immerito eam calumniam ſubiiſſe: vtpote qui facta de adminiſtratione eius diligenti ſupputatione, repertus eſt fideliter ſuo functus munere: & ab omni penitus fraude alienus. Probo admodum: q̧ pro Eremi negociis ſolicitus ſis: nec laboribus parcas. Atq̧ vtinam ſoli tibi illa incumberent: ne daretur incolis Eremi, contra anachoritarum inſtitutum, occaſio euagandi extra cellas ſuas. Sic enim optime conſuleretur honori ſacræ illius ac venerandæ ſolitudinis: atq̧ ipſorum imprimis Eremitarum ſaluti. Viderint ipſi: qua excuſatione, vel minima de cauſa, per rura per opida per vrbes celebres quotidie promiſſa barba diſcurrant: nec ſine magno intuentium ſcandalo. Elongamus fugientes: & venimus in ſolitudinem: vt militemus Deo: vacemuſq̧ cōtemplationi & diuino cultui: & (quod facilius atq̧ cōmodius per alios fieri poſſet) implicamur voluntarie, contra apoſtoli monita, negociis ſæcularibus. Non ſic olim Eremitæ, non ſic: quemadmodum tu es optimus teſtis: qui per multos annos fuiſti familiaris loci iſtius. Vtinam ſapiant: & intelligant: ac nouiſſima ꝓuideant. Redituri ſumus paulopoſt proximos feſtos dies Venetias. Si quidem crebris litteris obtundar: ne vlterius differam profectionem meam. Recordabor negocii Venerabilis Patris Auguſtini, quem mihi arctius cōmendaſti: & tanto ſtudioſius recordabor: q̄to maior mihi modo ſubeſt hominis notitia. Si quidem conuenit heri nos ipſemet: multumq̧ mihi ſua præſentia & alloquio ſatiſfecit. Nec dubito: quin ſua prædicatione ciuitati noſtræ itidem ſatiſfacturus ſit: ſi euenerit, vt apud illam non ſit ei optatus defuturus locus. Quod vt fiat: diligentiſſime ſtudioſiſſimeq̧ curabo: tum tui gratia, tum ipſius probitate ac merito. Superfluo te mihi offers: qnando per tot annos tua opera vſus ſum ſemperq̧ mihi perſuaſerim, eſſe te mi Lazare meũ totum. Vale: & familiam ſaluta meo noīe. Ex Sancto Benedicto extra muros Florentiæ. Die. vi. Iunii. MDXXII.

Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corciræ. LXXIIII.

q Voaiam decreui peracta ſpiritus ſancti ſacroſancta ſolennitate Florenrentia demigrare: vt in patriam redeam: in eo fui, ne quid modo reſcriberem litteris tuis: quas hodie mihi reddidit Sebaſtianus monachus olim Angelorum Prior. Verum cum ſit diſceſſurus incraſtinum curſor, Venetias de more conceſſurus: deeſſe nolui offitio meo: quin vel paucis reſponderem: illectus præſertim ſuauiſſimis dignationis tuæ litteris. Quod accæperis haud repugnanter augurium noſtrum, ſuper retenta iuſſu Pontificis triremе oneraria Venetorum noſtrorum: admodum gaudeo te mecum ſentire. Verum longe maiore affectus ſum gaudio ob id, quod mihi ſuggerendum duxiſti: ſperare vtiq̧ te (quod non temere abs te prolatum puto) vt pari vtriuſq̧ conſenſu, fauente deſuper Saluatore, profligandæ ſint atq̧ ad internitionem delendæ, gentes, quæ bella volunt. Erit enim Venetis noſtris maior gloriæ acceſſio: ſi apparuerint vniuerſo orbi propugnaculum chriſtianæ fidei, ſicut fere ſemper extiterũt: q̄ q̧ inierint fœdus cum inimicis crucis Chriſti Quæ enim cōuentio xp̄i ad Belial? Aut quæ

pars

pars fideli cum infideli? Quis etiam conſenſus templo dei cum idolis? Vtinam mittat Dñs in noſtrorum corda: ne amplius iuxta eiuſdem apoſtoli monita ducant iugum cum infidelibus. Cæterum (vt ſcias) detectæ ſunt per hos dies inſidiæ nõnullorum ciuium Florentinorum: qui conſpirauerant aduerſus colendiſſimũ Dñm Cardinalem Mediceum: vt ipſum interficerent. Hodie ſummo mane de duobus ſumptum eſt vltimum ſupplitium. Siquidem cõfeſſi facinus, iuſſi ſunt capite mulctari. Tertius Volaterras relegatus perpetuo Carceri deſtinatus eſt. Ad hæc decretum eſt ex ſenaltus conſulto: vt Icona beatiſſimæ virginis Mariæ vltima proximæ celebritatis die ex Pruneta: qui locus (quod te opinor nequaꝗ ignorare) ſeptem ab vrbe milibus paſſuum diſtat: Florentiam conſuetis cerimoniis perferatur. Qua de cauſa hoc ſtatuerint, neſcitur: niſi ꝙ raro, & non niſi magna aliqua vrgente neceſſitate, ſolet in vrbem vehi: idꝗ ſupplicatione ſolenni, & totius populi virorum vtiꝗ atꝗ mulierum concurſu. Huic Sacro Matris Dñi non ſemel interfui. Acta in conuentu Sancti Michaelis bona ex parte probamus. Sũt enĩ cõplura e re ipſius Cõgregatiõis decreta. Det Dñs iis, ꝗ præfecti ſunt monaſteriis: vt ſtudeãt magis prodeſſe ſuis conuẽtibus ꝗ præeſſe. Quod vero ſit dignatio tua tum honoris tum cõmodi mei plurimum cupida: habeo eidem gratiam, ꝗtã valeo: atꝗ vtinam ad referendam non deeſſent vires. Experireris profecto: me in hoc paria tecum facere. Vale ex Sancto Benedicto extra muros Florentiæ. Die. viii. Iunii. MDXXII.

Franciſco Cardinali Soderino Protectori. LXXV.

Cum eſſem diſceſſurus Florentia: ſcripſeram pauloante dignationi tuæ: ſignificãs ei futuram haud multo poſt profectionem noſtram. Ago gratias Deo: qui ſicut nos in Ethruriam anno præterito duxit incolumes: ita & modo reducere in patriam dignatus eſt. Quin immo viſus ſum noſtratibus omnibus rediiſſe robuſtior: ꝗ olim hinc abiiſſem. Benedictus Deus: a quo omne datum optimum. Cæterũ cum de rebus Romanæ Curiæ incidiſſet ſermo cum patritiis noſtris: qui me viſitatum venerant: retulerunt mihi nuntium ſane moleſtiſſimũ: magnificũ videlicet atꝗ clariſſimũ fratrẽ tuũ Romæ diẽ ſuũ obiiſſe. Triſtitia cõtinuo & mœrore oppletus ſum: tũ tuæ amplitudinis, tũ mei ipſius gratia. Fuit. n. tecũ propinquitate carnali germanus: verũ longe magis ſpũ cõiunctior. Mei vero ita ſemper amans fuit: adeo ſemper grato ſermone, dum ſummum in ciuitate ac perpetuũ magiſtratũ gereret, excipere conſueuit: ſic mihi in poſtulatis ab eo haud repugnanter obſecutus eſt: vt merito eius deſyderio plurimũ afficiar. Verũ vt de me interim ſileã: non poſſum non dolere vicẽ tuã: cum ipſe mecũ reputo: ꝗtã cariſſimi fratris amiſſione feceris iacturã. Difficillimum ſane reor: inueniri poſſe fratres duos: qui ſic mutuo amore & perpetua concordia pariter conſenuerint: qui exiſtimati fuerint duo in anima vna. Quis enim vnꝗ audiuit: alterum veſtrũ ab altero vel exigua in re diſſentientem? Quæ res eo maiore profecto admiratione digna eſt: cum ambo magni ac dignitate inſignes fueritis. Impleſtis ſine intermiſſione apoſtoli monita: Honore inuicem præuenientes. Et alibi, Fraternitatis amatores. Tu eccleſiaſtica ſupremæ proxima prælatura: ille ſæculari & ſummo in ſua republica magiſtratu per de-

tennium functus eſt. Semper tamen in vobis extitit idem velle & idem nolle. Quod iccirco in vobis inſigne potiſſimum enituiſſe arbitror: quoniam religioſi ambo fuiſtis: tu quidem profeſſione, ille vitæ inſtitutione. Hæc mecum cogitans, putaui primum infixã a Dño cordi germani ſuperſtitis ſagittam, ingentem ei cruciatum attuliſſe. Homo, inq̃, eſt: qui forte nihil humani a ſe alienum putet. Si luget fratris deceſſum: merito luget. Amiſit enim dimidium ſui: cum quo oẽs cogitationes & conſilia ſua conferre conſueuerat. Amiſit fratrẽ: pietate iuſtitia ſide religione probitate cũ paucis conferendũ. Tam triſtem caſum, tam acerbum vulnus, ſi abſq; lachrymis excipere non potuit frater, ſapientiſſimus licet atq; cõſtantiſſimus: mirum re vera videri non debet. Plorauit rex Dauid propheta Sãctiſſimus, ob carorum ſuorum mortẽ: & ſua oratione ad complorandum alios excitauit. Fleuerunt & alii viri fortiſſimi ſuorũ deceſſum. Deniq; Saluator noſter propter obitum Lazari lachrymatus eſt. Audio nihilominus te Domine colendiſſime hoc fortunæ telũ pro tua ſingulari ſapientia, tam forti atq; infracto animo admiſiſſe: vt ne lachrymaſſe quidem propterea viſus ſis. Et ne me vana fingere quis exiſtimet: ex Senatoribus noſtris didici: ſcripſiſſe oratorem Venetum, qui Romæ nunc degit: doluiſſe te quidem ob defuncti deſyderium: verũ ſingulari conſtantia & moderatione altum premere corde dolorem: & conceptam animo ægritudinem ratione lenire. Si tamen ſecus accidiſſet: nunq̃ mihi perſuaderi potuiſſet: tam maturæ virtutis virum, præſcriptum ſibi a ſacro eloquio lachrymarum terminum exceſſiſſe. Fili (inquit) ſuper mortuũ produc lachrymas: & quaſi dira paſſus incipe lamentari: & fac luctum vno die vel duobus. Mihi re vera tam dulcis integerrimi atq; incliti viri memoria nunq̃ excidet: nec ſingularis ipſius erga me caritas benignitas & fidele patrociniũ vlla vnq̃ obliuione delebitur. Abſtergamus itaq; omnẽ lachrymam ab oculis noſtris: & concepta nõ immerito de illo ſpe: q; ad meliorẽ tranſierit vitam adeptæ eius gloriæ congratulemur: q; q; ipſum præmiſerimus, quo nobis quoq; optandum eſt ſequi. Parui ſimul & magni huiuſmodi mortis caſibus obnoxii omnes naſcimur. Indignum itaq; videtur, grauius propterea diſcruciari animo: quando per totam vitam noſtram nobis conſtiterit: ſtatutũ eſſe hominibus, ſemel mori. Non reſpondeo modo ſuauiſſimis dignationis tuæ litteris, quas nudiſtertius accepi: ne occupatas Domini mei aures longiore ſermone fatigem. Tantummodo quãtas valeo gratias ago benignitati tuæ, pro ingenti erga me beniuolentia & amore, quem litteræ præſeferũt: mihi revera ſuper mel & fauum dulciores. Studium præterea tuæ amplitudinis erga reformationem ordinis, gratiſſime atq; hilari animo accepi. Spero te ſuo tempore boni alicuius operis pro tua in Camaldulenſem ordinem pietate autorem fore. Vale. Venetiis Die. vii. Iulii. MDXXII.

Iulio Cardinali de Medicis. LXXVI.

c Redo non latere dignationem tuam: habuiſſe monachos noſtri ordinis in Burgenſi vrbe vltra annos quadringentos domiciliũ ſatis cõmodum: ac ſub abbatum, qui pro tempore fuerunt obediẽtia, ita ſemper religioſe ac pie vixiſſe: vt nunq̃ non fuerint vniuerſo Burgenſi populo gratiſſimi. Viguit

ſi quidem

ſi quidem in abbatia illa continuus ac perpetuus diuinus cultus:& ſtudioſiſſime ſemper ſeruata eſt a monachis debita animarum cura. Quomodo autem factũ ſit: vt vnius, male de ſua religione meriti infidelitate, Camaldulenſe cœnobium illud in ius alienum ceſſerit: non arbitror recenſendum. Vt quid enim perdi/tio hæc? Non maledices (inquit) ſurdo, ideſt mortuo. Opto vt obierit in pace: q̃uis ingentem fecerit ordo noſter ipſo autore iacturam: præciſo tam nobili mẽbro a corpore. Tantum precor amplitudinem tuam: vt miſerta pro ſua pietate monachorum noſtrorum: qui in memorata abbatia educati reddebant ibidem altiſſimo vota ſua: curare dignetur apud Burgenſes litteris ſuis: vt in compen/ſationem illatæ nobis iniuriæ, & ſurrepti per vim benefitii, benefitium aliud tri/buant noſtro ordini de ipſis meritiſſimo: & precipue locum quendam, quæ ap/pellatur ſocietas Sanctæ Crucis, in eadem vrbe ſitum. Quamuis enim longe ſit Societatis iſtius locus inferior abbatia ipſa: erimus tamen contenti vel hac tantilla viciſſitudine: vbi te autore illum adepti fuerimus. Quod erit vniuerſæ re/ligioni noſtræ ſupramodum gratum. Vale. Venetiis. Die. xii. Iulii. MDXXII.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. LXXVII.

a Nteq̃ Florentia diſcederem: factus fueram certior de profeſſione tua vna cum coeremita tuo Conſtantino in Picenum. Hac de cauſa non ſum admiratus: ꝙ diſtuleris reſpõdere litteris noſtris. Fecisti continuo ſatis ſcri/bendi offitio: vbi primum in Eremum rediſti: vt accuſari tarditatis merito ne/queas. Ego quoq; enitar pro viribus: vt ſi aſſiduitate ſcribendi ſuperari a me ne/quaq̃ potueris, vtpote iunior atq; robuſtior a ſeniore imbecilli & exhauſto vi/ribus: paria ſaltem tecum faciam: & ex æquo tecum certem: vt quotiens ſcri/pſeris mihi, totiens tibi reſcribam. Quod cedendum penitus ſtatueris ſenten/tiæ meæ ſuper litterario negocio: de quo aliquandiu contendimus inuicem: ſpero te indies magis probaturum conſilium meum. Ego autem non ſum frau/datus ſpe mea de te: ꝙ cum ſis mitis & humilis corde: quemadmodum ex pro/feſſione vnum quemq; noſtrum decet: fores obſtinatius defenſurus partes tuas. Cæterum quomodo in adoptiuorum non naturalium filiorum numero cenſen/dus ſis: nulla me ratio conuincit. Quomodo enim adoptiuus tu: qui mona/chi, ſicut & nos, ſemper vocabulo appellatus es: qui ſub eadem ſemper regula militaſti? Si diſſimili aliquando colore vſus es: non excidit mihi dixiſſe Bene/dictum patrem noſtrum in regula. Non cauſentur monachi de colore. Itaq; pro facta a me vtriuſq; generis filiorum mentione, ne ſolicitus ſis: vt tui cauſa in adoptiuos exprobrandum, atq; vt ſcribis, improperandum cenſuerim. De quibus autem ea in re ego ſenſerim: ſileo. Tantummodo cupio: vt oẽs pariter, qui eſtis Eremi accolæ, gloriari mereamini ex bona & religioſa conuerſatione veſtra: ꝙ digni habiti ſitis adoptione filiorum Dei. Moleſtam vobis futuram diſceſſionẽ noſtram ex Ethruria, facile animo cõcæperã: ex veſtra erga me beniuolentia & pietate coniecturã capiens. Neq; n. piorum filioꝝ diſſimulari affectus poteſt: quibus ſemp euenire cõſueuit: vt & paterna triſtent abſentia: & præſentia lætentur. Cõtriſtatus & ego revera ſũ diſceſſurus Florẽtia: ꝙ nõ mihi cõmodũ fuerit age/

re vobiſcum reliquum æſtatis:aut ſaltem per vos redire Venetias. Verum quã do ita facere oportuit:ſuppleat abſentiæ vices mutua noſtri memoria:atq; vltro citroq; frequentatum ſcribendi munus. Sic enim fiet: vt paulatim leniendus ſit ac mitigandus abſentium dolor:& minus optanda fuerit nobis corporalis præſentia:quorum intereſt longe vtilius ſpiritu ambulare:cũ ſpiritu viuamus. Gratulor plurimum vobis:q; male copulata & coniuncta haud multo ante ſacræ noſtræ Eremo antea deſerti Piceni penitus repudiaueritis. Conferet vobis ſeparatio iſta ad quietem vtriuſq; hominis. Quid eſt enim minus ſolitariis conueniẽs: q̃ quotidie vagandi querere occaſionem & nũc hæc nunc illa incolenda ſuſcipere diuerticula? Experientia nimirum docet:non conualeſcere plantam,quæ ſæpe tranſfertur. Habetis vtrũq; Camaldulũ:habetis amœnos & cõmodos vinearũ veſtrarum receſſus. Quid quæſo amplius cupitis:quod non ſit cum detrimento Eremi Eremo vniendum? Ad euertendam profecto Eremum nunq̃ pertinere non putaui annexorũ multitudinem. Nimio enim amplexu(vt eſt in adagio)parum ſtringitur. Deniq; ſi volueritis tot ordinis Sacerdotiola,olim per monahos adminiſtrari conſueta,per vos metipſos curanda ſuſcipere: quemadmodũ in priuilegiis per iuniores incautos,& rei periculum minime præuidentes,paucis retro annis impetrata continentur:(mementote ſermonis mei,quẽ modo prædico vobis)breui rigorem & diſtrictionẽ ſacræ iſtius ſolitudinis,& bonam de illa apud exteros exiſtimationem,diſſolutam atq; ad nihilum redactam viſuri eſtis. Vale. Venetiis. Die.xv.Iulii.MDXXII.

Ioannibaptiſtæ monacho Sancti Mathiæ.LXXVIII.

PEtiſti a me,vt ſignificarem tibi:quid mihi videretur ſuper prolatione genitiui pluralis litium,vtrum per .t.aut per .c.eſſet proferendum. Probamus ſtudium tuum etiam in rebus exiguis. Nihil enim contemnendum puto ei:qui caſtigate & emendate loquendi ſcientiã aſſequi cupiat. Hoc tamen commodius atq; vtilius a grammaticæ profeſſoribus,& ab iis qui modo in eiſdem ſtudiis verſantur,potuiſti requirere. Facile enim minutiora huiuſmodi annoſo & longæuo elabi poſſunt. Dicam tamen,quid ſentiam tãtilla in re. Primum quidem non memini:audiſſe me peritum aliquem linguæ latinæ:qui litium quod a lite deriuatur per.c.pronuntiaret:quem morem & ego hactenus ſecutus ſum. Cuius rei ſi qua aduci in medium ratio põt: arbitror ieciro per.t.non per.c.proferri debere:ad differrentiam licium. Sunt enim licia fila texentium: quæ per.c. ſcribuntur & proferuntur. Vnde liciatorium:quo fila inuoluuntur. Alioquin multa inuenies in tium deſinentia in genitiuo plurali:quæ per.c. enunciantur: ſicut eſt infantium ſtudentium amantium diſcentium,& alia id genus. Reſpondi paucis quid ſentiam. Non tamen propterea Benedictum monachum carpo aut improbo,ſecus opinantem. Nam forte non temere diſſentit. Et vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat. Vtrum tamen potioribus nitatur rationibus:tu videris. Quomodo ſe habeat Prior tuus:& vtrum conualuerit de infirmitate:non ſum factus certior. Hortare ipſum ex me:vt valitudinem ſuam curet q̃ diligentiſſime. Vale. Venetiis. Die.xiii.Auguſti.MDXXII.

Altobello de Aueroldis, Epiſcopo Poleñ. & Legato. LXXIX.

m Andaui heri Nepoti meo: vt conueniret dignationem tuam: eiq; referret coram, quãtopere cuperem: vt celerius abſolueretur negociũ Sancti Martini de Opitergio. Et quia te occupatiſſimum reperit: non potuit ad colloquium admitti. Rogo ego iccirco amplitudinem tuã: ne nimiũ differatur cõpoſitio inter diſſidentes fratres noſtros: ſed pro tua ſapientia, æquitate, iuſtitia (q̃to citius commode fieri poterit) terminetur. Viges ingenio & prudentia: & multa expertus, alia longe maioris momenti & multo grauiora expedire conſueuiſti negocia. Facile erit tibi, qui omnibus te beniuolũ & gratia plenum exhibes, inter diſcordes pacẽ ſerere. Quod ſpero: atq; vt ita fiat enixius peto: te pro tua pietate facturum: curaturũq;, vt vtraq; pars, qui mihi ſunt filii cariſſimi, a tua pientiſſima dignatione contenta diſcedat. Vale. Venetiis. Die. vltima Auguſti. MDXXII.

Dominico Cardinali Grimano. LXXX.

ſ Actus ſum certior: parare ſe ad iter dignationẽ tuã, vt in Vrbẽ redeat. Opto ſummopere: vt Angelus Dñi ſit futurus comes tuus: & incolumis peruenias. Et quoniam arbitror non latere Pontificem: cuiuſmodi ſis inter reliquos tui ordinis: non dubito: q; poſtq̃ exhibueris te conſpectui. S. D. N. noui Pontificis: hilari fronte excipiendus ſis ab eo: atq; obuiis vlnis amplexandus. Vbi vero odorari cœperit Sanctitas ſua eruditionem probitatẽ ſapientiam ac religioſiſſimos mores tuæ amplitudinis: perſuadeo mihi certiſſime fore: vt inuenias cumulatiſſimam gratiam in oculis eius: tantiq; ab eo faciendus ſis pro ſingularibus meritis tuis: vt precipua fiducia ſit ſemper tecum communicaturus omnia conſilia & cogitationes ſuas. Lætaberis tu quoq; ad intuitum noui paſtoris: qui datus eſt nobis diuinitus ſecundum cor Domini: vtiq; Sanctus innocens impollutus. Quia tamen dignitas Pontificia ſine graui onere adminiſtrari nequit: eris tu Domine colendiſſime baculus ſenectutis eius: cui pro tua integritate & fide tuto niti habeat. Obſecro: vt ſi quando ipſum minus occupatum inueneris: egentiſſimum ordinem noſtrum Camalduleñ. eius Beatitudini cõmẽdare digneris. Veniſſem ego met viſitatũ tuam amplitudinem: ſicut par erat: niſi q; liberatus pauloante tertiana febricula, nondum bene ſum ex valitudine confirmatus. Si non celerius hinc abieris: ſatiſfaciam coram obligationi meæ. Erit mihi pergratum: ſi indicaueris harum latori: a quo nã te abſente ſimus requiſituri puſillum id pecuniæ annuæ pro collecta Carcerum. Vale. Venetiis. Die. xi. Septembris. MDXXII.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. LXXXI.

r Edditæ ſunt mihi ſolito celerius nouiſſimæ litteræ tuæ. Coactus ſum tamen neceſſario differre aliquandiu reſponſum ob malam valitudinem. Laboraueram tertiana febre per dies aliquot: iacuerã tm̃modo dies nouẽ: nondum tamen ſum penitus in priſtinum robur reſtitutus. Conamur paulatim vires reſumere. Iacuit inſuper Pius noſter & grauius & diutius quam ego Vexatus eſt enim duplici tertiana: ſed per Dei gratiam & ipſe conualuit. Decolorauit cum nihilominus vis morbi: & genæ ab ingenito rubore olim ſuffuſe ia pallorem commutatæ ſunt. Benedictus Dominus: qui nos viſitare

dignatur:atq; ne imparati,ac pre nimia bona corporum habitudine oſcitantes ſtertenteſq; inueniamur,frequentibus nos languoribus admonet: donec nouiſſi ma illa & omnibus conſtituta ſuperuenerit dies:quæ præteriri non poterit.Ex/ pediam itaq; me paucis modo:vitans de induſtria lógiorem ſermoné:ne forte me recidiuæ exponam periculis.Viſitaſſe Eremum ſcribis menſe Iulio Reueren diſſimum Cardinalem Cortoneñ.ſecũq; in comitatu multos nobiles habuiſſe. In deſcenſu poſtea ad Fontẽ bonum,longum tecũ protraxiſſe ſermonem:atq; in ter loquendũ feciſſe illum de mea paruitate mentionem.Quod me diligat: ha/ beo gratiam dignationi eius.Quod veneretur atq; ſuſpiciat,ſicut ſcribis,eius hu manitati tribuo qui de ſeipſo ſummiſſe ac humiliter ſentiens,aliis deferre longe indignis atq; immerentibus non recuſat.Fuiſſe me licet immerito gratum Leo/ ni Pontifici:hoc non inficior,vere tibi retuliſſe colendiſſimum Cardinalẽ: quod plurimos etiã minime latuit.Placuiſſe tamen eius Sancti ſtilum meũ arbitror: non ornatus gratia,ſed fidei meæ ratione:quam ſemper perſpectã & cognitam habuit.Nunq̃ ego nó optime de Cardinale Siluio ſenſi:dño vtiq; mitiſſimo & Dauidicæ manſuetudinis.Spero fuiſſe a vobis honorifice admiſſum:vt conten/ tus ac bene edificatus inde abierit.Habituri eum eſtis patronũ & fautorem Ere/ mi:ſi qua in re ipſius ope & auxilio indigueritis:cũ ſit eiuſmodi qui de omnibus ſtudeat bene mereri.Quod ego quoq; aliquando expertus ſum.De Adriano Pó tifice,qualis ſit in adminiſtranda Chriſtiana republica futurus,nouit Dñs ſolus: cui omnia ſunt nuda & manifeſta.Si tñ mores,ſi religionem,ſi vitam eius conſy deremus:non poſſumus de illo niſi omnia bona niſi iuſta niſi ſancta nobis polli ceri.Reſpuere illum aiunt penitus blandimenta verborũ:proculq; reiicere om/ nem adulationẽ:neq; vllis mundanis voluptatibus aut illecebris oblectari:pe/ ctuſq; purum ab omni facinoris contagione exhibere.Quo fit:vt dubitari ne/ queat futuram ſemper cum eo manũ Dñi:nec defuturum tantæ Sanctitati cœle ſte auxilium.A Rhodo nihil certi affertur:nec enim poteſt:Quis.n.approquin/ quare inſulæ tanto barbarorum exercitu tanto nauium numero obſeſſæ audeat? Credi poteſt:etiam volucres ipſas frequenti armorum ſtrepitu,territas procul ab inſula abuolare:ne dum prope ipſam adnauigare homines.Vulgatum eſt ni/ hilominus neſcio quo Cretenſe autore:Rhodiorum Vrbem optime eſſe præſi/ diis munitã:atq; ad ſuſtinendam aliquot annorum oppugnationem minime in ualidam:vtpote & mœniis & machinis & vario tormentorum genere egregie ſeptam.Bono eſſe illos animo paſſim refertur:nec deficere ſpe potiundæ victo/ riæ:etiam ſi barbari & numero & robore admodũ præſtarent.Sed & hoc nó ſub ticebo:allatũ eſſe ante complures dies:congreſſos fuiſſe cum Rhodiis barbaros idq; haud ſemel:fuiſſeq; turcorum ſupra viginti quinq; milia pugnantium cæſa: & ingenti tormentorũ vi ad triginta naues diſſipatas atq; immerſas,cum ma/ gna vtiq; illorum ſtrage.Scæuit apud Bizantium peſtilentia : ita vt ſupra mille quotidie vis morbi abſumat.Pugnante pro nobis Dño:quis eſt qui contra niti contendat?Archiepiſcopus Corcyræ vbi primum accæpit applicuiſſe Pontificẽ in Vrbem: Venetiis ſe proripuit:vt non mihi licuerit implere quod ſcripſiſti.De opuſculo,Angeli Marini nihil penitus noui.Si venerit ad manus meas : curabo

vt ei reddatur. Miror non accœpiſſe Maiorem Eremi reſponſum litterarum ſua/rum: cum ei continuo & prolixe reſponderim. Ipſum & coeremitas omnes meo nomine ſalutabis. Vale. Die. xix. Septembris. MDXXII.

HADRIANO SEXTO PONTIFICI. LXXXII.

b Eatiſſime Pater, & Clæmentiſſime Dñe: humilem ad pedes cõmenda/tionem. Oportebat te vera: vt non per epiſtolã modo te conuenirem: ſed vt præſens potius coram, aduestigia tuæ Sanctitatis procumberem: queãd/modũ cum aliis quinq; anteceſſoribus tuis mihi feciſſe contigit. Verum vt hoc mihi implere modo munus non liceat: impedimento eſt grauior ætas. Sum. n. confectus ſenio: & corpuſculo parũ valido: vtpote octauum & ſeptuageſimum agens annum: cuius imbecillitas quietẽ potius quam laborem deſyderat: & itine ra longiora atq; difficiliora reformidat. Precor propterea: vt excuſationem ad/mittas Serui tui. Erit pro me vicaria breuis epiſtola: functura ex parte, obligatio nis meæ munere apud Sanctitatẽ tuam. Audere me facit loqui ad dñm meum, cum ſim puluis & cinis, ſingularis tua atq; (vt paſſim refertur) innata quedã erga omnes benignitas: qua nimirum fit, vt non verear ponere os in cœlum. Ego, vt ſcias, clæmentiſſime Pater: vbi primum renunciata eſt ex Vrbe promotio tua ad ſummum Sacerdotium: cœpitq; vulgari cuius modi fuiſſent mores exactæ vſq; impræſens vitæ tuæ: atteſtantibus omnibus, qui te nouerant (nõ enim potuit ci uitas abſcõdi ſupra montẽ poſita) fuiſſe illos religioſiſſimos atq; probatiſſimos: gauiſus nimirum ſum gaudio ingenti. Laudaui ex intimis præcordiis dñm: in hanc vocẽ erumpens. Ecce Sacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit Deo: & inuentus eſt iuſtus: & in tempore iracundiæ futurus eſt reconciliatio. Diuina pro fecto extitit tuæ Beatitudinis ad apoſtolatus apicem electio: & notum omnibus factũ eſt, ac pro comperto habitum: nõ te tibi ipſi ſumpſiſſe honorẽ: ſed electum fuiſſe a Deo tanq̃ Aaron. Non poteſt obiici tibi: ꝙ aſcenderis aliunde: qui per pa tentiſſimũ oſtium ingreſſus es in ouile Dominicum. Et remotus ab omni ambi tione atq; cupiditate, introiſti in potentias Dñi: vt ſederes cum principibus: & teneres ſoliũ gloriæ. Non recenſebo impræſentia virtutum tuarum præconia: quæ apud omnes vno conſenſu decantantur. Nam cũ laudari (vt audio) pro tua humilitate refugias: non debeo ego tantillus Sanctæ huic tuæ vere apoſtolicæ menti repugnare: indignus præſertim, atq; impotens ad tantum ſubeũdũ onus. Probaturum tñ non dubito eo amplius cœleſtem iudicem opera tua: quo ſeue/rius ſermonum lenocinia cõtempſeris: atq; in tam ſublimi dignitatis faſtigio, Saluatoris noſtri veſtigia fueris imitatus: qui mitis fuit & humilis corde. Multa tuæ Sãctitati omnes tribuunt: doctrinã, ſapientiam, pietatem, iuſtitiã, religionẽ, & alia id genus: inſuper datum tibi fuiſſe a Deo in celebrationibus decus: vt quo tidie offeras hoſtiã ſalutarem. Alienũ eſſe te dicunt ab omni profuſione & luxu: vtpote memorẽ præcepti apoſtolici. Sobrie (inquit) & iuſte & pie viuamus ĩ hoc ſæculo. Adhæc nequaq̃ dominari te in clero: ſed formã fieri gregis, religioſa mo deratione contendere. Hæc & alia plurima de tuæ Sanctitatis vita & moribus paſſim prædicantur. Ego autem (quod bona tua venia dictũ ſit) nulla alia magis de cauſa accerſitum te fuiſſe procul & de vltimis terrarũ finibus arbitror: atq; ad

ſupremum in eccleſia gradum aſſumptum:q̄ ob tuam ſingularem humilitatem, & mundanarum rerum omnium contemptū. In humilitate (inquit) noſtra memor fuit noſtri. Itēq; alibi: ſuper quē, ait, requieſcet ſpiritus meus: niſi ſuper humilem & manſuetum ac trementem ſermones meos? Gratulor itaq; tibi pater Sancte: gratulor haud minus vniuerſo populo Chriſtiano. Tibi quidem iccirco: q: longe lateq; patebit campus: quem exerceas: quem colas: ex quo cēteſimum fructum feras. Patebit quoq; hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: in quo reptilia, quorum non eſt numerus. Si quidem piſcatoris ſucceſſor laxabis retia tua, non in capturam argenti & auri theſaurorūq; ſæcularium: ſed eris magis homines capiens: auertens ab eis ſemitas iniquitatum. Gratulor vero plurimū gregi tuo: gratulor imprimis mihi ipſi, vni ex ouiculis tuis: quibus dederit Dn̄s paſtorem ſecundum cor ſuum. Nam ex primordiis apoſtolatus tui facile coniicere licet: procul abfuturam a tua Sanctitate propheticā illam ad paſtores Iſrael maledictionem: qui lac comedebant: & lanis operiebant̄. Paſces tu potius oues tuas: & accubare eas facies. Quod perierat, requires: quod abiectū erat, reduces: quod confractum fuerat, alligabis: quod infirmum fuerat, cóſolidabis: quod pingue & forte, cuſtodies. Tuo ductu atq; imperio, tanq̄ alterius Moyſi, diſſipabuntur & cōterentur penitus gentes, quæ bella volunt: & conciliatis tuo interuentu Chriſtianorum diſſidentium animis, fiet tandem vnum ouile, & vnus paſtor. Dedit tibi Dominus animum, tantæ poteſtati parem: vt ipſius adiutus præſidio, haud magno negocio ea oïa ſis impleturus. Moderando. n. iura infimis ſummiſq; abſq; perſonarum (vt facis) accæptione: & ex æquo te affabilem exhibens tam iis, qui obſcuro loco & humili fortuna orti ſunt, q̄ nobilibus ac primariis hominibus: iudicabis orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Quo fiet: vt non modo honorabilis, vt par eſt: verumetiam verēdus omnibus ſis futurus. Eſt quidem ingens pater Sancte autoritas tua: quam perpetuo ac iugi tenore vitæ, tibi paraſti. Non minus eam in te obſeruabunt, venerabuntur, colent, terrenæ poteſtates: q̄ Pontificiam maieſtatē. Vtraq; vero cum ſimul coniuncta ſit: adeo præclara in pontificatu tuo editurus es opera: vt immortalē proculdubio apud Deū & homines gloriā ſint tibi allaturæ. Non vltra progrediar clæmentiſſime Pater: ne te diutius obtundam. Reliquū eſt: vt puſillum gregem noſtrum Camaldulenſem tuæ Beatitudini cōmendem. Præfui ego illi per annos duos & quadraginta. Atq; vtinā ſicut diu, ita & vtiliter ei præfuiſſem: cui vtrum prodeſſe magis q̄ præeſſe contenderim, aliorum ſit iuditium. Cuiuſmodi aūt ſit præſens religionis noſtræ ſtatus: q̄ exiguæ ſuperſint benefitiorum noſtrorum reliquiæ, ob frequentes cōmēdationes: q̄ propterea imminutus ſit antiquus ille Sanctitatis rigor: non eſt huius temporis, vt lr̄is ſignificem Sācitati tuæ. Miſſurus ſum haud ita multo poſt in Vrbem aliquē de noſtris, per quem particularius noſſe poteris: quid conſilii cœperim, ad ferendā opem egētiſſimo noſtro ordini, ne indeterius labatur: aut (quod abſit) ne redigatur in nihilum. Si approbauerit pietas tua qđ petierimus: non detrectabimus ſubire laborem: modo reliquiæ ſaluæ fiant. Vale pater Beatiſſime ad cuius ſacra veſtigia, obedientiam & fidem, humiliter ac reuerenter depono: precorq;, vt abſenti puero tuo benedicas: qui cupit vt diutiſſime

ac fœliciſſime viuas. Venetiis. Kalendis. Octobris. MDXXII.

Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corcyræ. LXXXIII.

i Gnorans penitus, quando eſſes Venetiis profecturus: implere non po/
tui cum tua dignatione officium meũ. Licet. n. mihi perſuaſerã, poſt ad
uentum Pontificis, conceſſurum te in vrbem: non putaui tñ fore, vt tam cito te a
nobis proriperes. Veniſſem nimirum te viſitatum q̃ libentiſſime: côueniſſemq́
te domi, quæ præſertim tantillo interuallo a monaſterio noſtro diſtaret: vt mu/
nitum tua benedictione dimitteres filium tuum in pace: & ego viciſſim proſpe/
rum tibi iter debitis obſecrationibus ac votis imprecarer. Nimia tua erga me ob
ætatis grauitatem indulgentia, vt arbitror, hac me affecit iniuria: vt inſalutatus
a me, hinc abieris. Non me re vera labor ipſe grauaſſet: qui & puſillus admodũ
futurus erat: & aſſumptus tui gratia, cui debeo lõge maiora, mihi potius gaudiũ
attuliſſet ob ſuauiſſimam tuæ dignationis conſuetudinẽ, comitate & ſapiẽtia ple
nam. Quando tñ ita factum eſt: ſit nomen Dñi benedictum. Quẽ precor, vt ſicut
ſpero te perueniſſe, ita te conſeruet incolumen. Cæterum ago tibi ingentes gra/
tias, pro munere ad me pauloante diſceſſum tuum benigne tranſmiſſo: effigie
vtiq́. S. D. N. Papæ Adriani. vi. ex Hiſpania allata. Appoſui eam parieti cubicu/
li: vt frequentius illam mihi liceret intueri: cuius profecto haud iniucunda eſſet
futura mihi contemplatio. Et forte ea ratione impulſus voluiſti illam eſſe apud
me: ne mihi deeſſet occaſio videndi ſæpius Pontificem quaſi per ſpeculum & in
enigmate: quẽ tu haud ita multo poſt pro arbitrio viſurus fores facie ad faciem.
Cupio, vt inuenias gratiam in oculis tanti præſulis, tã pii Paſtoris, tam verendi
principis qui magnis quotidie laudibus, probitatis & Sanctitatis ſuæ merito, ab
omnibus in cœlum fertur. Dominus cõſeruet eũ: & viuificet eum: & beatũ faciat
eum in terra: vt in cœlo poſtmodum Beatiſſimus ſit futurus. Vale Dñe colendiſ/
ſime: cui me enixe cõmendo: atq́ harum latorem: ſi qua in re tua opera indigue/
rit pro cõmodis religionis noſtræ. Quod erit mihi admodum gratum. Vene/
tiis. Die. ix. Octo. MDXXII. Ioanni Picolhomineo Cardinali Senẽſi. LXXXIIII.

ſ Cribo tuæ dignatiõi rarius, & longiore ſemp interuallo, q̃ mea erga tẽ
obſeruãtia & fides poſtulet: qm̃ re vera haud facile magnoꝝ virorũ au/
res lr̃is obtũdo, niſi me aliq̃d iuſtæ cauſæ ad ſcribẽdũ cõpellat. Abſit aũt
vt propterea immemor tui exiſtimer: cuius memoriam, quẽadmodum & San/
ctiſſimi olim patrui tui pii tertii, cũ ſingulari veneratione conſtantiſſime ſeruo.
Cogentibus me negociis religionis noſtræ: vt mitterem in vrbem præſentium
latorẽ: mandaui ei, vt te conueniret: meq́ tuæ dignationi ſtudioſe cõmendaret.
Precor inſuper: vt ſi qua in re tuo patrocinio & opera vti, ſibi cõmodũ viſum fue
rit: fraudari illũ non ſinas ſuo deſyderio. Cupio nimirum rem honeſtiſſimã: &
a conſtitutionibus ordinis ac regula Sanctiſſimi patris noſtri Benedicti: mini/
me abhorrentẽ. Et ſpero non defuturum per Pontificẽ: quin vota noſtra impleã
tur Non. n. habemus Pontificẽ: qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris: cũ
& electũ ipſum diuinitus oẽs vno ore conſentiant: & de eius vita & Sanctiſſimis
moribus, ab vniuerſis vbiq́ prædicetur. Ingenti nimirũ gaudio repletus ſum:
ex aduentu tanti principis ad locum ſolii ſui: vbi iudicaturus ſit orbem terræ in

æquitate,& populos in veritate ſua.Fuiſtis aliquãdiu tanq̃ ſine capite membra. Sperare modo licet,integro corpore,emanatura omnia a ſede apoſtolica: quæ ſint non ſolum vrbi iſti,vbi eſt tantæ dignitatis principatus: verumetiam orbi vniuerſo ſalutem allatura. Non dubito futurum te Dñe colendiſſime.S.D.N.q̃ cariſſimum:cum primum nouerit relictum te fuiſſe heredẽ non tam doctrinæ q̃ vitæ Pii Sanctiſſimi:eſſeq; te per omnia virtutum illius emulatorem: vt facile ab eo ſis quæcũq; popoſceris impetraturus.Quod vt ita contingat: impenſius cupio.Vale.Venetiis.Die.x.Octobris.MDXXII.

Iulio Cardinali de Medicis.LXXXV.

e T Florentiæ & Romæ,vtrobiq; ſolita fiducia tibi moleſtus ſum: quo/niam ſemper & vbiq; gratum mihi & vtile extitit patrociniũ amplitu/dinis tuæ.Quotienſcũq; tibi cõmendaui tum religionis noſtræ tum amicorum negocia:totiens pro tua benignitate obſecutus es mihi:nec auertiſti aliqñ faciẽ tuam a me.Non dubito poſſe te plurimum apud nouum Pontificem autoritate & gratia:quem adeo procul accerſiendum curaſti.Tantæ præterea humanitatis & manſuetudinis ipſum eſſe affirmant:vt neminem vnq̃ a ſe triſtem dimitti pa/tiatur:qui modo a ſua Sanctitate iuſta petierit.Quid vero ego cupiam: ex harũ latore intelliget dignatio tua.Non poteris non multum prodeſſe rebus noſtri ordinis,afflicti vtiq; & contriti ac male ſe habentis:vbi tua apud clæmẽtiſſimũ Pontificẽ non defuerit interceſſio.Et ſpero,vbi noueris votum meũ pro refor/matione puſilli gregis noſtri Camalduleñ.non te illud improbaturum.Obſecro itaq;,vt opituleris petenti noſtro nomine:ſi tua opera indiguerit.Quod erit mi hi admodum gratum.Vale.Venetiis.Die.xi.Octobris. MDXXII.

Marco Foſcaro Oratori.LXXXVI.

q Voniam nulla mihi tecum hactenus fuit conſuetudo: cum nulla inter/ceſſerit occaſio congrediendi cum tua magnitudine:iccirco non potui cõmode tecum loqui anteq̃ Venetiis diſcederes.Vbi tamen primũ audiui,deſi/gnatum te fuiſſe oratorẽ a Senatu in Romana Curia,non ſolum ad exhibendam cum collegis tuis Summo Pontifici Chriſtianam reuerentiam atq; obediẽtiam: verumetiam ad fungendũ legatione ibidem in futurũ annum,lætatus ſum val/de:non ignorans ex multorum relatione,preter dotes naturæ atq; alia fortunæ ornamenta,q̃ta ſis moderatione ac probitate præditus. Propterea obmittendũ nequaq̃ duxi:quin vel nunc tandem inirem tecũ amicitiam per litteras: quem mihi iampridẽ,ignotũ licet facie,egregiæ virtutis tuæ morũq; ac doctrinæ fa/ma arctius cõciliauerat.Precabimur Dominum pro tua ſoſpitate:vt & te ſua gra tia conſeruet incolumẽ:& in exequendo demandato tibi munere,eam tuæ Ma/gnitudini fœlicitatem largiatur:qua pro cõmodis cõmunis patriæ,omnia tibi optata contingant.Hoc facile fore nobis repromittunt tũ eodem tenore bene anteacti magiſtratus tui:tum eorũ qui tua nouerunt merita:q̃ ampliſſima ſpes. Si quidẽ omnes prædicant:inuenturũ te ſingularem gratiã in oculis Principis atq; Sanctiſſimi Antiſtitis noſtri.Non ero modo tecũ prolixior.Tantũmodo cõ mendo tibi harũ latorẽ.Qui ſi pro vtilitate religiõis noſtræ indiguerit tua ope ra:oro & obſecro,ne illi deſis.Vale.Venetiis.Die.xx.Octobris. MDXXII.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. LXXXVI.

Q Vas ad me nona præteriti menſis die litteras dediſti: eas nudiuſquartus accæpi. Putaui ego abiiſſe te in Picenum: a Iuſtiniano altero accerſitum: ſicut mihi retulerat Vicarius veſter: qui etiam dediſſe ſe tibi comeatum proficiſcendi aſſeruit. Quod triſtatus ob malam valitudinem meam & cubicularii, lætatus poſtmodum fueris conualuiſſe nos per Dei gratiam, de infirmitate: facile mihi hoc vel te tacente perſuadeo. Sic enim exigit caritas: vt afflictis compatiamur: & iis longe magis quos impenſius amamus. Cur vero leuior fuerit mea q̃ cubicularii infirmitas: quod prolixiore ſermone diſcutere contendiſti: nouit is ſolus, qui percutit & ſanat: qui quos vult mortificat: & quos vult viuificat. Optãda eſt ſane nobis viſitatio Domini: quæ ſit modo profutura animarum ſaluti. Impoſuiſſe ipſum arbitror humeris vtriuſq; noſtrum tãtum oneris: q̃tum nouerat ambos futuros ſua clæmentia idoneos ad perferendum. Ne tamen te lateat, quo modo impræſentiarum me habeam: ſcito iam elapſum eſſe menſem, ex quo celebrare more ſolito, atq; hoſtiã offerre ad altare mihi nõ licuit: idq; ob chiragrã alterius manus. Spero nihilominus & hoc morbi genere propediẽ me liberandum. Eſt quidẽ moleſta ſeniori & ætate confecto etiam leuiuſcula ægritudo: cum etiam ſi nihil aliud acceſſerit, ipſa ſenectus cenſeatur infirmitas. Cæterũ adhuc ſumus apud Sanctũ Ioãnem de Iudaica: redituri paulopoſt, vnde biennio ante exiuimus, ad antiquum noſtrũ Sancti Michaelis diuerſorium. Cœlum illud ac loci ſitus, præſertim hyeme, ſalubrius exiſtimatur. Nã medium cũ ſit inter duas vrbes Venetam vtiq; & Muraneñ. non eſt admodũ Septẽtrioni & auſtro expoſitũ: qui vterq; ventus ætate prouectis plurimum aduerſatur. Et ibidẽ etiam cõmodius habitamus, vbi plura nobis cubicula & alia nobis neceſſaria inſeruiunt. Vrgeor etiam frequentibus multorũ præcibus, vt eo redeam ac reuertar in domũ meã, quæ me educauit: ac diu aluit. De Reuerendiſſimo Cortoneñ. Cardinali nunq̃ nõ bene ſenſi: ob ſingularem eius affabilitatẽ & manſuetudinem. Si a vobis honorifice ſuſceptus eſt fuit in Eremũ: impleſtis munus veſtrũ. Ego vero de homine ſic exiſtimo: q; ſiue laute ſiue parce ipſum accæpiſtis: æque inde contẽtus pro ſua moderatiõe abierit. Hadrianũ vero Põtificẽ carpi adhuc a nemine audiuimus: verum ediuerſo omnes illũ continuis laudibus in cœlũ ferunt. Fore ipſum reformatorẽ non ſolum Romanæ Curiæ, verumetiã totius reipublice Chriſtianæ paſſim prædicant. Quod decreto Eremitarũ, vbi miteſcere cœperit peſtilentia, iturus ſis Romã: conſulo vt videas qũo caute in peſtilenti vrbe verſaturus ſis. Adhuc. n. graſſatur vis morbi. Captã vero fuiſſe Rhodũ, vnde ad te perlatũ fuerit: vt propterea lachrymas excuſſerit ab oculis veſtris: mirari ſatis nequeo. Nudiuſtertius allatæ ſunt ad Dñium Venetũ litteræ a Præfecto generali claſſis ſuæ: quibus ſignificatur, ſcripſiſſe ſibi Principẽ Rhodieñ. militũ vndecima præteriti menſis die: ſe eouſq; terdecim vicibus cum barbaris pugnã iniiſſe, cũ magna illorũ ſtrage: & adiuuante Dño præualuiſſe. Deſyderare quidem ſe ad mille viros: qui ſibi eſſent præſidio: nõ tamen propterea de victoria deſperare: quando etiã armatæ mulieres aduerſus turchorũ impetus pugnarent intrepide, ac ciuitatẽ prompto animo tuerentur. Conari inſuper hoſtes: vt ſubterraneis cuniculis murum ciuitã

tis effodiant: verum non facile id aſſequi poſſe. Si remeauerit Archiepiſcopus, quẽ neſcio vbi ſit, ero memor libelli tui. Vale. Ex Sancto Ioanne de Iudaica. Die. xxi. Nouembris. MDXXII.

Iulio. Cardinali de Medicus. LXXXVII.

a Llatus eſt mihi hodie nũtius ſane moleſtiſſimus: iuſſos Eremitas nr̃os fuiſſe magiſtratus cuiuſdam nomine vt monaſterio Camalduli Florentini demigrarent: & eo quidem conſilio atq; decreto: vt ablatum Eremo in alienos vſus conuerteretur. Non ignoro Dñe colendiſſime: quanti ſemper fecerit ordo noſter cœnobium illud. Nec poſſum non dolere eiectos inde fuiſſe eremitas noſtros: vbi per tot annos habitare ipſe conſueui. Delectatus etenim loci ſitu & ſtructura ſatis cõmoda tum mihi tum eremitis noſtris: cognita quoq; neceſſitate, ita conſulente atq; adhortante tunc temporis colendiſſimo Protectore noſtro Cardinale Senenſe poſtmodum vero Pio tertio, vniendum Eremo magnis re vera ſumptibus curaui. Nam cum maxima negociorum Eremi pars Florentiæ tractaretur: neceſſarium exiſtimabat Protector pientiſſimus: vt haberent Eremitæ locum proprium: ad quem venientes in vrbem diuerterent: nec futuri eſſent alijs monaſterijs frequenti hoſpitalitate moleſti. Precor dignationem tuã vt ſua interceſſione & opera Florentinum Camaldulum Eremo ipſi ſemel annexum conſeruare dignetur: neq; patiaris, vt tot tui & iſtius reipublicæ præcatores, facta adeo ingẽti iactura, triſtitia oppleãtur. Mihi quoq; ſeruulo tuo, quem ſupra merita hactenus dilexiſti: & cui tuæ amplitudinis memoria nunq̃ excidit: rẽ gratiſſimam feceris: vbi certior factus fuero factum me fuiſſe compotem te interprete voti mei: fuiſſeq; reſtitutos Venerabiles fratres noſtros Eremitas in vetus domicilium ſuum: ac demum reddita fuiſſe quæ ſunt Dei Deo. Quod vt facias pronus ac ſupplex rogo. Vale Dñe colendiſſime fœlix atq; incolumis. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xvi. Decembris. MDXXII.

Thimothæo & Seuero monachis Angelorũ Floreñ. LXXXVIII.

a Cœpi paucis ante diebus vtriuſq; veſtrum litteras: quibus accurrate ſatis & cõmode certiorem me feciſtis de impiiſſimo atq; audaciſſimo Ritii in Prælatum ſuum facinore. Reſponſurus cum eſſem, occurrente mihi fido tabellario, illud mihi diui Hieronymi continuo ſuccurrit: quod duobus eiuſdem profeſſionis & ordinis ſcribens, ait. Iungat epiſtola: quos iungit ſacerdotium: immo carta non diuidat, quos chriſti nectit amor. Quod etiam eo arctius compellor facere: quoniam ſum in re admodum neceſſaria occupatiſſimus: & vos etiã ambo idem mihi nomine Prioris veſtri, tanq̃ in teſtimonium fœdæ crudelitatis & atrocitatis admiſſi facinoris, ſcriptis veſtris ſignificatis. Eritis itaq; modo cõtenti breui reſponſo: quod vtriq; pariter ſatiſfaciet: vt vna opera me citius abſoluam. Ego re vera, vbi reſciui tam inmanem adoleſcentis feritatem, tantam animorum concitationem in prælatum ſuum, adeo infeſtiſſimum odium in patrem monaſterii: obſtupui fateor. In media Florentia: aduerſus prælatum minime acerbum neq; immitem: auſum fuiſſe adoleſcentem, nulla prouocatum iniuria, nulla conſcientiæ, nulla honoris conuentus ſui ac religionis, nulla timoris Dei habita ratione, tanq̃ ferocem belluam inſurgere: ac ferrum ꝓmere: vt ipſum inflicto vulnere perimeret. Furori & inſaniæ aſſcribendum cenſeo, non iræ. Neq;

enim

enim improbanda ſemper eſt animorum cómotio. Iraſcimini (inquit) & nolitẽ peccare. Legimus enim iratum Phinees, zelo diuinæ iuſtitiæ, pati non potuiſſe turpe ſpectaculum zambri & Madianitidis: ſed vtrunq; gladio confodiſſe. Moy ſes quoq; vir alioquin mitiſſimus, quid fecerit contra Idolatras: quid Samuel con tra Agag regẽ: quid Helias contra quinquagenarios: non repeto hiſtorias, quas ſcio eſſe vobis notiſſimas. Hic vero ſine cauſa iratus, non eſt veritus mittere ma num in Chriſtũ Dñi: & eo aío duplici vulnere patrẽ monaſterii affecit, vt ipſum necaret. Cõmendamus magnopere Prioris patientiam: atq; non minus pruden tiam. Nam laceſſitus conuitiis & contumeliis ſuorum pati maluit inferri ſibi in/ iuriam, q̃ inferre. Et ad euitandum grauius ſcandalum ſcæuire in noxios aſperius noluit: ſed mitiorem partem ſaniore conſilio elegit: iuſſis illis monaſterio demi/ grare: qui digni erant perpetuæ tradi cuſtodiæ, atq; in carcerem detrudi: victuri pane arcto & aqua breui. Secutus eſt Pauli monita. Infidelis, ait, ſi diſcedit diſce/ dat: ne vna ouis morbida totum gregem contaminet. Iccirco animaduertendũ ſtudioſius vobis arbitror: & oculatius proſpiciendum, in nouitiorum probatio/ ne: qui ſint ad profeſſionem admittendi. Si qui viſi fuerint ingenio malo prauo q;: nec præſeferentes bonæ indolis argumenta: remittendi ſunt in domum ſuam vnde exierant: non blandimentis alliciendi, ne diſcedant. Hoc ideo vos admo/ nitos volui: quoniam audiui a fide dignis: iuniorem iſtum in ſuo nouitiatu ab in iectione manuum nequaq̃ abſtinuiſſe: vt facilepotueritis noſſe iunioris naturam. Eritis cautiores poſthac: ad probandos ſpiritus, ſi ex deo ſunt. Diſcipulus ſiqui/ dem eſt prioris, poſterior dies. Et quotidiana rerũ nouarum experientia, pru/ dentiores efficimur. Cæterum hortamur vos: vt idem ſapiatis omnes: & pacem habeatis: vt pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra & in telligentias veſtras. Valete cum Priore veſtro & familia omni. Ex Sancto Mi/ chaele Murani. Die. xxvii. Decembris. MDXXII.

Thimothæo & Seuero monachis Angelorum. LXXXVIII.

Vbiit animum Prioris Oppitergini pauloante currare: vt pars epiſto/ larum noſtrarum ſumptibus ſuis imprimeretur. Fuit propterea mihi neceſſarium, vbi inter ipſum & impreſſorem conuenit, occupari aſſidue in deli/ gendis iis: quas potiſſimum imprimendas putarem. Vrgente ſiquidem impreſ/ ſore, ne ſe vacare mea negligentia permitterem: inſtiti die noctuq; perficiendo operi, non ſine meo incommodo & labore: prætermiſſis aliis minus neceſſariis quæ interea occurrebant, negociis. Diſtuli iccirco pluſculum ſolito reſpondere non tam veſtris, q̃ aliorum complurium litteris: ne pluribus intentus autor fie/ rem retardandæ atq; intermittendæ impreſſionis: cui hactenus haud ſegnis da ta eſt opera. Cupiebam ego: vt ſi quid compoſuiſſem, quod aliquando imprimẽ dum foret: poſt deceſſum meum, id eſſet futurum. Sed diu ante a Priore concæ/ ptum rei conficiendæ deſyderium ſiſti ac reprimi nequaq̃ potuit: quin effectui manciparetur. Expoſuit me manifeſto periculo: in quem varie ſentientium con torquenda ſunt tela. De vno tantum confido: quod carpi haud facile a quoq̃ po terit: inſerta nimirum epiſtolis ſacri eloquii teſtimonia. Hoc feci de induſtria, homo præſertim religioni aſſcriptus: imitatuſq; ſum ecclaſiæ Doctores: qui ni/

hil ſcripſerunt, quod non ſcripturæ diuinæ allegationibus confirmauerint. Reli/qua iudicent ſinguli pro guſtu cuiuſq;: & monaſticam ſtili ſimplicitatem pro ar/bitrio contemnant. Verum de hoc ſatis. Venio nunc ad reſponſum litterarũ ve/ſtrarum: quibus tot tantiſq; laudibus extuliſtis tum ſenectam meam tum ſcri/ptorum meorum ſtilum: vt bonam partem epiſtolæ veſtræ in me cõmendando abſumendam duxeritis. Credo vos nequaq̃ id feciſſe adulationis gratia: quem/admodum ſcribitis. Noui enim me a vobis & propter ætatem atq; canitiem, & propter dignitatem mihi ab ordine iampridem delatam, ſincero affectu diligi & obſeruari. Vt caueatis tamẽ poſthac ab exceſſu nimio laudum, hortor: ne ab aliis carpi queat effuſa veſtra laudatio: & in ſuſpitionem veniatis aſſentationis. Sum quidem prouectus ſenio: vtpote qui ſi vixero adhuc menſes ſeptem, ad eum an/norum numeꝝ peruenero: de quibus ſcriptum eſt. Et amplius eorum labor & do bor. Breues tñ dies hominis ſunt: cuius vita iccirco anguſtis circunſcribitur ter/minis: vt ad immortalitatem noſtra fixa ſint corda: vbi vera ſunt gaudia. Vtrum vero ſicut teſtati eſtis, in hac matura ætate, vigeam memoria & aliis ſenſibus atq; animi dotibus: aliorum iuditio relinquo. Debilitatum quidem atq; efœtum cor/puſculum gero, & viribus pene exhauſtum. Ago nihilominus deo gratias: qui ha ctenus mihi elargiri dignatus eſt mentem ſanam in corpore parum valido. Ora bitis propterea & vos: vt cum defecerit virtus mea, non derelinquat me. Lætor re vera plurimum, non ſolum ab ætate præſcribi mihi atq; indici, nõ dico iners ac deſidioſum ſed rationabile ac naturale ocium: verumetiam a præſentis ſtatus mei conditione: tranſlata in alios debilitati admodũ nr̃i ordinis cura & ad mini ſtratione. Duco vitã trãquillã ſatis, & remotã ab inuidiarũ procellis. Nõ poſſum tñ nõ mœrore confici: cũ videã religionẽ meã, in qua conſenui, ſenſim retro labi, & a priſtina ſanctitate deficere. Dedi operã, vt bñ noſtis, p hoc bienniũ: vt celebra retur generale capitulum, tot annos intermiſſum: & nõ mõ me nõ proſequunt̃ fa uoribus ad pficiendũ tã piũ opus patres iſti Cõgregatiõis vr̃æ: veꝝ iidẽ ipſi præ cipuos ſe exhibẽt oppugnatores, q debuerãt eſſe defenſores. Nõ tñ iccirco a cœ/ptis deſiſtã: vt per me nõ ſtet, quin ſaluti ordinis male habentis conſulatur. Cæte rum de Heritio, cuius proprium eſt aut pungere aut mordere, id optandum cen ſeo: vt de perpetrato ſcelere aliquando eum pœniteat: & adeo grauis culpa, quã admiſit, punctura ſit cor eius: & mordente ſyndereſi redeat præuaricator ad cor. Optandum inq̃ arbitror: vt in ſemetipſum reuerſus dicat. Surgam & ibo ad pa/trem meum, quem adeo impie offendi: & dicam ei. Pater peccaui in cœlum & co ram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus. Alioquin caueat ſibi: neq; confi/dat in celebratione miſſarũ: ad quam ſe temerario auſu, ac nequaq̃ reconciliato ſibi prælato, ingeſſit: ne forte abutens ſacerdotio audiat. O ſacerdotes, offertis ſu per altare meũ panẽ pollutũ. Nõ eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dñs exercituũ: & munus nõ ſuſcipiam de manu veſtra. Dura nimirum & tremenda imprecatio Si læſus accæpta iniuria, tenetur reconciliari fratri ſuo, anteq̃ offerat munus ſuũ q̃to magis qui læſit, & iniuriã intulit? Vtinã ſapiat & intelligat ac nouiſſima pro/uideat. Salutate familiã meo noĩe: & Priorẽ imprimis: ad quẽ p nouiſſimũ curſo rẽ lr̃as dedi. Valete. Ex Sãcto Michaele Murani. Die. xxvii. Februarii. MDXXIII.

ANDREAE GRITTO PRINCIPI VENETIARVM.LXXXVIIII.

c Vm te pauloante in palatio conueniſſem:gratulatus ſum tibi breuiore
ſermõe,q̃ par fuerat,ob tuã ad ſummũ reipublicæ Venetæ magiſtratũ
ꝓmotionẽ.Vbi queadmodũ ſublimitas tua grauiſſimo ſuo mitiſſimo/
q; rñſo mihi cumulatiſſime ſatiſfecit,ita re vera mihi ipſi nequaq̃ ſatiſfeciſſe co/
gnoui.Habui etenĩ tũc rationẽ occupationũ tuaꝶ:cũ multi ꝑ magiſtratus am/
plitudine ad fores cubiculi præſtolarẽtur admitti.Quãobrẽ hãc ad te ſtatui epi/
ſtolã cõſcribere:(qđ vtiq; munus ẽt cũ tuæ magnitudinis anteceſſoribus vſurpa
ui)in ſup plementũ aliquod præteritæ gratulationis , & teſtimoniũ erga te fidei
atq; obſeruantiæ meæ.Optaui iãpridẽ,ſicut præſens retuli,dari mihi occaſionẽ
vidẽdi aliqñ & alloquẽdi tui:cũ quo eatenus nunq̃ fuerã cõgreſſus . Impellebat
me,vt ita cuperẽ,vulgatiſſima rerũ a te geſtaꝶ fama,& nominis tui celebritas:
vtpote qui ob præclara tua facinora factus fuiſſes nõ ſolũ toti Italiæ,verũetiã re
motiſſimis xp̃ianoꝶ regionibus,ac barbaris ẽt natio nibus q̃notiſſimus. Et ga/
uiſus ſum valde:q nõ mõ nõ minuerit præſentia famã : (vti ſæpius euenire cõ/
ſueuit)ſed lõge magis eã in ĩmenſum auxerit apud me.Nã vt ſilẽtio prætereã na
turæ dotes atq; ornamenta:quæ in te ſunt præclara atq; illuſtria:cũ & corporis
ſpetie robore ꝓceritate cæteris præſtes:lõge pluris facienda duco animi tui inſi
gnia.Et primũ quidẽ miratus ſum ſingularẽ mãſuetudinẽ celſitudinis tuæ.Retu
liſti ꝑfecto mihi alterũ Dauid Regẽ:de quo potiſſimũ ſcriptũ legimus.Memẽ/
to Dñe Dauid:& oĩs mãſuetudinis eius.Retuliſti inq̃ mihi inclytũ illũ principẽ
ac Ducẽ populi Hebreoꝶ:cui illud tribuit elogiũ:q erat mitiſſimus ſup oẽs,q̃
morabãtur in terra.Hoc ego luculẽtiſſimo teſtimonio dudũ exꝑtus ſum:cũ me
quem nunq̃ vidiſſes,ad te ingredi voluiſti.Neque.n. poſſum ſatis dignis laudi/
bus efferre:q̃ hilari vultu,q̃ iucũdo aſpectu,q̃ benigno cõplexu excæperis parui
tatem meã.Eximiũ ſane in Principe humanitatis ſpecimen . Supramodũ vero
delectatus ſum ingenio & ſapientia tua,& vere xp̃iana religione.Siquidẽ diffu/
ſa in labiis tuis gratia pleniſſime te mihi manifeſtũ fecit:cũ nequaq̃ meritis tuis
tribueres adeptum principatũ:ſed tũ benignitati ſuffragatoꝶ Patrũ,tũ vero mul
tis religioſoꝶ pro te orationibus apud Deũ.Sentis de te humiliter:vt inhabitet
in te ſpiritus Dñi.Super quem(inquit) requieſcet ſpiritus meus:niſi ſup humilẽ
& mãſuetũ & trementẽ ſermones meos?Quo fit:vt hac tua mãſuetudine ac be/
nignitate,facile omniũ mentes nõ ſecus ac magnes in tuæ ſublimitatis amorẽ ra
pias:& ĩ mẽſam ꝓuoces erga te charitatẽ.Legiſſe te nõ dubito in ſacro eloquio.
Rectorem te poſuerũt:noli extolli:ſed eſto in illis,tãq̃ vnus ex ipſis.Merito itaq;
gratulamur delatæ tibi ſuppremæ dignitati.Merito cõfidimus talem te in admi
niſtratione reipublicæ fore:vt quibuſcũq; vel ꝓbis ac moderatis ſucceſſoribus
difficilis ſit futura tuæ dignationis emulatio:cũ ſis non tã promptus ingenio,q̃
in vtraq; fortuna lõgo vſu exercitatus:& ſicut eximia corporis forma, ita animi
virtute tãtæ poteſtati par.Ex quo.n.te iãpridem ad capeſcendã rempublicã cõtu
liſti:ſummos atq; ampliſſimos magiſtratus eodem ſemp tenore geſſiſti:nec mi/
nus foris q̃ domi plurimos atq; ingentes ꝓ patria labores perpeſſus es:in qbus
fecile declaraſti ai tui magnitudinem integritatem iuſtitiã liberalitatem fidem:

Quibus nimiꝶ rebus factũ eſt: vt ad faſtigiũ tãti honoris euectus ſis: & cornu tuũ haud temere exaltatũ fuerit in gloria. Quem.n. magis decuit poni ad clauũ tantæ gubernãdæ nauis: q̃ qui pro ea diutiſſime laborauit in remigando? Reliquũ eſt illuſtriſſime Princeps: & in hoc ſtudioſe tibi elaborandũ eſt: vt qñ nõ eſt poteſtas niſi a Deo: de quo p Salomonem dicitur: Per me principes imperãt: & potentes iuſta decernunt: tu quoq; datus in caput bene cõſtitutæ reipublicæ: eã ſi opus fuerit, in melius cõponas. Nec deſit per te: quin ea, vna cũ populo tuæ curæ credito, ſumma trãquillitate & ocio perfruaris: & ſub tutela atq; patrocinio principatus tui, in vtrãq; aurem ſecurus dormiat: & nõ ſit q exterreat. Quod nõ dubitamus fore: cũ ſis futurus pariter tũ maieſtate atq; autoritate verẽdus oibus: tũ vero benignitate atq; comitate gratiſſimus. Vale Princeps optime: cui me ac religionem noſtrã enixius cõmendo. Ex Sancto Michaele Murani. Die. vi. Iunii. MDXXIII.

Iuſtiniano Bergomenſi Eremitæ. XC.

e Xperimento didiciſti per annos aliquot: vtrũ ſtatutã inter nos legẽ ſtudioſe ſeruauerim. Quãobrem ſi nouiſſimis litteris tuis, quas te autũno proxime preterito ſcribis dediſſe ad me, nõ dedi reſponſum: perſuadere tibi merito potuiſti, mihi illas nequaq̃ fuiſſe redditas. Cum ſemper moris mei fuerit, exiguo interuallo poſtq̃ tuas accipio me tibi reſpondere. Ego aduerſum te nihil habeo. Idem tecũ ſum: qui olim fui. Diligo te in veritate: ppea mea erga te charitas nunq̃ excidet. Quod ſi me in aliquo offendiſſes: amice tecum expoſtularem: neq; diſſimularem accæptã iniuriã. Vereor potius: ne litteras tuas ei dederis: qui parꝶ ſtudii præſetulerit vt illas fideliter redderet. Adierũt me p hos dies Reuerendi patres Abbas Sãctæ Iuſtinæ & cũ eo. D. Auguſtinus, tibi optime cogniti: qbus qd de te retulerim: qd ſentirem: ſi interfuiſſes: facile abieciſſes abs te iſtã curam: nec fuiſſes veritus, ꝙ mea erga te beniuolentia refriguiſſet. Meũ fuit ſemp, ſeruare in amore cõſtãtiã. itaq; tibi pſuadeas velim, nõ defuturꝶ p me: quin accæptis epiſtolis tuis haud ita multo poſt ſim eis rñſurus. Quod ſi aliqñ ſecus eſſet futurꝶ: in graueſcenti ætati potius imputabis, q̃ tepeſcenti erga te voluntati. Deficere mihi quotidie vires ne dubita. Ingreſſurus ſiquidẽ ſũ poſt paucos mẽſes, ſi ſupſtes fuero annos illos de qbus ſcriptũ eſt. Et amplius eorꝶ labor & dolor. Verꝶ hæc obmittamus. Audio te elegiſſe ad tps recluſorꝶ vitã, & eo qdem aio: vt facto aliquot mẽſiũ piculo, aut te ppetuo in celulæ anguſtiis abditurus ſis, aut ide egreſſus cũ aliis te ſis cõformaturus. Precor Dñm: vt id vitæ genus eligas: qđ tibi & religiõi ꝓfuturꝶ ſit. Epiſtolarꝶ nrarꝶ ipreſſio lente ꝓcedit: atq; vt ita dicã ſimul claudicãtibus & ipſo ipreſſore, & ipſius ipreſſionis autore. Cũ abſolutũ fuerit opus: poteris & tu particeps fieri. Opto vt memor ſis mei i orationibus tuis. Vale, Ex. S. Michaele Murani. Die. xiiii. Iulii. MDXXIII.

Cardinali Soderino Protectori. XCI.

b Enedictus Deus, & pr̃ Dñi nr̃i Ieſu chriſti: pater miſericordiarꝶ, & deus totius cõſolationis: qui cõſolatur nos in oi tribulatione noſtra. Benedictus, inq̃, deus qui reſtituit tibi coronã pro cinere: & oleũ gaudii ꝓ luctu: paliũ laudis pro ſpiritu mœroris. Allato hodie ad me nũtio, eductam fuiſſe amplitudinẽ tuã de cõcluſiõe: patuiſſeq; ei tãdẽ fores patrũ oium Reuerẽdiſſimorũ cõſenſu, & totius ciuitatis applauſu vt exiret de tenebris ad lucẽ: quẽadmodũ

fuimus

fuimus de præſſura olim plurimum contriſtati: ita nunc magnopere lætati ſu/mus pro glorioſa liberatione Dñi noſtri colendiſſimi. Ago deo gratias: q ſecundum multitudinē dolorū meoꝝ in corde meo: cōſolationes eius lætificauerunt animā meā. Nunq̄ re vera mihi perſuaſi, obruendum te hac inopinata tēpeſtate atq; procella: licet magni fluctus ſuper te trāſierint: nunq̄ deſperaui, te ex tot tantiſq; elationibus maris haudquaq̄ emerſurū: habita anteactæ vite tuæ innocen/ter ſine querela ratione. Hac de cauſa factum eſt: vt ſuadentibus nōnullis: ne differrē mihi cōſulere ac religioni de nouo alio ꝓtectore, cōſtātiſſime reſpōderim: decreuiſſe me oio preſtolari euētū rei: quaſi diuinante mihi aīo indicendā aliqñ clauſo apertionē, neq; detinēdū diutius ſub modio tm̄ lumen. Sit itaq; fœlix & fauſtus hic egreſſus tuus: ſi forte pauloпoſt de tua pietate dicturi ſimus: Gloriam præceſſit humilitas. Importuniſſima foret hoc tpe in ſcribēdo prolixitas: quam deuito deinduſtria. Vale. Ex. S. Michaele Murani. Die. xxii. Septēbris. MDXXIII.

Marino Grimano Patriarchæ Aquileieñ. XCII.

a Rbitror nō latere dignationē tuā: fuiſſe mihi ſemp patruū tuū, ex quo delata illi fuit dignitas ſupremæ ꝓxima: fuiſſe inq̄ mihi Dñm colēdiſſimū: & quē virtutū ipſius merito atq; eminētiſſimæ doctrinæ, ſingulari ſum ve/neratione ꝓſecutus. Nō potui ppea nō mœrore affici, tanti antiſtitis deſyderio: quo nimirū ſuperſtite nō ſolū Romana curia ſenatuſq; apoſtolicus, verūetiā vniuerſa dei eccleſia ingēti decorabatur ornamento. Verū cū mecū reputo, religioſos eius mores, ac vitā irreprehenſibilē: & q̄ moderate ſemp atq; innocēter fue/rit cōuerſatus: in eā ſententiā facile venio: nō eſſe diutius lugēdū huiuſmodi præſulem: q haud temere exiſtimādus eſt, q tranſlatus fuerit ex hoc ſæculo neq̄ ad ſydereas manſiones. Abſterge itaq; & tu Dñe colendiſſime lachrymas ab oculis tuis: deſyneq; eū tanq̄ mortuū deflere: quē tranſiſſe nō dubito ad longe meliorē & fœliciorē vitā. Cæteꝝ ſup collecta nobis debita pro monaſterio Carceꝝ, ſpero haud ſecus facturam dignationē tuam, q̄ geſſerit Reuerendiſſimus Patruus tuus. Quod vt fiat, peto & obſecro. Numerari iubebis, ſi placuerit, id puſillū pecuniæ, preſentiū latori Pio monacho familiari nr̄o. Vale. Ex Sācto Michaele Murani. Die. xxvi. Septēbris. MDXXIII.

Ambroſio Bernardo Protonotario. XCIII.

a Vdiui pauloante, Nicolaū monachum, olim Priorē tuū clauſtralē obiiſſe diē ſuum: idq; inopinato caſu, & quaſi accerſita morte. Siquidē cū ad tēperandam lampadē ſcalam aſcendiſſet: inde incautus decidēs haud multo poſt exalaſſet aīam. Cuius rei gratia dolui plurimum: tum ob cōmodum iſtius monaſterii: tū vero ob iacturā religionis nr̄æ. Nō.n. paſſim reperiunt̄ hu/iuſmodi monachi: q ꝓbitate & moribus incōtaminatā atq; innocentē vitā du/cant: ſintq; idonei, q aliis præſint: qualē ſemp fuiſſe Nicolaū exiſtimaui. Nā vſq; adhanc diē neminē noui: q de illo fuerit oblocutus: q nō de illo optime ſenſerit. Miſereat̄ eius oīpotēs deus: vt ī pace in idipſum dormiat & reqeſcat. Si dederit dignatio tua collectā cōſuetā harū latori: gratam mihi rem feceris. Cæterum oremus interea dominum, vt vacante nunc ſede apoſtolica, dignum ſufficiat paſto/rem: qui ſancte atq; vtiliter gregi ſuo præfuturus ſit. Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die vltima Septembris. MDXXIII.

i Ntermiſſum ſcribendi officium, longius q̄ pro more tuo productum: longa tua epiſtola, quā heri mihi Angelus reddidit, facile compēſauit. Admiſi ego quoq; haud repugnāter excuſationem tuā: nec dubitaui aliqñ, futurū te noſtri immemorem: qui optime noſſes, q̄ ſemper te ſincera & non ficta carita te dilexerim. Diligite (inquit) inimicos veſtros. Quāto magís eos, a quibus di/ li gimur: quí de nobis ſunt bene meriti? Quinimmo hoc ſentio de te: ita mihi perſuadeo: non elabi vel diem vnū: quín tibi preſertim recluſo, ſuccurrat imago ſenioris parentis: & de abſente tecum cogites. Vtrum bene ſe habeat: quomodo ætatis prouectæ incōmoda perferat: an contentus viuat: recordeturq; cōmunis olim iſtius & gratæ ſolitudinis: & ſi aliqñ eam atq; familiam reuiſurus ſit. Hæc & alia huiuſmodi verſare te animo: ſæpiſſime arbitror. Nam & mihi viciſſim fre quenter de vobis, & de te precipue ſubit recordatio. Putas ne, inq̄, prouocatus Iu ſtinianus ad ſingulare certamen, & ad colluctationē ſpirituum malignorum, con ſtans & fortis in prælio cœleſti preſidio munitus, tam arduum inſtitutum fœlici perſeuerantia impleturus eſt? Erit ne tanto priuilegio dignus: vt ſuperatis cupi/ ditatibus, quibus premitur aīa, corona victoriæ atq; ímortalitatis mercede, im partiendus ſit? Et quis, inq̄, deſperet hoc fore: cū non ſit abbreuiata manus Dñi: vt non poſſit ſaluare? Domine, ait quidā, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Bono itaq; ac præſenti aīo eſto: & quam tibi viam oſtendit atq; ape/ ruit deus ſuperandæ carnis, repugnādiq; illecebris ac voluptatibus ſæcularibus: eā indefeſſa mente perſequere. Non te frangant ac deiiciant perſecutiones inui/ dorum atq; infidelium fratrum. Si me (inquit) perſecuti ſunt: & vos perſequēter. Et beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiā: qm̄ ipſorum eſt regnum cœlorum. Futurus aliquando ex nigro candidus: ac propterea emulos & inſidia tores habiturus: haud temere ingenium ſortitus es bonum: nec ab re præceptis cœleſtibus eruditus es. Muro ſuo inexpugnabili circuncinget te Dominus: quē debita pietate proſequeris: & in quo promerendo omne ſtudium tuum & operā collocaſti. Cadent a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis. Cæterum ꝙ ex tuleris multis laudibus & prolixiore ſermone ſenectutem: quam multi adeptam deteſtantur & carpunt: ago tibi gratias. Nō.n. me latet: eam rem tibi curæ fuiſſe, mei gratia: vt ſenio grauis, leuius eius moleſtias tollerarem. Non improbamus, quæ ætati ipſi tribuiſti præconia: verum magis mihí dolendum cenſeo: ꝙ nō (vt putas) peruenerim ad ſenectutē probitate iuuentutis, ac præteritæ vitæ meritis: ſed tantū canitie ac rugis. Vtrum iuuenilis ætas virtute decurſa ſit, non eſt meū referre: ne mihi ex aduerſo obiicias: quod pro te in epiſtola adduxiſti vulgatū te ſtimoniū. Nec te vituperes ipſe. Meū eſt tacita cōſciētia de me ipſo nō falli: preca riq; Dñm, ne ſecūdū peccata mea faciat mihi, neq; intret in iudiciū cū ſeruo ſuo. Quod caueā poſthac: ne te indignū apud quēq̄ laudē: cū ſis canis ꝑpe mortuus, & ſcādalū religionis: petis a me, qđ nō accipies: eo ꝙ male petieris. Sī te cōmen/ daui apud patres illos, qui te optime nouerāt: teſtimoniū ꝑhibui veritati: vt agno ſcerent, vtrū poſtq̄ ab eis demigraſti, ꝓfeceris in Eremitico arctiore inſtituto. At rectis me referentem auribus audierunt: idem & ipſi de tua probitate mecum ſentientes.

ſentientes. Sufficit tibi, vitare arrogantiam: & ſubticere te laudes tuas: ſicut ſcriptum eſt. Laudet te os alienũ, non tuũ. Ego ſi quid alicui tribuo: & virtutes ipſius recenſeo ac mores egregios, eo animo id facio: vt audientes, exemplo, quod magis mouet q̃ ſermo, ædificentur. Tuum eſt: ſentire de te humiliter ac ſummiſſe: nec extolli alienis laudibus, nec calumniis deiici. Canem te exiſtimas, & canem prope mortuum: viuẽtem vtiq;, ſed mortificatum cellulæ recluſione. Propter te (inquit) mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Spero autem ego haud multo poſt editurum te latratus eiuſmodi aduerſus hoſtes bene ingredientium: qui ſint toti ordini plurimum profuturi. Arcebis lupos, cuſtos ouium: & non timebis, quid faciat tibi homo. Huius rei gratia, probo conſilium tuum: q; non obſtinato animo interea latibulo iſto occludaris: ſed tãtum cupias illud vitæ genus quod tuæ ſaluti imprimis conducere habeat. Ita. n. fiet: vt nõ ſis futurus, ſicut ſcripſiſti, religionis ſcandalum: verum potius ſcandalis occurſurus. Sed omnia bona in tempore ſuo. Erit modo talẽtum tibi a traditum a Domino, tantiſper ſudario repoſitum apud te: donec mandauerit tibi, vt illud vtiliter ꝓferas. Vbi poſtmodum per dei gratiam ſuperlucraturus fueris: ſperare merito poteris, auditurum te ſuauem illam Saluatoris vocem Euge ſerue bone: in modico fidelis: intra in gaudium Domini tui. Per Priorem Sancti Matthiæ audio fuiſſe abſoluta: quæ, vt per me expedirentur alteris tuis litteris obſecraueras. Abſente Ioã Franciſco de Balneo cancellario noſtro, non videbar mihi facile poſſe implere vota tua. Noſti enim puſillum eſſe gregem meum. Confido tamen, non defuiſſe Priori diligentiam & fidem: quam omnibus exhibere conſueuit. De concionatore, cuius mentionem feciſti, quis ille fuerit, & quid mihi olim retuleris: mihi penitus excidit. Itaq; abiice abs te iſtam curam: neq; propterea ſolicitus ſis. Vale memor noſtri in orationibus: & familiam ſaluta meo nomine. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxviii. Octobris. MDXXIII.

CLEMENTI PAPAE. VII. XCV.

b Eatiſſime Pater, & Clementiſſime Domine, humilem ad pedes cõmẽdationem. Et ſi nequaq̃ vereor: perſuadere ſibi Sanctitatem tuam, ac ꝓ comperto habere: quo animo excæperim per hos dies nuntiũ promotionis tuæ ad ſummum Sacerdotium, atq; ad ſacroſanctum apoſtolatus apicem: cum mini me ignores, quæ per tot annos fuerit hactenus antiqua mea erga te obſeruantia, q̃ fidelis ſeruitus: nolui tamen vltra differre vel breuem gratulationem me ã ne mihi negligentiæ aſcriberetur, aut (quod abſit) obliuioni eius: quẽ ſine intermiſſione, ſingulari colui veneratione ac pietate. Siquidem occaſione Generalatus mei in Hetruria & in vrbe Florẽtia precipue me vitam ducẽte: vbi primum per ætatem cœpiſti innoteſcere: atq; optima & præclara tua indole domũ Medicẽã illuſtrare: nunq̃ & nõ magnifeci: nũq̃ de tuo ingenio & probitate nõ optime ſenſi. Poſtq̃ vero tuis ita poſcẽtibus meritis Cardinalatus iſignia adeptus es: noſti q̃ta fiducia tum cõgreſſibus, tũ epiſtolis meis, in negociis & priuatis & publicis noſtri ordinis interpellauerim dignationẽ tuã. Quo tẽpore ſemp exptus ſum in te præcipuam humanitatem atq; manſuetudinem. Sciat itaq; Sanctitas

ta:exultaſſe cor meum in Dño:repletumq̧ fuiſſe gaudio os meum: cum primū vulgari nuncius cœpit:in altiſſimo te iſto gloriæ ſolio fuiſſe conſtitutū:delataſq̧ ad te fuiſſe regni cœleſtis claues. Neq̧ vero exiſtimes Pater Sancte huius meæ lætitiæ cauſam extitiſſe tantūmodo: expertam ſæpiſſime tuam erga me indulgentiam & benignitatem. Cogito ego altius:factum nimirum diuina prouidentia & conſilio fuiſſe: vt tanti præſulatus ceciderit ſors ſuper te:atq̧ in tuam Beatitudem vota patrum Reuerendiſſimorum conuenerint:quoniam palam omnibus eſſet:omneſq̧ intelligerent:eſſe te idoneum ad perferendam tantæ dignitatis molem:neq̧ defuturum parem animum titulo tantæ gloriæ ad ſuſtinendum ſupræmi huius gubernaculi pondus. Magnificatus es in conſpectu regum: vt diſſidentium inter ſe Regum corda ad concordiam reuoces. Conſtitutus es a Deo Dominus domus ſuæ, & princeps omnis poſſeſſionis ſuæ: vt vnito per tuam autoritatem atq̧ ſapientiam Chriſtiani populi grege, ſub te vnico veroq̧ paſtore:diſſipes gentes quæ bella volunt:nec permittas Dominicæ hæreditatis reliquias ad alienos transferri. Deeſſe tuæ Sanctitati non poterit in hac vniuerſali adminiſtratione conſilium:cum ſis prudentia ſingulari præditus:& diu in maximarum rerum negotiis verſatus: atq̧ in vtraq̧ fortuna plurima & varia expertus. Quo fit:vt omnes qui nouerunt ſapientiam tuam:religionem:modeſtiam: magnitudinem animi:& alia id genus ornamenta: merito de tua Beatitudine oīa ſibi vel maxima & admodum ſalutaria polliceantur. Hoc imprimis noſtra hæc Veneta ciuitas, magna lætitiæ ſignificatione demonſtrauit. Quod non ſolum animaduerti: eo ꝙ egerit propterea complures feſtos dies: verum longe magis ex quotidiano cum patritiis noſtris & primariis ciuibus colloquio: Qui omnes vno conſenſu confitentur:eis te eſſe virtutibus imbutum: quæ ſint potiſſimum neceſſariæ ad hoc ſupremum in eccleſia munus diſponendum. Ego vero Pater Beatiſſime cum inter cætera virtutum tuarum præconia, illud Mediceæ familiæ ſpecimen liberalitatis & benificentiæ conſydero:per te non modo ſemper obſeruatum, verumetiam reipſa magnopere auctum:nihil vereor futurum te patrem orphanorum, & iudicem viduarum Extant magnifica & clariſſima tuæ in patriam munificentiæ documenta. Non eſt formidandum, vt obiiciatur tibi aliquando illa prophetæ, immo Domini per Prophetam de paſtoribus exprobratio. Lac comedebatis, & lanis operiebamini:gregem vero meum non paſcebatis:cum nunq̄ tibi fuerit manus ad dandum collecta. Et quis, oro, indigens Florentiæ repertus eſt:qui non fuerit particeps elemoſynarum tuarum:de quo non fueris optime meritus:in quem non contuleris beneficia? Teſtes ſunt templa, monaſteria, hoſpitalia, & alia pia loca:quibus abundat inclyta vrbs tua: q̄ larga ſemper manu eis neceſſaria tribueris. Teſtes præcipue cōuentus religioſorū vtriuſq̧ ſexus:quos ſingulari miſericordia nunq̄ fouere deſtitiſti. Hoc ego non aliorum relatione tantum didici:ſed fideli etiam teſtimonio confirmo: qui diu vixi haud procul abs te & re ipſa idem in noſtro ordine frequenter expertus ſum. Iure profecto opinari quiſq̧ poteſt:longe plura tuā amplitudinem ſecreta conſcientia pauperibus erogaſſe:vtiq̧ contentam, vt patri tantum cœleſti, qui videt in abſcondito, nota forent opera pietatis tuæ:nec ſciret ſiniſtra tua quid fa

ceret

ceret dextera tua. Oſtendiſti nimirum: & ſi tibi affluxerunt diuitiæ, ad illas te nūq̃ cor appoſuiſſe. Et futurum aliquando ſicut modo es Beatiſſimum: ſemper beatū extitiſſe: qui non abieris poſt aurum, nec ſperaueris in pecuniæ theſauris. Pulcre iccirco atq; adeo conuenientiſſime aſſumpſit ſibi Sanctitas tua Clæmētis nomē. Quid enim in Principe præſtantius clæmentia? Fuerunt quemadmodum ex le/ ctione didicimus Clæmentes complures anteceſſores tui: omni ſane virtutum & huius maxime genere, inſignes. Sperare licet non modo æquaturum te illos, verumetiam diuina opitulante gratia ſuperaturum: cum neminem lateat: creuiſ ſe tecum ab infantia miſeratione: fuiſſeq; tibi ſemper mite & tractabile ingeniū: & large atq; effuſe impleſſe te Thobiæ monita, qui filiū iſtruēs: Si multū (inquit) tibi fuerit, abundanter tribue. Deniq; maxima eſt de tua Sanctitate expectatio: q̃ iudicaturus ſis orbem terrarum in iuſtitia: & populos tuæ curæ atq; fidei credi/ tos, in æquitate: nec futura ſit apud te pro tua integritate & ſanctimonia perſo/ narum accæptio. Verum potius vtpote Chriſti vicarius & verus Petri ſucceſſor æqua lance ſummis atq; infimis iura moderaturus. Cæterum non mireris Pater Beatiſſime, ſi tardius per epiſtolam, atq; etiam ſi nō coram, vt par erat, vtor hoc gratulationis offitio. Quis enim ignorat occupatiſſimum te fuiſſe in his Ponti/ ficatus tui primordiis? Habenda mihi fuit ratio magnorum virorum qui te cō/ uenerunt: nec parum modeſte præripiendum fuit tempus, quod dignioribus de bebatur. Præſentiam vero meam non ſine magno meo incōmodo ac euidenti periculo ſalutis potui exhibere tuæ Beatitudini, impeditam non tam hyemis ri gore, q̃ multo magis annorum pondere. Octogenarius enim ſum ſeruus tuus, & corpore i ualido. Vt excuſationē admittas: oro & obſecro. Satiſfatiat tibi precor, abſentis mei deuota obedientia & reuerētia: quā tuæ meieſtati per epiſtolam, tū meo tum totius noſtræ religionis nomine ex corde exhibeo ac defero. Si quidē fatemur te legittime ſubſtitutum fuiſſe Pontificibus ſanctiſſimis anteceſſoribus tuis: datumq; eccleſiæ Dei antiſtitem maximum, ſumūq; ſacerdotem: & vtinā ad multos annos, atq; ad totius populi Chriſtiani perpetuam pacem. Poſtremo vt ſint tibi cōmendatæ Camaldulēſis ordinisq; reliquiæ, frequentibus cōmēda/ tionibus pene ad nihilum redactæ: atq; imprimis ſacra noſtra Eremus ad Clæ/ mentiſſima tuæ Beatitudinis veſtigia pronus ac ſupplex deprecor. Valeat diutiſſi me atq; fœliciſſime Sāctitas tua. Ex Monaſterio Scti Michaelis Murani. Die. vii. Decē. MDXXIIII.

Chriſtophoro Marcello Archiepiſcopo Corcyræ. XCVI.

a Vdio perſeuerare apud Pontificem, quā tibi iampridem virtutum tua/ rum merita beniuolentiam conciliarunt. Nam & reſidere te in palatio Sanctitatis ſuæ certior factus ſum: & nouiſſime profecturus Florentia, cum de te cum ipſius amplitudine incidiſſet ſermo, perſpicue cognoui q̃ti face/ ret dignationē tuam. Et quoniam gratulatus ſum per hos dies Sanctitati eius ob promotionem ipſius ad ſummum Sacerdotium mundaui nepoti meo Victo ri Delphino: vt curaret tranſmitti ad te ſiue ad oratorē Venetum eam epiſtolam quā ſcripſi eius Beatitudini. Precor Dn̄e colēdiſſime ſolita mea fiducia: vt capta to oportuno tempore nō graueris ipſam reddere Domino Sanctiſſimo & Cle/ mentiſſimo: meq; mancipiolum eius vna cum egentiſſimo noſtro ordine Ca/

maldulenſe, ad pedes ſuæ Sanctitatis me cõmendare. Vale Dñe mi optime. Ex Sancto Michaele Murani Die. xii. Decembris. MDXXIIII.

Martino de Balneo Notario. XCVI.

V Era caritas nunq̃ excidit. Ab initio Generalatus mei iniiſti mecum amicitiam: & ad hanc vſq; diẽ perſeuerantiſſime viguit memoria mei apud te. Salutaſti me per internuntium conterraneum tuum Ioannem franciſcum monachum noſtrum: ſalutaſti me per epiſtolam: & adeo affectuoſe, vt agnoſcã me tibi propterea debere q̃ plurimum. Audiui libenter ex tuarum latore litterarum, ſatis te bona eſſe valitudine: & æquo animo atq; hilari perferre incõmoda ſenectutis: Quo fit: vt cõſenior ego magnopere gaudeã tui gratia. Viges (vt audio) viribus mentis & corporis: quod ex epiſtola tua optime percæpi. Fungeris adhuc tabellionatus munere: nec dees amicis & te requirentibus conſilio & fauore Agendæ ſunt tibi diuinæ pietati gratiæ & Saluatori noſtro: a quo omne datum optimum & omne donum perfectum. Quod vero cupias & in votis geras reditum meum in Ethruriam: vt reuiſam loca noſtra: & hac occaſione alloqui me & mutuo conſpectu frui valeas: ne dubites me hoc deſyderio tecum certare. Neq; enim facile elabi poteſt regionis illius & domorum noſtrarum, in quibus conſenui & labores multos pertuli, recordatio. Et vt dereliquis taceam, magno afficior deſyderio contemplandi nouum Fontis boni templum: quod accæpi iam eſſe abſolutum: & pro loco ſatis inſigne atq; conſpicuum exiſtimari. Curaui ego pro viribus (quod te latere non dubito) cum ibidem moraremur: vt fundamenta iacerentur: ſperans fore, vt tum noſtris tum aliorum ſumptibus aliquando pficeretur. Benedictus Deus, qui dignatus eſt nequaq̃ fraudare me ab expectatione mea. Orabis vt liceat mihi per ætatem tam difficile iter aggredi: vt impleatur cõmune deſyderium noſtrum, Vale. Ex Sancto Michaele Murani. Die vltima Decembris. MDXXIIII.

Mathiæ Germano Suppriori Angelorum. XCVII.

E Xiſtimaui ego ſemper Germanorum naturam longe alienam a ſermone blando ne dum ab aſſentatione. Quod in te hactenus (vt de aliis ſileam) optime expertus ſum. Oſtendiſti ſemper eſſe te veridicum, rectũ ac timentem Deũ: quando vſus es pro more tuo libertate in ſermone. Vnde modo acciderit: vt multũ mutatus ab illo videaris, nõ ſatis intelligo. Multa mihi tribuis ſupra merita mea. Quo vero id animo feceris, nõ ſatis mihi conſtat. Iccirco moneo vt caueas infuturum ne deficias a tuo inſtituto: & erunt propterea mihi litteræ tuæ gratiores. Quod vero ſæpius ab aduẽtantibus requiras de bona noſtra valitudine habeo gratiam. Neq; enim ignoro eſſe te mei memorem, cuius erga me fidem in multis argumentis perſpexi. Quomodo autem me habeam, octogeſimum iam ingreſſus annum: ex Domno Bernardo viſitatore coram plenius certior fies. Probo admodum curam tuam & ſtudium erga Sanctimoniales noſtras de buldrobe. Neq; enim parum conuentui illi cõtuliſſe te arbitror ex ſcriptione libri ad chorum pertinentis, cum ſit opus digitorum tuorum. Fuiſſe illis gratum id muneris ſuper aurum & topation, non dubito: quando preſertim cantu delectentur & ſint in eo peritiſſime. Eas cum adieris, meo nomine ſalutabis: & vt pro me in orationibus perſeuerent benigne hortaberis: in quibus ſane pluri-

mum

inum confido:& tu quoq; pro nobis ora. Vale. Ex Sancto Michaelé Murani. Die v. Ianuari. MDXXIIII. Timothæo Bibbienēſi monacho Angelorum. XCVIII.

v Nde irrepſerit menti tuæ falſa de me opinio: ꝙ cum vix paucis retro diebus ingreſſus fuerim annum ætatis meæ octogeſimum: tu me eſſe puets nonagenarium: quod duabus nouiſſimis epiſtolis tuis ad me ſcriptis teſtatus es: imaginari facile nequeo. Non enim ignoras ſcriptum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et cum ſtudeas veritati, qui Chriſtus eſt: nephas te arbitror exiſtimare ab illa diſcedere. Licet enim quidam arbitrent̄: cum de veritatis confeſſione, graue aliquod periculum incumbat, poſſe nos vti mendacio, in morem cuiuſdam herbæ purgatoriæ, quod Helleborum vocant: quod in periculoſa ſumptum valitudine egrotantem curat: in leuiore vero & minus neceſſaria perceptum necat: non video tamen vllam hac in re cauſam vrgentem extitiſſe: quæ te debuerit cogere, vt adderes ſenio meo decē annos. Nā nec diutius vixiſſe dandū laudi eſt: cū legamus de parum prouectis vita functis. Conſumatus in breui impleuit tempora multa: quoniam placita erat deo anima illius. Econtrario vero per prophetam dicitur. Puer centum annorum maledicetur. Et ego tot annos verſatus apud vos, paucos ex vobis credebam latere numerum annorum meorum: & longe minus te: qui ſi non ex auditu & relatione, vel coniecturis aduertere potuiſti, cum ſis oculatus & prudens, nequaq̄ præſeferre liniamenta mea: & habitudinem corporis adeo longeuam ætatem. Nimium fortaſſe inſiſto tantille rei ad inſinuandum vtiq; errorē tuum: qui dilui facile poteſt: etiam abſq; aquæ Sanctæ aſperſiōe. Habens modo rei veritatem non poteris falli poſthac. Tantum ora pro reſiduo vitæ noſtræ: vt illud tam diuturnum futurum ſit, q̄tum expedire mihi valeat ad ſalutem. Non peto vt de me dicatur, quod de Moyſe legimus: ꝙ ei nō caligauerit viſus: neq; moti fuerint dentes. Mē tem ſanam in corpore etiam parum valido, ſingulare priuilegium exiſtimabo. Verum de hoc ſatis ſuperq;. Ad reliquam epiſtolæ tuæ partē, qua data ſunt mihi incenſa multa, nihil aliud repeto: q̄ quod nouiſſimis lr̄is ad te ſcripſi. Quas quoniā interceptas fuiſſe audio: mittimus ad te illarum exemplar. Quid vero me facere velle intelligas: cum me hortaris, vt ante diſceſſum meum roborem, fulciam, ſtabiliam religionem noſtram, ne efficiamini poſt me extorres ab Eremo: hoc expreſſius non indicaſti: propterea nō poſſum tibi aliquid certius reſpō dere. Tantum dico. Benefacientes non deficiamus: & Dominus mittet nobis auxilium de Sancto. Vale. Ex Monaſterio Sancti Michaelis Murani. Die. xiiii. Ianuarii. MDXXIIII.

CLEMENTI PAPAE SEPTIMO. XCIX.

a Pparuit p hos dies ſingularis benignitas & humanitas Sanctitatis tuæ. Nam cum non ignoret fuiſſe olim p quendam poetam ſcriptum: Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur maieſtas & amor: tu pro tua ingenita Clæmentia, poſthabita maieſtate pluris duxiſti: vt amori ſatiſfaceres. In hoc perſpicue aduerti: in humilitate tua iuxta prophetam ſolium tuum fuiſſe ſublatum. Reſpondere enim dignatus es lr̄is minimi ſeruuli tui: & eo quidē affectu: vt non potuerim non mirari, in tanta altitudine tātam ſummiſſionem. Pro qua

ſane re q̃tas poſſum gratias ago tuæ Beatitudini. Futurus eſt harum mearum lit/
terarum lator Vicarius congregationis noſtræ Camalduleñ: qui icirco in vrbẽ
venit: vt conſulat rebus ordinis. Obſecro pietatẽ tuam: vt & benigne audiatur:
& in iis quæ honeſta tuæ Sãctitati viſa fuerint exaudiatur. Spero enim illum ni/
hil aliud conaturum impetrare: q̃ quod conducere honori & cõmodo Congre/
gationis abſq; perſonæ meæ præiuditio arbitrabit᷑. Quod erit mihi ſeruo tuo
ſupramodum gratum. Valeat q̃ fœliciſſime Sanctitas tua: ad cuius pedes beatiſ/
ſimos me ſupplex cõmendo. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xviii. Ianuarii.
MDXXIIII. Laurentio Pucio Cardinali Sanctoꝝ Quatuor Coronatoꝝ. C.

Emini me alias requiſitum a Reuerendo patre. D. Ambroſio Bernardo
m prothonotario & cõmẽdatario abbatiæ Vangaticiæ: cõmendaſſe me il
lum tibi. Et quoniam re vera pro ſua probitate religione & bonitate di
gnus eſt, quem omnes fauoribus proſequantur: iterum q̃to inſtantius poſſum cõ
mendo illum tuæ amplitudini. Oppreſſus modo a laicis coactus eſt mittere in
curiã: qui tueantur iura ſui monaſterii. Precor dignationem tuam: vt ſuis digne/
tur proſequi fauoribus prælatum mitiſſimum: & de ſuo monaſterio optime me
ritum. Rem ſane iuſtam ſingulari pietate defenderis: & mihi profecto ſeruulo
tuo nihil gratius & optabilius facere potueris. Vale Dñe colendiſſime cui me
plurimũ cõmendo. Ex Sancto Michaele Murani. Die. xxiii. Ianuarii. MDXXIIII.

Euſebio Priori Abbati Carcerum.

Ediit ad me, tuarum lator, cui perſuaſiſti ne alio demigraret, & eo qui/
r dem aĩo, vt mecũ ſit, & mecũ laboret. Ego quoq; me haud ingratũ atq;
illiberalem erga ipſum exhibui: ꝓpoſita ei noua optione, qua apud me eſſet vi/
cturus. Eã libenter admiſit. Afficitur propinquis ſuis: & non vulgarem ſuorũ do
meſticorum curã gerit. Quibus cũ modo ſufficiens nõ ſuppetat victus: decreue
rat ꝓcul agere atq; elongare a ſpirituali patre, vt carnalibus parentibus & fami/
liæ ſubueniret. Nõ erat vſq;quaq; improbãdũ ipſius cõſiliũ: cũ iuxta apoſtoli ſen
tẽtiã: Qui ſuoꝝ curã nõ habet, fidem negaſſe dicatur: & eſſe infideli deterior. Erat
tñ periculo plenũ atq; dedecore: vt qui tot annos in regulari vita perſeuerauerit:
haud penitus neceſſaria de cauſa, ad laxiorem foret tranſiturus. Spopondit ipſe
magna verboꝝ aſſeueratione: quicquid ſuperfuerit ſuis neceſſitatibus, id omne
in ſuorum ſuſtentationem ſe collaturũ. Quod ſi fecerit: conſcientiæ vtriuſq; no/
ſtrũ optime cõſuluerit. Vale. Ex. S. Michaele Murani. Die. ix. Februa. M.D.XXIIII.

FINIS

¶ Impreſſum Venetiis arte & ſtudio Bernardini Benalii impreſſoris:
preſidẽte Sedi apoſtolicæ Sanctiſſimo Dño. D. Clemẽte Papa Septi/
mo: & illuſtriſſimo Andrea Gritto inclyto Principe Venetiaꝝ. An
no Dñi noſtri Ieſu Chriſti. M.D.XXIIII. Die prima Martii.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & ꝯ ꝝ
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Omnes ſunt quaderni.

Errata primi libri alicuius momenti.

Epiſtola quinta linea.xxxi.ſane
vii vi luimus
vii xx commiſiſſe
ix xxxiii cum hac
xii xx pater veſter
xiiii xliii peregre profectum
xvi viii fractus viribus
xvi xxi petere id
xxv iiii dei munere
xxvii xvi eſt aliud quod
xxxi iiii fœlicitatis brauium
xxxi x Sunt enim periculoſe
xxxviii penultima ſolicitudi/
num cruciatuumq;
xli ix accendens
xlvii xv commendatum habi
turam.
xlviii i poſt pedum oſcula
xlviii iiii nó fuerit neceſſarium
alienare predia
xlix iiii illud poeticum
xcix xxiiii inter diſſidentes con
cordia
li xxii miſeratur imperfectū
liii xvi profecto oportuerit
liiii iii O honeſtā:petitioné
lvii xxxiii tum hac de cauſa
lxix x vt ſui miſereremur
lxxvii xxvi Q d vero ſpopódit
xciiii vi audi quid ſequatur
xcix xii vt ſibi videbatur

Errata ſecundi libri.

Epiſtola xxxv linea vi magno/
pere gratuler
xxxix ii ſcribendum vobis
xl xxiii hoc elogio dignos
xl xxx vt ego quidem iudico
xli iii Claſſenſi ſolennitati
li iii procurarem.Quod
lxix vii paulo ſumptuoſior
lxxv v ſororum virginitas
lxxvii vi Quibus haud parce
lxxvii xxvi virorum conſeſſu
lxxvii cxxii quātum meo captu
lxxxi xvi aut tardius rñdeat
lxxxiiii xxxvii præterco dein/
duſtria
xc xlix vndeuigeſimū vix na
tus
xci xv quando ſubis
xci xxxvi æterne:appellat⁹ a deo
xcii xxx nam & is
xciii x qua vocauerit.

Errata tertii libri.

Epiſtola vi linea ix in pœniten/
tem
vi xxx inquit apoſtolus
viii viii vhe ſoli
xii x in manifeſtanda
xv vii intempeſtiuius
xviii v & flagellat
xviii xlvii quibus operiatur
xx xii ducem itineris
xxvii xxxvii ſcilicet calendas
xxx xviii haud ingratam
xxxv xxviii nonne Sophocles.
xxxviii xix propius exiſtente
xliiii x a nobis pcelebratis
xlv xix prodeſſe vtrique
l iiii idipſum nouus
lii viii opem ferre
liiii v is tibi penitus
liiii lxiiii de morte
lx viii obtendere tum laſſæ
lx xxii cōtemnāt aſpernent
lxxv xxvii prior de te
lxxviii ix de Amalechita

lxxxvi xxvii Nec mihi
xcviii xi & foſſa cinctus

¶ Errata quarti libri.

Epi. xii. lin. lvi terrēt formidine
xii lx ſuperædificandos
xxxiiii xiiii Senis relicturus
xxxviii xvi nūc vno nūc alio die
xliiii i vt qui ſemel
xlviii xvi febre laborant
xlix xxv exercitus territi
lxviii i diſcedenti a nobis
lxxi x donet ei dominus
lxxv xii hæc dicit dominus
lxxxi i ecce ad emulatiōem
xciiii xii in Priorem tuum

¶ Errata quinti libri.

Epi. ii linea vi per eū infirmo.
v xxxii & tamen proficit
vii ix domini mei gratia
ii xvii mihi cogniti
xxiii iiii perfectus quiſq;
xxxiii xi te nihili non poteſt
xxxiii xiiii fūgēs munerī minie
xxxix xviii multis præſentibus
xliiii vi eandem viciſſim
xlvi xxviii vendicandam
lvi i ſorte ſua
lxxiiii xxv congreſſus fuero
lxxv xxix rem familiarem
lxxviii i Procuratori ſcī Marci
lxxxi xxiii q̄ ſeſe turpiter
lxxxi xxxiii eam prouintiam
lxxxii facie vi humeris attulerūt
lxxxiii xi oppida dediſſent
lxxxiii xxvi magis crederent.
lxxxv iiii q̄ ſui merito.
xci xvi ſalutari tuo
xcvi lxv imperare tamen
xcvii xxxii gratia indulgere.

¶ Errata ſexti libri.

Epiſtola ii linea x erga nos
iii xxv diſperdidiſti.
iii xliiii Ferendæ
vi iii conſuerunt ſibi
viii xviii & non diſpenſator
xiii iiii ciuis ac viri
xvii xxx Per ſanctiſſimum
xxv xvi obſtinatius pſecuti
xxxiiii iiii vt non iam
xxxvi xxiiii vna cum vinctis
xxxvii ix q̄ vt manum
xxxvii x q̄ vt inclinato
xxxviii x ſuccendentes
xliiii i in patrium ſolum
xliiii ii etiam vt poteſtatem
liiii ix recentius confectam
lvi x Nos certe
lxvii x q̄ſi alieni abſtinentiā
lxxvi viii diligenter
xc xxvi qui multa

¶ Errata ſeptimi libri.

Epiſto. ii linea xx deſpoſitū ſuū.
xiiii xxxi noſtræ vnita eſt
xvii xix q; ſicut pie
xviii xxiiii iniuſte pateris
xxi xiiii accendatr thimiama
xxv xxix quidam olim
l iii carmen
lix xvii iura
xcviii vii contempſiſti.

¶ Errata octaui libri.
Epiſtola i linea v ſtandum
i ix innocentes
v ii cenauimus
x xviii aduentum noſtrum
xi xi gratitudine
xiii xvi ſtudioſus.
xv ii excitaris

xviii xxiiii emulationem
xxv v retulerunt
xxx ix confortatus
xxxi ix haud quaq̄
xxxi xix abiectis
xxxiii xxv ſexaginta
xxxiiii iii fuiſſet
xxxvii iii aut penitus
xxxvii xxvii mouentur
xxxviii xvii Congregationi.
xli ii certum ſit
xliii xxii ſæculum
xlvii xviii ex eorumdem
xlix iii expetierit
xlix vii tribuis ſuperandum
lxi iii præſentem vitam
lxviii xiiii poteſt
lxxxiiii xxxvii ob ſingularem
xcii xiii confirmare
xcix xxiii aduertunt.

¶ Errata noni libri.

Epiſtola viii xxv aſſcitus
xiiii xvi mecum iniiſti
xv xiiii caſtigatiore vitæ ob ſeruatione
xv xvi gaudeo.
xxiii xxv adiuuerint
xxiii xxxv bonam rem
xxiiii xxvi ſpiritu.
xxx vi incrementum
xxxi xxi ſaluus erit.opto.
xlv xix idoneum
lxvi xxvii tanq̃
lxxi xiiii reficeris
lxxiiii vi ordinis
lxxix vi tota noctu
lxxxvii xx ſortitus eſt.
xcii xiiii iudicauerimus
xcv xii q̄diu
xcvi xxii extitit ita

¶ Errata decimi libri.

Epiſtola v linea ix diuina lex.
xvi xiii annue.Quod
xxi xvii videtur in
xxiiii xiii lachrymam ab
xxviii iii eo ire
xxxii xiii ac cœtus
xxxvi xxix quam reddet.
xxxvii ix ſis teſtis
xli v a pluribus
xlix xvii Quirinus noſter
li xii ad Putium
lii xxi ac mulcet
lv xi filios Habrææ
lix xvii imminentes.
lix xix ad memoriam
lxiiii xxiii ac reſiſtendo
lxxii xiiii & obſecro.
lxxx iiii tentari te.
lxxx xi maiore q̄
lxxxvi xiii coniectores qui.
lxxxvi xiii vi,venti
xciii vi cœnobitarum
xcviii xx & exemplo

¶ Errata vndecimi libri.

Epiſtola xii linea vi me ſemper
xiii xi viuificet eum.
xiiii iii eſſet mihi.
xvi iii Conferet illi
xvii xi ſignificaſti
xviii viii eorum profectibus
xix xviii eſſe omnibus
xxi vi ne ſirenarum
xxiiii iii haud minus.
xxiiii xiii alia de cauſa
xxvi xxvi Cauendum eſt.
xxvii xvii ad extremum.
xxvii cxxiii abbate poſtea
xxxi xxviii elationes maris
xxxvi x coniuncta facile
xli xxv ſuſtentandam
xlvii xxvii meum erit.

li	xxvi	Quid enim
lii	x	in Congregationẽ
lv	i	me nudiuſtertius.;
lxiiii	xxi	in quibus digna
lxvi	lxxxvi	ſanitati conſulitur
lxviii	i	& ſingulare bonitatis
lxxiii	ii	ac plurimum immi/nuto.
xxxiii	xvi	Imperaſti ventis
lxxvi	i	multo affectu
lxxviii	xi	in ſancto ſpiritu
lxxix	x	ſummis eũ laudibus
xc	v	milia fratrum
xcviii	v	Bibo longe parcius

❧ Errata duodecimi libri

Epiſtola viii	linea xxvii	mittant q; ad me
viii	xxx	ſi feceritis quod
xii	iii	in benedictionibus
xii	xxxiii	Ioanne Franciſco
xxiiii	xii	præterita beneſitia
xxvii	xxvii	tutior deeſſe tibi
xxviii	xxi	prebenda elationis
xxviii	xxiii	puluis & cinis
xxx	xxxix	obſeruauerat
xxxii	xvii	dilatandumq;
xxxiii	xi	accuratius fuiſſes.
xl	xix	& vtriq; familiæ
xliii	xxiii	enim habes, ait,
xliiii	xx	pene deleta
lii	xxi	ſed qui incrementum
liii	i	audito incolumi
lviii	i	conuenit heri
lxxxii	xxiii	non obſiſtat
lxiii	xxiiii	ſi bonus ipſe
lxv	xxii	ad interitum
lxv	xl	neminem
lxix	xxviii	non tamen partam
lxxiii	xxii	litteris obtundor
lxxix	vi	terminetur
lxxxi	vii	decolorauit eum
lxxxi	xxi	eius ſanctitati
lxxxvi	xxvii	ſuſceptus fuit
lxxxvii	i	de Medicis
xciiii	xxii	& vos perſequentur
xciiii	lvi	tibi traditum
xciiii	lviii	ſuperlucratus fueris
xcv	xvi	ſanctitas tua
xcvi	vi	mandaui nepoti
xcvi	xi	Sanctitatis cõmẽdare
xcvi	xiiii	domorum noſtrarũ.
xcvii	xiii	de Buldrone
xcviii	iii	me eſſe putes
c	i	Euſebio Priolo

FINIS.

Iuris Hieronymi Benerij Corrigiensis ...
Cardinalis Asculani.

Digitized by Google

Digitized by Google